PATROLOGIÆ
CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR: CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA:

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOAD PRIMAM SERIEM VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLECTITUR, ET AD NOVEM ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR; UTRAQUE VIGESIMA QUARTA DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272 PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXI.

NICOLAUS CP., EUTYCHIUS ALEXANDRINUS, BASILIUS NEOPATRENSIS, BASILIUS CÆSARIENSIS, COGNOMENTO *MINIMUS*. ALII.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM, IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1863

Digitized by Google

BR60
P4
v.111

Digitized by Google

STANFORD LIBRARY

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM X, ANNI 925-956.

ΝΙΚΟΛΑΟΥ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ.

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

NICOLAI,

CONSTANTINOPOLITANI ARCHIEPISCOPI,

EPISTOLÆ.

ACCEDUNT

EUTYCHII ALEXANDRINI, BASILII NEOPATRENSIS, BASILII CÆSARIENSIS,
COGNOMENTO MINIMI, MOSIS BAR-CEPHÆ,
THEODORI DAPHNOPATÆ, NICEPHORI PRESBYTERI CP.,

QUÆ SUPERSUNT;

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,
Bibliothecæ Cleri universæ
SIVE
CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 10 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER*
NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1863

Digitized by Google

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM X, ANNI 925-956.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXI CONTINENTUR

NICOLAUS CP. PATRIARCHA.

Præfatio. Col. 9
Homilia de capta Thessalonica (fragmentum). 26
Nicolai Epistolæ CLXIII, Græce ex editione card. Ang. Maii, Latine ex interpretatione nostra. 29
Liber ad præpositum Sacri Montis, ut typus in ordine vitæ, *Græce tantum ap. Maium* 391

ANONYMUS.

Monitum. 406
Fragmentum historicum. 407

BASILIUS NEOPATRENSIS METROPOLITA.

Prologus interpretationis duodecim prophetarum minorum. 411

BASILIUS CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ EPISCOPUS, COGNOMENTO *MINIMUS*.

Commentaria ad S. Gregorii Nazianzeni orationes (*memorentur tantum utpote jam edita tom. XXXVI*). 417

GREGORIUS CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ PRESBYTER.

Vita S. Gregorii Nazianzeni (*vide tom. XXXV*). 418
In synodum Nicænam. 419

JOSEPHUS GENESIUS.

Chronographia Bysantina ((*vide inter Scriptores post Theophanem, tom. CIX*). 439

ANONYMUS.

Vita S. Lucæ Junioris. 441

LEO GRAMMATICUS.

Annales Byzantini (*vide tom. CIX*). 479

ANONYMUS.

Vita S. Clementis Bulgarorum episcopi (*exstat tom. CXXVI, in appendice ad Theophylactum, cui a nonnullis tribuitur*). 479

MOSES BAR-CEPHA, SYRUS.

Commentaria de Paradiso ex sermone Syriaco in Latinum translata ab Andrea Masio. 481

THEODORUS DAPHNOPATA.

Notitia. 607
Encomium S. Joannis Baptistæ (*Exstat inter opera Theodoreti, tom. LXXXIV*). 611
Oratio in translationem manus, S. Joannis Baptistæ Antiochia Constantinopolim. 611

NICEPHORUS PRESBYTER CP.

Vita S. Andreæ Sali seu Stulti, ex Actis SS. Bolland. Præmittitur Conradi Janninghi Commentarius. 621

EUTYCHIUS ALEXANDRINUS PATRIARCHA.

Annales, seu liber historicus a tempore Adami ad annos usque Hejiræ Islamiticæ, ex Arabico in Latinum sermonem translati. 907

GEORGIUS MONACHUS.

Historia Byzantina (*vide tom. CIX, in Scriptoribus post Theophanem*). 1155

Parisiis. — Ex Typis J.-P. Migne.

ANNO DOMINI CMXXV.

NICOLAUS

CONSTANTINOPOLITANUS PATRIARCHA

—

NOTITIA.

Auctore R. P. God. Henschenio in Actis SS. Bolland. Maii tom. III, die 15, pag. 509.

—

Leonis Sapientis seu Philosophi imperatoris Constantinopolitani mysticus fuerat S. Nicolaus, id est, non solum secretioris ejus consilii senator, sed ipsius senatus oculus seu præses; et ab hoc excellenti magistratu translatus est ad patriarchatum Constantinopolitanum, ac tandem plenus dierum ac meritorum migravit ad Christum hoc 15 Maii: ad quem diem, *sancti*, sive τοῦ ἐν ἁγίοις, *patriarchæ Constantinopolitani Nicolai depositio* inscripta est pervetusto Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quod est Collegii Claromontani societatis Jesu Parisiis. Ejusdem patriarchæ Nicolai sacra memoria ad eumdem diem celebratur in Menæis mss. Mediolanensibus bibliothecæ Ambrosianæ, signatis littera O et n. 148, et in unis Menæis ducis Sabaudiæ: in alteris vero refertur ad diem sequentem 16 Maii, uti etiam in Parisiensibus cardinalis Mazarini. At pridie sive ad diem 14 Maii, in mss. Divionensibus Petri Francisci Chiffletii, dicitur S. Nicolaus patriarcha Constantinopolitanus in pace quievisse, adjungiturque hoc distichon:

'Ο Νικόλαος ἐκλιπὼν σκιὰν βίου,
Πρὸς ἄσκιον μετῆλθε φωτὸς χωρίον.

Umbram relinquens Nicolaus sæculi,
Translatus est in nescium umbrarum locum.

1. Inter uxores quas Leo Sapiens successive duxit, prima S. Theophano, quæ a Græcis refertur ad diem 16 Decembris; quarta Zoe fuit, quam in illa dignitate vixisse annum unum et menses octo, scribit Leo Grammaticus in Chronographia, hanc Zoen materteram suam appellans, adeo ut certior haberi nequeat auctor notitiæ de S. Nicolao postulatæ. Mortuo ergo S. Antonio Caulea patriarcha, cujus Acta illustravimus ad diem 12 Februarii, « in ejus locum Nicolaus imperatoris mysticus provectus est anno 895, quem creditum sapientia alios et prudentia anteire » ait Cedrenus: quæ vero deinde contigerunt, ita narrat Leo Grammaticus, pag. 481. « Tauromenium Siciliæ civitas ab Afris capta est, socordia aut verius proditione Eustathii classis Drungarii et Caramali, nec non Michaelis Characti, ibidem repertorum, quamplurimis Romanorum ea in clade cæsis. Reversi in urbem ab imperatore et patriarcha reprehensi, et a Michaele Characto proditionis convicti, morte condemnati sunt: patriarcha vero Nicolao apud imperatorem interpellante, mors condonata: verberibusque solummodo subjecti, bonis eorum publicatis, inter monachos detrusi sunt. » Et pag. 483: « E Zoe, inquit, quarta conjuge Constantinum filium Leo suscepit, qui festo Luminum a Nicolao patriarcha in Magna Ecclesia, suscipientibus puerum e fonte Alexandro imperatore, Samona patricio et proceribus cunctis, baptizatus est.... Eamdem vero Zoen declaravit Augustam imperator, quem eapropter Ecclesiæ liminibus patriarcha prohibuit: ut exinde pariter dextera ecclesiæ parte, via consueta penitus relicta, ad Mitatoricium usque pertransiret. Samonas deinde accubitor provectus est, quod ad omne facinus et pravitatem imperatori manum præberet auxiliarem, et adversus Ecclesiam cœperunt meditari. Vocatum quippe ad se Nicolaum patriarcham die primo Februarii, precibus instabant, ut in Ecclesiam reciperentur. Ut vero flectere non potuerunt, a convivio publico, ad quod vocatus fuerat, ejectum et per Bucoleontem ductum, lintrique impositum, in Hieriam trajecerunt: e qua pedes ad Galacrenos usque nive multa delibutus pervenit. In ejus locum Euthymius syncellus vir gravis et temperatissimus suffectus est, quem dicunt divina revelatione id muneris suscepisse. Volebat enim imperator hæresim et legem ponere, qua viro tres quatuorve uxores ducere liceret, pluribus doctissimis viris ad id opem conferentibus. » Hæc Leo agens de uxoribus successive ducendis, et consentit Cedrenus, cujus interpres perperam interposuit *simul* tres quatuorve uxores ut ducere liceret. De illa olim prohibitione lata consule Matthæi monachi quæstiones matrimoniales, libro VIII tomi primi Juris Græco-Romani, et quæ cardinalis Baronius Annalibus

Digitized by Google

inseruit ad annum nongentesimum primum, ubi allegat « promulgatam ab imperatore hoc Leone constitutionem, qua prohibuit tertium matrimonium, ut illud contrahentes pœna per sacros canones statuta plecterentur. Interim ille idem, qui hæc sanxit, post tertiam uxorem defunctam, adhuc quartam accepit. Cujus rei causa Nicolaus patriarcha ab ecclesia ejectus est, omnesque illæ turbæ sunt subsecutæ in ejus ejectione et Euthymii subrogatione, cum schismate divisa illa Ecclesia, Nicolao alii, alii vero Euthymio inhærerent. At quomodo se habuerit quadrigamia ista Leonis imperatoris in conjugum successione, ex Præambulis Constantini Porphyrogeniti ad edictum unionis ex libro II *Novellarum Juris Orientalis* » describit, ibidemque videri potest tomo I, pag. 105. Sed potius ad restituendum in sedem S. Nicolaum properemus : quo nos manuducens trahit Leo Grammaticus ita scribendo.

3. « Cum Leo imperator, gravi morbo jactatus, successorem suum fratrem Alexandrum designasset, essetque obtestatus ut Constantinum filium suum protegeret; diem extremum obiit undecimo die Maii : » quem etiam diem obitus assignat Cedrenus. Mensem Maium solum indicat Zonaras : at Curopalates Scilitza ait « 11 Junii mensis decessisse e vita. » Annus is erat nongentesimus undecimus. « Tum, inquit Leo Grammaticus, imperavit Alexander una cum Constantino Leonis filio annum unum dies viginti novem : missoque ad Nicolaum ad Galacrenas nuntio, Euthymium patriarcham deposuit, et Nicolaum secundo restituit. Habuit autem Alexander ad Magnauram silentium, et concilium celebravit, atque Euthymium ab Agatho advocavit : eumdemque cum Nicolao patriarcha sedere jusso, judicii assessores ejus depositioni vacabant attentius, cum dedecore venerandi et per omnia mirandi viri colendam barbam vellicantes, aliaque opprobria et injurias inferentes : quas quiete et mansuete honorabilis et sacer vir tolerabat. Ex quibus ad Agathi ædes vita functus, in proprio monasterio juxta Psamathium depositus est..... Alexander imperator mori se prævidens, Nicolao patriarcha, et Stephano Magistro, et Joanne magistro Elada, et Joanne rectore, et Euthymio, Basilitze et Gabrielopulo procuratoribus institutis, Constantino Leonis filio reliquit imperium.... Eo itaque palatii potestatem adepto, Nicolaus patriarcha rebus communibus providebat, curamque gerebat quotidianorum regni negotiorum....

4. « Mense porro Augusto Simeon Bulgariæ princeps, adversus Romanos comparato exercitu cum multitudine gravi Constantinopolim appulit; et vallo a Blachernis ad portam Chrysem vocatam circumducto, urbem obsedit : aliisque spei suæ in sublime elatus, subacturum omnino nullo labore promittebat. Probatis autem in adversum mœnium munimentis, urbisque, ex populi copia et machinis, securitate ac præsidio conspecto, spe deceptus, in locum Hebdomum dictum pacis oblaturus fœdera reversus est. Procuratoribus pacem oblatam libenter excipientibus, Simeon Theodorum magistrum de illa tractaturum misit. Nicolaus autem patriarcha, Stephanus et Joannes magister, imperatore secum ducto, Blachernas usque profecti filios Simeonis geminos induxerunt in urbem, qui in palatiis una cum imperatore convivati sunt Nicolao vero patriarchæ ad Simeonem accedenti, ipse Simeon caput inflexit. Patriarcha igitur super eum orationem fusurus, stemmatis vice proprium capitis tegumentum ejus imposuit capiti. Donis itaque immensis et quam maximis excepti Simeon et ejus filii in patriam reversi sunt, ad invicem discordes ob præfatæ pacis conditiones....

5. « Constantinus imperator revocatam a matre et ad se translatam imperii potestatem omnem declaravit, et Nicolaum patriarcham, Stephanumque magistrum in palatio sibi adesse mandavit.... Imperator et patriarcha Joannem Garidam ad se vocatum Scholarum Domesticum esse jusserunt, veriti ne Phocas in rebellionem deficeret.... Nicetas autem patricius, Romani consocer, in palatium profectus, Nicolaum patriarcham inde dejecit.... Sacrorum autem jejuniorum quinta hebdomade, mense Aprili, Helenæ Romani filiæ contractus nuptialis arrha a Constantino imperatore traditur, et tertia Paschatis feria, Galileæ dicta, benedicitur, et cum ea nuptialibus corollis redimitur a Nicolao patriarcha : et tunc Romanus imperatoris pater declaratur, et Romani vice Christophorus ejus filius hæteriarches instituitur.... Quarto vero supra vicesimum Septembris mensis, Cæsaris dignitate; Decembris autem mensis decimo septimo Christi Domini propinquum festo, imperii diademate a Constantino imperatore et Nicolao patriarcha Romanus ornatur : sanctorum deinde Luminum die Theodoram uxorem coronat. Mox Maii mensis die decimo septimo indictione quinta (*a*), Christophorus Romani filius imperator renuntiatur, et ejusdem mensis vicesimo sanctæ Pentecostes die festo a Constantino redimitur : istique duo soli ejusdem diei processu solemni per urbem progressi sunt. Porro Julio mense indictione octava (*b*) die Dominica, totius Ecclesiæ a Romano inita est concordia, cunctis metropolitis et clericis, qui a Nicolai et Euthymii partibus divisis steterant animis, in consensionem redeuntibus....

6. « Septembri vero mense indictione secunda (*c*), Simeon Bulgariæ princeps, copiis omnibus eductis, adversus Constantinopolim expeditionem parat. Inde Thraciam et Macedoniam depopulatur, incendia ubique spargit, evertit omnia, et ad arbores usque ex-

(*a*) Imo *nona*.
(*b*) Lege *decima*.

(*c*) Lege *undecima*.

Digitized by Google

scindit. Ad Blachernas præterea devectus, Nicolaum A patriarcham et procerum quosdam, ut de pace conferrent, ad se mitti postulavit. Datis igitur ex parte utraque obsidibus, convehcrunt prius quidem Nicolaus patriarcha, deinde Michael Patricius Stypiotes, et Joannes Mysticus, qui ab imperatore secundas tenebat. Et hi quidem cum Simeone de pace tractatum habebant : Simeon autem retro eos amandavit : ipsum vero imperatorem videre expetiit, a multis de ejus prudentia, fortitudine et solertia certior factus.... Imperator una cum patriarcha Nicolao ad Blachernas et sanctum loculum progressus, ad preces manus extendit : deinde pronus in terram cadens, sacrum lacrymis pavimentum irrigavit; Deiparam a labe immunem obtestatus, ut inflexum et rigidum superbi Simeo- B nis emolliret cor, et quæ sunt pacis inspiraret : sacroque scriniolo, quo veneranda sanctæ Deiparæ vestis reposita est, aperto, illam inde sublatam, ex fide qua in immaculatam Dei Genitricem pollebat, velut galeam capiti circumponens imperator, firmissimis armis munitus, classi viæ comite, clypeis et armis adornata, ad præfixum locum cum Simeone tractaturus accessit.... Simeon equo desiliens ad imperatorem accessit, dataque invicem salute, pacis tractatum moverunt.... Simeon imperatoris moderationem et sermones cum verecundia miratus, pacem componi annuit. Cum igitur sibi invicem valedixissent, a se mutuo disjuncti sunt....

7. « Decembris autem mensis die vicesimo quinto, C filios suos Stephanum et Constantinum Romanus imperii corona cinxit : sed et Theophylactum filium clericum totondit patriarcha, et subdiaconum ordinavit, tandemque Syncellum promovit, cum prius ad sanctum ingressum eum subdiaconis allectus processisset..., Mensis vero Maii die decimo quinto, indictione tertia (d), mortem obiit Nicolaus patriarcha, post secundam renuntiationem throno potitus annos tredecim : ejusque corpus in Galacrenarum monasterio ab eo condito depositum est. »

8. Hactenus Leo Grammaticus, auctor coævus et oculatus testis in sua Chronographia, quam indictionibus perperam definitis interturbavit incuriosus aliquis amanuensis. Nam sicut antea pag. 497, lin. 7, legebatur : *Indictio decima nona* cum sola *nona* esset collocanda, ita in jam transcriptis eadem *nona indictio* perperam vocatur *quinta*, anno scilicet 921, quo Christophorus Romani Lecapeni filius die 20 Maii festo Pentecostes est imperator coronatus. Eo scilicet anno cyclo lunæ 10, solis 6, littera Dominicali G, Pascha celebratum fuit ipsis Kalendis Aprilis, et festum Pentecostes dicto 20 Maii. Eodem errore dein *indictio octava* pro *decima*, *secunda* pro *undecima*, et *tertia* pro *decima tertia* notatur, atque ita apud Continuatorem 9 *indictionem* legi observat in Notis Combefis. Mortuus ergo est sanctus Nicolaus 15 Maii anni 925. Restitutus autem in sede ab Alexandro imperatore, anno 911, aut initio sequentis. Nam is solum anno uno et diebus viginti novem regnavit : atque ita hac secunda vice Ecclesiæ præfuit S. Nicolaus annis tredecim. Appellatus est idem Nicolaus Priscus, seu ejus nominis primus, respectu eorum qui postea successerunt, fueruntque Nicolaus Chrysoberges sub Basilio Romani Lecapeni filio post annum 980, et Nicolaus Grammaticus, sub Alexio Commeno seniore, sæculo XII. Exstat autem tomo I Juris Græco-Romani, lib. IV, inter Sententias synodales Constitutio sub titulo Nicolai Prisci, quod litteræ patriarchales gratis concedantur petentibus eas uti ibidem, pag. 249 legi potest.

(d) Lege *tertia decima*.

ANGELO MAI MONITUM.

(Spicil. Rom. X.)

1. Nicolaus noster sub Leone Sapiente imp. ad patriarchalem sedem evectus fuit anno 895, quadriennio post Photii obitum. Idem post novennium (aut post annos XI, ut dicitur apud Leunclavium in *Jure Gr. Rom.*, p. 501) a Leone prædicto, cui in quartarum nuptiarum negotio adversabatur, sede pulsus est, quam nonnisi anno 911 sub Alexandro Leonis demortui fratre recuperavit, donec anno 924 obiit, decursis in episcopatus regimine (subducta exsilii intercapedine) annis tribus supra viginti. Ab Ephræmio chronographo, v. 10,050, seqq., dicitur ante episcopatum monachus pius, sapiens, magna fama præditus, et Byzantina sede dignus, quam priusquam occuparet, officium mystici gesserat (quod ei cognominis instar inhæsit), id est, ut vulgo intelligitur, sanctiori consilio aulico a secretis fuerat. Ab eodem Ephræmio dicitur gente Italus, et a natura comparatus ad eloquentiam, ἐκφὺς Ἰταλῶν, εὐφυὴς περὶ λόγους. Nicolaum hunc sancti titulo donatum video a Baronio in Annalibus, et a Bollandianis, Cupero scilicet in patriarchis Constantinop., et Henschenio in Actis Sanctorum die XV Maii, qui postremus acta ejus, ex Leone præsertim Grammatico hausta, accurate scripsit. Ne quid dicam de laude sanctitatis in Nicolaum a Græcis pass m

Digitized by Google

cumulata, sane rigidum vitæ genus, cujus argumentum est tractatus ejus a nobis retro memoratus et editus, pastoralis insuper ejusdem zelus, constantia et eximia charitas, merito opinionem sanctitatis Nicolao conciliasse videntur. Nunc ei rei negotium facessere nonnulli haud absurde credent, quod in secunda ad principem Saracenum epistola honorifice Photium appellat. Verumtamen id more fortasse Græcorum fit, apud quos Photius insignem doctrinæ suæ memoriam reliquit : deinde eumdem multo ante obitum cum papa Joanne reconciliatum scimus : denique ut cum reverentia de Photio loqueretur, pietas quædam suasit, quia se presbyteralem ab eo recepisse consecrationem his verbis innuit : ὁ ἀοίδιμος Φώτιος, ὁ ἐμὸς ἐν Πνεύματι ἁγίῳ πατήρ. Causa vero nominandi Photium hæc fuit, quod is cum patriarcha esset, singulari benivolentia cum Saraceni principis, cui Nicolaus scribit, patre devinctus fuisset. Cæteroqui sub Leone imp., quo tempore patriarcha fuit Nicolaus, pacem dogmaticam (excepta quartarum nuptiarum controversia disciplinari) inter Ecclesias Romanam ac Byzantinam fuisse, apparet passim in his epistolis, nominatimque in LXXV : *Exploratum tibi est, tempore domini Leonis papam et qui ei adhærebant, ad concordiam conjunctionemque cum Ecclesia nostra devenisse; cumque alta pax esset*, etc. Igitur dissidium ac prope schisma, quod haud semel in aliis epistolarum locis memoratur, inter ipsos sæpius vertitur Græcos, quorum pars quartis nuptiis, æque ac Romani, favebat. Interdum tamen cum Romanis quoque contenditur, præsertim in XXXII grandi epistola, qui Leoni imp. adversus suum patriarcham suppetias, legatione missa, tulerant ; sed de his infra.

II. Ob hanc brevem de Nicolao absolvendam notitiam, unum mihi nominandum superest documentum, cæteris biographis ignoratum propterea quod in ms. codice latet Vat. Ottob. CXLVII p. 132. seqq. hoc titulo : Ἐκφώνησις Λέοντι τῷ εὐσεβεῖ βασιλεῖ ἐπὶ χειροτονίᾳ Νικολάου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου· ἐφωνήθη δὲ ὡς αὐτοσχεδιασθεῖσα. *Oratio ad Leonem religiosum imperatorem in ordinatione Nicolai sanctissimi patriarchæ. Habet autem formam dictionis extemporalis.* Sane nec elegans est hæc oratio, nec gravioris momenti, neque digna mihi visa est, quæ fieret comes disertarum atque elegantium Nicolai epistolarum. Collaudantur in ea Leo imp. et Nicolaus. Aliter tamen judicabam de fidei professione a Nicolao, dum ordinaretur, publice recitata, et prædicto sermoni adnexa, quæ religiosæ historiæ multo utilior est, tum quia Byzantinæ Ecclesiæ praxim in suorum antistitum inauguratione demonstrat, tum quia perspicua præcipuorum dogmatum expositio est. Utique Leunclavius, si ei comperta fuisset, hanc in Græcum jus transtulisset. Etenim illa quam habet p. 40 diversa omnino breviorque est. Vaticana inscribitur, Σύμβολον πίστεως ἐπιδοθὲν ἐπὶ τῇ τῆς ἐπισκοπῆς Νικολάου προχειρήσει. Post proœmium ad præsentes episcopos, profitetur Nicolaus fidem suam de Trinitate satis subtiliter et enucleate, nulla facta mentione de controversia cum Latinis circa Spiritus sancti processionem. Transit mox ad Domini incarnationem quam æque contra varios errores diligenter exponit. Postremo septem œcumenicarum, quas recenset, synodorum definitionibus adhærere se confitetur. De sexta quidem synodo hæc ait : Τῶν τὸ ἀνούστατον καὶ τοῖς εὐσεβέσιν ἀθέλητον, ἓν ἐπὶ τοῦ Θεανθρώπου θέλημα, Σεργίου καὶ Πύῤῥου καὶ Κύρου, ὅσους τε ἄλλους τὸ πονηρὸν συνεκρότησαν ἐργαστήριον ἀθετησάντων· *Assentior Patribus, qui stultum et orthodoxorum voluntati repugnans figmentum unius in Deo humanato voluntatis aboleverunt, Sergii, inquam et Pyrrhi ac Cyri, et aliorum quorumvis pravum errorem.* Animadvertat hic quisquis non partium sed veritatis studio ducitur, duos Nicolaum decessores suos patriarchas, tertium autem Alexandrinum inter damnatos hæreticos nominare, Honorii vero Romani nullam mentionem facere, de quo tamen reticere non poterat si reapse in actis authenticis sextæ synodi nomen ejus scriptum fuisset. Hanc Honorii omissionem n epistola quoque synodica S. Sophronii (quæ lecta fuit in sexto concilio) prorsus fieri, jam ego dixi in adnotatione ad Nicetæ Thesaurum Spicil. t. V, p. 465. Item in libello Græcorum synodico haud scribi cum prædictis Honorii nomen, dixi in adnot. ad Photianum syntagma canonum in Spicil. t. VII, p. 5. Quod si S. Germanus *De hær. et syn.* apud nos tomo eodem part. I, p. 52, Honorium quoque collocat cum damnatis Monothelitis, nonne vel ipse deceptus fuit, vel ejusdem fortasse scriptum interpolatum ? Et quidem Germani libellus privati scripti vim habet; at Sophronii epistola, et Nicolai professio, publicam Ecclesiæ auctoritatem præ se ferunt. Hæc scripsi haud fremens neque debacchans pro Romanæ sedis honore, ut de pontificiis scriptoribus ait Cavæus ad VI concilium, sed pacificæ veritatis ut spero viribus nixus et intimi sensus testimonio confirmatus. Sed jam ad Nicolai epistolas accedendum est.

III. Has invenimus centum et sexaginta tres in codice Vaticano, quarum (ut suis locis adnotamus) unam Græce et Latine non plenam Baronius ediderat ad an. 917, apud nos ep. 28 ; alias vero quatuor tantum Latine, et quidem mutilas nec satis bene in Latinam linguam conversas (quæ sunt apud nos epp. 49, 102, 139, 145.) Nam Baronianum fragmentum ad ducem Longobardiæ dissidet plane a nostra epistola 82 ; quare aliunde sumptum videtur. Denique apud eumdem Baronium ad an. 912 et 916, indeque in collectione Labbeana Conciliorum t. IX, p. 1264. seq., duæ illæ leguntur, item Latine tantum, ad papam, quæ sunt apud nos Græce epp. 32 et 53. Manebat itaque inedita hæc Nicolai epistolarum collectio; siquidem septem tantum, et quidem mutilæ, una videlicet Græce, sex Latine, lucem aspexerant. His dictis, sequitur ut editionis nostræ rationem exponamus. Decursis his celeri lectione epistolis, visum est valde utilem fore laborem, si de pluteorum denique claustris protraherentur, præsertim addita interpretatione Latina, non sine scholiis saltem historicis. Verumtamen Spicilegio meo jam præfinitum terminum attingente, meque ipso curis multis distento, id saltem non fuit negligendum, ut minutioribus Græcis typis cunctæ epistolæ imprimerentur ; ipsarum vero notitia proœmio aliquo, ut nunc facimus, lectoribus exhiberetur. Etsi igitur

Digitized by Google

prout eæ jacent in codice, ita in nostro volumine sine ulla ordinis restitutione apparent, rem tamen attente consideranti, septem fere classes epistolarum harum videntur. 1. Ad principes Saracenos. 2. Ad Bulgariæ principem et archiepiscopum. 3. Ad Rom. pontificem et ejus Ecclesiæ homines. 4. Ad imperatorem Byzantinum, et ad principes Armeniæ, Abasgiæ, Longobardiæ et Amalpheos. 5. Ad episcopos. 6. Ad magistratus civiles. 7. Ad sacra officia vel monachos, et ad privatos homines vel anonymos.

Classis prima.

IV. Duæ sunt ad Cretensem amiram, sive principem, epistolæ. Cretam insulam jam inde a Michaelis Balbi temporibus usque ad Nicolai patriarchæ et Constantini Porphyrogeniti ætatem, imo usque ad Nicephorum Phocam sub Saracenis amiris fuisse, testantur passim historici Byzantini, nominatimque Constantinus *De admin. imp.*, cap. 22; et scriptores post Theophanem ed. Paris. p. 185. Cyprum quoque insulam antiquius adhuc, id est trecentis fere ante se annis, stipendiariam factam Saracenis ait Nicolaus p. 163. Reapse sub Heraclio occupatam a Saracenis, deinde a Basilio imp. receptam, moxque iterum sub tributum Saracenorum redactam, narrat Constantinus in Thematibus. Sic tamen tum subditam Saracenis Cretensibus ait Cyprum Nicolaus p. 166, ut æque propemodum Græco imperio esset obnoxia. Causam vero Cypriæ recentis calamitatis dicit Damianum apostatam, qui revera factus Tyri amira, eo tempore obiit, ut narrat cum Nicolao etiam Cedrenus ed. Paris. t. II, p. 612. Jam Himerii præfecti maritimi, cujus item meminit Nicolaus, victoriam navalem de Saracenis memorat Zonaras lib. XVI, 14. Epistolarum Nicolai scopus est, ut Cretensem exoret amiram ne in Cyprios immerentes sæviat; atque ut captivorum libertatem, si fieri possit, impetret; quos inter illi præcipue, ut reor, intelliguntur, qui ob horrendum Thessalonicæ excidium in potestatem Saracenorum per id tempus venerant, uti legitur apud coævos historicos Joannem Lectorem, Joannem Cameniatam, et Demetrium Cydonium. Calamitatis ejus etiam in ep. 75 meminit Nicolaus. Tertia Nicolai epistola classis hujus (apud nos ep. 102) supremo Saracenorum califo scribitur, qui falso rumore audito, quod Saracenorum oratorium Constantinopoli fuisset dirutum, nonnullique e suis ad Islamismum deserendum coacti, injuriæ ulciscendæ cupidus, Christiana templa in Saracenico imperio propositis edictis, prosterni jusserat; dum crudeliter interim Christianos captivos Saraceni tractarent, ita ut et morte damnatos, non capite plecterent, sed more pecudum jugularent (o tempora! o mores!) vel ligno suspensos lapidum sagittarumve jactu per ludibrium perimerent. Negat igitur Nicolaus et delubrum ullum Mahumeticum apud Græcos fuisse deletum, et ullum hominem vi factum Christianum : imperatorum denique Christianorum clementiam, et perpetuam erga Saracenos captivos mansuetudinem prædicat. His et aliis ejus generis dictis mollire califi animum nititur.

Classis secunda.

V. Sequuntur prolixæ ad Simeonem principem Bulgarorum epistolæ viginti sex, quæ est pars collectionis hujus nobilior, in qua omnes Nicolaus Græcanicæ eloquentiæ, curæ pastoralis, ecclesiasticæ auctoritatis, zeli eximii, et charitatis Christianæ vires effundit. Simeon Bulgarorum princeps, Michaeli patri successit, qui ante baptismum fuerat Bogaris, et ad quem Photius præclaram illam scripsit epistolam, vel potius regiam et Christianam institutionem, quæ in libris exstat. Simeonis patrem falso dicit Vladimirum Cangius in *Famil. Sclav. Turc.* ed. Paris. p. 311, cui Maurini (*Art de vérif. les dates*) dubitanter assentiuntur. Nunc autem Simeonis patrem fuisse Bogarim, id est Michaelem primum, epistola 25 Nicolai dubitare non sinit, in qua Simeon dicitur secundus Bulgarorum Christianus princeps, fitque insignis prosopopœia parentis ejus qui Christianæ religionis fundator apud Bulgaros dicitur. Porro notissimum est Bogarim seu Michaelem, primum apud illos principem baptismo fuisse lustratum. Qui ergo apud Cangium et Maurinos interponuntur inter Bogarim et Simeonem principes; videlicet Præsiamus et Michael Vorizes, eorum nulla mentio fit vel ratio a Nicolao habetur : cujus rei causam, quæ multiplex esse potest, nunc inquirere nolo, ne a meo proposito longius aberrem. Primis igitur Constantini pueri cum Romano Lecapeno imperantis annis, cum Nicolaus præcipuus regii pueri tutor palatium et res publicas magnam partem administraret, secundum jam bellum Simeon Bulgarus adversus imperium gerebat, contra fœdus pacificum jam olim cum Leone initum, rapinis, cædibus, sacrilegiis, vastitati indulgens, quæ mala late describit lugetque summopere patriarcha, propterea quod Bulgari a Græcis non ita pridem baptismo suscepto (*epist.* 25, 26, 28), parricidiali veluti bello parentes suos fideique auctores persequebantur, Christianusque sanguis invicem fusus dæmonibus invidis litabatur. Causæ belli variæ erant (*epist.* 9 *init.*, 11, 12), sed ambitio Simeonis præcipua, qui, pueritiam Constantini contemnens, imperium affectabat (*epist.* 18, 20, 21, 25, 27); Romano insuper Lecapeno Simeon irascebatur, qui de tutore imperatorem se fecerat. Cum ergo mœnia ipsa Constantinopoleos Bulgarorum arma pulsarent, Nicolaus, et regio pupillo et imperio atque Ecclesiæ consulens, nullum non lapidem movit: scribendis tot epistolis, quibus non semel Simeon respondit (*epist.* 9, 10, 21, 22, 25, 27), mittendis sæpe legatis, offerendis utilibus conditionibus, veluti nuptiis cum familia domini Romani, pecunia, multa vestium vi, parte etiam aliqua territorii, pœna ecclesiastica, excommunicatione videlicet, non semel indicta (*epist.* 9 *fin.* 22), precibus denique, lacrymis, omnique genere affectuum et argumentorum exprompto, ipse postremo legatus accedens (*epist.* 27, 30), ut Simeonis ani-

Digitized by Google

mum, principis alioqui magnis dotibus præditi (4, 31), expugnaret; id quod denique impetravit: etenim scimus, Simeonem, omisso ad extremum bello, recessisse ab imperii quæ insidebat visceribus, et in Bulgariam suam remeasse. Magna certe libertate dicendi, non sine humilitate Christiana utitur in his epistolis Nicolaus: nam sic aperte Simeoni denuntiat: *Pater tuus ego sum, velis nolis, licet minimus episcopus, qui certe religionem Dei non negavi: etsi enim forte peccatores episcopi sunt, non idcirco vos judices habent; sed contra episcopi de vobis judicabunt. si certe Christi oves estis, neque ab ejus grege aberrantes.* Neque aliæ desunt in his epistolis notitiæ, veluti de tyrannis variis Byzantinis, de Chosroe Persa, de Boga Chersonis prætore, de Gaina Gotho et Chrysostomo de montis Olympi monacho qui per id tempus Abaris Christum prædicavit, de Abarorum exitio, de Patzinacis, de Leone Tripolita Thessalonicæ celebri eversore (*epist.* 23 *fin.*), et deinde apud Lemnum victo. Peculiari autem mentione digna videtur epistola 28, in qua de Romanis legatis sermo est, Theophylacto et Caro, cum litteris Romani pontificis (qui erat Joannes X ad aulam Byzantinam atque ad Simeonem proficiscentibus; quibus litteris pontifex injiciet at Bulgaro anathematis vinculum sibi reservatum, comminans quoque, ut in hodiernis adhuc constitutionibus fit, indignationem apostolorum Petri et Pauli, nisi ab impiis armis recederet. Quamobrem rursus Simeonem Nicolaus orat, ut si minus se, certe sanctissimum papam (quem sic per antonomasiam appellat hic et ep. 75) revereatur. Putamus autem nullam desiderari Nicolai ad Bulgarum epistolam; quandoquidem tricesimam primam (apud nos) fatetur ipse a se ultimam scribi: præterquam quod post illam in codice legitur *finis epistolarum ad Bulgarum.* Attamen de re Bulgarica non ad Simeonem tantummodo, verum etiam ad primarium ejus administrum scripsit Nicolaus (ep. 13), rogans ut domino suo pacem suaderet: itemque duas (ep. 4 et 12) ad Bulgariæ archiepiscopum. Vix autem dubito quin hic sit Simeon Debeltensis, qui synodo Photianæ anno 879 interfuerat. (Videsis Coletum *Illyr. sacr.* t. VIII, p. 207). Harum in prima de homine loquitur qui ad sacrum apud Græcos asylum confugerat (confer Photium ep. 4), quem repetenti Bulgaro tradit Nicolaus, sed cum districto mandato, ut impunis illæsusque sit. Altera epistola suasoria est, videlicet ut archiepiscopus omni ope contendat apud Simeonem, quo finem molestissimo bello imponat: digna sane lectu epistola propter graves de ecclesiastico officio sententias, et de sacra Eucharistia effatum: deplorat enim ecclesias bello pollutas', in quibus *herili præsentia residet sanctum illud et immaculatum corpus ac sanguis, quæ qui manducat et bibit, certam propriæ sanctificationis spem adipiscitur.*

Classis tertia.

VI. Prima occurrit luculentissima, atque instar tractatus, epistola (32) quam Nicolaus ad Romanam Ecclesiam vel sub Landone pontifice, ut putat Baronius, vel sub Anastasio tertio, ut censet Pagius, sed certe post Sergii tertii obitum scribit, qui tanquam beatus tum in hac tum in ep. 53 nominatur, neque de Sergio quidquam injuriosum scribit, quanquam ipse dispensationem ad quartas nuptias Leoni concesserat. Propositum epistolæ est expostulatio cæteroqui non æqua adversus Romanam Ecclesiam, quæ imperatori in causa nuptiarum missis etiam legatis faverat: ex quo evenerat, ut ipse contrariæ disciplinæ defensor, sede pulsus, substituto Euthymio, fuisset. Multa pro sua sententia dicit Nicolaus, nititurque nominatim canonibus vulgo apostolicis et Clementis constitutis, quæ scripta, ut jam notavit Baronius, apocrypha esse scimus: Græci autem opinionem illam serius exuerunt; nam et Photius in Amphilochianis quæstionibus nondum de illis dubitat. Curiosa hæc est insignisque epistola tum ob rei perspicuam narrationem, tum etiam ob ecclesiasticæ disciplinæ notitiam. Namque universa fere Orientalis Ecclesia quartis nuptiis interdicit. Ecce enim Armeniorum quoque patriarcha Sion, nedum quartas sed tertias etiam vetat nuptias canone XIII, apud nos *Script. vet.* t. X, part. II, p. 308. Et Severus Syrus patriarcha Antiochenus tertias nuptias improbat in sermone priore *de sancta Drosid*e, item apud nos op. cit. t. X, p. 753. Denique Abulpharagius, Jacobiticæ Ecclesiæ maphrianus seu primas, in Nomocanone a nobis edito *Script. vet.* t. X, part. II, p. 64, Græcorum severa statuta de tertiis quartisque nuptiis retinet. Et Nicolaus quidem primo contendebat, ne per indulgentiam quidem imperatori concedendas fuisse quartas nuptias: deinde vero in aliis ad papam Latinosque litteris, eo demum devenit, ut Leoni peculiares ob causas indulgendum fuisse dicat, cæteris nunquam. Postremo hæc controversia in Græca Ecclesia sub Leonis filio Constantino finita est in synodo περὶ ἑνώσεως, *de unione*, quæ coacta fuit ob conciliandum schisma inter ipsos Græcos, quorum pars Romanæ sententiæ, pars Græcæ favebat. Etenim constituto solemni tam ecclesiastico quam civili quartæ nuptiæ vetitæ fuerunt, uti videre est apud Leunclavium in *Jure Gr. Rom.* t. I. p. 103. Nihilo tamen minus Romana Ecclesia Pauli apostoli dicto auscultans I ad Cor. VII, 39: *Mulier alligata est legi quanto tempore vir ejus vivit; quod si dormierit vir ejus, liberata est, cui vult nubat*; libertatem hanc ab Apostolo manifeste concessam nullo limite constringendam putavit. Porro hæc controversia, ut quisque agnoscit, disciplinaris tota est, non dogmatica. Jam nec Nicolai querela de appellatione Leonis ad papam, et de Romanorum in hoc negotio interventu, justa est; quandoquidem ipse Romanæ Ecclesiæ primatum, ut æquum est, confitetur προνόμιον ἐκκλησιαστικῆς ὑπεροχῆς. Quod denique quartas nuptias Nicolaus πορνείαν, *fornicationem*, vel pejus quiddam, audet cum priscis aliquot appellare, id non aliter intelligo quam de impedimento, ut aiunt, dirimente, quod auctoritate ecclesiastica interpositum, nullas ipso facto reddit nuptias, quandiu

Digitized by Google

tenet; ideoque ipsarum usus a πορνείας labe non differt. Ad historiam vero duplicium Valentiniani imp. nuptiarum, quam Nicolaus attingit, Socratis sine dubio lib. IV, cap. 31 narratione fretus, nihil ego dicam post illa quæ prudentissime more suo disputavit Tillemontius in adn. 28 ad prædicti Cæsaris gesta. In duabus reliquis (53 et 56) ad Joannem papam epistolis eamdem quidem rem Nicolaus urget, sed tamen Ecclesiarum concordiam optare se dicit : quod idem ait etiam in epp. 54 et 55 ad Romanos homines scriptis; et papæ nomen in dissidio revulsum, reponendum in diptychis judicat : rursusque præteritæ indulgentiæ connivet, sed disciplinam suam in posterum firme tuetur. Epistola quoque 77 sine dubio ad papam scribitur vel Landonem vel potius Joannem X. In ea agitur de pace cum Romana Ecclesia, quam Nicolaus, post suum ab exsilio reditum, et sui cleri schisma sedatum, prorsus componere optat · *ut sit*, inquit, *sicuti a principio, ita et nunc pacis vinculum, et unio Romanæ Ecclesiæ cum Constantinopolitana.* Illud utiliter quoque in prima ad Rom. Ecclesiam epistola, adnotabunt eruditi, quod nempe filia Leonis quædam Franco principi desponsa fuisset. Ea quippe vera fuit hæc nomine Anna, quam Leo ex conjuge secunda susceperat, quamque adultam declaravit Augustam post matris obitum, ut palatinis conviviis præesset, teste Leone Grammatico in Leonis Sapientis Vita ed. Paris. p. 481.

Classis quarta.

VII. Prima hujus classis epistola (nobis 86) Ecclesiæ œconomum commendat imperatori, quem Romanum Lecapenum intelligo, nam Constantinus puer erat. In alia Romano Cæsari missa (95) monet de Bulgaris Lampsacum usque profectis. Tum quædam suggerit de scriniariis, de recta officiorum promotione, et de justitia : quo in loco quid vocabulum ῥῶγαι significet non definio, sed ex Lennepii Etymologico Gr. conjicere licet supplices fuisse libellos vel ipsorum taxam. Tertia epistola (156) consolatoria est ad eumdem Romanum imp. in obitu uxoris Augustæ Theodoræ anno 922. Utitur exemplis Æmilii Pauli et Anaxagoræ qui orbitatem fortiter pertulerunt. Pulchræ sunt tres epistolæ ad Georgium Abasgiorum principem, quarum in prima condolet ei de parentis egregii obitu. In eadem hac aliisque laudat magnopere Georgii virtutes, gratiasque agit ob impensam Alanorum finitimorum conversioni et baptismati curam, eique Alaniæ archiepiscopum impense commendat. Georgii hujus Abasgiæ principis, nec non ejus filii Pancratii, res gestas attingit Cedrenus ed. Paris t. II, p. 718, 770. Abasgiorum historiam et conversionem ad Christum videsis apud Zonaram lib. XV, 1 : apud quem deinde lib. XVI, 9 seq., Georgii clades sub Basilio secundo, et Pancratii filii vices varie narrantur. Circa epistolam (82) ad Landulphum hæc habeo quæ dicam. Primo quidem Constantinus in Thematibus perspicue docet, quid tum Longobardiæ nomine designaretur, nempe provincia circa Neapolim finitimasque urbes, quam appellationem a Longobardis dominis sortita erat. Constat præterea Leonem Sapientem misso exercitu Beneventum occupavisse Landulphus autem Constantinopolim a patre Atanulpho missus olim fuerat, et deinde evasit Benoventi dominus. Legatur Viventius *Hist. Neap.* ed. sec. t. I, p. 49, nec non Muratorius *Annal Ital.* ad an. 891 et 909; denique *Art de vérif. les dates* in principibus Beneventi. Docet autem nos Nicolai epistola Ursoleonem patricium quemdam in Longobardia pro imperatore præsidem a Landulpho fuisse interfectum, castris ejus occupatis; qua de re loquitur etiam in epistola ad episcopum Hydruntinum; imo illuc respicit etiam epistola ad Gædonem protospatharium. Nicolaus vero, etsi rem gestam valde improbat, veniæ tamen Landulpho spem injicit, imo etiam obtinendi Longobardiæ præfecturam, modo fidelis imperatori sit. Epistola quoque (85) ad clerum et optimates Longobardiæ in eodem negotio versatur : dederat enim operam Landulphus ut causam ipsius ageret clerus apud aulam Byzantinam, et se præsidem regionis postularet. Denique ad epistolam 145 quod attinet, scimus Amalphitanam civitatem temporibus illis extera dominatione liberam, per duces suos regi solitam, et Græcis quoque contra Italicos Saracenos opem tulisse. Nunc Nicolaus pro captivis Christianis ope ducis Amalphitani ex Barbarorum servitute vindicandis laborat, ob eamque rem pecuniam quoque submittit. Amalphitanum ducem Nicolaus spiritalem filium suum dicit.

VIII. Nicolai ad supremum Armeniorum principem epistola (139) peculiari declaratione ob ecclesiasticam ejus gentis historiam digna videtur. Ea scribitur ad Sembatum Asutii filium Bagratunium, quem cum titulo *principis principum* imperitasse Armeniæ inter sæculi noni finem ac decimi initium dicit Samuel Aniensis in Chronico non ignobili, quod nos interprete v. cl. Joanne Zohrabo Mediolani anno 1818 subtexuimus famosiori illi Eusebii Cæsariensis Chronico, quod ibidem æque edidimus ex genuino et authentico Haicanæ linguæ codice, quem ipse laudatus Zohrabus Constantinopoli Venetias deportaverat, atque in suum exemplar fideli prorsus collatione transfuderat. Epistolæ triplex veluti partitio est : etenim in prima prædicat Nicolaus recti dogmatis (εὐσεβείας) necessitatem, a quo nonnulli (Armenios intelligit) cum majorum suorum culpa descivissent, mordicus tamen avitæ traditioni adhærebant : quam rem alienam esse omni officio et prudentia, merito dicit. In altera sectione epistolæ narrat, mortuo nuper apud Armenios patriarcha, sive ut vulgo aiunt catholico (qui fuerat Mastosius) principem Armenium per suos apocrisarios significasse Cæsari Byzantino (qui erat Leo Philosophus) nec non Græcæ Ecclesiæ, cogitare se de mittendo Constantinopolim illo homine, quem novum patriarcham designaturus erat, ut ibi consecrationem reciperet, et cum Græco clero religiosa consilia misceret. Hanc principis voluntatem magnopere probat, atque ut sine mora in rem conferatur, Nicolaus hortatur : idque saluti

Digitized by Google

necessarium ait, propterea quod Armenii catenus ab orthodoxæ doctrinæ tramite aberraverant. Quo in loco Photii quoque decessoris sui legationem atque epistolam ad Zachariam Armeniorum patriarcham memorat pro concordia atque ad orthodoxiam reditu : etsi id tentamen ob temporum vicissitudines cassum evasisse ait. In postrema demum parte rem prædictam perorat Nicolaus, valde optans et urgens ut eligendus præsul sincera Ecclesiæ doctrina Constantinopoli imbuatur, quo in patriam reversus Armeniacum populum haud religione minus quam civili pace Græcis adjungat. Hactenus Nicolai epistola. Verumtamen res multo aliter accidit : patriarcha enim hoc tempore electus, Joannes sextus fuit, cognomento Historicus, qui sedem illam adiit anno 897. Is autem adeo ad concordiam dogmatum non accessit, ut se imo Chalcedonensis synodi hostem in Historia sua palam profiteatur : et sæpe quidem a Constantino imp., per Theodosium legatum, Constantinopolim fuisse invitatum ait, nunquam tamen illuc profectum, ne pacis initæ vel ineundæ cum Chalcedonensis synodi asseclis schismaticæ genti suæ suspicionem præberet.

Classis quinta.

IX. Episcoporum totius orbis Christiani plenam notitiam quandonam collectam habebimus? Orientalium quidem nomina aggressus est enumerare Lequinius in *Oriente Christiano;* verumtamen, unius hominis vires is labor excedebat. Nihilominus majore adhuc ausu cardinalis Garampius, dum Vaticano tabulario præerat, opus moliebatur inscriptum *Orbis Christianus*, cum infinita episcoporum congerie : verumtamen hæc quoque lucubratio in schedarum innumerarum acervo ms. jacet. Sed enim illarum quidem regionum, quæ peculiares episcopatuum suorum scriptores nactæ sunt, facile episcopos, etsi nondum omnes, nanciscimur. Aliarum vero, quæ plurimæ sunt, regionum episcopos nusquam melius quam in Labbei ad concilia apparatu cognoscimus, apud quem tam generalis quam geographicus episcoporum, qui in collectis ab eo conciliis nominantur, catalogus legitur. Attamen hic quoque numerus quantopere sit imperfectus, quotidie dignoscitur, primo quia nonnisi conciliis nititur, iterum quia concilia ipsa haud omnia neque tunc neque modo sunt cognita : ecce enim nos ipsi incomperta Labbeo duo nuper vulgavimus, cum episcoporum multorum subscriptionibus. Quorsum hæc dicimus? Nempe ut quintam epistolarum Nicolai classem hoc saltem titulo commendemus, quod Byzantini patriarchatus episcoporum nomina partim inaudita fortasse recitat, partim novo documento confirmata. Nam de singularum epistolarum argumentis brevitatis gratia vix loqui possumus. Cum de Bulgariæ archiepiscopo jam retro diximus, reliquos alphabetico ordine prosequemur, quorum si quam notitiam ex Labbeo vel aliunde hausimus, non reticebimus. Ep. 52, 118, 133, 134, 135 Alaniæ archiepiscopatus est in Leonis Sapientis schematismo apud Leunclavium t. I, p. 88. Alterius recentioris Alaniæ archiepiscopi scripta Græca haud pœnitenda mihi cognita sunt, quæ postea litterario orbi patefaciam. Ep. 65, Amisi Joannes. Ep. 113, Athenarum Nicetas interfuit concilio Constantinop. an. 870. Memoratur etiam ejus successor Sabas qui interfuit pseudo-synodo Photianæ an. 879. Ep. 115, Antiochiæ metropolita Euthymius; intellige Pisidiæ Antiochiam, quæ revera erat metropolis, Labb. ind. geogr. Ep. 114, 128, Chaldiæ Basilius; mendum videtur in concilio Constantinop. anni 870, ubi Basilius Chalcedonensis, fortasse pro Chaldiensis. Porro Chaldia fuit unum ex imperii thematibus in Pontica regione. Ep. 106, Chersonis archiepiscopus videtur ille Paulus qui hoc titulo subscripsit pseudo-synodo Photianæ an. 879. Ep. 157, Cyzici Demetrius. Ep. 50, 107, 130, 137, 138, Cyzici metropolita Ignatius. Ep. 93, 113, Claudiopolos Theoctistus. Ep. 39, 41, 42, 48, 89, 94, 124, 132, 151, 154, 160, Ephesi metropolita Gregorius scribitur in *Oriente Christiano*, t. I, p. 685, et apud Labb. Interfuit pseudo-synodo Photianæ. Ep. 132, Heracleæ Photius. Ep. 58, Iconii anonymus. Palladius quidem Iconii nominatur in epistola Leonis imp. apud Labb. t. IV, p. 1836. Stylianus et Theophylactus Iconii in synodo Constantinop. an. 870. Theophilus Iconii in pseudo-synodo Photiana. Ep. 83, Hydrunti anonymus, videtur Marcus Hydruntinus qui fuit in pseudo-synodo Photiana. Ep. 104, 158, Laodiceæ metropolita Constantinus. Ep. 116, Larissæ Philippus. Ep. 49, metropolitis extra communionem positis, ob schisma videlicet in causa tetragamiæ; a quibus queritur se derelictum, a filiis patrem. Ep. 71, 100, Nicææ Alexander in *Oriente Christ.* t. I, p. 648. Ep. 96, 97, Nicomediæ Ignatius. Ep. 43, 119, 123, Patrarum metropolita Andreas. Ep. 108, 110, Pissinuntis Eustratius in pseudo-synodo Photiana. Ep. 142, Sardium metropolita Antonius. Ep. 57, Synadis anonymus. Petrus Synnadensis in concilio Constantinop. anni 870. Nicolaus Synnadensis in pseudo-synodo Photiana anni 879. Ad hunc scribere Nicolaum patriarcham credendum est. Ep. 117, 129, Sylæi Leo. Ep. 122, Ambrosius episcopus. Ep. 98, anonymus episcopus.

In hujus quintæ classis epistolis agitur de ecclesiarum regimine, de schismate tetragamiæ causa, de variis circa eam ætatem personis vel negotiis, de ejusdem temporis calamitatibus. In ep. 94 attingitur immunitatis ecclesiasticæ jus. Aliquot denique epistolæ familiares sunt et officiosæ. Anonymarum quidem epistolarum nonnullæ absque dubio scribuntur ad episcopos.

Classis sexta.

X. Scribuntur hujus classis epistolæ ad civiles magistratus. Horum notitiam vix ullam aut ne vix quidem scribam, quia de personis longus sermo foret, officiorum autem tituli noti sunt ex libris de dignitatibus aulæ Byzantinæ, præfecturæ denique pleræque describuntur in Constantini imp. libro *De*

Digitized by Google

hematibus. Ergo epistola 146 scribitur Constantino protasecretis. Ep. 91, Coropo viro illustrissimo. Ep. 69, 70, Davidi Camuliano protospathario. Ep. 84, Gædoni protospathario imperatoris. Ep. 103, Godino imperatoris protospathario et præsidi. Ep. 121, Leoni patricio et prætori Anatolicorum. Ep. 127, Leoni spathario et judici Paphlagoniæ. Ep. 40, Malacino patricio. Ep. 140, Michaeli patricio et prætori Thessalonicæ. Ep. 144, Nicolao prætori Longobardiæ. Ep. 150, Philotheo patricio. Ep. 54, Helladis prætori. Ep. 161, Peloponnesi prætori. Ep. 35, Strymonis prætori. Ep. 149, Thracesiorum prætori. Ep. 44, prætori cuidam. Notabiliora in prædictis epistolis hæc fere sunt. In 34 sermo est de gravi discordia et schismate Thebani cleri. In 84 memoratur Longobardiæ tumultus. In 144 dicitur quies restituta Longobardiæ per Nicolaum prætorem. In 140 veritatem patriarcha a prætore exquirit sub anathematis pœna. In 146 intentat prætori anathema ob rejectum archiepiscopum Neapoleos a se destinatum, et obtrusum alium. In 150 admittit patriarcha querelam cleri Nicæni adversus prætorem suum, a quo ad militiam adigebatur. Dicit insuper Nicæam donatam fuisse honore metropolitico ob synodos in ea celebratas. In reliquis epistolis scribuntur sapientia monita, commendationes, et alia modo publica modo privata.

Classis septima.

XI. Omnium copiosior classis septima est. Ep. 47, Constantino. Ep. 136, Stephano, Michaeli et Constantino fratribus. Ep. 36, Curatori Strongylizontis. Hunc ecclesiasticum locum fuisse in themate Strymonis, apparet ex præc. ep. 35, qua commendatur ejus loci curator præsidi Strymonis. Constantinopoli quidem Στρόγγυλον castellum erat, itemque monasterium, ut videre est apud Bandurium *Imp. Orient.* t. II, p. 739. Ep. 37, Styliano diacono. Ep. 60, œconomo Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Monachis autem scribuntur hæc. Ep. 33, 64, 120, 131, Tryphoni. Ep. 28, Phileto. Ep. 45, Arsenio. Ep. 62, Petro. Ep. 63, Epiphanio. Ep. 126, 143, Ignatio olim magistro, postea monacho. Ep. 141, hegumeno anonymo ad Aras solis. Ep. 148, Euthymio. Ep. 153, Theodosio (Θεοδ.) monacho et cubuclisio, id est cubiculario. Ep. 163, Antiocho. Ep. 78, monachis communiter. Denique anonymis hominibus epp. 59, 61, 66, 67, 68, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 79, 80, 81, 87, 88, 90, 92, 101, 105, 109, 111, 125, 147, 152, 155, 159. Ἀδήλῳ, id est *incerto*, ego inscripsi, cum nullum aderat in codice nomen: et quandoque quidem pro ἀδήλῳ videbatur ponendum τῷ αὐτῷ, *eidem*, relative scilicet ad præcedentis epistolæ inscriptionem; quandoque tamen secus. Materiam tot epistolarum sigillatim non persequar, veluti quod ep. 66 superstitiosi aliquot actus reprehenduntur, qui a Christianis fiebant per incensas pyras, et per animalium prope ethnicam immolationem; qui ritus in Armeniis quoque reprehensus fuit; cf. Spicil. t. VII, p. 171. Denique ep. 68 rerum Christianarum in Chazaria non contemnenda notitia traditur, etc.

XII. Aliud mihi in Vaticanis codicibus compertum est Nicolai Mystici scriptum ineditum, nempe ejus homilia ad populum Byzantinum, post auditum de Thessalonicæ excidio tristissimum nuntium, quæ dira calamitas anno Christi 904 contigit (qui erat pontificatus Nicolai annus nonus) duce apostata Leone Tripolita Saraceno. Superest hæc homilia in cod. Vat. 172, una cum Joannis Cameniatæ historia de prædicto Thessalonicæ casu, nec non Joannis Lectoris historia item ac monodia de postrema ejusdem urbis a Turcis captura. Utriusque Joannis scripta a Leone Allatio in *Symmictis* ex hoc eodem codice fuisse edita, exploratum fit ob opusculi secundi lacunas in editione relictas, quarum causa fuit ipse codex in superiore parte lacer, ut conferenti mihi evidenter patuit. Quia tamen Nicolai homilia pæne tota in eo versatur ut populum ad peccatorum detestationem permoveat, ob quæ et Thessalonica ceciderat, et parem pœnam Constantinopolis ipsa pertimescebat; ideoque parum quid habet historicum; et quia codex, ut dixi, lacer orationis seriem abrumpit; tenuem tantummodo particulam hic recitabo quæ historiam propius attingit. Titulus homiliæ hic: Νικολάου πατριάρχου ὁμιλία εἰς τὴν ἅλωσιν τῆς Θεσσαλονίκης, ῥηθεῖσα ἐν ἄμβωνι τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας μετὰ τὴν εἴσοδον. Μικρῷ πρότερου ὑμῖν εἶπον, ἀγαπητοί, κ. τ. λ. *Nicolai patriarchæ homilia de capta Thessalonica, dicta in pulpito Magnæ Ecclesiæ post introitum. Paulo ante diximus vobis, charissimi*, etc. Circa vero orationem mediam sic. Νῦν ἐφ' ἡμᾶς ἐξεχύθη ἄκρατος ἡ ὀργὴ, καὶ ὁ παῤῥησιαζόμενος ἢ ἀναστέλλων οὐδείς. Ἐκενώθησαν πόλεις οἰκητόρων, ἄνδρες ἴσα βοσκήμασι κατεσφάγησαν, γυναῖκες διασπώμεναι τῶν ὁμοζύγων βιαίως, ἐλεεινὸν θέαμα, τοῖς ἀσελγεστάτοις ἐνασχημονούμεναι πρόκεινται. Τίς δώσει τοῖς ἐμοῖς ὀφθαλμοῖς δακρύων πηγὰς, καὶ κλαύσομαι ταῦτα καὶ τὰ τούτων ἐλεεινότερα; Ἐβεβηλ[ώθησαν παρ]θένοι ἀφιερωμέναι [οὐρανίῳ νυμ-]φῶνι πρὸς ὕβριν ἀπήχθ[ησαι], θυσιαστήρια τοῦ Θεοῦ τῇ τῶν ἀκαθάρτων ἐχράνθη ἀκαθαρσίᾳ, μονάζοντας καὶ ἱερεῖς ξίφος καὶ δουλεία μερίζεται. Οἴμοι τῶν ἐμῶν κακῶν τὸ βαρύτατον! τὰ πολύαθλα τῶν ἁγίων λείψανα παίζεται τοῖς βεβήλοις καὶ καταιχίζεται, καὶ μετὰ θάνατον δευτέρους ἄθλους ὑφίστανται. Ποῦ μοι, Δημήτριε μάρτυς, ἡ ἀήττητος συμμαχία; πῶς τὴν σὴν πόλιν ὑπερεῖδες πορθουμένην; πῶς ὑπὸ σοὶ πολιούχῳ ἡ ἐχθροῖς ἄβατος ἀφ' οὗ χρόνου ταύτην ἥλιος ἐθεάσατο, τοσούτων κακῶν εἰς πεῖραν ἐγένετο; πῶς τῆς τῶν δυσσεβούντων ὀφρύος ἠνέσχου κατορχουμένου τῆς ἱερᾶς προστασίας; πῶς ὑπέμεινες ταῦτα καὶ διεκαρτέρησας; κ. τ. λ. *Nunc nobis immensa ira incumbit, nemoque est qui resistere audeat. Vacuatæ sunt civibus urbes, viri pecudum instar trucidati, feminæ a maritis vi abstractæ, miserabile visu! impurissimis hostibus violandæ prostant. Quis meis oculis lacrymarum fontes suppeditabit, ut hæc et pejora his mala deplorem? Sacratæ cœlesti Sponso virgines dehonestatæ sunt atque ad ignominiam pertractæ: impurorum spurcitiis altaria Dei polluta fuerunt: monachi et sacerdotes partim ense consumpti, partim in*

servitutem abducti. Heu demum malorum meorum gravissimum! Sanctorum tot cruciatus olim perpessæ reliquiæ, profanorum ludibrio et injuriis en vexantur, et secundas pœnas post obitum sustinent. Ubinam tuum, Demetri martyr, invictum auxilium? cur civitatis tuæ excidium permisisti? quomodo urbs, ex quo eam sol conspicit, per tuum præsidium inexpugnabilis, tam gravi malo correpta est? cur impiorum superbiam pertulisti tutelæ tuæ insultantem? cur hæc, inquam, fieri passus es? etc.

ΝΙΚΟΛΑΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ
ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

—

NICOLAI
ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI
EPISTOLÆ.

—

I. *Ad illustrissimum et clarissimum atque dilectum ameram Cretæ.*

A Omnis terrena potestas omnisque principatus, amice, ex superno principatu pendet atque potestate; nec ulla inter homines potestas, neque potens quisquam proprio ingenio potentiam in terris adipiscitur, quin concesserit Dominus in altissimis regnans solusque potens. Quare decet, si fieri potest, quotquot inter homines potentiam obtinuimus, etiamsi in nullo alio inter nos communicare daretur, sermonibus tamen, et quia potentiæ donum ab uno eodemque sumus consecuti, nullam prætermittere diem quominus et litteris et legatis communicemus negotiorum peritis; illos vero qui majores tractant magistratus, quo plus honore afficiuntur et tanquam fratres inter superextolluntur maximasque tenent potestates. Sed quid sibi volunt dicta? Duæ siquidem potestates omnem terrenam superant potestatem, fratres Saracenorum scilicet ac Romanorum, non secus ac illa B duo majora in firmamento luminaria: et propter id communiter et fraterne se ad invicem habere illos oportet; neque ideo quod moribus, vita et cultu discrepemus, alienos ad alterutrum esse nec cunctos nos litterarum commercio privare decet si convenire non datur; quod etiam tunc nobis sentiendum esset ac agendum, cum nulla ad id impelleret negotiorum necessitas.

Α. *Τῷ περιδόξῳ καὶ λαμπροτάτῳ ἀμηρᾷ τῆς Κρήτης καὶ ἠγαπημένῳ.*

A Πᾶσα ἐπίγειος ἐξουσία καὶ ἀρχὴ ἐκ τῆς ἄνωθεν ἤρτηται, ὦ φιλότης, ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας, καὶ οὐκ ἔστιν ἐξουσία ἐν ἀνθρώποις, οὐδὲ δυνάστης ἐξ οἰκείας περινοίας ἐπὶ γῆς δυναστείαν κληρονομῶν, εἰ μὴ ὁ ἐν ὑψίστοις ἐξουσιαστὴς καὶ ἄρχων καὶ μόνος δυνάστης κατανεύσῃ τὴν κληρονομίαν. Διὰ τοῦτο προσῆκεν, εἰ δυνατὸν, πάντας τοὺς ἐν ἀνθρώποις δυναστείαν λαχόντας, εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον ἦν τὸ πρὸς ἀλλήλους κοινωνεῖν ἐπιτρέπον, καὶ ποιεῖσθαι τὴν διὰ λόγων προσομιλίαν, δι' αὐτό γε τοῦτο, καθ' ὅτι τῶν ἐξουσιῶν τὴν δωρεὰν παρ' ἑνὸς ἐλάχομεν, μὴ διαλιμπάνειν ὅσαι ἡμέραι ποιεῖσθαι τὴν πρὸς ἀλλήλους κοινωνίαν, καὶ διὰ γραμμάτων καὶ δι' ἀποστόλων τῶν ἐξυπηρετούντων τοῖς πράγμασι. Τοσούτῳ δὲ πλέον τοὺς τὰς μεγάλας ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας διέποντας, ὅσῳ καὶ μᾶλλον διαφερόντως τετίμηνται, καὶ οἷον ἀδελφοί τινες τῶν ἄλλων ἀδελφῶν ὑπερέχοντες καὶ προκριθέντες, καὶ τὰς τῶν μεγί- B στων ἀρχῶν καὶ ἐξουσιῶν διοικήσεις ἐπιτραπέντες. Τί βούλεται ἡμῖν τὸ εἰρημένον; Ὅτι δύο κυριότητες πάσης τῆς ἐν γῇ κυριότητος, ἥ τε τῶν Σαρακηνῶν καὶ ἡ τῶν Ῥωμαίων ὑπερανέχουσι καὶ διαλάμπουσιν, ὥσπερ οἱ δύο μεγάλοι ἐν τῷ στερεώματι φωστῆρες. Καὶ δεῖ κατ' αὐτό γε τοῦτο μόνον κοινωνικῶς ἔχειν καὶ ἀδελφικῶς, καὶ μηδ' ὅτι τοῖς βίοις καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασι καὶ τῷ σεβάσματι κεχωρίσμεθα, παντάπασιν ἀλλοτρίως διακεῖσθαι καὶ ἀποστερεῖν ἑαυτοὺς τῆς διὰ τῶν γραμμάτων συνομιλίας παρὰ μέρος ἐντυχίας. Δεῖ μὲν οὖν οὕτω καὶ φρονεῖν ἡμᾶς καὶ ποιεῖν, κἂν μηδεμία τις ἄλλη πραγμάτων χρεία πρὸς τοῦτο προὐτρέπετο.

Digitized by Google

Νῦν δὲ μεθ' ἧς ἔφημεν εὐλόγου αἰτίας, καὶ πρά- A γματα συμβεβηκότα οἷα ὥστε πειθόμεθα, οὐδὲ τῇ σῇ ἀρέσκει μεγαλωσύνῃ, καὶ πρὸς τὸ γράφειν ἡμᾶς παρώρμησε, καὶ πρὸς τὴν ἀποστολὴν τῶν ἤδη πρὸς τὴν θεόσδοτον ὑμῶν ἐξουσίαν ἀπεσταλμένων. Ἀλλὰ πρό γε τῆς τῶν πραγμάτων ἐξηγήσεως, ἐκεῖνό φαμεν, ὡς πολλὰ μὲν ἔστιν, οἷς ὁ εἰς ἀρχὴν καταστὰς δίκαιος ἂν εἴη σπουδὴν ποιεῖσθαι τοῦ διαπρέπειν, εἴγε μὴ τῇ ἀναξίῳ τῆς ἀρχῆς εἶναι τοῦ ἔλεγχον διδόναι τοῦτο προκέκριται· καὶ ἀντὶ τοῦ παράδειγμα βίου πρὸς ἀρετὴν ὁρῶντος γίνεσθαι τοῖς ἀρχομένοις, καὶ θαῦμα γλυκὺ τῆς οἰκείας ἀρχῆς, καὶ πόθον παρέχειν αὐτοῖς, πρὸς μῖσος μᾶλλον καὶ ὕβριν διερεθίζει καὶ προσκαλεῖται. Τὸ δὲ οἷον κορυφὴ τῆς τοῦ ἄρχοντος ἀρετῆς, καὶ τὸ κεφάλαιον τῶν κατορθωμάτων B δικαιοσύνη ἐστὶ, δι' οὗ αὐτός τε ἰσχὺν περιβάλλεται, καὶ τὸ ὑποχείριον ἀσφαλῶς πολιτεύεται, καὶ τὸ πολέμιον εἰς ἀντίστασιν οὐ ῥᾳδίως καθίσταται· τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῆς τοῦ ἄρχοντος ζωῆς πρὸς ἀρετὴν ἀποβλέποντα, ἐκεῖνον μὲν κοσμεῖ, καὶ ὥσπερ ἄνθη τινὰ ἐξωραΐζει· πρὸς δὲ τὸ ὑπήκοον, εἰ μὴ προαιρεσίς ἐστιν αὐτοῖς ἀγαθὴ ζηλοῦν καὶ ἀπομιμεῖσθαι τὴν τοῦ ἄρχοντος ἀρετὴν, οὐ μέγα τι συμβάλλεται. Δικαιοσύνη δὲ κοινή τις οὖσα σωτηρία, τόν τε ἄρχοντα δείκνυσιν ἀρχικώτερον, καὶ τοῖς ὑπὸ τὴν ἐκείνου τεταγμένοις ἀρχὴν τὸ ἀσφαλὲς προμηθεύεται.

Nunc autem, quæ ostendun, quam justa de causa hæc fuerimus locuti, istiusmodi sunt quæ gesta fuerunt, nec tuæ magnitudini placent. Sed nos ad scribendum tibi epistolam impulerunt atque ad legationem mittendam quæ jam ad vestram a Deo datam potestatem missa fuerat. Sed antequam ad gestorum narrationem deveniamus, id dicimus, multa nempe esse in quibus ut præcellat illi cura est habenda qui principatu potitus est, nisi forte ostendere se indignum principatu esse, prius decreverit: sin minus, nedum subditis exemplar vitæ ad virtutem ordinatæ se præbeat, nedum suum imperium dulce et mirabile ostendat suique desiderium faciat, ad odium potius injuriasque eos concitabit provocabitque. Virtutis autem principis fastigium, ut ita dicam, summumque votum justitia est, qua ipse robur obtinet atque regnum administrat, hostesque prohibet ne facile obsistant. Namque cætera omnia quæ in vita principis ad virtutem tendunt, eum exornant ac velut flores venustate circumdant, parum autem subditis prosunt, nisi eis insit felix cupido imitandæ principis virtutis atque æmulandæ; justitia vero, quasi communis salus, principem efficit potentiorem et subditis securitatem ministrat.

Ἀλλ' ἐπεὶ ταῦτα εἴρηται, λέγωμεν ἤδη καὶ τὰς αἰτίας, δι' ἃς εἰς τούτους τοὺς λόγους κατέστημεν. Ἡ τῶν Κυπρίων νῆσος, ὦ μεγαλοδοξότατε τῶν C Σαρακηνῶν ἀρχηγὲ, ἀφ' οὗ χρόνου σπονδῶν εἰρηνικῶν πρὸς αὐτοὺς γεγενημένων ὑπόφοροι τῆς ὑμῶν κατέστησαν ἐξουσίας, καὶ μέχρι τοῦ παρόντος ἐν τῇ τῶν συνθηκῶν ἀσφαλείᾳ διέζησαν, οὐδενὸς τῶν προπατόρων ὑμῶν, ὅσοι τὸ Σαρακηνῶν ἔθνος ἔλαχον διέπειν, οὔτε λύσαντος τὰς σπονδὰς, οὔτε κακοῦ τινος εἰς πεῖραν αὐτοὺς καταστήσαντος, ἀλλὰ κατὰ καιροὺς οἱ τῆς ἀρχῆς κληρονόμοι καλῶς καὶ δικαίως φρονοῦντες τὰ ἐπ' ἀρχῆς ἀρέσαντα τοῖς πατράσιν αὐτῶν, καὶ βεβαιώσει διησφαλισμένα ἐγγράφῳ, ἐτίμησάν τε καὶ διεσώσαντο, μηδέν τι καινοτομήσαντες μηδὲ φρονήσαντες ἕτερον, οὐδ' ὅτι πράξαντες παρὰ τὴν τῶν προγόνων προαίρεσιν. Νῦν δὲ τί ἐροῦμεν; Καίτοι ἔδει ὅσον ὁ χρόνος προέβη, καὶ ἡ ἀρχαιότης ἐκράτει τῶν συμπεφωνημένων, τοσοῦτον D εὐλαβῶς ἔχειν περὶ τὴν ἀθέτησιν αὐτῶν· ἀλλ' ὅμως πάντα ἠθέτηται καὶ καταπεπάτηται, καὶ βουλαὶ ἃς οἱ πατέρες ὑμῶν ἐβουλεύσαντο, καὶ γραφαὶ ἃς οἰκείαις χερσὶν ἔγραψαν, καὶ σπονδαὶ καὶ ὅρκοι, οὓς τότε πρὸς Κυπρίους Σαρακηνοὶ πίστιν αὐτοῖς παρεχόμενοι ἐποιήσαντο· καὶ ἀντὶ τῆς εἰρήνης, ἀντὶ σπονδῶν, ἀντὶ ὁρκίων, ξίφη καὶ πόλεμοι καὶ σφαγαὶ τοῖς ἀθλίοις ἐπέθεντο Κυπρίοις· οὓς ἔπρεπεν, εἰ καὶ ἄλλος τις ταῦτα εἰς αὐτοὺς ἐξειργάζετο, παρὰ τῶν Σαρακηνῶν βοηθείας τυχεῖν. Τοῦτο γὰρ κοινὸν δίκαιον παρὰ πᾶσιν, ὅσοι πόλεις ἢ ἔθνη κέκτηνται ὑποφόρους, τὸ πρὸς τοὺς κατ' αὐτῶν ἐπιόντας καὶ πόλεμον συνιστῶντας αὐτοὺς ἀντεπιέναι καὶ ῥύεσθαι τῆς ἐπιθέσεως, ὡς ἑαυτῶν οἰκείους τοὺς ὑποτελεῖς καθεστηκότας.

His prædictis, aperiamus nunc quas ob causas his sermonibus inhæserimus. Cypriorum insula, o clarissime Saracenorum dux, ex quo, pace inita, se vestræ dominationis tributarios constituerint, ad præsens tempus propter fœdus securi degerunt, cum majorum vestrorum, qui Saracenorum regnum obtinuerunt, nullus pacem solverit, neque mali quidquam in eos egerit, sed pro temporibus imperium adepti bene et juste secuti majorum suorum beneplacita scriptis confirmata, eos cohonestaverunt et servaverunt, nihil novi inferentes, nec quidquam sentientes aut agentes præter antecessorum voluntatem. Nunc autem quid dicemus? Sane oportebat, quanto tempore prævalebant fœdera, tantum ab eorum abrogatione abhorrere; attamen omnia sunt eversa et conculcata, consilia scilicet patrum vestrorum, et scripta propriis eorum manibus exarata, fœderaque et juramenta quæ tunc temporis Cypriis fidem facientes Saraceni dederunt; ac pro pace, pro fœderibus, pro juramentis, gladii, bella et cædes miseris Cypriis illata; cum e contra oportuit, si quis talia in eos egit, a Saracenis auxilium accipere. Ea enim omnibus lex communis, quicunque civitates seu gentes tributarias acceperint, obsistere iis qui contra ipsos bellum movent et ut proprios tributarios defendere.

Ἀλλὰ τοῦτο παρὰ πᾶσιν ἔθνεσι δίκαιον ὑπάρχον καὶ τοῖς οὐκ εἰδόσι νόμον, ἀνέστραπται παρὰ Σαρακη-

Quod autem gentibus omnibus etiam legem nescientibus, æquum est, illud violatum est a

Digitized by Google

Saracenis lege gubernatis, et insula quæ, trecentis fere abhinc annis, ex quo tributaria vobis effecta est, nunquam subditorum ordinem decernit, neque quidquam novi admisit circa tributa, sive quodcunque aliud servitium Saracenis tribuendum, neque ullam reprehensioni causam præ se ferens, sola amentia hominis qui Christianorum fidem negavit, cultum vero Saracenorum adulterat, deserta facta est ac periit, ejusque incolæ alii gladio cæsi, alii vero sedibus suis expulsi, istud tantum crimen habentes quod tanto tempore libenter vobis servierint, neque unquam fuerint in vestrum peccantes obsequium deprehensi, licet sæpius graviter in eos contra fœderum jura et quod æquum erat, fueritis invecti ; sed et si quando peccantes, ut hominibus par est, aliquid contra vestram voluntatem forte voluissent, non tamen oportebat eos armis ita aggredi nec statim in stragem et vulnera currere ; quod non solum Saracenis indignum, sed etiam quolibet populo humanæ administrationis et conversationis non inscio neque immemores ; sed prius reprehendere peccatum, injustam agendi rationem] convincere, eosque admonere ut resipiscerent nec justo exciderent, neque semel, sed bis et sæpius ; nisi vero ad bonum vellent redire, malæ voluntati inhærentes, tunc omni divina humanaque ultione arrepta, conaremini punire et reprimere amentiam eo provectam. Sed nihil horum factum est ; imo, ut dixi, homines innoxios culpaque vacuos, quique nihil antiquitus juratorum violaverunt, non secus ac hostes estis insecuti.

Quis talia audiens, sive eorum qui nunc sunt, sive futurorum, gestorum auctores magnæ injustitiæ non condemnabit ? nonne etiam majores vestri, qui fœdera cum Cypriis inierunt juramentisque confirmarunt, si quis defunctis remanet sensus eorum quæ hic quæruntur, contra vos gemebundi indignabuntur, vosque omnis condemnationis reos judicabunt, tanquam sontes non solum in Cypriorum insulam, sed etiam in ipsos, et ut parricidas omnibus vos maledictis onerabunt ? quod si quis in patrem adhuc viventem eo quo insurrexerit, notam parricidii non effugeret, nonne qui defuncti patris voluntatis contradicit, parricida erit ejusdemque pœnæ reus ? Ecquod enim inter hæc rebellionis respectu adest discrimen ? quin imo, si quis probe intelligere velit, pejus est in defunctum quam in vivum patrem insurgere, quo magis eorum interni qui ad futuram vitam pervenerunt honor a liberis habitus, memoriaque veneratione plena atque voluntatis observantia : homo vero ille (quomodo nominem nescio), qui Christianos non amat et Saracenorum res facit contemptibiles (Damianum dico), neque præsentia considerans neque futura attendens, sola sua amentia et irrationabili furore captus, impiam rem agit cunctis sæculis futuram

A νοῖς τοῖς νόμῳ πολιτευομένοις, καὶ νῆσος μικροῦ ἔτη τριακόσια ἐξ οὗ ὑπόφορος οὖσα ὑμῖν ἐγεγόνει, καὶ κατὰ μηδὲν ὀφθεῖσα τῆς ὑπηκόου τάξεως μεταβαλλομένη, μηδὲ καινοτομήσασά τι περὶ τοὺς φόρους, μηδὲ περὶ τὴν ἄλλην δουλείαν, ὅσην Σαρακηνοῖς δουλεύειν ἐχρῆν, μηδ' ὅλως τι τῶν ἔγκλησιν ἐπαγόντων αἰτίαν φέρουσα, ἐκ μόνης ἀπονοίας ἀνδρὸς, καὶ τὴν τῶν Χριστιανῶν ἀπηρνημένου πίστιν, καὶ τὸ Σαρακηνῶν σέβας νοθεύοντος, ἐξηρήμωται καὶ ἀπόλωλε. Καὶ οἱ ταύτης οἰκήτορες οἱ μὲν μαχαίρας ἔργον, οἱ δὲ ἀνάστατοι γεγόνασι, τοῦτο μόνον ἔχοντες ἔγκλημα, ὅτι ἐπὶ μακροτάτοις οὕτω χρόνοις ὑπέκειντο εὐγνωμόνως ὑμῖν, καὶ οὐδὲν ὤφθησαν τῶν εἰς ὑμετέραν ἐλλείψαντες θεραπείαν, πολλάκις ὑμῶν βαρέως ἐπενεχθέντων αὐτοῖς καὶ παρὰ B προσῆχον καὶ τὰ κοινὰ δίκαια τῶν συμφώνων. Καίτοι γε εἴπερ καὶ οἷα τὰ ἀνθρώπινα σφαλέντες ἐτύγχανον, καὶ ἀπεναντίας ἐφρόνησάν τι τοῦ ὑμετέρου φρονήματος, οὐδ' οὕτως ἐχρῆν ὅπλοις ἐπιέναι, οὐδ' αὐτίκα πρὸς αἵματα χωρεῖν καὶ σφαγάς· τοῦτο γὰρ οὐχ ὅτι Σαρακηνῶν ἄξιον, ἀλλ' οὐδέ τινος ἑτέρου ἔθνους ἀνθρωπίνην πολιτείαν καὶ βίον εἰδότος καὶ σώζοντος· ἀλλὰ πρότερον ἐγκαλεῖν περὶ τοῦ σφάλματος, ἐξελέγχειν ὡς οὐ δίκαια πράττουσι, παραινεῖν ἑαυτῶν γενέσθαι, καὶ μὴ ἐκφέρεσθαι τοῦ προσήκοντος, καὶ τοῦτο οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δὶς καὶ πλέον. Καὶ εἴγε ἀνεπιστρόφως εἶχον, καὶ ἀντὶ τοῦ μεταμαθεῖν τὸ καλὸν τῇ χείρονι προσέκειντο γνώμῃ, τότε πᾶσαν ἀπεκδυσαμένους καὶ θείαν νέμεσιν καὶ ἀνθρωπίνην, C ἐπιχειρεῖν τὴν ἀπόνοιαν τῶν εἰς τοῦτο συνελασθέντων τιμωρεῖσθαι καὶ ἀνακρούειν. Ἐπράχθη δὲ τοιοῦτον οὐδέν· ἀλλ', ὅπερ εἶπον, ἀνθρώπους ἀναιτίους μηδὲν ἠδικηκότας, μηδὲν τῶν ἐξ ἀρχῆς δοξάντων ἠθετηκότας, ἴσα καὶ πολεμίοις διεχειρίσασθε.

Τίς ἀκούων ταῦτα ἢ τῶν νῦν, ἢ τῶν μετέπειτα ἐσομένων οὐχὶ μεγάλην ἀδικίαν τῶν [ταῦτα καταγνώσεται διαπεπραγμένων ; Πῶς δὲ οἱ προπάτορες ὑμῶν οἱ τὰ σύμφωνα καὶ τοὺς ὅρκους θέμενοι πρὸς Κυπρίους, εἴ τις ἐστὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ πραττομένων τοῖς ἀποιχομένοις συναίσθησις, οὐχὶ μεγάλως στενάξαιτο καθ' ὑμῶν, καὶ πάσης κατακρίσεως ἐνόχους καταψηφιοῦνται, οὐ μόνον ὡς ἐξαμαρτῶντας εἰς τὴν τῶν Κυπρίων νῆσον, ἀλλὰ καὶ εἰς ἐκείνους αὐτοὺς, καὶ ὡς πατραλοίας πάσαις ὑποβαλοῦσιν ἀραῖς ; Ἢ ἐὰν D τις κατὰ τοῦ ἰδίου πατρὸς ἐν τῷ παρόντι βίῳ εἰς ἐπανάστασιν καταστῇ, τοῦ πατραλοίας εἶναι τὴν γραφὴν οὐκ ἐκφεύξεται, τῆς δὲ παρούσης ἀπελθόντος ζωῆς, ἐὰν τὰ ἐκείνῳ ἀνατρέψῃ δόξαντα, οὐκ ἔσται πατραλοίας, οὐδὲ τῆς αὐτῆς ἔνοχος καταδίκης ; Τί γὰρ τοῦτο ἐκείνου πρὸς ἐπανάστασιν διαφέρει ; Μᾶλλον δὲ εἴ τις ἀκριβῶς βούλεται συνιδεῖν, αὕτη μείζων τοῦ ζῶντι ἐπαναστῆναι τῷ πατρὶ ἐπανάστασις, ὅσῳ καὶ μᾶλλον πλέον ὀφείλεται τοῖς πρὸς τὴν μέλλουσαν μεταβεβηκόσι ζωὴν ἡ παρὰ τῶν τέκνων τιμὴ, καὶ ἡ σὺν εὐλαβείᾳ μνήμη, καὶ ἡ τῶν διατεταγμένων συντήρησις. Ὢ ὅπως εἴπω ἄνθρωπος ἐκεῖνος ὁ μήτε τὰ Χριστιανῶν στέρξας, καὶ τὰ τῶν Σαρακηνῶν παρὰ φαῦλον θέμενος, Δαμιανὸν δὲ φησὶν ὁ λόγος, οὐδὲν λαβὼν ἐπὶ

Digitized by Google

A νοῦν οὔτε τὰ παρόντα, οὔτε τὰ ὕστερον ἐπιλογισάμενος, μόνῃ δὲ τῇ ἀπονοίᾳ καὶ τῷ ἀλόγῳ θυμῷ ἑαυτὸν ἐπιτρέψας, ἔπραξεν ἔργον ἀνόσιον, τῷ παντὶ αἰῶνι στήλην τῆς ἑαυτοῦ κακίας ἐσόμενον, πολυανθρωποτάτην νῆσον, ὅσον ἐπ' αὐτῷ ἦκεν, ἐκ γῆς ἐξαφανίσας, πανωλεθρίᾳ παραδεδομένων τῶν ταύτης οἰκητόρων.

Ναὶ, φησὶν, ἀλλ' ἐρεῖ τις· Ἦν αἰτία κινοῦσα πρὸς τοῦτο, καὶ διὰ τοῦτο κεκινημένος τὸ δοκοῦν ἀνόσιον διεπράξατο. Σαρακηνοὺς γὰρ ἐν τῇ νήσῳ λαβὼν Ἡμέριος διεχρήσατο, δέον κατὰ τὰ συμπεφωνημένα σώζεσθαι μᾶλλον αὐτοὺς παρὰ τῶν Κυπρίων, καὶ πρὸς τὸν ἴδιον τόπον ἀποκαθίστασθαι. Εἶτα οὐ λογίζῃ, ὦ ἄνθρωπε, μετὰ τῆς σῆς ἐγκλήσεως, καὶ τοῦ δικαίου λόγου τὸ βούλημα; οὐδ' ἐννοεῖς τίς ἐστι δίκαιος τὴν αἰτίαν ἣν προφέρεις ἀναδέχεσθαι; καὶ τίς ὀργίζεσθαι ἄξιον; Ἔστω δίκαιον τὸ ἔγκλημα ὃ προβάλῃ, καὶ ὑπὲρ τῶν τὰ χαλεπὰ πεπονθότων Σαρακηνῶν Κύπριοι δώσουσι δίκην, καὶ οὔπω φημὶ B ὅτι μηδὲ τότε ἄξιον διὰ τὴν Ἡμερίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἁμαρτίαν πάντας κολάζεσθαι, οὐδ' ὅλην τὴν ἐξ ὑμῶν ὀργὴν καὶ τὴν πικρίαν ὑφίστασθαι. Ὅμως ὅπερ εἶπον ἔστω, καὶ κολαζέσθωσαν Κύπριοι, διότι καὶ Ἡμέριος Κυπρίοις συνοικῶν ἐν τῇ νήσῳ χαλεπὸς ὤφθη Σαρακηνοῖς. Εἰ δὲ κατ' οὐδένα τρόπον Ἡμέριος τοῖς Κυπρίοις συντάσσεται, τί δι' ἐκεῖνον κινδυνεύουσιν οἱ μὴ δίκαιοι ὄντες ἢ τῆς ἐκείνου κληρονομεῖν κατηγορίας, ἢ διὰ τὰ πεπραγμένα τούτῳ τιμωρίαν ὑπέχειν; Ὁ μὲν γὰρ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατοῦ ἡγεμὼν ὑπάρξας, ὅποι δὴ γῆς ἠδύνατο τοὺς πολεμίους χειρούμενος, τὸν δοκοῦντα μετῄει τρόπον. Κύπριοι δὲ οὔτε πολεμίους ἡγοῦνται ὑμᾶς, οὔτε τι δεινὸν κατειργάσαντο, οὔτε δὲ πάλιν ἱκανοὶ C ἀντεπιέναι πρὸς τὸν Ἡμέριον, καὶ Σαρακηνοὺς ἐξαρπάζειν τῆς ἐκείνου χειρός. Οὐδὲ γὰρ ἔχεις εἰπεῖν, ὡς ἐξὸν τοῦτο ποιεῖν, οὐκ ἐποίησαν· ἢ ὅτι συνήραντο αὐτῷ καὶ συνηγωνίσαντο εἰς τὴν κατὰ τῶν Σαρακηνῶν κάκωσιν.

Τί οὖν διὰ τοῦτο πολεμεῖς Κυπρίοις, καὶ κατ' αὐτῶν κενοῖς τὴν ὀργήν; Τί δὲ ἀντὶ τοῦ τῷ σε λυπήσαντι σπουδάζειν ἃ ἔδρασεν ἀνταποδοῦναι, τοῖς οὐδὲν λυπηρὸν ἐργασαμένοις τὰ τῆς σῆς λύπης ἀνταποδίδως; Ἢ καὶ διό τι πρὸς τὴν σὴν εἰσήλασε χώραν Ἡμέριος, καὶ τῆς Συρίας πολίσματά τινα ἐκπολεμήσας κεχείρωται, διὰ ταῦτα ὑποκείσονται Κύπριοι τιμωρίαις, καὶ κατ' αὐτῶν ἀγανακτεῖν εὐλόγως νομίσεις, καὶ ὅπλα κινήσεις, καὶ ἀντὶ τοῦ μάχεσθαι D πρὸς Ἡμέριον, κατ' ἐκείνων συστήσεις τὸν πόλεμον; Ἀλλ' οὐκ ἔδοξεν οὕτως, οὔτε τοῖς σοῖς πατράσιν, οὔτε τοῖς ἐκείνων μέχρι σοῦ διαδόχοις. Διὰ τί; Ὅτι Κύπριοι μεθόριοι τῆς τε Ῥωμαϊκῆς καὶ τῆς τῶν Σαρακηνῶν ἐξουσίας, καὶ οὔτε ὑμῖν ἀνταίρουσι χεῖρας, οὔτε Ῥωμαίοις, ἀλλ' ἐπ' ἴσης ἀνατέθεινται πρὸς δουλείαν τήν τε ὑμετέραν καὶ τὴν ἡμετέραν, μᾶλλον δὲ τὸ πλέον τῇ ὑμετέρᾳ δουλεύοντες. Ὡς οὖν ἄδικον καὶ ἀπάνθρωπον πολεμεῖν Κυπρίοις, διότι κατὰ τῆς ὑμετέρας ἐξεστράτευσε χώρας Ἡμέριος, οὕτω παράνομον καὶ πάσης ἄξιον κατηγορίας πολεμεῖν Κυπρίοις, διότι κατὰ τὴν νῆσόν τινας τῶν Σαρακηνῶν συνέβη ταῖς Ἡμερίου χερσὶ περιπεπτωκέναι. Σὺ δέ μοι δοκεῖς, ὁδῷ τοῦ πράγματος προϊόντος, καὶ κατὰ τῶν ἐν τῇ

suæ nequitiæ monumentum, insulam, plurimis hominibus frequentem, quod in se erat, a terris tollens, internecioni traditis ejus incolis.

Ita, inquies: sed aliquis tibi dicet: Causa erat ad id protrahens, eaque causa motus id agit quod impium videtur: nam Himerius quosdam Saracenos in insula cepit et interfecit; oportebat autem ex fœderibus eos a Cypriis potius salvari et in suo loco reponi. Sed, non cogitas, o homo, qui reprehendis, justitiæ leges? neque reputas quis in se debeat eam causam recipere quam profers, aut quis juste irasceretur? justum sit quod intentas crimen, et Cypriis pœnas dabunt propter eos qui male passi sunt Saracenos, neque jam dico non tunc etiam esse justum omnes propter Himerium ejusque socios pœna affici aut omnem vestrum iram et acerbitatem perpeti; sit tamen quod dixi, et castigentur Cyprii eo quod Himerius inter ipsos degens, in insula ipsorum gravem se Saracenis præbuit; quod si vero nullo modo Himerius cum Cypriis confundi debeat, cur propter illum periclitabuntur qui neque digni sunt qui ejus crimina participent, neque qui pœnas luant ob ejus male gesta? Ille etenim Romani exercitus cum esset dux, hostes ubicunque terrarum posset subigens, probatum morem servabat; Cyprii vero vos hostes non existimant, neque quidquam mali vobis intulerunt, neque insuper possunt Himerio se opponere nec Saracenos e manibus ejus extrahere: non potes igitur dicere eos, cum potuissent, non fecisse, neque se illi adjunxisse et auxiliatos esse ad inferenda Saracenis mala.

Quare ergo propter hoc Cypriis bellum infers et in eos iram tuam effundis? quare autem non illi qui te malis affecit tentas retribuere suorum mercedem, sed quæ passus es non noxiis, retribuere vis? aut quia in tuam regionem devenerit Himerius et Syriæ oppida aliqua expugnaverit, propterea Cyprii pœnis subjacebunt et eis irasci justum reputabis, arma quoque movebis et adversus eos bellum ibis præterito Himerio? sed neque majoribus neque eorum ad te successoribus ita visum: cur autem? quia Cyprii Romanis et Saracenorum imperio finitimi neque adversum vos, neque adversum Romanos manus attollunt, sed pariter vobis et nobis servierunt, magis autem vobis. Sicut igitur injustum et crudele est Cypriis bellum facere eo quod in vestram regionem arma intulit Himerius, ita illicitum et omnino flagitiosum est bellum contra Cyprios movere, quia quosdam Saracenorum in eorum insula accidit in manus Himerii incidere; tu autem mihi videris is esse qui, re longius progrediente, bellaturus sis contra Christianos in Syria degentes, eo quod, Christiani contra vos pugnant. Si autem ita agere omnem

Digitized by Google

homicidam transcendit, neque quod ad Cyprios attinet paris homicidii est innoxium; sed linquamus quæ ad convincendum injuriæ id bellum dicimus.

Considera autem divinam ultionem, qui prudentissimus es et intelligendi judicia divina solers; mihi reputa cœlestem iram injustissimo Damiano ob acta incumbentem, cujus argumentum interitus ipsius, et infirmitas quæ eum tenuit ex quo tempore Cypriorum terram injustis cædibus imbuit, eumque paulatim consumpsit justæ a Deo ob ejus injustitias allatæ pœnæ testimonium. Si autem placet considera quæ in mari classi vestræ acciderunt et ruinam navium vestrorum ipso in conspectu insulæ quam perdere scelestus ille constituerat. Probe equidem scio te sine nostris sermonibus illa intelligere et comprobare; quoniam tamen nihil prohibebat ne illa a nobis memorarentur, talia diximus: restat nunc ut divina vestra potentia non tantum intelligat, sed etiam malum jam actum corrigat, et miseris Cypriis veteres a patribus vestris concessa jura restituat, securitatemque et tranquillitatem, atque eos relinquere in antiqua pacis forma constituta solventes, tributa, Saracenis ut olim et usque dum servientes, ab omni oppressione et vi liberos quæ heri et nudius tertius sævus et crudelis, Damianus eis inflixit; ne majorum vestrorum præclara consilia ac fœdera violetis neque honore et gloria vobis justitia partis decidatis.

A Συρίᾳ Χριστιανῶν πόλεμον ἐπενεγκεῖν, διότι Χριστιανοὶ καθ' ὑμῶν ἐκστρατεύονται· εἰ δὲ τοῦτο πράττειν, πάσης ἐπέκεινα μιαιφονίας ἐστὶν, οὐδὲ τὰ τῶν Κυπρίων ἀπήλλακται τῆς ἴσης μιαιφονίας· ἀλλ' ἐάσθω τὰ παρ' ἡμῶν εἰς ἔλεγχον τοῦ παρανόμου πολέμου λεγόμενα.

Σκέψαι δὲ καὶ τὰ ἐκ τῆς θείας δίκης, καὶ ὢν συνετώτατος, καὶ συνιδεῖν ἱκανὸς θεῖα κρίματα· κατανόει μοι καὶ τὴν ἐξ οὐρανοῦ ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις τῷ παρανομωτάτῳ Δαμιανῷ ἀγανάκτησιν. Ὅ τε γὰρ ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισμὸς αὐτοῦ τοῦτο διδάσκει, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐξ οὗ χρόνου σφαγαῖς ἀδίκοις τὴν γῆν ἔχρανε τῶν Κυπρίων, συσχοῦσα τοῦτον ἀῤῥωστία, καὶ κατὰ μικρὸν δαπανῶσα, μαρτύριόν ἐστι τῆς δικαίας παρὰ Θεοῦ τιμωρίας, ἀνθ' ὧν παρηνόμησεν. Εἰ
B βούλει δὲ καὶ ἃ διὰ θαλάττης ἀπήντησε τῷ ὑμετέρῳ στόλῳ, καὶ ἡ κατ' αὐτὴν τὴν νῆσον ἀπώλεια τῶν πλοίων ὑμῶν, ἣν ἀπολέσαι ὁ βδελυρὸς ἐκεῖνος διανενόηται. Οἶδα ὅτι χωρὶς τῶν ἡμετέρων λόγων, ταῦτα συνίης καὶ συγγινώσκεις· ὅμως δὲ ἐπείπερ οὐδὲν ἦν κωλῦον, καὶ παρ' ἡμῶν ἐπισημανθῆναι ταῦτα προσείρηται· τὸ λοιπὸν ἔστι τῆς δεδομένης θεόθεν ὑμῖν ἐξουσίας, μὴ μόνον συνιδεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπανορθώσασθαι τὸ γεγονὸς πταῖσμα, καὶ τοῖς ταπεινοῖς Κυπρίοις ἀποκαταστῆσαι τὰ ἐξ ἀρχῆς παρὰ τῶν πατέρων ὑμῶν αὐτοῖς παρεσχημένα δίκαια, καὶ τὸ ἀβλαβὲς καὶ ἀνεπηρέαστον, καταλιπεῖν αὐτοὺς ἐπὶ τοῦ ἀρχαίου σχήματος τῆς εἰρήνης, παρέχοντας ὅσα νενόμισται ὑποτελεῖν, καὶ ὑπουργοῦντας τὴν ἄνωθεν καὶ μέχρι τοῦ νῦν ὑπουργίαν Σαρακηνοῖς, πάσης καὶ βαρύτητος καὶ βίας ἐλευθέρους διατε-
C λοῦντας, τῆς χθὲς καὶ πρώην ἐπιτεθειμένης αὐτοῖς ὑπὸ τῆς τοῦ Δαμιανοῦ σκαιότητος καὶ ἀπανθρωπίας· ἵνα μήτε τῶν πατέρων ὑμῶν ἀθετοῦντες ὀφθείητε τὰ καλῶς δόξαντα βουλεύματά τε καὶ σύμφωνα, μήτε ἀντὶ τῆς πρεπούσης ὑμῖν ἐπὶ τῇ δικαιοσύνῃ τιμῆς τε καὶ δόξης πρὸς τοὐναντίον εἴητε μεταπίπτοντες.

II. *Ad eumdem.*

Omnium bonorum quæ hominibus affert vita et quibus vitæ delicias obtinent homines, nihil ita bonum, nihil jucundius prudentibus quam amicitiæ acquisitio et ejus studium: ex inde enim illi quidem statuimus studio amicitiam velut fundare et plantare cum iis, quibus familiariter non utebantur, si autem amicitiam jamdiu natam sed postea temporis diuturnitate languidam student revirescentem moveri raro et per seipsos ad antiquam formam revocant, probi intelligentes et perfecta prudentia illius naturam perspicientes, id est omnibus vitæ bonis pretiosiorem et incundiorem esse amicitiæ voluptatem. Quæ sum præfatus, non quod ignoraverit vestra nobilitas, sed quasi ad scientem ipse sciens, et tanquam mutuum colloquium, de resumendo inter nos amicitiæ opere, quod non modo incipimus, sed potius ut paternam hæreditatem inquirimus et, ut antea dixi, studemus revirescere facere, cum temporis diuturnitate dissolvi, quo nescio modo periclitaretur.

Non etenim vestram prudentiam latet maximum inter Dei summos sacerdotes, venerabilem Pho-

Β'. *Τῷ αὐτῷ.*

Ἁπάντων ὅσα τοῖς ἀνθρώποις ὁ βίος φέρει καλὰ, καὶ δι' ὧν ἀνθρωπίνη ζωὴ κέκτηται τὸ ἡδὺ, οὐδὲν οὕτω καλὸν, οὐδὲ ἡδύτερον τοῖς φρονήσει κεκοσμημένοις, ὡς κτῆσις φιλίας, καὶ ἡ περὶ ταύτην σπουδή. Ἐντεῦθεν ἄλλοι μὲν πρὸς οὓς οὐκ ἔσχον συνήθειαν διὰ φροντίδος ἔθεντο, οἷον ἀρχήν τινα καταβαλέσθαι, καὶ φυτεῦσαι φιλίαν· ἕτεροι δὲ πάλαι καὶ ἄνωθεν ἀναβλαστησάσης, εἶτα ὥσπερ ἀπομα-
D ρανθείσης τῷ χρόνῳ, δεῖξαι ἀναθάλλουσαν διεσπούδασαν, καὶ δι' ἑαυτῶν εἰς τὸ ἀρχαῖον ἐπανήγαγον, ὀρθῶς εἰδότες, καὶ συνέσει τελειοτάτῃ τὴν φύσιν τοῦ πράγματος κατανοήσαντες, ὅτι τῶν ἐν τῷ βίῳ πάντων καὶ τιμιώτερον καὶ χαριέστερον τὸ τῆς φιλίας τερπνόν. Ταῦτα προοιμιάζομαι οὐχ ὡς ἀγνοούσης τῆς ὑμῶν εὐγενείας, ἀλλ' ὡς πρὸς εἰδότα καὶ αὐτὸς εἰδὼς καὶ οἷον κοινὴν συνομιλίαν περὶ τοῦ ἀμφοτέρους ἀναλαβέσθαι τὸ πρᾶγμα τῆς φιλίας, οὗπερ οὐ νῦν ἀρχόμεθα, ἀλλὰ μᾶλλον κλῆρον ὄντα πατρικὸν ἐπιζητοῦμεν, καὶ ὃ προέφημεν ἀναθάλλειν παρασκευάσαι σπουδάζομεν, οὐκ οἶδα ὅπως τῷ χρόνῳ κινδυνεύσασαν διαῤῥυῆναι.

Οὐ λανθάνει γὰρ τὴν ὑμετέραν σύνεσιν, ὅτι περ ὁ ἐν ἀρχιερεῦσι Θεοῦ μέγιστος καὶ ἀοίδιμος Φώτιος ὁ

Digitized by Google

ἐμὸς ἐν Πνεύματι ἁγίῳ Πατὴρ πρὸς τὸν πατέρα τῆς ὑμῶν εὐγενείας οὕτως συνῆπτο τῇ τοῦ πόθου σχέσει, ὡς οὐδεὶς οὐδὲ τῶν ὁμοδόξων καὶ ὁμοφίλων φιλικῶς διετέθειντο πρὸς ὑμᾶς· ἄνθρωπος γὰρ ὢν τοῦ Θεοῦ, καὶ πολὺς τά τε θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα ᾔδει, ὅτι κἂν τὸ τοῦ σεβάσματος δίιστη διατείχισμα, ἀλλὰ τό γε τῆς φρονήσεως, τῆς ἀγχινοίας, τοῦ τρόπου εὐσταθὲς, τὸ τῆς φιλανθρωπίας, τὰ λοιπὰ ὅσα κοσμεῖ καὶ σεμνύνει τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν προσόντα, πόθον ἀναφλέγει τοῖς τὰ καλὰ φιλοῦσι τῶν οἷς πρόσεστι τὰ φιλούμενα. Διὰ τοῦτο κἀκεῖνος ἐφίλει τὸν σὸν πατέρα οἷς εἶπον κοσμούμενον, εἰ καὶ μεταξὺ τὸ διαφέρον τῆς πίστεως ἵστατο. Ἐκινήθημεν δὲ οὐ νῦν πρὸς τὴν προαίρεσιν ταύτην, ἀλλὰ πάλαι καὶ πρώην συνεκινούμεθα, καὶ περὶ πολλοῦ ἐποιούμεθα. Τοῦτο δὴ ὃ προέφην τὴν ζήτησιν τῆς πατρικῆς ἡμῶν φιλίας, παρέστηκε δὲ νῦν ὑπόθεσις τὸν σκοπὸν ἡμῶν πληροῦσα, ἣν ὡς ἀληθῶς ἔδει τοῦ τοιούτου πράγματος ἀρχὴν γενέσθαι· ἣ δέ ἐστιν ὡς ὁρᾷς συμπάθεια πρὸς τὸ ὁμοφυὲς, φιλανθρωπία, ἔλεος, ἡμερότης. Καὶ τί ἄλλο ἢ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ τῆς ἀγαθότητος μίμησις; ὃς διὰ πολλὴν χρηστότητα καὶ ἄπειρον ἔλεος, καὶ οὐκ ὄντας ὑπέστησεν, καὶ ὑποστάντα ἐκ πηλοῦ οἷα πατὴρ ἐφαπλῶν τὴν κηδεμονίαν τὰ σπλάγχνα περιέπει, τὴν ζωὴν συνέχει, πάντα χορηγεῖ, οἷς τὸ ἀνθρώπινον ἔχει τὴν διαμονήν. Τοιαύτη τις ἡ παροῦσα ὑπόθεσις, τούτων ὧν εἶπον καὶ αὐτὴ φέρουσα τὴν ἀπόλαυσιν· ἡ γὰρ τῶν δεσμίων ἐλευθερία, ἡ τῆς αἰχμαλωσίας ἀνάκλησις, ἡ τῆς δουλείας ἀπολύτρωσις, ἡ πρὸς τοὺς οἰκείους, ἡ πρὸς τοὺς συγγενεῖς, ἡ πρὸς τοὺς φίλους ἐπάνοδος τῶν αἰχμαλώτων, ταῦτα ἔχει τὴν διαμονὴν τοῦ γένους, τὴν συνοχὴν τῆς φιλίας, τὴν γλυκεῖαν τῆς ζωῆς μέθεξιν.

Ἀλλ' ἐπεὶ ταῦτα ἔφημεν ἤδη καὶ ὡς φίλοι καὶ ὑπὲρ φίλου δόξης φροντίζοντες, τὴν συμβουλὴν καὶ τὴν πρὸς τὸ φιλάνθρωπον ἔργον τῆς τῶν δεσμίων ἐλευθερίας, παραίνεσιν συνεισάγομεν, καὶ πρόθυμόν σε πρὸς τοῦτο τυγχάνοντα ποιεῖν σπουδάζομεν προθυμότερον, ἵνα ἐπὶ τῶν σῶν ἡμερῶν τοιαύτης εἰς τοὺς αἰχμαλώτους γεγενημένης φιλανθρωπίας, αὐτός τε κλέος ἀείμνηστον ἕξῃς, καὶ ἡμεῖς ὡς φίλοι τοῦ φιλουμένου τῆς δόξης συναπολαύωμεν. Πολλαὶ, φίλων ἐμοὶ ἄριστε, τοῦ βίου περιστάσεις αἱ συνέχουσι καὶ στενοχωροῦσι τοὺς ἀνθρώπους, καὶ βαρείας ἀπεργάζονται ἀλγηδόνας· οὐδὲ μία δὲ πρὸς αἰχμαλωσίαν συγκρίνεται, ἀλλ' ὅσα ἐάν τις εἴπῃ, κἄν τε πενίαν, κἄν τε ἀσθένειαν, ἢ μελῶν πηρώσεις, πάντα πρὸς ἐκείνην τὴν κάκωσιν καὶ ταλαιπωρίαν εὑρίσκονται ἀνεκτότερα. Τί γὰρ ἐπωδυνώτερον, γονεῖς ἐκ παίδων χωρισθῆναι συζύγων διατομὴν, ἀδελφῶν ἀποξένωσιν; Καὶ οὔπω φημὶ ὅσα λοιπὰ τοὺς αἰχμαλώτους συνέχει, ἃ καὶ ἡ σὴ εὐγένεια, καὶ πάντες ὅσοι νοῦ μετέχουσι συνεπίστανται. Διὰ τοῦτο ἐπὶ νοῦν ἀναληψάμενος τὰ κοινὰ πάθη τῶν τε ὑμῖν ὁμοπίστων, καὶ τῶν τῆς ἡμετέρας πίστεως, μὴ βουληθῇς πρὸς τὴν τελείωσιν τοῦ σωτηρίου πράγματος δυσχερὴς ὀφθῆναι, μὴ δὲ προφάσεις τινὰς δυσκολίαν φερούσας πρὸς τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν τῆς αἰχμαλωσίας δεσμίων τῶν τε ὑμετέρων

tium patrem meum in Spiritu sancto, ita cum patre vestræ nobilitatis fuisse amicitiæ vinculo colligatum, ut nemo ejusdem opinionis atque gentis tam amanter ergo vos fuerit; vir enim Dei cum esset, divinorum pariter et humanorum peritus sciebat, non obstante cultus diversitate, prudentiam, solertiam, constantiam, humanitatem et quæcunque humanam naturam exornant et excolunt amorem eorum in quibus elucent iis qui bona diligunt accendere; ideoque tuum patrem prædictis ornatum diligebat, licet fidei interesset diversitas; nos autem in illum affectum non modo ferebamur, sed olim et magni faciebamus; illud igitur quod dixi me induxit ad quærendam paternam amicitiam, occasio autem, desiderium meum implens illud produxit; quam sane rei istius fundamentum esse oportebat: id est, ut videre est; indolis consensio, humanitas, misericordia, benignitas; quid autem id est nisi divinæ bonitatis æmulatio? qui propter nimiam bonitatem et infinitam misericordiam, qui non erant, creavit et viscera, ut pater suam sollicitudinem extendens, ex luto eis circumdat, vitam addit et omnia ad sustentandam humanam naturam necessaria præbet; præsens quoque occasio istiusmodi est ut aliquid eorum quæ sunt dicta efficiat fruendum; vinculorum etenim solutio, captivitatis liberatio, servitutis redemptio, captivorum ad suos, ad consanguineos, ad amicosque reditus, hæc omnia generis sunt stabilitas, amicitiæ cohærentia, vitæ commercii deliciæ.

Sed quoniam talia diximus, amicorum mente et ut amici laudi consulentes, consilium et exhortationem ad humanissimum opus captivorum liberationis adjicimus et te ad id jam pronum studemus propensiorem efficere, eo fine ut, tali misericordia in tuis diebus effecta, æterna tibi sit gloria, et nos laudis tuæ ut amici simus participes; multæ sunt, amicorum meorum optime, vitæ necessitates quæ homines constringunt et coarctant, quæque gravissimos gignunt dolores; nulla tamen captivitati exæquanda, sed quæcunque quis dinumerare posset, sive paupertas, sive ægrotationes, seu membrorum amputatio, malo isto atque ista calamitate tolerabiliora censebuntur: quid enim acerbius quam parentum a liberis separatio, conjugum, divulsio, fratrum sejunctio? neque jam memoro quot mala alia captivos teneant, quæ nec tuam nobilitatem, neque omnes sensu præditos fugiunt: itaque mente recolligens communia mala eorum qui tecum fide consentiunt et eorum qui nostram fidem tenent, noli difficilem in peragenda re salutari te præbere neque molestias prætendere prætextus contra vestrorum aut nostrorum liberationem captivorum; quin potius justitiæ sectatorem te demonstra æquique observatorem, non autem propriæ quidem utilitatis studiosum, Christianis

Digitized by Google

vero mala inferentem; nulla enim in injustitia utilitas, neque prodesse potest avaritia, sed extremum damnum atque detrimentum iis saltem qui, sicut tu ipse, agnoscendo quod decet sunt idonei. Hæc est maxima utilitas, hoc incomparabile lucrum, sub vestra ditione et administratione, in propriam patriam restitui populares, a parentibus recipi liberos, natos patribus denuo conjungi, viros uxoribus reddi, amicos familiaribus frui, uno verbo, eos qui huc usque a patria exsulabant omnibus gaudere bonis quæ tribuit patria; illa sunt, amicorum meorum optime, quæ amicitiæ nostræ principium esse volo, illa, quæ ad te scribo, ad quæ te hostes, quandoquidem ea facere te decet et nos ad dilectum scribere; cæterum te bene valere optamus et securum remanere ab omni vicissitudine et necessitate quæ mortali huic vitæ susdeque voluntati inesse solet.

A καὶ τῶν ἡμετέρων προβαλέσθαι· μᾶλλον μὲν οὖν ὡς δικαιοσύνην τιμῶν, πρὸς τὸ δίκαιον ἀφορῶν, καὶ μὴ ἀντεχόμενος κέρδους οἰκείου, καινοτομίαν δὲ Χριστιανοῖς ἐπιβάλλων· οὐκ ἔστι κέρδος τὸ ἄδικον, οὐδὲ ὠφελεῖν οἶδε τὸ πλεονεκτικὸν, ἀλλ' ἐσχάτη βλάβη καὶ καινοτομία τοῖς ὥσπερ σὺ οὖσιν ἱκανοῖς τὰ πρέποντα ἐκλογίζεσθαι. Τοῦτο μεγίστη ὠφέλεια, τοῦτο ἀσύγκριτον κέρδος τὸ ἐπὶ τῆς ὑμῶν ἀρχῆς καὶ διοικήσεως πρὸς τὴν οἰκείαν πατρίδα τοὺς ὁμοεθνεῖς ἀποκατασταθῆναι, τὸ γονεῖς ἀπολαβεῖν τὰ ἴδια τέκνα, τὸ τέκνα τοῖς πατράσι συναφθῆναι, τὸ γυναιξὶ τοὺς ὁμοζύγους ἀποδοθῆναι, τὸ φίλοις συγγενέσθαι τοὺς φίλους, καὶ ἁπλῶς ὅσα καλὰ δίδωσιν ἡ πατρὶς τὸ τούτων μετέχειν τοὺς ἄχρι καὶ νῦν τῆς πατρίδος ἀποξενωμένους. Ταῦτα, φίλων ἐμοὶ ἄριστε, καὶ ἀρ-
B χὴν ποιοῦμαι τῆς πρὸς σὲ φιλίας, καὶ γράφω καὶ παραινῶ, ἐπεὶ καὶ σοὶ πρέπον τοιαῦτα ποιεῖν, καὶ ἡμῖν τοιαῦτα πρὸς τὸν φιλούμενον γράφειν· τὰ δ' ἄλλα ἐῤῥῶσθαί σε ἐπευχόμεθα ὑψηλότερον συντηρούμενον πάσης βιωτικῆς ἀνωμαλίας καὶ περιστάσεως, ὅση τῷ θνητῷ τούτῳ βίῳ ἄνω καὶ κάτω στρεφομένῳ οἶδεν ἐμπολιτεύεσθαι.

III. *Ad excellentem, clarissimum, spiritualem filium, Simeonem Bulgariæ principem.*

Aliquid forsan supervacanei facere videbimur, fili mi, cum te illo affectu volumus afficere qui, præter nostros sermones, in tua piissima mente insidet; quemcunque etenim hominem oportet compatienti esse animo erga reum quemque, sed eum maxime qui ad summam est evectus potentiam, siquidem a Deo omnium Domino principatum nulla alia de causa acceperint, nisi ut eum imitarentur qui eos honore prævenit et ad imperii summam provexit. Prudens igitur cum sis et maxime sapiens, Dei humanitatem et benignitatem et misericordiam non nescis; qui, quantum distat ortus ab occidente, longe facit a nobis iniquitates nostras; istud quoque scis probe eos qui imperio a Deo dato vere sunt digni, cum sint multa in quibus Deo servire debeant, non præstantiorem ei reddere cultum quam per humanitatem, ut dixi, et mansuetudinem, clementiam quoque ac misericordiam in subditos; non enim ideo cæteris sunt præfecti ut potestate sua ad iracundiam et hominum vexationem utantur, sed ut paternis visceribus delicta, etsi sæpius quis delinquat, corrigant; satis autem est illa fuisse me præfatum, nunc exponenda causa cur te exoramus.

Γ'. *Τῷ ὑπερφυεστάτῳ μεγαλοδόξῳ πνευματικῷ τέκνῳ Συμεὼν ἄρχοντι Βουλγαρίας.*

Ἴσως περιττόν τι ποιεῖν δοκοῦμεν, τέκνον ἡμῶν, δυσωπεῖν σε βουλόμενοι τοιαύτην δυσώπησιν, ἥτις καὶ χωρὶς τῶν ἡμετέρων λόγων ἐν τῇ σῇ θεοφιλεῖ ψυχῇ ἐναπόκειται· παντὶ γὰρ ἀνθρώπῳ γνώμην συμπαθῆ φέρειν ὀφειλομένου τυγχάνοντος, μάλιστα χρέος ἐστὶν ἀπαραίτητον τοῖς ἀναβεβηκόσιν εἰς ἀρχῆς ὕψος, τοῦτο διασώζειν, ἐπεὶ καὶ παρὰ τοῦ
C πάντων ἄρχοντος Θεοῦ παρεσχέθη τοῖς ἄρχουσιν ἡ ἀρχὴ, οὐδενὸς ἄλλου χάριν, ἢ ἵνα πρὸς μίμησιν τοῦ τιμήσαντος, καὶ εἰς τὸ ἄρχειν ἀναβιβάσαντος ἀναφαίνωνται διαβιοῦντες. Πάντως δὲ νουνεχὴς ὢν καὶ συνετὸς ἐπίστασαι τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν καὶ τὴν χρηστότητα, καὶ τὸ συμπαθές· ὃς καθ' ὅσον ἀπέχουσιν ἀνατολαὶ ἀπὸ δυσμῶν, τοσοῦτον ἡμῶν μακρύνει τὰς ἁμαρτίας ἀφ' ἡμῶν. Καὶ τοῦτο δὲ λίαν ἐπίστασαι, ὅτι οἵ γε ὡς ἀληθῶς ἄξιοι τῆς παρὰ Θεοῦ δεδομένης αὐτοῖς ἀρχῆς, πλείστων ὑπαρχόντων δι' ὧν ἔστιν αὐτοῖς θεραπεύειν Θεὸν, ταύτην μάλιστα τὴν ἐξαίρετον θεραπείαν προσφέρουσι, τὸ φιλάνθρωπον ὡς εἶπον καὶ τὸ ἀνεξίκακον, καὶ τὸ πρὸς τοὺς ὑποχειρίους ἀόργητόν τε καὶ συμπαθές.
D Οὐ γὰρ διὰ τοῦτο τῶν λοιπῶν προεκρίθησαν, ἵνα τῇ ἐξουσίᾳ πρὸς θυμὸν ἀποχρῶνται καὶ κάκωσιν τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ἵνα σπλάγχνοις πατρικοῖς, κἂν πολλάκις τινὰ συμβῇ ἐξαμαρτῆσαι, τὸ ἁμάρτημα μεθοδεύωσιν. Ἀρκεῖ ἐπὶ τοσοῦτον προοιμιάζεσθαι, αὐτὴν σοι λοιπὸν ἐκτιθέμεθα τὴν ὑπόθεσιν, περὶ ἧς δυσωποῦμεν.

Homo quidam, nescio utrum dignus fuerit, pœnas dare, an humano more in calamitatem prolapsus, quoniam vestram reformidabat potestatem, ad Dei templum illud quod Christianus quisque universi orbis oculum esse confitetur, in quo nos, etsi inutiles, die ac nocte ministramus, confugit; qui, dum inexorabiliter e templo raperetur, sanctum propitiatorium invocabat, nec non et omnibus Christianis debitam Dei templis

Ἄνθρωπός τις οὐκ οἶδα δίκαιος ὢν ὑποσχεῖν τιμωρίαν, οὐκ οἶδα οἷα τὰ ἀνθρώπινα εἰς περίστασιν ἐμπεσὼν, ἕνεκεν τοῦ φοβεῖσθαι τὴν ὑμῶν ἐξουσίαν, τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ, ὃν πᾶς ὁμολογεῖ Χριστιανὸς ὀφθαλμὸν εἶναι τῆς οἰκουμένης προσπέφευγεν, ἐν ᾧ ἡμεῖς, εἰ καὶ ἀχρεῖοι νύκτα καὶ ἡμέραν τὴν λατρείαν προσφέρομεν· οὗτος ἐπειδὴ ἀπαραιτήτως εἵλκετο τοῦ ναοῦ, πολλά τό τε ἅγιον ἱλαστήριον ἐπιβοώμενος, καὶ τὴν κοινῶς πᾶσι Χριστιανοῖς ὀφει-

Digitized by Google

λομένην τοῖς θείοις ἱεροῖς σεβασμιότητα, καὶ τὴν A τῶν ἐν αὐτοῖς προσφευγόντων ἀσυλίαν, ἐκίνησεν ἡμᾶς. Καὶ τί γὰρ ἄλλο ἔδει ποιεῖν λειτουργοὺς ὄντας, εἰ καὶ ἀναξίους, τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, εἰς τὸ μηδὲ τὴν ἀρχὴν συγχωρῆσαι τοῖς βουλομένοις αὐτὸν ἕλκειν; Τοῦτο παριδεῖν ἐκτελέσαι, καίτοι χαλεπαινόντων, καὶ σκληρῶς ἡμῖν διὰ τὴν σὴν χάριν προσφερομένων, ὅμως ἐπαγγελλομένων καὶ πᾶσι τρόποις βεβαιούντων ἡμᾶς, ὡς οὐδὲν δεινὸν ἀπεργάσῃ, τέκνον ἡμῶν, ἀλλὰ συγγνώμης ἀξιωθήσεται παρὰ σοὶ, καὶ τῆς ἐπὶ τῷ πταίσματι συγχωρήσεως, ἐξηγάγομεν αὐτὸν τοῦ ναοῦ καὶ ἀπεστείλαμεν, Θεὸν ἐπιμαρτυρόμενοι καὶ τὸ πανάγιον αὐτοῦ ἱλαστήριον καὶ κατὰ τὸν παρόντα αἰῶνα καὶ κατὰ τὸν μέλλοντα, μὴ περιιδεῖν αὐτὸν ἀνεκδίκητον, εἴ τι λυπηρὸν αὐτῷ καὶ δυσχερὲς, ὅπερ μὴ γένοιτό σε, B τέκνον ἡμῶν, διαπράξασθαι, ἀπαντήσει. Μὴ νόμιζε οὖν τοῦτον ἐκ χειρὸς λαμβάνειν τῶν πρὸς σὲ παραγινομένων, ἀλλ' ἐμὲ λογίζου αὐτὸν παρεῖναι, ὃς τοῦτον ἐξείλκυσα τοῦ θείου ναοῦ, καὶ χειρὶ τῇ ἐμῇ τῇ σῇ παραδιδόναι χειρί. Σκόπει δὴ ὅπως καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Θεοῦ τιμήσῃς, καὶ διὰ τούτου πρὸς αὐτὸν τὴν τιμὴν ἀνενέγκῃς, καὶ σεαυτῷ τὴν ἄνωθεν αὐτοῦ εὐμένειαν ἐπισπάσῃ, καὶ τὴν ἡμῶν ταπεινότητα διὰ τῆς πρὸς τὸν ἄνθρωπον συμπαθείας ἕξῃς ὑπερευχομένην σοι τὰ ἀγαθὰ καὶ σωτήρια, ἀλλὰ μὴ καταβοῶσαν ἀντὶ τῆς εἰς τὸν θεῖον ναὸν ὕβρεως, εἴ τις, ὅπερ μὴ γένοιτο, τιμωρία καὶ κόλασις τὸν ἄνθρωπον ὑποδέξεται.

Χωρὶς δὲ τούτων ἀναμνήσθητι, τέκνον ἡμῶν, ὡς C καὶ αὐτὸς ἐπὶ τοῖς οἰκείοις πταίσμασι τῆς θεϊκῆς χρηστότητος καὶ φιλανθρωπίας χρῄζεις, ἧς οὐκ ἔστιν ἐπιτυχεῖν μὴ ἀφιέντα τοῖς ὀφείλουσι τὰ ὀφειλήματα. Καλὸν οὖν ὥσπερ τινὰ καταβολὴν δοῦναι Θεῷ τὸν εἰς τὸν ἄνθρωπον ἔλεον, ἵνα καὶ αὐτὸς τύχῃς τῆς θεϊκῆς ἐλεημοσύνης· καὶ τοῦτο δὲ ἄξιόν σε συνιδεῖν, ὅτι καὶ φιλανθρώπῳ γενομένῳ σοι, καὶ ὅπερ μὴ συγχωρήσοι Θεὸς εἰς τὸ ἐναντίον τρεπομένῳ, πολλαπλάσιος ἔσται ἡ τῆς φιλανθρωπίας ἢ τῆς κολάσεως ἡ ἀντίδοσις. Οὐ γὰρ ἁπλοῦν, ὡς ὁρᾷς, πραχθήσεταί σοι τὸ ἁμάρτημα· ὅ τε γὰρ ναὸς ὑβρίζεται τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ τούτου ἀρχιερεὺς, εἰ καὶ ἐλάχιστος, καὶ δόγματα κατασφαλιζόμενα τὴν ἀσυλίαν τοῖς εἰς τὸ μέγα τοῦτο καταφύγιον καταφεύγουσιν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ ἐκ τῆς τοῦ λόγου παραινέσεως ἡμῖν D προσείρηται· ὑπόλοιπον δὲ καὶ ἔτι δεσμῷ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὰ εἰρημένα ἐπὶ πλέον ὀχυρῶσαι, καὶ σὲ, τέκνον ἡμῶν, εἰς τὸ μὴ ἀνάξιόν τι παθεῖν τῆς σῆς μεγαλοτίμου ἀρετῆς, μηδὲ ἐξαμαρτεῖν διασφαλίσασθαι· καὶ λοιπὸν ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, παρ' οὗ ἡμῖν τοῖς ταπεινοῖς ἐξουσία δέδοται δεσμεῖν ἐπὶ σωτηρίᾳ ψυχῆς τοὺς ἐν χρείᾳ τοῦ δεσμοῦ καθισταμένους, ἀπαγορεύομέν σοι μηδὲ μίαν κόλασιν ἢ τιμωρίαν ἐπαγαγεῖν τῷ ἐκ τοῦ ἱεροῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ ληφθέντι, μηδ' εἰς πεῖράν τινος κακώσεως αὐτὸν καταστῆσαι, ἀλλ' οἰκτιρμῶν ἀξιῶσαι καὶ συγγνώμης, ὡς ἂν καὶ αὐτὸς εὕροις ἐπὶ ταῖς σαῖς ἐξαιτήσεσι πειθόμενον τὸν πάντων ἄρχοντα καὶ Δεσπότην, ἀλλὰ μὴ ὀργιζόμε-

Væ mihi etenim, si ita non sentiam, si ea non agam, si continua sollicitudine illa non tenear; timeo minas quibus minatus est Deus et Creator his qui ab ipso in illa excelsa constituti sunt custodia quæ celsitudini suæ non impar habet periculum; mihi videor, piissime fili, etiamsi adhuc in hac corruptibili vita degam, illi tribunali astare et rationem reddere de ministratione quam ministrare constitutus sum; illamque reformido timendam ac inexorabilem sententiam illis imminentem qui ad pacem Christi et Dei nostri remissius eos revocant qui a nefario dæmone ad inimicitias sunt concitati; idcirco et nunc flens scribo, precesque apud te iterum aggredior; namque, proh dolor! oculis

Digitized by Google

fere video mala Christianis denuo impendentia, totusque illo confundor lamentabili spectaculo et tristibus rebus, quas antequam videam, ex hac vita migrare oro; namque unius tantum hominis cædem cernere, quisquis sit interfectus, miserandum est spectaculum; quomodo etenim non quid est miserandum homo trucidatus ab homine ejusdem Creatoris opere, ejusdem naturæ participe, ex eodem limo ficto, eumdem habente Creatorem et præsentis vitæ ducem qui, quando placuerit, sua pariter opera ad futuram vitam congregabit? Cum autem trucidantes et trucidati non ea solum quam diximus communitate colliguntur, sed parentes sunt et liberi, fratresque et hæreditas Christi Dei nostri, qui per sancti lateris sui sanguinem incomparabilem nobis donavit hunc honorem, ut nos emeret et sibi hæreditatem afficeret, cum hujusmodi in invicem arma sumunt, cum terram propriasque manus cædibus inquinant, quid quis diceret? Quis Jeremias tantos dolores planget? Quis tam duræ calamitati ploratus adæquabit?

A γράφω, διὰ τοῦτο πάλιν τῆς πρὸς σὲ δεήσεως ἐπιλαμβάνομαι. Καὶ γὰρ, οἴμοι! τὰ μέλλοντα πάλιν Χριστιανοῖς ἀπαντᾷν μικροῦ τοῖς ὀφθαλμοῖς θεωρῶ, καὶ συγκέχυμαι ὅλος ὑπὸ τοῦ ἀπευκταίου ἐκείνου θεάματος καὶ τῶν σκυθρωπῶν πραγμάτων, ἃ εὔχομαι πρὶν ἰδεῖν, τῆς παρούσης ζωῆς ἐξελθεῖν. Καὶ γὰρ καὶ τὸ ἑνὸς ἀνθρώπου μόνον σφαγὴν ἰδεῖν, ὅστις ἂν ᾖ ὁ ὑποπίπτων τῇ σφαγῇ, ἐλεεινὸν θέαμα. Πῶς γὰρ οὐκ ἐλεεινὸν ἄνθρωπος ὑπ' ἀνθρώπου σφαζόμενος; τοῦ τῆς αὐτῆς μετέχοντος πλάσεως, τοῦ τελοῦντος ὑπὸ αὐτὴν φύσιν, τοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ γεγονότος, τοῦ τὸν αὐτὸν κεκτημένου πλάστην καὶ χορηγὸν τῆς παρούσης ζωῆς, καὶ συνάγοντα πάλιν, ὅταν ἐκείνῳ δοκῇ, ἐξ ἴσου τὸ πλάσμα πρὸς τὴν ἐκεῖθεν ζωήν; B Ὅταν δὲ οἱ σφάζοντες καὶ σφαζόμενοι οὐ μόνον καθ' ὃν εἴπομεν λόγον ἔχουσι κοινωνίαν, ἀλλὰ καὶ πατέρες τυγχάνουσι καὶ τέκνα καὶ ἀδελφοὶ, ναὶ δὴ καὶ κληρονομία τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν, τοῦ τὸ αἷμα τῆς ἁγίας αὐτοῦ πλευρᾶς τὸ ἀσύγκριτον τοῦτο τίμημα δεδωκότος, ἵνα ἡμᾶς ἐξωνήσηται καὶ κλῆρον οἰκεῖον ἀποδείξῃ, ὅταν οὗτοι κατ' ἀλλήλων ὁπλίζωνται, ὅταν τὴν γῆν καὶ τὰς χεῖρας μιαίνωσι ταῖς σφαγαῖς, τί ἄν τις εἴποι; Ποῖος Ἱερεμίας θρηνήσει τὰ τοιαῦτα πάθη; Ποῖα ἐξισωθήσεται δάκρυα τῇ οὕτω χαλεπῇ συμφορᾷ·

Hæc sunt quæ, rursum dico, me movent ad scribendum et supplicandum, quia cruciatur cor meum, futura mala cum mente volvo; nec tacere possum, nec quieti indulgere; rursum namque moventur exercitus, undique expeditiones, et innumerabiles populi congregantur; quos nescio quæ regio capiet aut quis locus in unum conveniet; præterea, non alius dux est, qui ad tantam regendam multitudinem non sit aptus, sed imperator ipse cum omni suo satellitio: ipse enim dux belli, ipse militibus præerit, ipse arma sumit, et simul commilito est, ac adjutor et prælii dux: tanto igitur inito apparatu, tanta commotione facta, tam innumerabili exercitu proficiscente, quid nobis est cogitandum? qualem oportet esse mentem? Scio autem, fili mi, tuam non latere prudentiam incertum esse belli eventum, neque manifestum esse cujus erit victoria, sed in ambiguo manere finem; id autem non est obscurum nempe sive Romanorum gladio pereat Bulgarorum gens, sive a Bulgarorum ense Romani concidant, Christianum sanguinem a Christianis esse fundendum, terramque christiano cruore fœdandam, atque Christum et Deum nostrum, cujus populus peculiaris sumus nos et vos pariter, filii quoque et hæreditas, cæsorum interemptione contristandum; aut non arbitraris maximum Christo et Deo nostro fore dolorem sive Bulgari sive Romani ferro pereant? Quis nescit? quis non confitebitur Christianos in invicem insurgentes in media Salvatoris nostri viscera plagam infigere?

Ταῦτα καὶ, πάλιν φημὶ, κινεῖ με πρὸς τὸ γράφειν καὶ δυσωπεῖν, ὅτι σπαράσσομαι τὴν ψυχὴν, τῶν ἐσομένων πραγμάτων ἐνθυμούμενος τὴν ἀπάντησιν· καὶ οὐ δύναμαι σιωπᾷν, οὐδ' ἐν ἠρεμίᾳ διατελεῖν. Πάλιν γὰρ στρατοπέδων συγκίνησις, καὶ πανταχόθεν ἐκστρατεία, καὶ λαοῦ ἀναριθμήτου συνέλευσις· οὓς οὐκ οἶδα ποία ὑποδέξεται C χώρα, ἢ τίς χωρήσει τόπος εἰς ἓν συνεληλυθότας. Εἶτα ἐπὶ πᾶσι τούτοις οὐδεὶς ἄλλος ὁ στρατηγῶν, οὐκ ἐξηγούμενος τοῦ τοσούτου πλήθους, ἀλλ' αὐτὸς ὁ βασιλεὺς μετὰ πάσης τῆς ἑαυτοῦ δορυφορίας. Αὐτὸς γὰρ στρατηγὸς τοῦ πολέμου, αὐτὸς ἐξηγεῖται τῶν στρατοπέδων, αὐτὸς ἀναλαμβάνει τὰ ὅπλα καὶ συστρατιώτης ἅμα καὶ συναγωνιστὴς καὶ ἀγωνοθέτης καθίσταται. Τοιαύτης οὖν γιγνομένης τῆς παρασκευῆς, τοιαύτης τῆς συγκινήσεως, οὕτω μυριολέκτου στρατιᾶς ἀφορμώσης, τί δεῖ λογίζεσθαι ἡμᾶς; ποταπὴν ἔχειν τὴν ψυχήν; Οἶδα μὲν οὖν, τέκνον ἡμῶν, ὡς καὶ ἡ σὴ ἐπίσταται σύνεσις, ὅτι οὐκ ἔστιν ὡρισμένος ὁ πόλεμος, οὐδ' ἐπίδηλόν ἐστι μεθ' ὧν ἡ νίκη γενήσεται, ἀλλ' ἐν ἀδήλοις κεῖται τὸ τέλος. Ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἄδηλον, κἄν τε ὑπὸ D Ῥωμαϊκῆς μαχαίρας τὸ Βουλγαρικὸν ἀναλωθήσεται, κἄν τε ὑπὸ τῆς τῶν Βουλγάρων Ῥωμαῖοι κατατμηθήσονται, Χριστιανικὰ αἵματα ὑπὸ Χριστιανῶν χέεται, καὶ γῆ τοῖς Χριστιανῶν αἵμασι μολύνεται, καὶ ὁ Χριστὸς καὶ Θεὸς ἡμῶν, οὗ λαὸς ὑμεῖς τε καὶ οὗτοι περιούσιος καὶ τέκνα καὶ κληρονομία, ἐπὶ τῇ τῶν σφαζομένων ὀδυνήσεται ἀπωλείᾳ. Ἢ οὐ τοῦτο νομίζεις ὅτι μεγίστη ὀδύνη τῷ Χριστῷ καὶ Θεῷ ἡμῶν, ἄν τε Βούλγαροι ἄν τε Ῥωμαῖοι ἔργον μαχαίρας γενήσωνται; Καὶ τίς ὅλως εἰς ἄγνοιαν τούτου καθίσταται; Τίς οὐχὶ συνομολογήσει τὴν κατ' ἀλλήλων ἐπανάστασιν τῶν Χριστιανῶν διὰ μέσου τῶν φιλανθρώπων σπλάγχνων τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὴν πληγὴν διελαύνειν;

Exemplum usurpemus patris cujusdam multos

Λάβωμεν εἰκόνα πατρὸς πολυπαιδίᾳ χαίροντος.

Digitized by Google

εἶτα ἐξαίφνης τῆς κατ' ἀλλήλων τῶν παίδων ἐπαναστάσεως. Πῶς οὕτω διάκειται, ὅταν, ἀντὶ τοῦ εἰρηνεύειν, ἀντὶ τοῦ ὁμονοεῖν τὰ ἑαυτοῦ τέκνα, βλέπῃ ἔχθραν ἀλλαξαμένους, καὶ κατὰ τῆς ἀλλήλων σφαγῆς τὰ ἑαυτῶν ξίφη βάπτοντας; Οὐ μεταβαλεῖ τὴν χαρὰν εἰς θρήνους; οὐχὶ κοπετὸν μὴ δυνάμενον ῥηθῆναι λόγῳ ποιήσεται; οὐ χανεῖν ἑαυτῷ τὴν γῆν εὔξεται μᾶλλον ἢ βλέπειν τὸν ἥλιον; Εἶτα πατέρες μὲν, οἳ μηδένα κόπον εἰς τὴν ἡμῶν κατεβάλοντο γένεσιν, ἃ εἶπον, ἐξ ἀνάγκης ὀφθήσονται πάσχοντες, ὅταν ὁρῶσι τὰ τέκνα πόλεμον πρὸς ἀλλήλους ἀραμένους, ὁ δὲ Χριστὸς καὶ Θεὸς ἡμῶν, ὅς, ἵνα κτήσηται ἡμᾶς, ἵνα υἱοποιήσῃ, τῶν πατρικῶν ἑαυτὸν ἐκένωσε κόλπων, καὶ σαρκὸς μετέσχε καὶ αἵματος παραπλησίως ἡμῖν, καὶ σταυρὸν ὑπέστη καὶ θάνατον, ἵνα υἱοὺς ἀπεργάσηται, ὁρῶν τὰ οἰκεῖα τέκνα, Βουλγάρους φημὶ καὶ Ῥωμαίους, οὕτω κατ' ἀλλήλων ἐκμεμηνότας, καὶ ἐπιλελησμένους μὲν τοῦ τοιούτου Πατρὸς καὶ τῆς υἱότητος, ἀντὶ δὲ τῆς ἀδελφικῆς σχέσεως εἰς θηριώδη καὶ ἀνήμερον διάθεσιν καταστάντας, οὐ μᾶλλον ἀσυγκρίτους ἔσται φέρων τὰς ὀδύνας; οὐ πολλῷ κεντεῖται δριμυτέρῳ ἀλγήματι; Ἔχει πολλὴν εὐπορίαν ὁ λόγος, υἱέ μου ποθεινότατε καὶ φίλε, καὶ εἴ τι ἄλλο οἰκειότερον ὄνομα καὶ γλυκύτερον ἐν ἀνθρώποις ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων προσφέρειν σοι τὴν παραίνεσιν, εἰς τὸ συνιδεῖν ὡς τοιαῦτα πράττομεν, κατ' ἀλλήλων τὰ ὅπλα κινοῦντες, οἷα πᾶς ἄνθρωπος τίθησιν εἰς ἀρὰν, καὶ τοὺς τῶν κακῶν τούτων ἐργάτας ἀλάστορας ἥγηνται. Τίς γὰρ φρονήσει κοσμούμενος, τίς ἐπιστάμενος τὴν φύσιν, τίς γνωρίζων τὸν Πλάστην, τίς ἁπλῶς ἀνθρωπίνης φύσεως ὑπάρχων καὶ λογισμοὺς φέρων ἀνθρωπίνους, ὁρῶν τοὺς τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς πίστεως ὄντας, τὸν αὐτὸν Θεὸν σεβομένους, ὅπλα κατ' ἀλλήλων ἐπαίροντας, ἐῶ γὰρ νῦν λέγειν τέκνα πρὸς πατέρας, πατέρας πρὸς τέκνα, καὶ ἀδελφοὺς ἀδελφοῖς πολεμοῦντας, οὐ σκυθρωπὴν ἀναλαμβάνει διάθεσιν, καὶ πάσας ἀρὰς ἀφίησι κατὰ τῶν οὕτως εἰς ἀπάνθρωπον προαίρεσιν ἐλασάντων

Ἔχει μὲν οὖν, ὡς εἶπον, ἐκ τῶν κάτω ἀνθρωπίνων πολλὴν ὁ λόγος παράκλησιν εἰς τὸ λῆξαι μὲν ὑμᾶς τῶν σφαγῶν καὶ τῶν πολέμων, ἐπιστραφῆναι δὲ πρὸς τὴν σωτήριον καὶ θείαν εἰρήνην. Ἀλλά σύ μοι, τέκνον ἐμὸν, κατάλειπε τὰ κάτω καὶ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ τὰς ἐκ τούτων παραινέσεις καὶ τοὺς λόγους, καὶ τὸ σὸν ὄμμα τῆς ὀπτικωτάτης ψυχῆς ἔπαρον πρὸς τὸν οὐρανὸν καὶ κατάστηθι πρὸς ἀναθεώρησιν τῶν ἁγίων δυνάμεων, ὅσαι τῷ Χριστῷ παρεστήκασιν, ὅτι καὶ αὐταὶ σκυθρωπάζουσι, καὶ εἰκότως· ὁρῶσαι γὰρ τὸν Δεσπότην ὀδυνώμενον ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, λαὸς γὰρ ἐκείνου ὑμεῖς τε καὶ ἡμεῖς, ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τῶν τέκνων καὶ ἀδελφῶν, καὶ ὡς πατὴρ τάξιν ἔθετο τέκνων, καὶ ὡς ἀδελφοὺς συγκληρονόμους παρέλαβεν, εἰς πεῖραν τοῦ τοιούτου πάθους καθίστανται. Τί λέγεις, οὕτω μέχρις οὐρανοῦ τῶν ἡμετέρων ἀναβαινόντων κακῶν, οἷς ὁ ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνος διάβολος Ῥωμαίους ἐφιλονείκησε καὶ Βουλγάρους περιβαλεῖν; Οὐ λαμβάνομεν λογισμὸν τὸν πρέποντα Χριστιανοῖς; Οὐκ ἐπιστρεφόμεθα πρὸς ἑαυτούς; Οὐκ ἐννοοῦμεν τὴν τοῦ πονηροῦ κακομηχανίαν, δι' ἧς λυμαίνεται ἡμῖν, καὶ πρὸς ἐπανόρθωσιν τῶν οἰκείων κακῶν ἀνανήφομεν;

A habentis filios subito in invicem insurgentes; quomodo afficietur, cum liberos, loco pacis et unionis, viderit inimicitiis discissos gladiosque suos in fraternum sanguinem immergentes? Nonne lætitiam in fletum mutabit? nonne ineffabilem planctum emittet? nonne terram sibi dehiscere exoptabit potius quam solem aspicere? Parentes igitur, qui in nobis gignendis nullum impenderunt laborem, ex necessitate quæ diximus, patiuntur cum natos in invicem bellum suscipientes viderint; Christus vero et Deus noster, qui, ut nos acquireret et sibi faceret filios, paterna reliquit viscera, carnique et sanguini nobiscum communicavit, atque crucem mortemque, ut nos filios efficeret, subiit, nonne suos videns filios, Romanos scilicet et Bulgaros, ita in invicem insa- B nientes, tantique Patris talisque filiationis immemores, ac, loco fraternæ dilectionis, belluino et feroci affectu captos, incomparabili dolore a fortiori cruciabitur? nonne multo acerbiori mœrore conficietur? Per quam facile mihi, fili desideratissime et si quid est aliud suavius inter homines nomen, exhortationem ex humanis rebus desumere, ut intelligas nos, cum arma in invicem sumimus, ea agere quæ homo quilibet maledictis insectatur, eorumque malorum auctores ut exsecrandos haberi? Ecquis etenim prudentia ornatus, quis naturæ non ignarus, quis Creatorem agnoscens, quis simpliciter naturæ humanæ consors cogitationesque humanas C concipiens, si viderit unius ejusdemque fidei discipulos, ejusdem Dei cultores, arma in invicem sumentes, dimitto enim hic dicere filios contra parentes, parentesque contra liberos, fratres contra fratres bellum gerere, tristitiam non concipiet maledictaque omnia non proferet adversus eos qui ad tantam inhumanitatem declinaverint.

Ex humanis rebus magnam, ut dixi, copiam exhortationis sumere possum quo cædibus et bellis finem imponatis et ad salutarem atque divinam pacem vos convertatis; sed dimitte, fili mi, terrena et humana, exhortationesque et sermones inde desumpta, oculos vero acutissimæ mentis ad cœlum tolle, potestatesque considera quæ Christo assistunt, quomodo contristantur et quam merito, cer- D nentes etenim Dominum de ruina populi sui lugentem, populus enim ejus vos et nos, de ruina filiorum et fratrum, namque ut pater nos in filios assumpsit et ut frater sibi cohæredes nos fecit, tanti doloris participes fiunt; quid dicis nostris malis usque ad cœlum ascendentibus quibus a principio homicida diabolus Romanos et Bulgaros percutere studuit? Nonne Christianis convenientem cogitatum sumimus? Nonne ad nos convertimur? Nonne malignitatem qua nobis nocet diabolus agnoscimus? Nonne ad nostrorum malorum curationem evigilamus?

Digitized by Google

Litteras longius protrahere in mente habebam; quia sermonum proceritate diuturniore cor mœrens ab opprimente pondere se sublevare et quasi recreare naturaliter amat; quoniam vero posuit sermo meus Romanorum Bulgarorumque calamitates ad cœlum usque pervenire, sermonis statui proceritatem inhibere: id solum dico, id suadeo, id oro, præbe mihi auditum quem ab initio præbere oportebat: non etenim accidissent tot ac tanta mala; si non autem prius, præbe nunc tandem, iterum dico, fili dilectissime, tuum auditum, patrisque humilis suasionem et consilia suscipe: in Deo mihi persuadeo non fore ut te hoc facientem pœniteat; suscipe humilis archiepiscopi supplicationem pro communi utilitate, quippe qui de memoria et nomine quo his in terris et in cœlis glorificeris curam habet; ne velis tam innumerabilem illum exercitum ad Bulgarorum fines rursum accedere, parentes adversus filios stringere gladios filiosque adversus parentes quos sanctissimus Spiritus talibus vinculis connexuit; ne velimus lamentabilem illam horam et diem videre in qua Christianorum sanguine terra denuo pollueretur; velut enim supra diximus, si in incerto versatur quorum erit victoria, id tamen non est incertum, permulto sanguine nempe contaminandam esse terram, lacrymarumque imbres ex oculis Romanorum et Bulgarorum oculis defluxuros. Ne, fili mi, humilis senis consilio obtempera, qui non magis Romanorum quam Bulgarorum salutem exoptat, nec minori zelo sollicitus est de felicitate et tranquillitate Bulgarorum, quam populi cujus archiepiscopus sumus et pro quo continuis sollicitudinibus vigilamus.

A Ἠβουλόμην ἐπὶ πλέον ἐκτεῖναι τὸ γράμμα· καὶ γὰρ πέφυκέ πως ὀδυνωμένη καρδία τῇ μακροτέρᾳ διεξόδῳ τῶν λόγων ὥσπερ ἀναπνεῖν καὶ κουφίζεσθαι τοῦ πιέζοντος βάρους· ἀλλὰ τοῦ λόγου παραστήσαντος ὡς καὶ μέχρι τῶν οὐρανῶν αἱ μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων ἔφθασαν συμφοραί, ἔγνων τοῦ λόγου τὸ μῆκος ἐπισχεῖν. Τοῦτο μόνον φημί, τοῦτο παρακαλῶ, τοῦτο δυσωπῶ, δός μοι τὴν σὴν ἀκοήν, ἣν ἔδει καὶ ἀπ' ἀρχῆς ἡμῖν παρασχεῖν· οὐ γὰρ ἂν συνέβη τὰ τοιαῦτα χαλεπά· ἀλλ' εἰ καὶ μὴ πρότερον, ἀλλ' ἔν γε τῷ παρόντι δός μοι, καὶ πάλιν ἐρῶ, τὴν σήν, υἱέ μου ἐρασμιώτατε, ἀκοήν, καὶ δέξαι ταπεινοῦ πατρὸς βουλὴν καὶ εἰσήγησιν. Πεποίθαμεν ἐν Θεῷ ὡς οὐ μεταμεληθήσῃ τοῦτο ποιῶν· δέξαι ταπεινοῦ ἀρχιερέως δυσώπησιν ὑπὲρ τοῦ B κοινοῦ δυσωποῦσαν συμφέροντος, καὶ περὶ μνήμης καὶ ὀνόματος τοῦ σὲ δοξάζειν ἐν γῇ καὶ ἐν οὐρανῷ μέλλοντος τὴν σπουδὴν ποιουμένου. Μὴ τὴν ἀναρίθμητον ταύτην στρατιὰν πάλιν προσπελάσαι τοῖς τῶν Βουλγάρων βουληθῇς ὁρίοις, μηδὲ γυμνῶσαι τὰ ὅπλα πατέρας πρὸς τέκνα, καὶ τέκνα πρὸς πατέρας, οὓς τὸ πανάγιον Πνεῦμα τῇ τοιαύτῃ συνῆψε σχέσει· μηδὲ τὴν στυγητὴν ἐκείνην ἡμέραν καὶ ὥραν θελήσωμεν ἰδεῖν, ἐν ᾗ τοῖς Χριστιανῶν αἵμασι καὶ πάλιν ἡ γῆ μολυνθήσεται. Ὡς γὰρ ἄνωθεν εἴπομεν, εἰ γὰρ καὶ ἀμφιβάλλεται ἡ νίκη μεθ' ὧν στήσεται, ἀλλὰ τοῦτό γε οὐκ ἀμφίβολον, ὅτι αἵματι μυρίῳ ἡ γῆ φυραθήσεται, καὶ δάκρυα ὄμβρους νικῶντα Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων κατακλύσει τὰ πρόσωπα. Ναί, τέκνον ἡμῶν, πείσθητι C συμβουλῇ ταπεινοῦ γέροντος, οὐ μᾶλλον Ῥωμαίων ἢ Βουλγάρων τὴν σωτηρίαν ἐπιζητοῦντος, οὐδ' ἧττον φλεγομένου τὰ σπλάγχνα καὶ κηδομένου τῆς τῶν Βουλγάρων εὐζωΐας καὶ εὐπαθείας ἢ τοῦ λαοῦ ὧν ἀρχιερατεύειν ἐλάχομεν, καὶ ὑπὲρ ὧν ταῖς φροντίσιν ἀδιαλείπτως ἐπαγρυπνοῦμεν.

Hæc sunt a nobis dicta ad exhortandum et supplicandum tuam prudentissimam mentem ne arma moveas; confidimus autem in Deo a quo omnis potestas et omne imperium, a quo solvitur bellum æternum, a quo pax mundo data est, quod quæ desunt ad cor tibi loquetur et te per seipsum pacis bonum docebit suadebitque tibi ut ad pristinam redeas unionem, illamque vitam ames ad quam vos per sanctum baptisma et per regenerationem vocavit, Romanis tanquam filios patribus conjungens, scandala quoque maligni oderis et quæ ex illis scandalis oriuntur; vide quantum temporis Romanos ac Bulgaros pernicies vastet; id etiam postquam addidero, cessabo: facta, auxiliante Deo, pace, quid a Romanis, pro armorum depositione, velis, sive tributa, sive quid aliud, manifeste notum fac nobis: dummodo tolerabile sit, non autem nimis grave viresque superans; omnique legatione fungar, ad omnem deveniam supplicationem, omnia movebo machinamenta apud potestatem quæ Romanorum res gubernat, usquedum tuæ petitiones obtineant; Deus autem pacis qui suis laboribus inimicitiæ solvit parietem, qui ab æterno dissidentia

Ἀλλὰ τὰ μὲν παρ' ἡμῶν ὑπὲρ τοῦ μὴ ὅπλα κινηθῆναι εἰς παράκλησιν καὶ δυσώπησιν τῆς σῆς ἐμφρονεστάτης εἰρημένα ψυχῆς τοσαῦτα. Πεποίθαμεν δὲ τῷ πάντων Βασιλεῖ καὶ Θεῷ, παρ' οὗ πᾶσα ἐξουσία καὶ ἀρχή, δι' οὗ ὁ αἰώνιος καταλέλυται πόλεμος, καὶ εἰρήνη τῷ κόσμῳ δεδώρηται, ὡς ἐκεῖνος τὰ λείποντα ἐν τῇ σῇ λαλήσει καρδίᾳ, καὶ αὐτός σε δι' ἑαυτοῦ τὸ καλὸν τῆς εἰρήνης ἀναδιδάξει, καὶ πείσει D πρὸς τὴν ἀρχαίαν κατάστασιν ἐπανελθεῖν, καὶ ἀγαπῆσαι μὲν ἐκείνην τὴν ζωὴν ἐφ' ἧς ἡμᾶς κατέστησε διὰ τῆς ἁγίας κολυμβήθρας, καὶ τῆς ἐν αὐτῇ ἀναγεννήσεως, ἑνώσας ὡς υἱοὺς πατράσι τῷ Ῥωμαίων γένει, μισῆσαι δὲ τὰ ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐπεισελθόντα σκάνδαλα, καὶ ὅσα ἐκ τῶν τοιούτων σκανδάλων. Ἰδοὺ χρόνος ὅσος ὀλεθρίους Ῥωμαίους καὶ Βουλγάρους διέθηκε· τοσοῦτον δὲ καὶ ἔτι προσθείς, ἀποπαύσομαι· ὡς, εἰρήνης σὺν Θεῷ γινομένης, ὃ ἂν βούλῃ Ῥωμαίους ἐπιζητεῖν ἀντὶ τῆς τῶν ὅπλων καταθέσεως, εἴτε φόρους εἴτε τι ἕτερον, δῆλον ἡμῖν ποίησον· μόνον φορητὸν ἔστω τὸ ζητούμενον, καὶ μὴ τῶν λίαν βαρυνόντων καὶ ὑπὲρ δύναμιν· καὶ πᾶσαν ποιήσομαι πρεσβείαν, πᾶσαν ἱκεσίαν, πᾶσαν μηχανὴν συγκινήσω πρὸς τὴν σὺν Θεῷ κυβερνῶσαν

Digitized by Google

τὰ Ῥωμαίων βασιλείαν τε καὶ ἐξουσίαν, μέχρις ἂν τὸ ζητούμενον παρ' ὑμῶν εἰς τέλος προέλθοι. Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης, ὁ τὸ μεσότοιχον τῆς ἔχθρας πόνοις καταλύσας οἰκείοις, ὁ τὰ διεστῶτα ἐξ αἰῶνος συνάψας, αὐτὸς καὶ νῦν τοὺς ἐπηρείᾳ δαίμονος ἐκπεπολεμωμένους εἰς εἰρήνην καταστήσοι, καὶ τὴν ἐν Πνεύματι ἁγίῳ ἑνότητα· καὶ δοίη τῶν ἐκ ταύτης μὲν φυομένων ἀγαθῶν τε καὶ ἡδυνόντων τὴν ἀπόλαυσιν, ἀπαλλαγὴν δὲ τῶν ἐκ τῆς ἔχθρας καὶ τῶν σκανδάλων χαλεπῶν τε καὶ θλίψεων

A sociavit, ipse hodie eos in quos dæmonis malignitas insanivit, in pace et in unitate, quæ est in Spiritu sancto, stabiliat; donet quoque bonis atque gaudiis inde nascentibus frui, a malis autem ac calamitatibus ex inimicitia et scandalis orientibus liberari.

ΙΗ'. *Τῷ αὐτῷ.*

Ἧκε πρὸς ἡμᾶς, τέκνον ἡμῶν ἠγαπημένον, ἧκεν, εἰ καὶ βραδύτερον, ἡ πληροφορία τῆς σῆς πρὸς ἡμᾶς ἀγάπης· οὕτως γὰρ ἐπληροφόρησας τὴν ἡμετέραν ταπείνωσιν, ὅτι σώζεις ἔτι διάθεσιν υἱοπρεπῆ πρὸς ἀχρεῖον μὲν πατέρα, ποθήσαντα δὲ τὸν υἱὸν πόθῳ ἀληθινῷ καὶ πνευματικῷ. Ἐγὼ μὲν γὰρ ὑπελάμβανον ἐν τῷ βραδύνειν τὸν ἀποκρισιάριον ἡμῶν ὡς ἔθου παρὰ φαῦλον ἡμᾶς, καὶ οὐκέτι σώζονται παρὰ σοὶ ἡ θερμὴ ἐκείνη ἀγάπη καὶ τοῦ πνεύματος ἡ στοργή. Ἀλλ' ὡς ἔοικεν, ἡμεῖς μὲν ἐπλανώμεθα, σὺ δὲ, τέκνον μου γλυκύτατον, ἐφύλαττες παρὰ σεαυτῷ ἄσβεστον τῆς ἀγάπης τὴν λαμπάδα, καὶ νῦν ἔδειξας ὅτι σώζεται διὰ τῆς τοῦ γράμματος καὶ τῆς τοῦ ἀποκρισιαρίου ἀποστολῆς, καὶ ἤλεγξας τὴν ἡμετέραν ὑπόνοιαν. Καὶ χάριν ὁμολογῶ τῷ Θεῷ, τέκνον μου ἠγαπημένον, ὅτι ἐγὼ μὲν ἠλέγχθην πεσὼν εἰς τοιαύτην ὑπόνοιαν, σὺ δὲ τὸ λαμπρὸν τῆς σῆς ἀγάπης, ὅτε Θεὸς τὴν σὴν ἐκίνησε καρδίαν, ὥσπερ πάντοτε, καὶ νῦν διέδειξας. Ἀλλ' ἡ τοῦ σοῦ γράμματος ὑποδοχὴ οὕτω, τέκνον μου ἀγαπητὸν, διέθηκεν ἡμᾶς, καὶ τοιαύτης γλυκύτητος κατέστησεν εἰς ἀπόλαυσιν.

Ἐκεῖνο δὲ οὐκ ἀποκρύψομεν πρὸς σὲ, υἱέ μου ἀγαπητὲ, ὅτι παρεμίγη καὶ λύπη τις τῇ τοῦ γράμματος ἡδονῇ, καὶ οὐκ ἀφῆκε τὴν ψυχὴν ἡμῶν χαίρειν ἐπὶ τῷ γράμματι καθαρῶς. Διὰ τί; Ὅτι ἐγράψαμεν τὴν εἰρηνικήν σου παρακαλοῦντες καρδίαν, παυθῆναι μὲν τὰ σκάνδαλα τοῦ πονηροῦ, ἀνακαινισθῆναι δὲ τὴν ἐξ ἀρχῆς εἰρήνην Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων. Καὶ οὐχ ἁπλῶς οὕτως, ἀλλὰ δηλωθῆναι ἡμῖν παρὰ τῆς ὑμῶν θεοδωρήτου δόξης ἁπλῶς καὶ καθαρῶς τὰ πράγματα, δι' ὧν προβήσεται ἡ εἰρήνη, καὶ ὥστε μὴ ἀμήχανον καὶ ἀδύνατον εἶναι τὴν αἴτησιν, ἀλλὰ τοιαύτην ἥτις καὶ Βουλγάρους ὠφελήσει, καὶ Ῥωμαίους οὐκ ἀπολέσει· σὺ δὲ, τέκνον ἡμῶν, καταλιπὼν τὰ περὶ τούτου γράφειν, ἔγραψας, τοῦ ἐμοῦ γήρους κατειρωνευόμενος, ὡς οὐκ ἀδύνατα ἐπιζητεῖς· οὐδὲ γὰρ τῶν τεθνηκότων Βουλγάρων τὴν ἀνάστασιν ἐπιζητεῖς, ἀλλὰ ζητεῖς πράγματα, ὧν ἐστι δυνατὸν τὴν τελείωσιν προελθεῖν. Καὶ ταῦτα λέγων ἐκεῖνο ὑπέφαινες, τὸ τὸν ἤδη παρὰ Θεοῦ εἰς τὸν θρόνον ἀνηγμένον τῆς βασιλείας ἐκεῖθεν ἀναχωρεῖν. Καὶ τί τούτου ἀδυνατώτερον, τέκνον ἡμῶν; Πῶς ἔχει λόγον τὸν δικαιώμασιν οἷς οἶδεν ὁ Θεὸς τῆς μεγάλης αὐτοῦ κληρονομίας τὴν κυβέρνησιν λαχόντα, τοῦτον ἐκστῆναι τῆς κυβερνήσεως; Μὴ, τέκνον ἐμὸν, μὴ κατειρωνεύου τῆς ἐμῆς πολιᾶς· ἐπίσταται γὰρ καὶ χωρὶς τῶν ἐμῶν λόγων, ὅτι ἀδύνατος αὕτη ἡ ἐπιζήτησις. Κατάλιπε οὖν ταύτην,

XVIII. *Ad eumdem.*

Venit ad nos, fili mi dilectissime, venit, etiamsi tardius, tuæ erga nos dilectionis certioratio; cer-
B tiorem enim nostram humilitatem fecisti te affectum adhuc servare qui filium decet erga patrem inutilem quidem, filium tamen suum desiderantem desiderio sincero et spirituali; supponebam siquidem ego ex apocrisiarii mei mora a te nos despici neque servari fervidam illam dilectionem spiritualemve charitatem; sed, ut liquet, erravimus nos, tu vero, fili suavissime, inexstinguibilem in te servabas dilectionis flammam, et nunc servari ostendisse per litteras et missum apocrisiarium, nostramque stultitiam convicisti; gratias autem Deo ago quod, sim convictus, in illam illapsus stultitiam, tu vero tuæ dilectionis splendorem, postquam commovit Deus cor tuum, ut semper antea, ita et nunc ostenderis: sic nos affecerunt receptæ tuæ litteræ, fili carissime, et
C tanta suavitate nos perfuderunt.

Id autem te non celabo, fili mi dilectissime, tristitia nempe quadam gaudium a tuis litteris acceptum permistum fuisse neque plene gaudere de tuis litteris cordi nostro licuisse: quam ob rem? Quoniam scripsimus ad exhortandum pacificum cor tuum quo cessare faceres maligni scandala, renovaresque antiquam inter Romanos et Bulgaros pacem; neque ea duntaxat, sed quo plane et accurate nobis manifestares quibus conditionibus institueretur pax, ita tamen ut non esset quid impossibile aut difficilius petitio tua, sed quid Bulgaris utile, Romanis autem non lethale; tu autem, fili, de his scribere
D omittens, tuis litteris nostram senectutem cavillatus es, te non impossibilia postulare dicens: mortuorum nempe Bulgarorum resurrectionem non postulare, sed res quas perfici possibile est; talia dicens, subostendebas eum qui a Deo in trono imperii constitutus est, unde descendere oporteret; sed quid eo impossibilius, fili mi? Quomodo fieri potest ut qui consiliis quæ novit Deus, illius magnæ hæreditatis gubernationem sortitus est, ille gubernatione decidat? Ne, fili mi, ne canitiem meam ludibrio habeas: nosti etenim, et absque meis sermonibus impossibilem esse istam petitionem: omitte ergo eam, nec arbitreris tanquam possibilem esse implendam; non est enim possibile, non est certe, id fieri; ad alia te vertas postulata quæ impleri possint: exempli gra-

Digitized by Google

tia, auri quantitatem, vestiumque, imo forsan agri partem aliquam; ac si te verterit divinum pacis Christi desiderium, quid velis notum fac nobis: dico ego, fili mi, pro omni lucro, pro omni incremento esse sanguinis effusionem cessare velle: quid enim tanti apud hominem christianum et pium, ac presertim talem qualis es tu, fili mi, quam id obtinere, nempe cædium cessationem, belli finem, Christiani sanguinis effusionis quietem? Dentur tamen præter maximum illud et incomparabile lucrum, alia quædam superaddita lucra, ut jam dixi, auri scilicet pondus, vestes, agri quoque cujusdam partis concessio, quæ vobis forte utilis erit, sed nec Romanis quidquam intolerabilis damni afferet. Ne, fili mi et vir Dei, ad hanc pacem verte oculos, cogitatum transverte, et illas linque cogitationes quæ ad pacem minime prosunt, sed potius bella et cædes excitant.

A καὶ μὴ ὡς δυνατὴν ἐπιτελεσθῆναι λογίζου· οὐδὲ γὰρ δυνατὸν οὐμενοῦν τοῦτο γενέσθαι· πρὸς ἄλλα δὲ μετάβηθι ἐξαιτήματα, ὅσα φύσιν ἔχει τὸ πέρας λαμβάνειν· οἷόν τι λέγω, χρυσοῦ ποσότητα, ἱματίων, τυχὸν δὲ καὶ γῆς τι μέρος. Τούτων, εἴ τίς σοι θεῖος λογισμὸς τῆς τοῦ Χριστοῦ εἰρήνης ἐμπεριστρέφεται, ὃ βούλει δῆλον κατάστησον ἡμῖν. Ἐγὼ λέγω, τέκνον ἐμὸν, τοῦτο εἶναι ἀντὶ παντὸς κέρδους, τοῦτο ἀντὶ πάσης προσκτήσεως, τὸ βουληθῆναι τὰς τῶν αἱμάτων ἀναστεῖλαι χύσεις· τί γὰρ τοιοῦτον πρὸς ἄνθρωπον Χριστιανὸν καὶ θεοφιλῆ, καὶ μάλιστα οἷος σὺ τυγχάνεις, τέκνον ἐμόν; τὸ καταπράξασθαι τοῦτο, καὶ κερδῆσαι ἀνακοπὴν τῶν σφαγῶν, ἀπόπαυσιν τῶν πολέμων, λῆξιν χύσεως αἱμάτων Χριστιανικῶν. Πλὴν ἔστω μετὰ τοῦ μεγάλου τούτου κέρδους καὶ B ἀσυγκρίτου καὶ κέρδη ἕτερα προσγινόμενα, ὃ φθάσας εἶπον, χρυσίου ποσότητα, ἱματίων, ἢ καὶ γῆς τινος μέρους ἐπίδοσις, ὅση τυχὸν δυνατὴ καὶ ὑμᾶς ὠφελεῖν, καὶ Ῥωμαίοις μὴ ζημίαν ἐπάγειν ἀφόρητον. Ναὶ, τέκνον μου καὶ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, πρὸς τοιαύτην ἀπόβλεψον εἰρήνην, πρὸς τοιαύτην μετάθου γνώμην, καὶ ἄφες ἐκείνους τοὺς λογισμοὺς, οἳ μηδὲν συμβάλλονται πρὸς τὴν εἰρήνην, ἀλλὰ μᾶλλον ἐρεθίζουσι τοὺς πολέμους καὶ τὰς σφαγάς.

Memorabant tuæ litteræ omnium causam esse eunuchos: manifestum est et omnibus notum. Sed quid nobis, fili, cum eunuchis? Illi quidem pessime sentientes conturbaverunt et perdiderunt, ut Romanorum res, ita et communem dilectionem consensionemque Romanorum et Bulgarorum; nos autem non fas est eorum malitiæ communicare, sed potius quæ sua imprudentia perdiderunt, tuam oportet prudentiam Romanorumque considerationem restaurare. Insanierunt illi? absit ut eorum imitemur insaniam: injusta adversum te moliti sunt? non te latet, fili mi, quomodo in capita eorum versa sit illa malitia; Dei judicio sis contentus, et quam in eos pœnam Deus portaverit, tu admittas, nec perseveres in contristando ob eorum dementiam aut, si vis, insaniam, eum qui te ultus est; aut non putas, fili mi, Christum Deum nostrum contristari tanta strage peculiaris ejus populi, hæreditatis ejus, Christianorum gentis, dico, Romanorum scilicet et Bulgarorum? aut non arbitraris lugere benignum Deum super tanta hominum destructione, tot civitatum, tot ecclesiarum, tot monasteriorum, super omnium istorum ruina? Certe scio, fili mi, nihil istorum te latere; optime igitur ages, Christi et Dei nostri imitationem, ut in tuis commemorasti litteris, præ te ferens hic etiam a te in honore habitam, et oblivione opprimens quidquid ab eunuchis fueris contristatus. Ad teipsum redi, et ad tuam mansuetudinem pacificamque dispositionem, et in luctum nefario dæmoni vertas quam a Romanorum Bulgarorumque calamitatibus lætitiam et exsultationem sumpsit; cesset bellum adversus fratres et parentes.

Ἐμνημόνευε τὸ γράμμα καὶ περὶ τῶν εὐνούχων ὡς ἐκεῖθεν ἡ τῶν κακῶν αἰτία· καὶ φανερὸν τοῦτο, καὶ πᾶσιν ἐγνωσμένον καθέστηκε. Καὶ τί, τέκνον μου, πρὸς ἡμᾶς τὰ τῶν εὐνούχων; Ἐκεῖνοι μὲν κακῶς πεφρονηκότες συνετάραξαν καὶ συνέχεαν, ὥσπερ τὰ κοινὰ Ῥωμαίων πράγματα, οὕτω καὶ τὴν κοινὴν ἀγάπην καὶ ὁμόνοιαν Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων. Ἀλλ' οὐ χρὴ κληρονόμους ἡμᾶς εἶναι τῆς ἐκείνων C κακίας, μᾶλλον δὲ ἃ κακῶς ἐξ ἀφροσύνης ἐκεῖνοι διέθηκαν, ταῦτα τήν τε σὴν φρόνησιν, καὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων διάσκεψιν διορθώσασθαι. Ἐξεμάνησαν ἐκεῖνοι; Μὴ γένοιτο τὴν ἐκείνων μανίαν μιμεῖσθαι ἡμᾶς. Ἄδικα ἐκεῖνοι κατὰ σοῦ ἐμελέτησαν; Οὐκ ἀγνοεῖς, τέκνον ἡμῶν, ὡς ἐστράφη εἰς κεφαλὴν αὐτῶν ἡ ἀδικία αὐτῶν. Ἀρκέσθητι τῇ τοῦ Θεοῦ κρίσει, καὶ ἀπόδεξαι τὴν ἐκδίκησιν, ἣν ὁ Θεὸς ἐπ' αὐτοὺς κατεπράξατο, καὶ μὴ ἐπιμένῃς διὰ τὴν ἐκείνων ἄνοιαν ἢ μανίαν, εἰ βούλει, τὸν ἐκδικήσαντά σε παραλυπῶν. Ἢ οὐ νομίζεις, τέκνον ἡμῶν, παραλυπεῖν τὸν Χριστὸν καὶ Θεὸν ἡμῶν τοσούτου φόνου ἐνεργηθέντος τοῦ περιουσίου αὐτοῦ λαοῦ, τῆς κληρονομίας αὐτοῦ, τοῦ Χριστιανῶν λέγω γένους· τοῦ τε Βουλγαρικοῦ D καὶ Ῥωμαϊκοῦ; ἢ οὐ λογίζῃ ἀλγεῖν τὸν φιλάνθρωπον ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ τῶν ἀνθρώπων ἐρημίᾳ, ἐπὶ τοσούτων πόλεων, ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν ἐκκλησιῶν, ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν μοναστηρίων, ἐπὶ τῷ πάντων τούτων ἀφανισμῷ; Ναὶ οἶδα, τέκνον ἐμὸν, ὡς οὐδέν σε διαλανθάνει τούτων· καλῶς οὖν ποιῶν καὶ ὅπερ ἐν τῷ σῷ γράμματι ἀπεμνημόνευσας, τὴν μίμησιν τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν δεῖξον καὶ ἐνταῦθα παρὰ σοῦ τιμωμένην, καὶ ῥίψον εἰς λήθην ὅσα παρὰ τῶν εὐνούχων λελύπησαι, καὶ γενοῦ σεαυτοῦ καὶ τῆς ἰδίας πραότητος καὶ τῆς εἰρηνικῆς καταστάσεως, καὶ στρέψον εἰς πένθος τῷ πονηρῷ δαίμονι, ὅσα ταῖς κοιναῖς δυστυχίαις Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων ἐπευφράνθη καὶ ἐξωρχήσατο· παυσάσθω τῶν ὅπλων ἡ κίνησις κατὰ τῶν ἀδελφῶν καὶ πατέρων.

Si qua tibi desuper et a Christo et Deo nostro pacifico et invincibili voluntas et consilium pacis,

Εἴ τις οὖν ἔστι σοι λογισμὸς θεόθεν καὶ φρόνημα τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν τοῦ εἰρηνικοῦ καὶ ἀμά-

Digitized by Google

χων περὶ τοῦ τὴν εἰρήνην, ἣν διεσπάραξεν ὁ τῆς ἔχθρας γεννήτωρ διάβολος, πάλιν ἀνακαινισθῆναι, γράψον ἡμῖν ἁπλᾶ καὶ σαφῆ τὰ πράγματα δι' ὧν ἡ εἰρήνη Θεοῦ βουλομένου εἰς ἑαυτὴν ἐπανήξει· καὶ μὴ γράψῃς οἷα γράφεις ἀμφίβολα καὶ ἀδύνατα, λέγω δὴ τὴν ἐκ τοῦ ὕψους τῆς βασιλείας κατάβασιν τοῦ παρὰ Θεοῦ πρὸς ταύτην ἀναβεβηκότος. Καὶ ἔτι, τέκνον ἡμῶν, ἄνθρωπον ἄξιον τῆς σῆς δόξης, ἀγαπῶντα εἰρήνην, ἀλήθειαν τιμῶντα ἐξαπόστειλον· δῆλον ὅτι καὶ ἐντεῦθεν ἀποστελλομένου ὁμοίου καὶ ἰσοτίμου ἀνδρὸς, δι' ὧν οἱ λόγοι τῆς εἰρήνης τρανῶς τῇ τε σῇ μεγαλοπρεπείᾳ καὶ τοῖς τῶν Ῥωμαίων βασιλεῦσι παραστήσονται. Καὶ τότε Θεοῦ εὐμενοῦς γινομένου, ὥς γε, εἰ καὶ ἁμαρτωλοὶ, ἐλπίζομεν, ἡ εἰρήνη προβήσεται· ἐπεὶ, ὥς γε νῦν λόγοι ἀσαφεῖς καὶ ἀμφίβολοι ἀλλήλους δέχονται, οὐδὲν σωτήριον οὐδὲ κοινωφελὲς γενήσεται. Ἀλλ' εἰ μὲν ὅλως ἐνθύμιον εἰρήνης ἐν τῇ σῇ καρδίᾳ στρέφεις, ἀγαπητέ μου υἱὲ, ἱκανὰ τὰ εἰρημένα· εἰ δ' ἅπαξ οὗτος ὁ λογισμὸς τὴν σὴν κατέχει καρδίαν, ὡς ἐν τῷ θρόνῳ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἱδρυνθήσῃ βασιλείας, καὶ τοιαύτην ἔδοξας οὐκ οἶδα ὅθεν τὴν πληροφορίαν λαβεῖν, ὅτι τοῦτο ἔδοξε τῷ Θεῷ, καθὼς ἐκεῖνος οἶδε καὶ βούλεται ἀγαγεῖν εἰς πέρας, καὶ μὴ πολέμοις καὶ σφαγαῖς νόμιζε τυχεῖν τοῦ βουλήματος· ἃ γὰρ ὥρισται παρὰ Θεῷ, ἀμήχανον μὴ πρὸς πέρας ἐλθεῖν. Ἐκεῖνο οὖν προσδέχου ὅπερ νομίζεις παρ' αὐτοῦ ὡρίσθαι τὸ ὡρισμένον σοι παρασχεῖν. Καὶ τί χραίνεις αἵμασι τὴν γῆν καὶ τότε Χριστιανικοῖς; Τί πορθεῖς ἐκκλησίας Θεοῦ; Τί τἄλλα ἃ μηδὲ θέμις λέγειν ἡμᾶς, τέκνον ἡμῶν, ἐπιτελεῖσθαι ποιεῖς, δι' ὧν καὶ λύπην Θεῷ προξενεῖς, καὶ σεαυτὸν οὐκ ἔξω κρίματος καθιστᾷς; Τὸ ἐντεῦθεν προσκείσθω εὐχὴ τῶν διηνεκῶς ἡμῖν ἀναφερομένων Θεῷ· εἴης ἡμῖν ἐῤῥωμένος καὶ φρονῶν καὶ διανοούμενος, ὅσα πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπανάγει σε θείαν εἰρήνην, τὴν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος δεδομένην Ῥωμαίοις καὶ Βουλγάροις· καὶ ὅσα πρὸς πολέμους καὶ σφαγὰς ἐρεθίζει, ταῦτα σὺν τῷ πονηρῷ δαίμονι καὶ τούτων ἐργάτῃ τῆς σῆς ἀπελαύνων τιμίας καὶ φρονίμης ψυχῆς.

A quam inimicitiarum pater solvit diabolus, iterum instaurandæ, ad nos scribe sincere et manifeste quibus conditionibus pax, Deo adjuvante, renascetur; sed ne scribas, ut scripsisti dubia et impossibilia, nempe a trono descendere oportere qui Dei jussu illum conscendit: præterea, fili mi, virum tuæ existimationis dignum, pacis amatorem, veritatis cultorem mitte: hinc mittetur etiam vir aliquis illi similis eademque existimatione dignus; per quos de pace sermones ad tuam majestatem et ad Romanorum imperatores deferentur perspicue; Deoque tunc propitio, ut nos peccatores speramus, instituetur pax; quoniam usque modo verba obscura atque æquivoca sibi succedunt, nihil salutare, nihil communis utilitatis fiet: si autem pacis desiderium B vere in tuo corde volvis, fili mi dilectissime, satis sunt dicta: si vero semel cor tuum occupat ista cogitatio, te scilicet in solio Romani imperii esse collocandum, et si, unde nescio, illam certitudinem, ut videris, sumpsisti, id nempe Deo placere, eo quo scit et vult modo, non autem bello et cædibus puta implendum esse tuum desiderium: quæ enim a Deo statuta sunt, non possunt ad finem non pervenire; quod ergo ab eo censes esse statutum, exspecta donec ab eo tibi concedatur; quare autem terram sanguine perfundis, sanguine vero Christianorum? Quare Dei ecclesias vastas? Quare cætera omnia, quæ dicere non est fas, fili mi, perfici facis? Quibus et Deum contristas et teipsum judicio obno- C xium facis; quod superest, hic ponatur oratio quam sine intermissione ad Deum ferimus: incolumis esto, et ea cogita et senti quæ te ad pristinam pacem revocent, quæ per sacrum baptisma Romanis ac Bulgaris data est; et quæcunque ad bellum et cædes concitant'ia, cum nefario dæmone horum auctore ex tua veneranda et prudenti mente amoveas.

ΙΘ'. Τῷ αὐτῷ.

Τοῦ ἀποκρισιαρίου ἡμῶν, λέγομεν δὴ τοῦ ἀποσταλέντος μοναχοῦ παρὰ τῆς ἡμῶν ταπεινότητος, ἐπαναστρέψαντος, τέκνον ἡμῶν ἠγαπημένον, μετὰ τῶν σῶν γραμμάτων, εἰπόντος δὲ καὶ οἰκείᾳ γλώσσῃ, ὅσα ἡμῖν ἀπήγγειλεν, ἀντεγράφη πάλιν ὅσα καὶ οἱ λόγοι ἀπῄτουν, καὶ τὸ σὸν ἐπεζήτει γράμμα, καὶ ἀπεστάλη πρὸς τὴν ὑμῶν θεοτίμητον ἐξουσίαν διὰ τοῦ αὐτοῦ μοναχοῦ. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν, ὡς νομίζομεν, τὴν Βουλγαρίαν κατέλαβε, καὶ ἔστι διάγων ἐκεῖ· σοῦ δὲ πρὸς τὰ μέρη ταῦτα ἐξεληλυθότος, οὐκ οἴδαμεν πότε γενήσεται ἀμφοτέροις ἑνωθῆναι καὶ μαθεῖν τὴν ὑμῶν θεοτίμητον ἐξουσίαν τὰ γραφέντα σοι παρ' ἡμῶν καὶ δι' αὐτοῦ κομιζόμενα. Διὰ τοῦτο ἐδεήθημεν τοῦ παρόντος γράμματος, καὶ γράφομεν, τέκνον ἡμῶν, τὴν σὴν ὥσπερ καὶ πρότερον παρακαλοῦντες φρονίμην ψυχὴν παυθῆναι τὰς τῶν αἱμάτων χύσεις, σβεσθῆναι τῆς ἔχθρας τὴν πυρκαϊὰν, ἣν ἀπ' ἀρχῆς

XIX. *Ad eumdem.*

Reverso cum tuis litteris apocrisario nostro, id est monacho a nostra humilitate ad te misso, dictisque D quorum erat nuntius rescripsimus, fili dilectissime, quæcunque sermone petieras et expostulabant tuæ litteræ, atque per eumdem monachum ad tuam majestatem sunt remissæ; ille vero, ut arbitramur, in Bulgaria sedem suam posuit ibique commorat; te autem ad illas regiones profecto, nescimus quando utrique nostrum dabitur convenire, tibique scripta a nobis delataque ab ipso novisse; itaque isto scripto opus fuit, ac scribimus, fili mi, tuam exhortantes, ut prius, prudentem animam, ad intermittendam sanguinis effusionem, exstinguendaque inimicitiarum incendia, quæ a principio accendit inimicitiarum parens diabolus, ad confirmandam inter Romanos et Bulgaros beatam pacem, quæ hæreditate reliquit Christianis Christus, Deus et Salvator

Digitized by Google

noster; et ad scribendum et aperiendum nobis, si tamen ad pacis renovationem pia inclinata est mens tua, non quæ jam ostendimus impossibilia esse, sed possibilia et quæ succedere non sit nefas.

ἀνῆψεν ὁ τῆς ἔχθρας γεννήτωρ διάβολος, καὶ βραβευθῆναι πάλιν μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων τὴν μακαρίαν εἰρήνην, τὴν δοθεῖσαν κλῆρον Χριστιανοῖς παρὰ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν· καὶ γραφῆναι καὶ δηλωθῆναι ἡμῖν, εἴ γε παρακέκληταί σου ἡ θεοφιλὴς ψυχὴ πρὸς τὸν ἀνακαινισμὸν τῆς εἰρήνης, μὴ πάλιν ἐκεῖνα οἷα πρότερον ἐδηλοῦτο ἀδύνατα ὄντα καὶ ἀτέλεστα, ἀλλ' ὅσα δυνατὰ καὶ πρὸς τὸ τέλος ἐκβῆναι οὐκ ἀνεμπόδιστα.

Quid est igitur quod dico? Ne dicas imperium relinquere eum oportere qui ad imperii solium est evectus, impossibile namque est; ne dicas te regem et dominum accipere oportere imperii Romani principes et populos, impossibile namque est, nec quisquam eum sermonem auribus accipere feret; sed scribe auri pondus, vestes, aut etiam agri partis cujusdam concessionem, quæ Bulgaris quidem proderit, Romanis autem intolerabile damnum non afferet; næ, fili mi et vir Dei, ad hanc pacem oculos verte, ad istum cogitatum transfer mentem et cogitationes; omitte quæ ad pacem nihil inserviunt, sed potius ad bella et cædes concitant; cessent gemitus et lacrymæ quæ Romani et Bulgari usque modo emiserunt, proh nostri dolores! et etiam nunc emittunt; næ, fili mi dilectissime et amicorum amicissime; erubesce supplicationem a nobis a tanto tempore factam, cordis nostri verere cruciatum qui, quarto abhinc anno, nocte ac die, imo vero singulis horis nos carpere non intermittit.

Τί οὖν ἐστιν ὃ φημι; Μὴ δηλώσῃς, καταλιπέτω τὴν βασιλείαν ὁ πρὸς τὸν θρόνον ἀναβεβηκὼς τῆς βασιλείας, τοῦτο γὰρ ἀμήχανον· μὴ γράφε τοῦ δέξασθαί σε βασιλέα καὶ κύριον τοὺς ἄρχοντας τῆς Ῥωμαϊκῆς βασιλείας καὶ τὸν λαὸν, ἀμήχανον γὰρ τοῦτο γενέσθαι, καὶ οὐδεὶς τοῦτον τὸν λόγον ἀνέχεται ἀκοαῖς παραδέξασθαι· ἀλλὰ γράψον χρυσίου λαβεῖν ποσότητα, ἱματίων, ἢ καὶ γῆς ἐπίδοσιν μέρους, ὅση δυνατὴ καὶ Βουλγάροις ὠφελεῖν, καὶ Ῥωμαίοις μὴ ἐπάγειν ζημίαν ἀφόρητον. Ναὶ, τέκνον μου καὶ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, πρὸς τοιαύτην ἀπόβλεψον εἰρήνην, πρὸς τοιαύτην μετάθου γνώμην· καὶ ἄφες τοὺς λογισμοὺς οἳ μηδὲν συμβάλλονται πρὸς τὴν εἰρήνην, ἀλλὰ μᾶλλον ἐρεθίζουσι πρὸς τοὺς πολέμους καὶ τὰς σφαγάς. Στήτωσαν οἱ στεναγμοὶ καὶ τὰ δάκρυα, ὅσα Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων μέχρι τοῦ παρόντος ἐξεκενώθη, οἴμοι τῶν ἐμῶν παθῶν! καὶ ἔτι διαμένει κενούμενα. Ναὶ, υἱέ μου ἠγαπημένε, καὶ τῶν φίλων ὁ φίλτατος· αἰδέσθητι τὴν διὰ χρόνου τοσούτου πρὸς σὲ γινομένην δέησιν ἡμῶν, δυσωπήθητι τὸν σπαραγμὸν τῆς καρδίας ἡμῶν, ὃς ἰδοὺ τέταρτον ἔτος νύκτα καὶ ἡμέραν, μᾶλλον δὲ πᾶσαν ὥραν, οὐκ ἀνίησι διαξαίνων ἡμᾶς.

Ea scribo, testis sit Deus, non minus sollicitus de Bulgarorum salute et de tua gloria quam Romanorum et eorum imperatorum; si ergo de salutari pace cogitas, fili mi, scribe perspicua et non dubia; et certe, si opus fuerit, ego ipse ad te veniam, venientem scilicet Heracleam aut Silymbria, et de pace colloquar, et ut Dei pace dicam, quæcunque possibilia petieris præstabo; rursumque renovabitur pax, et parentes erga filios et filii erga parentes ut decet sentient, dilectionis bonis fruentes, vitamque durissimis immunem degentes calamitatibus quos generavit inimicitiarum pater diabolus et perniciosissima illius scandalorum seminatio; quod superest, hic addatur a nobis oratio quam omni tempore, etiam te inscio, deferimus ad Deum: incolumis esto et supra maligni laqueos volitans, ut te ostendas hæredem æterni regni et felicitatis et securus terribili Christi et Dei nostri tribunali astare possis.

Γράφω ταῦτα, λάβε Θεὸν αὐτὸν μάρτυρα τῶν λεγομένων οὐκ ἔλαττον φροντίζων τῆς τῶν Βουλγάρων σωτηρίας καὶ τῆς σῆς τιμῆς ἢ Ῥωμαίων καὶ τῶν βασιλεύειν λαχόντων αὐτῶν. Εἴ τις οὖν ἐστι λογισμὸς τῆς σωτηρίου εἰρήνης, τέκνον ἡμῶν, γράψον ἡμῖν ἁπλᾶ καὶ ἀναμφίβολα· καὶ πάντως, εἰ τούτου δεήσει, αὐτὸς ἐγὼ ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς, δηλονότι πρὸς Ἡράκλειαν ἐρχομένου σου, ἢ πρὸς Σιλυμβρίαν, καὶ περὶ τῆς εἰρήνης κοινολογήσομαι, καὶ σὺν Θεῷ εἰπεῖν, ὅσα δυνατά ἐστι ζητούντων ὑμῶν παρασχεθήσονται. Καὶ πάλιν ἀνακαινισθήσεται ἡ εἰρήνη, καὶ οἱ πατέρες πρὸς τὰ τέκνα, καὶ τὰ τέκνα πρὸς τοὺς πατέρας, ὥσπερ ἐστὶν ὀφειλόμενον, διατεθήσονται, ἀπολαύοντες τῶν τῆς ἀγάπης καλῶν, καὶ ζωὴν ἀπηλλαγμένην ἔχοντες τῶν χαλεπωτάτων συμφορῶν, ἃς ἐξεγέννησεν ὁ τῆς ἔχθρας πατὴρ διάβολος, καὶ ἡ τῶν ἐκείνου σκανδάλων ὀλεθριωτάτη ἐπισπορά. Τὸ λοιπὸν εὐχὴ προσκείσθω ἡμῖν, ἣν προσφέρομεν διὰ παντὸς τῷ Θεῷ καὶ σοῦ ἀγνοοῦντος· εἴης ἡμῖν ἐῤῥωμένος, καὶ ὑπεράνω τῶν παγίδων τοῦ πονηροῦ διιπτάμενος, ὅσα κληρονόμον σε ἀναδείξει τῆς αἰωνίου καὶ βασιλείας καὶ ἀπολαύσεως, καὶ ἀκατάκριτον παραστήσει τῷ φρικτῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν.

XX. *Ad eumdem.*

Sperabam, fili mi gloriosissime, tuis acceptis litteris, recreationem invenire a dolore quo crucior, consolationemque mœstitiæ quæ me nocte ac die

Κ'. *Τῷ αὐτῷ.*

Ἤλπιζον, υἱέ μου δεδοξασμένε, τοῖς σοῖς γράμμασιν ἐντυγχάνων παραψυχὴν εὑρεῖν τοῦ σπαράσσοντος ἄλγους· ἀνέμενον ἥκειν μοι παραμύθιον τῆς

Digitized by Google

διαξαινούσης με νύκτα καὶ ἡμέραν ὀδύνης. Ἐνεθυ- A μούμην γὰρ ὅτι, καὶ εἰ μὴ πρότερον δι' ὧν ἐγράψαμεν πολλάκις παρεκλήθη σου ἡ ψυχὴ, ἀλλά γε νῦν δι' ὧν προεθυμήθην πρὸς σὲ παραγενέσθαι, καὶ γήρους καταφρονῶν, καὶ ἀσθενείας, καὶ πόνων τῶν ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, ὅτι παρακληθήσῃ καὶ προσδέξῃ με δυσωποῦντα, καὶ οὐχ ὑπομενεῖς ἀποστρέψαι διακενῆς τὴν πρὸς σὲ πεποιημένην πορείαν· γενήσεται δὲ μᾶλλον ἡ πρὸς σὲ ἄφιξις ἡμῶν, ἀπόπαυσις τῶν τοῦ πονηροῦ δαίμονος σκανδάλων, ἃ ἐφιλονείκησε Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων μεταξὺ ἐμβαλεῖν. Ταῦτα δὲ ἤλπιζον οὐχ ἁπλῶς οὕτως, ἀλλὰ καὶ προηγουμένης αἰτίας εὐλόγου· ἐνεθυμούμην γὰρ κατ' ἐμαυτὸν ὅτι ἀπελεύσομαι πρέσβυς καὶ τὴν ἱκεσίαν φέρων, οὐ πρὸς ἄνθρωπον οἷοι πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ B πρὸς ἄνθρωπον ἐκ Θεοῦ λαβόντα ἔθνους ἐξουσιάζειν, καὶ διὰ τοῦτο πολὺν ἐν συνέσει, πολὺν ἐν διανοήσει, καὶ εἰδότα κρίνειν καὶ τὴν ἡμετέραν παρουσίαν ὅση τίς ἐστιν· ὅτι, καὶ εἰ ἁμαρτωλοὶ, ἀλλ' οὖν ἀρχιερεῖς οἵου καὶ ὅσου λαοῦ, ὁποίας πόλεως, τῆς ἀρχιερατεύεσθαι ὑφ' ἡμῖν λαχούσης, ἡλίκης ἐξουσίας πατὴρ, εἰ καὶ ἀνάξιος, προβέβλημαι, ἣν μόνην ἐπὶ γῆς ὁ Χριστὸς ἀντ' αὐτοῦ τῶν ἐπὶ γῆς ἔθετο ἐξουσιάζειν. Ἀλλ' ἐνενόουν ὅτι, πρὸς τοιοῦτον ἄνθρωπον μέλλων πρεσβεύειν, τελέσω τὴν πρεσβείαν, διαπράξομαι τὸ κοινῇ συμφέρον, καὶ ἀνασώσομαι τὴν εἰρήνην ἀπολωλυῖαν πρῶτον μὲν δαίμονος συσκευῇ, ἔπειτα δὲ καὶ ἀνθρώπων κακοβουλίᾳ, καὶ χαίρων ὑποστρέψω, φέρων μὲν τὴν εὐχαριστίαν Θεῷ, ἐκδιηγούμενος δὲ πᾶσι τὴν σὴν ἀρετὴν, καὶ μεγαλύνων τοῖς ἐπαίνοις C αὐτὴν, εἴπερ τίς ἐστι λόγος ταπεινοῦ γέροντος καὶ ἀρχιερέως τοὺς σοὺς διεξιόντος ἐπαίνους· φέρων δέ τι καὶ αὐτὸς ἐν μοίρᾳ κέρδους, ὃ πάντων κερδῶν ἐμοὶ τιμιώτατον, τὴν Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς ὁμόνοιαν καὶ εἰρήνην.

A angit; arbitrabar siquidem, si prius non potui, tuum animum iis quæ a me multoties scripta sunt, flectere hodie tamen, eo quod te adire statuerim, contempta senectute, infirmitateque et itineris laboribus, te flectendum, suscepturumque meam supplicationem, nec passurum frustra initam esse a me ad te peregrinationem, sed potius eam fore cessatio nefarii dæmonis scandalorumque Romanos inter et Bulgaros suscitavit; ea sperabam non sine ratione, sed justa causa præmissa: apud me etenim cogitabam me legatum et supplicem venturum, non ad virum cæteris similem, sed ad virum qui a Deo accepit genti suæ imperare, ideoque magna gaudet prudentia, magna sapientia et optime novit quid sit nostra præsentia, discernere: namque si peccator, B archiepiscopus tamen, et qualis quantique populi, qualis civitatis, quantæ potestatis pater, etiamsi indignus, quam Christus solam, suimetipsius loco, in terris imperare voluit: existimabam igitur ad talem virum veniens legationem esse impleturus, commune bonum procuraturus, pacemque restituturus, dæmonis primum machinationibus, deinde hominum malitia perditam; postea quoque cum gaudio reversurus, Deo gratias agens, omnibusque prædicans tuam virtutem, laudibusque efferens, si quid valet sermo humilis senis et archiepiscopi tuas laudes decantantis, referens etiam ipse, pro mea parte, lucrum quod maximi pendo, Romanorum ac Bulgarorum ut a principio consensionem C et pacem.

Νῦν δὲ οὐχὶ ταῦτά μοι τὸ σὸν ὑπισχνεῖται γράμμα, ἀλλ' ὅσον ἐκ τῶν ῥημάτων ἄλλα διδάσκομαι, ὅτι ματαιοπονήσω, ὅτι οὐδὲν ἐκτελέσω τῶν δι' ἃ κοπιᾷν προαιροῦμαι, οὐδ' ἀπαντήσει μοι παρὰ σοῦ χάρις, οὐδὲ δυσωπηθήσῃ ὁ ἀγαπητός μου ὁ υἱὸς τὸ τοῦ πατρὸς γῆρας, οὐδὲ ταπεινοῦ ἀρχιερέως αἰδεσθήσῃ παρουσίαν, ἀλλ' ἡγήσῃ με τῶν ἄλλων ὅσοι πρὸς σὲ παραγεγόνασι πρέσβεις μηδὲν διαφέρειν. Εἶτα βουλόμενος οὕτω με δέχεσθαι, οὕτω με, τέκνον ἠγαπημένον, τὸν πατέρα, τὸν ἀρχιερέα, τὸν γέροντα τιμᾷν, προτρέπεις ἥκειν, παραθαῤῥύνεις καταφρονῆσαι γήρους D καὶ πόνων καὶ ταλαιπωρίας, ὅσα ἐκ τῆς ὁδοῦ ἡμῖν ἀπαντήσει; Τί πρὸς ταῦτα εἴπω; Τί διανοήσομαι; Τίς ποτε υἱὸς ὤφθη πρὸς πατέρα μηνύων Ἧκε πρὸς ἡμᾶς, ὦ πάτερ, ἵνα τοὺς σοὺς λόγους φαυλίσω; Ἐλθὲ, ἵνα μηδὲν ὧν ἐπιζητεῖς ἀνύσῃς, ἵνα πόνον ἀκερδῆ ὀφθείης ἀναδεξάμενος; Οὐκ ἤκουσα μέχρι καὶ σήμερον τοιούτους πέμποντα λόγους υἱόν. Καὶ πάλιν φημὶ, τέκνον ἡμῶν, ἄξια ταῦτα τῆς σῆς μεγαλονοίας, τῆς σῆς θαυμαζομένης φρονήσεως, μηνύειν τῷ πατρὶ ὅτι Ταλαιπωρίαν ματαίαν ἀναλαβοῦ, πάτερ, καὶ ἧκε πρὸς τὸν υἱὸν, ἵνα κενὸς ὑποστρέφων τῶν σῶν ἐλπίδων, ὄνειδος εἴης ἅπασι τοῖς ταῦτα μανθάνουσι; Ἀφίημι γὰρ τέως τὸ σὸν, τέκνον ἡμῶν, οἷα οἱ πανταχοῦ γῆς ἄνθρωποι περὶ σοῦ ἐροῦσιν, ὅταν εἰς ἀκοὴν

Nunc autem ea mihi non promittunt tuæ litteræ, sed quantum ex dictis intelligo, vanus erit labor meus, nihil obtinebo eorum pro quibus laborem suscipere statui, non mihi occurret tua gratia, nec flectetur dilectus filius meus patris senectute, nec verebitur humilis archiepiscopi conspectum, sed me nihil a cæteris legatis circumstantibus differre censebit: deinde me ita volens recipere, ita me, fili dilectissime, patrem tuum, archiepiscopum seniorem, honorare, me tamen ad veniendum invitas D exhortarisque ad contemnendam senectutem, laboresque et difficultates quæ nobis ex itinere oriri possint. Quid ad ea dicam? Quid cogitabo? Quis unquam visus est filius patri denuntians: Veni ad me, pater, ut tua verba despiciam? veni, ut nihil eorum quæ postulas perficiatur, ut frustra labores suscepisse videaris? Non audivi usque modo talia verba denuntiantem filium; iterum dico, fili: Dignumne tuo ingenti animo, tua admirabili prudentia, patri denuntiare: Vanos suscipe labores, pater, et ad filium veni, ut tua spe frustratus ludibrio sis omnibus audientibus? Omitto namque hic quod tuum erit, fili mi, quid scilicet sint dicturi universi terrarum orbis incolæ, quando talia audierint; sed quam admirabilis nimisque laudabilis sermo quo

Digitized by Google

nos advocas et ad suscipiendum iter excitas! dicis enim apostolos, quamvis pro incertis currerent eventusque ignari, tamen pro superna mercede cucurrisse et laborasse.

Illam exhortationem amo, fili mi dilectissime: iis enim quæ dicis, confiteris quod nos quoque, eorum instar, secundum Dei voluntatem laborare cupimus; quomodo namque aliter dabitur nobis merces, nisi secundum Dei voluntatem susceptus sit labor noster? quemadmodum enim eorum labor Deo placebat ideo quod secundum ejus voluntatem laborarent, mercedemque ab eo receperunt, ita omnino et noster labor, si propter illum a Deo mercedem accipiemus, uti sapienter fateris, secundum Dei voluntatem suscipitur: annon ergo nostrum vereris laborem quem Deus probat, qui secundum illius voluntatem suscipitur? Quomodo, nisi ita esset, mercedem pro eo redderet? non probas te, nec, ut decet, honoras, nec pro laboribus pacem concedis, sed frustra defatigatos nos dimittis; sed quomodo fas est Deum probare nostrum laborem et pro eo mercedem in sua charitate reddere, te autem, fili mi, qui pius es, Dei voluntati non concordare, sed contraria sentire? Et quem laborem, utpote pro se susceptum, sine mercede non relinquit te tanquam vilem despicere et nullius pretii habere? Considera utrum piæ mentis sit dignum, utrum non aliunde veniens quam ex vere prudenti sensu tuo: dixisti namque, et optime dixisti, apostolis laborantibus a Deo redditam esse mercedem, licet eos persuadere quandoque non potuerint ad quos ibant.

Quinam autem inobedientes fuerint, nobis etiam dic: omnes sane dices quicunque non sciebant secundum Dei voluntatem esse apostolorum labores, nec eos mercede dignos habebant, sed magis pœna et supplicio; ideoque eos persequebantur et castigabant: qui autem fatetur mercedem nos esse accepturos, confitetur prius nostros a Deo probari labores eaque de causa reddi mercedem; et quidem Deus nostras probat fatigationes et justo judicio mercede coronat, tu vero, homo cum sis, non probares? Cœli et terræ Dominus nostros non dedignatur labores; si enim dedignaretur, quomodo mercedem redderet? Tu vero, si populo tanto imperas quantus est qui tibi subjicitur, post breve tamen tempus ab omnibus hominibus segregatus coram universorum Domino astabis, nostras fatigationes parvipendes? Sed quomodo dignum istud tuo ingenio, tua pietate tuisque ubique prædicatis moribus? Quod non ad subvertendam tuam, fili mi, propositionem dicimus, sed ad commonefaciendum te et ad dandam tibi prudenti occasionem ut prudentior evadas; volo, fili mi dilectissime, sermoni adhuc attendas, et quemadmodum nobis præsentibus nostra dicta cordate audires, ita sermoni cor-

A ταῦτα λάβωσιν· ἀλλὰ καὶ ὁ λόγος μεθ' οὗ ἡμᾶς προσκαλῇ, καὶ πρὸς τὴν ὁδὸν παρορμᾷς, ὡς θαυμαστὸς καὶ λίαν ἐπαινετός! Λέγεις γὰρ ὡς οἱ ἀπόστολοι, τρέχοντες ἐπ' ἀδήλοις, καὶ τὸ ἐκβησόμενον οὐκ εἰδότες, ὅμως ἔτρεχον καὶ ἐκοπίων διὰ τὴν ἄνωθεν μισθαποδοσίαν.

Ἀγαπῶ τὴν παραίνεσιν, τέκνον μου ἀγαπητόν· καὶ γὰρ ἐξ ὧν λέγεις συνομολογεῖς, ὅτι καὶ ἡμεῖς κατὰ βούλησιν Θεοῦ, ὥσπερ ἐκεῖνοι, προθυμούμεθα κοπιᾷν. Πῶς γὰρ ἄλλως ἀποκείσεται ἡμῖν ὁ μισθὸς, εἰ μὴ κατὰ Θεοῦ βούλησιν ὁ κόπος ἡμῶν; Ὥσπερ γὰρ ἐκείνοις ἦν ὁ κόπος ἀρέσκων Θεῷ, διότι κατὰ τὸ θέλημα τούτου ἐκοπίων, καὶ παρ' αὐτοῦ ἐλάμβανον τὸν μισθόν· οὕτω πάντως καὶ ὁ ἡμέτερος κόπος, εἰ μισθὸν ὑπὲρ αὐτοῦ λαμβάνομεν παρὰ Θεοῦ, B καθὼς εὖ φρονῶν ὁμολογεῖς, κατὰ βούλησιν γίνεται Θεοῦ. Εἶτα οὐ φοβῇ τὸν κόπον ἡμῶν, ὃν ὁ Θεὸς ἀποδέχεται, ὡς κατὰ τὸ αὐτοῦ γινόμενον θέλημα; πῶς γὰρ ἂν, εἰ μὴ τοῦτο ἦν, τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ ἐδίδου μισθόν; μὴ ἀποδεχόμενος σὺ, μηδὲ τιμῶν, ὥσπερ ἐστὶ πρέπον, καὶ παρέχων συγκατάθεσιν εἰρήνης δι' ὧν κοπιῶμεν, ἀλλ' ἀποστρέφεις κοπιῶντας διακενῆς. Καὶ πῶς ἔχει λόγον, Θεὸν μὲν ἀποδέχεσθαι τὴν ἐμὴν ταλαιπωρίαν, καὶ ἀντὶ ταύτης διδόναι δόσιν τῆς ἑαυτοῦ ἀγαθότητος, σὲ δὲ φιλόθεον ὑπάρχοντα, τέκνον ἡμῶν, μὴ τῷ θείῳ βουλήματι συντρέχειν, ἀλλὰ φρονεῖν ἐναντία; καὶ ὅνπερ ἐκεῖνος πόνον ἡμῶν, ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ γινόμενον, ἄμισθον οὐκ ἐᾷ, σὲ τοῦτον ὡς φαῦλον παρορᾷν, καὶ οὐδενὸς ἄξιον C λόγου νομίζειν; Σκέψαι εἰ ἄξιον τοῦτο φιλοθέου ψυχῆς, καὶ οὐχ ἑτέρωθεν τοῦτο συνάγεται ἀλλ' ἢ ἐκ τῶν σῶν ἀληθῶς φρονίμων λόγων. Ἔφης γὰρ, καὶ καλῶς ἔφης, ὡς τοῖς ἀποστόλοις ἐκ Θεοῦ ὁ μισθὸς ἐδίδοτο κοπιῶσι, κἂν πρὸς οὓς ἀπῄεσαν ἐνίοτε μὴ πείθειν ἠδύναντο.

Ἀλλὰ τίνες οἱ μὴ πειθόμενοι, καὶ τοῦτο εἰπέ· πάντως ἐρεῖς, ὅτι ὅσοι μὴ ᾔδεισαν κατὰ Θεοῦ βούλησιν εἶναι τὸν κόπον τῶν ἀποστόλων, οὐδ' ἀξίους αὐτοὺς ἡγοῦντο μισθαποδοσίας, ἀλλὰ μᾶλλον κολάσεως καὶ τιμωρίας· διὰ τοῦτο ἐδίωκον καὶ ἐτιμωροῦντο αὐτούς· ὁ δὲ ὁμολογῶν λήψεσθαι μισθὸν πάντως πρότερον ὁμολογεῖ ὅτι ἀποδέχεται κοπιῶντας ἡμᾶς ὁ Θεὸς, καὶ τούτου χάριν δίδωσι τὸν μισθόν· καὶ Θεὸς μὲν ἀποδέχεται τὴν ἐμὴν ταλαιπωρίαν, καὶ D ἀνταμείβεται τῆς δικαίας κρίσεως αὐτοῦ τῇ μισθαποδοσίᾳ, σὺ δὲ ἄνθρωπος ὢν οὐκ ἀποδέχῃ; Ὁ δεσπόζων οὐρανοῦ καὶ γῆς οὐκ ἀτιμάζει τὸν κόπον ἡμῶν· πῶς γὰρ, εἰ ἀτιμάζει, δίδωσι τὸν μισθόν; Σὺ δὲ, εἰ καὶ δεσπόζεις λαοῦ ὅσου ποτὲ καὶ δεσπόζεις, ἀλλά γε μετ' ὀλίγον γυμνὸς πάντων ἀνθρώπων παρίστασθαι μέλλων τῷ Δεσπότῃ τῶν ὅλων, παρ' οὐδὲν τίθης τὴν ἡμετέραν ταλαιπωρίαν; Καὶ ποῦ προσῆκον τοῦτό γε ἢ τῇ συνέσει σου, ἢ τῇ φιλοθείᾳ σου, ἢ τῇ ἄλλῃ βοωμένῃ τῶν τρόπων σου καταστάσει; Ταῦτα οὐκ ἀνατρέποντες λέγομεν τὸ σὸν πρόβλημα, τέκνον ἡμῶν, ἀλλ' ὑπομιμνήσκοντες καὶ διδόντες ἀφορμὴν φρονίμῳ Θεοῦ χάριτι ὄντι, φρονιμωτέρῳ γενέσθαι. Βούλομαί σε, υἱέ μου ἠγαπημένε, καὶ ἔτι τῷ λόγῳ προσαγαγεῖν σεαυτὸν, καὶ ὥσπερ

Digitized by Google

εἰ παρόντων ἡμῶν ἤκουες ἂν νουνεχῶς τῶν λεγομένων, οὕτω φυλάξαι τὸ νουνεχὲς τῷ λόγῳ. Πλὴν οὐκ ἀγνοεῖν οἰόμεθά σε, ἃ μέλλομεν γράφειν, μᾶλλον δὲ φέρομεν ὑπόληψιν ὡς ἐπίστασαι ταῦτα καὶ χωρὶς τῶν ἐμῶν λόγων, διότι σπουδαῖον ὄντα ὑπολαμβάνω, καὶ εἰς τὸ τὰς ἱστορίας ἀναλέγειν τῶν παλαιῶν τὴν αὐτὴν διασώζειν σπουδήν.

Ἀλλ' εἰ καὶ μὴ ἀγνοεῖς, ὅμως καὶ ταῦτα ὡς πρὸς εἰδότα ἐν ὑπομνήσεως τάξει προστίθημι. Ἐκράτει τῶν Ῥωμαϊκῶν σκήπτρων Ἀρκάδιος, καὶ πολὺς ἦν Γαϊνᾶς· ἐκεῖνος ἀπείρῳ πλήθει ταύτην δὴ τὴν γῆν πυρπολῶν καὶ αἰχμαλωτίζων, ὥσπερ καὶ ὑμεῖς, πάντα τόπον οὗ ἂν ἐπίοι καλύπτων τῷ πλήθει, καὶ οὐχ ἦν χεῖρας πρὸς αὐτὸν ἀνταίρειν, οὐ μᾶλλον ἢ πρὸς τοὺς ἐξ οὐρανοῦ ἀφιεμένους σκηπτούς. Ὡς οὖν ἐν τοιούτοις πράγμασιν ἀπῄεσαν πρὸς αὐτὸν πρεσβεῖαι τοῦ βασιλέως, ἐκεῖνος ἀπέφραττε τὰ ὦτα, καὶ πρὸς πάντα λόγον ἀνένευεν, ἄκαμπτός τις ὢν καὶ ἀμείλικτος. Ἀντέπραττε γὰρ ἡ ἐπιθυμία ὑφ' ἧς ἐκινεῖτο, καὶ ἦν ἀκατάσχετος ἐν ταῖς σφαγαῖς καὶ τοῖς φόνοις, ὥσπερ καὶ ὑμεῖς. Ἤλγει πρὸς ταῦτα ὁ τοῦ Θεοῦ ἀρχιερεύς, ἐσπαράσσετο τὴν ψυχήν, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς οἱ ἀχρεῖοι καὶ ταπεινοί· οὗτος δὲ ἦν Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος τὸ ἐπώνυμον. Ἀλγῶν οὖν διενοήθη πρᾶγμα γελώμενον τοῖς πολλοῖς· τὸ δὲ ἦν ἀντὶ πάντων ἑαυτὸν δοῦναι, καὶ πρὸς τὸν Γαϊνᾶν ἐπελθεῖν, καὶ τὴν ἀνήμερον ἐκείνου παρακαλέσαι ψυχήν, καὶ τοῦ θυμοῦ τὸ ἄσβεστον πῦρ τῶν λόγων αὐτοῦ τῇ δρόσῳ πειρᾶσθαι κατασβεννύειν. Ἀλλ' ὁ μὲν ἀρχιερεὺς οὕτω διενοήθη· ἐγέλων δέ, ὥσπερ ἔφην, πολλοί. Τίς γὰρ ἤλπιζεν ἐπισχεθῆναι τοῦ Γαϊνᾶ τὴν ὁρμήν, τοῦ μυρίου ἐκείνου πλήθους τὴν κίνησιν, ὑπ' ἀνδρὸς γυμνοῦ, καὶ μηδὲν ἄλλο φέροντος πλὴν τὴν τῶν λόγων παραίνεσιν; Ὅμως παραγίνεται πρὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἢ μόνον περιπτύσσεται τοῦτον, ταῦτα λέγων· Ἀρκέσθητι, ἄνθρωπε, τοῖς μέχρι τοῦ παρόντος δεινοῖς, παῦσαι ἀνθρωπίνοις αἵμασι ποτίζων τὴν γῆν, ἐνθυμήθητι ὅτι οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ τοῖς οἰκείοις ὑποδέξεταί σε κόλποις· ἄρχων λαοῦ κατέστης, οὐχ ἵνα πρὸς φόνους ἄγῃς, ἀλλ' ἵνα τῆς αὐτῶν προνοῇ σωτηρίας. Τί πρὸς ἀλλοτρίαν ἐλαύνεις χώραν; Ἀρκέσθητι τῇ παρὰ Θεοῦ δεδομένῃ σοι. Τί πλεονεκτεῖν ἐπιζητεῖς ἃ μὴ ἀσφαλῶς ἴσως ἕξεις; Κατάλιπε τοὺς Ῥωμαίων τόπους, τῆς ἀξίας τυχὼν φιλοφρονήσεως, καὶ πρὸς τὰ οἴκοι ἐπάνελθε. Εἶδε τὸν ἀρχιερέα ὁ Γαϊνᾶς, ἤκουσε τῶν αὐτοῦ λόγων, καὶ αὐτίκα δυσωπεῖται, καὶ καταλείπει μὲν τὸ ἄγριον καὶ ἀπάνθρωπον, γίνεται δὲ τῆς ἀνθρωπίνης ἡμερότητος, παύει τὰς τῶν αἱμάτων χύσεις τοῖς προλαβοῦσι κακοῖς ἀρκεσθείς, καὶ συμβαίνει πρὸς εἰρήνην τῷ βασιλεῖ, λαβόμενος μὲν τῶν ποδῶν τοῦ ἀρχιερέως, φιλοφρονηθεὶς δὲ ὅσον ἦν ἄξιον, καὶ πρὸς τὰ οἰκεῖα ἐπαναστραφείς.

Οἶδα ὅτι γινώσκεις ταῦτα, καὶ λυποῦμαι ὅτι πρὸς ἄνθρωπον εἰδότα, καὶ δύναμιν ἔχοντα διδάσκειν τὸ καλὸν ἑτέρους, ταῦτα φθέγγομαι. Πλὴν ἀναγκαῖον ἡγησάμην τὸ γράφειν, ἵνα καὶ ἀφ' ἧς γνώσεως σὺ φέρεις, καὶ ἀφ' ὧν ἡμεῖς λέγομεν, αὐτὸς κατὰ σεαυτὸν γενόμενος, καὶ τὸν Γαϊνᾶν ἐκεῖνον κατὰ διάνοιαν

A datam serves attentionem: te tamen non ignorare putamus quod scripturi sumus; imo vero certe suscimus te sine nostris sermonibus ea nosse, quia te studiosum scimus tuumque in legendas veterum historias studium ferre.

Licet ea non ignores, subjiciam tamen, tanquam ad scientem, commemorationis causa: Romanorum sceptrum tenebat Arcadius, Gainas vero ille innumerabili cum multitudine hanc ipsam terram, quam vos hodie, incendio vastabat et in servitutem redigebat, omnem regionem quocunque tenderet militum multitudine tegens, nec possibile
B magis erat et resistere quam delapsis a cœlo fulguribus; cum interea legationes a rege ad ipsum venissent, aures suas clauserat et ad omnia renuerat asper et inflexibilis; obsistebat enim qua flagrabat cupiditas, nec a cædibus et homicidiis coerceri poterat, veluti nec vos: de quibus dolebat Dei archiepiscopus, corde cruciabatur, sicut et nos inutiles et humiles; ille autem erat Joannes cognomine Chrysostomus; dolore cum premeretur, rem excogitat pluribus ridendam: semetipsum nempe pro omnibus tradere, ad Gainam venire, asperum ejus animum flectere, furorisque ignem insuperabilem suorum sermonum rore exstinguere; ea excogitaverat archiepiscopus; ridebant autem, ut dixi, eum plurimi: quis enim sperare poterat
C reprimendum esse Gainæ impetum, tantæque multitudinis incursionem a viro nudo nec aliud secum portante quam sermonum suorum eloquentiam? Virum tamen adit, nec aliud curat, nisi ut eum tantum complectatur, ita locutus: Contentus sis, homo, malis usque modo patratis, cessa terram humano sanguine potare, recogita post breve tempus te in ejus sinum esse recondendum; populi dux constitutus es, non ut ad homicidia eum perducas, sed ejus saluti consuleres; quid ad alienam terram venisti? Terra a Deo tibi data sis contentus; quid iis augeri cupis quas secure forsan non tenebis? linque Romanam regionem, justa animatus benevolentia, et ad propria revertere. Vidit archiepiscopum Gaina, ejus sermones audivit, cito flectitur
D ferocem et inhumanum sensum deponit, humanam mansuetudinem induit, sanguinis effusionem cessare facit, præteritis malis contentus, ac pro pace cum imperatore convenit, archiepiscopi pedes amplexus, tam benevolus factus quam par erat, et ad propria conversus.

Scio a te ista nosci, et affligor eo quod ad virum scientem et eum qui possit bonum alios docere, ita loqui debeam; necessarium tamen duxi scribere, quo propria tua scientia et nostris dictis ad te ipsum redeas, Gainamque illum ante oculos tibi ipse subjiciens videas utrum tuam gloriosam virtutem deceat

Digitized by Google

inferiorem te præbere; apud illum siquidem non fuit opus secunda legatione, sed statim alloquenti archiepiscopo obsecutus est, arma projecit, bellum omisit, non putans seipsum decere iræ indulgere aut belluæ instar proprio abripi impetu, sed potius perniciosum ardorem, quasi freno, archiepiscopi sermonibus compressit; nos vero te adituri, tot jam precibus præmissis, denuntiationem accepimus non amplius quidquam adepturos præsentes quam cum e longinquo precaremur: quid dicis, fili mi honoratissime, hominum acutissime? Qui gloriam, utque maxime, appetis, feresne a Gaïna moderatione et mansuetudine superari? patierisne eo inferiorem esse convinci? Ego pro te erubesco atque confundor; nonne insuper hominum vituperationes recogitas, quando tua majestas in judicium venerit, sive in vita tua, sive post mortem apud eos qui historias noverint? Quis enim Romanorum aut Bulgarorum temporibus venturis, audiens, scandalis inter Romanos et Bulgaros, archiepiscopum seniorem statuisse legationem suscipere, ad imponendum bello finem, utramque gentem ad pristinam pacem revocandam, Bulgarorum vero dominum non dignatum esse legationem recipere, quis audiens non te accusabit, quis non dicet quæ ego non dicerem? Ne permittat Deus; illi autem illa et plura dicerent finito timore de te loquendi quo quisque modo sentiat; quando quidem et hodie, non omnes dico, sed multi, ut ipsi audivimus, de tuo populo, de tuo genere, perpetuum bellum vituperant et de omnibus quæ facta sunt ingemiscant.

A παραστησάμενος, ἐννοήσῃς εἰ πρέπον τῇ σῇ μεγαλοδόξῳ ἀρετῇ ἐκείνου ὀφθῆναι λειπόμενον ἐν ταύτῃ τῇ ὑποθέσει. Ὁ μὲν γὰρ οὐκ ἐδεήθη πρεσβείας δευτέρας, ἀλλ' ἅπαξ μόνον προσελθόντι ἐπείσθη τῷ ἀρχιερεῖ, καὶ τὰ ὅπλα ῥίπτει, καὶ τοὺς πολέμους παύει, οὐχ ἡγησάμενος πρέπον αὐτῷ χαρίζεσθαι τῷ θυμῷ, οὐδ' ὥσπερ θηρίον μόνον ἀντέχεσθαι τῆς ἰδίας ὁρμῆς, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπέσχεν ἐκεῖνο τὸ ψυχώλεθρον ὅρμημα οἱόν τινι χαλινῷ τοῖς εἰρηνικοῖς τοῦ ἀρχιερέως λόγοις· ἡμεῖς δὲ παραγενέσθαι πρὸς σὲ μέλλοντες μετὰ τοσαύτας προλαβούσας δεήσεις, ἀπόφασιν ἐδεξάμεθα μηδὲν πλέον ἕξειν παραγενόμενοι, ὧν καὶ ἀπόντες ὤφθημεν δεηθέντες. Τί λέγεις, υἱέ μου τετιμημένε, συνετώτατε ἀνθρώπων; Ὁ δόξης εἴπερ τις ἄλλος ἔφεσιν κεκτημένος, ὑπομένεις ἡττᾶσθαι τῆς τοῦ Γαϊνᾶ ἐπιεικείας καὶ ἡμερότητος; Ὅλως ἀνέχῃ δεύτερος ἐκείνου ἀπελέγχεσθαι; Ἐγὼ ἀντὶ σοῦ ἐρυθριῶ καὶ αἰσχύνομαι. Εἶτα οὐκ ἐνθυμῇ τὰς ἐκ τῶν ἀνθρώπων μέμψεις, ὅταν εἰς σύγκρισιν ἡ σὴ τιμιότης εἴτε τῷ βίῳ παρόντος σου, εἴτε καὶ τεθνηκότος, παρὰ τῶν εἰδότων τὰς ἱστορίας προάγησθε; Τίς γὰρ δὴ Ῥωμαίων ἢ Βουλγάρων ἐν τῷ μετέπειτα ἐσομένῳ καιρῷ, διηγήσεως τοιαύτης ἀκούων, ὅτι, σκανδάλων μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων γεγονότων, πρεσβύτης ἀρχιερεὺς ὡρμήθη πρεσβευτὴς γενέσθαι εἰς τὸ παῦσαι τοὺς κατ' ἀλλήλων πολέμους, συναγαγεῖν ἀμφότερα τὰ γένη πρὸς τὴν ἀρχαίαν εἰρήνην, ὁ δὲ τῶν Βουλγάρων δεσπόζων οὐκ ἠξίωσε δέξασθαι τὴν πρεσβείαν, οὐ κατηγορήσει καὶ εἴποι κατὰ σοῦ, ὅσα ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν φαίην; μηδὲ συγχωρήσοι Θεός· ἐκεῖνοι δὲ πάντως ἐροῦσι καὶ πλείονα λυθέντος τοῦ φόβου τοῦ λέγειν ἕκαστον περὶ σοῦ, ὅπως ἔχει φρονήσεως· ὅπου γε καὶ νῦν, ἵνα μὴ λέγω πάντες, ἀλλὰ πολλοί, ὥς γε ἀκούομεν, τοῦ σοῦ λαοῦ, τοῦ σοῦ γένους, μέμφονται τοῦ ἀπαύστου πολέμου, καὶ τοῖς γινομένοις ἐπιστενάζουσιν.

B

C

Mihi conscius sum plus æquo dixisse; quid vero agam? Licet indignus, pacis mediator, pacis magister a Deo sum constitutus; et donec respirabo, mihi necesse est sine intermissione eadem loqui; præcipue autem nunc, quando quidem liberi in parentes, fratres in fratres insanientes se invicem mactant; quando unum corpus Christi et Dei nostri, quasi capitis quo adunatum est, oblitum in seipsum insurgit, insanosque imitatur qui sua membra devorant; næ, tui gratia veteris et novi amici mei et filii, etiamsi non persuaderem, etiamsi abjiciar, sermonem protraham: exopto te ea in præsenti vita agere quæ te omni vituperatione eximant et cum sanctis in beata illa vita connumerari faciant. Mentionem faciunt tuæ litteræ de commutatione: quem locum percurrens nimis flevi quod ita voluerit diabolus ut Christianos pro Christianis fecerit commutari: quasi hominis corpus unum, in se ipsum insurgens, propriorum membrorum fieri commutationen postularet; quid dicis? quomodo arbitraris nostrum caput Christum Deum nostrum de his omnibus affici? Ego reor magis cum præsentibus quam cruce cruciari.

Αἰσθάνομαι πλέον τοῦ δέοντος εἰπών· ἀλλὰ τί πράξω; Εἰς τοῦτο, εἰ καὶ ἀνάξιος, προκεχείρισμαι ὑπὸ Θεοῦ μεσίτης εἰρήνης, διδάσκαλος εἰρήνης. Καὶ μέχρις ἂν ἡ πνοὴ ἐπαρκῇ, ταῦτά μοι φθέγγεσθαι ἀνάγκη διὰ παντός, καὶ μάλιστα νῦν ὁπότε τέκνα πρὸς πατέρας, ἀδελφοὶ ἀδελφοὺς κατ' ἀλλήλων ἐκμανέντες ἀποσφάττουσιν· ὅτε τὸ ἓν σῶμα τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν, ὥσπερ τῆς ἰδίας ἐπιλαθόμενον κεφαλῆς ἐφ' ᾗ συνηρμολογήθη, καθ' ἑαυτὸ στασιάζει, καὶ τὰ τῶν μαινομένων, οἳ τὰ οἰκεῖα κατεσθίουσι μέλη, ἐπιτελεῖ· ναὶ δὴ σοῦ χάριν τοῦ παλαιοῦ καὶ νέου φίλου ἡμῶν καὶ υἱοῦ, κἂν μὴ πείθωμεν, κἂν εἰς τὸ μηδὲν ῥιπτώμεθα, τὸν λόγον ἐκτείνομεν· ὃν εὔχομαι καὶ κατὰ τὸν παρόντα βίον ἐκεῖνα πράττειν, ὅσα μέλλει πάσης ἐλεύθερόν σε μέμψεως ἀνακηρύττειν, καὶ ἐν τῇ μακαρίᾳ τῶν ἁγίων ζωῇ συναριθμηθῆναι. Ἔλεγε δὲ τὸ γράμμα τῆς ὑμῶν τιμιότητος καὶ περὶ ἀλλαγίου, καὶ διερχόμενος τὸν τόπον τοῦ γράμματος ἐπιπλέως ἐδάκρυσα, ὅτι τοσοῦτον ἴσχυσεν ὁ διάβολος ὥστε Χριστιανοὺς ποιῆσαι Χριστιανῶν ἀνταλλάττεσθαι· ὥσπερ εἰ τὸ ἓν σῶμα τοῦ ἀνθρώπου αὐτὸ καθ' ἑαυτοῦ κεκινημένον τῶν ἑαυτοῦ μελῶν ἐπιζητεῖ ποιεῖ-

D

Digitized by Google

σθαι ἀνταλλαγήν· τί λέγεις; πῶς νομίζεις τὴν κεφαλὴν ἡμῶν τὸν Χριστὸν καὶ Θεὸν ἡμῶν ἐπὶ τούτοις ἔχειν; Ἐγὼ νομίζω πλέον ἐπὶ τοῦ παρόντος ἢ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ὑπομένειν τὰς ὀδύνας.

Πλὴν ἐπεὶ τοιαῦτα ἐλεεινὰ καὶ δυστυχῆ Ῥωμαίους A καὶ Βουλγάρους κατέλαβε πράγματα, καὶ τοσοῦτο ὁ πονηρὸς κατέλαβε κράτος, καὶ ἔστιν ἄλλως εἰρήνης μεσιτευούσης ἕκαστον Βούλγαρον καὶ Ῥωμαῖον φιλικῶς καὶ ἀδελφοπρεπῶς εἰς τὰ οἰκεῖα ἐπανελθεῖν, εἰ οὖν τοσοῦτο ὥσπερ εἶπον ἐκράτησε τὸ κακὸν καὶ ἀμήχανον διὰ τῆς φίλης καὶ γλυκυτάτης εἰρήνης πάντας ὅσους ἡ τοῦ πονηροῦ ἐπήρεια τῶν οἰκείων ἐποίησε ἀναστάτους, ἁπλῶς οὕτω καὶ ἀδελφικῇ ἀπολύσει. πρὸς τὰ οἰκεῖα πάλιν ἐπανατρέχειν. Ἀλλὰ τοιαύτης δεῖσθε ἀνταλλαγῆς, ἣν ἡ τῶν πολεμίων ἐπίσταται ψῆφος· φρίττοντες μὲν καὶ Θεὸν, αἰδούμενοι δὲ καὶ τοὺς μετέπειτα ἐσομένους ἀνθρώπους, ἡ Ῥωμαϊκὴ συγκαταβαίνει πολιτεία. Προβήσεται δὲ πάντως τὸ τοιοῦτον ἀλλάγιον, ὥσπερ ἔστι νόμος τῆς τῶν ἀλλαγίων καταστάσεως· οὐκοῦν δεήσει καὶ B ἐξ ὑμῶν τινας τὰ ἐνταῦθα καταλαβεῖν, καὶ πάλιν πρὸς ὑμᾶς παραγενέσθαι Ῥωμαίους, ὥστε κοινῆς γενομένης σκέψεως τοῦ πῶς δεῖ καταλλαγῆναι τοὺς μέλλοντας ὑπαλλάττεσθαι, κατὰ τὸ καλῶς ἔχον καὶ συμφέρον καὶ Βουλγάροις καὶ Ῥωμαίοις οὕτω γενέσθαι καὶ τὸ ἀλλάγιον.

Quoniam tamen tam miseranda et acerba Romanos ac Bulgaros mala occupavere, quoniam tantum valet diaboli potentia, nec fas est, alio modo, instituta pace, quemque Bulgarum aut Romanum amice fraterneque ad propria reverti, si tandem tantum, ut dixi, invaluit malum et impossibile est, per amicam et suavissimam pacem, omnes quoscunque diaboli nequitia domibus excitavit, simpliciter et fraterna pacificatione, ad sua redire, sed talem postulatis commutationem quam fert lex belli, Deum quidem timentes et posteros veriti, non renuit Romanus imperator; secundum autem commutationum leges fiet ista commutatio; unde necesse erit quosdam e vobis huc venire et Romanos quosdam ad vos se conferre, ut una spectato quomodo commutari debeant qui sunt commutandi ad æqui normam et pro Romanorum ac Bulgarorum utilitate talis fiat commutatio.

ΚΑ'. *Τῷ αὐτῷ.*

XXI. *Eidem.*

Πολλάκις ἐγράψαμεν, τέκνον ἡμῶν, καὶ πῶς εἴπω διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, οὐκ ἐγένετο ἡμῖν ἀπολαῦσαι τῆς ὠφελείας τῶν λόγων· πολλάκις ἐσπείραμεν εἰς τὴν γῆν τῆς καρδίας σου, υἱέ μου ποθεινότατε, καὶ πάλιν φημὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν οὐκ ἐθερίσαμεν οὓς ἐποθοῦμεν καρπούς· πλὴν ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο σιωπήσω ἀπελπίζων, ἀλλὰ γράφω καὶ C τῆς χρηστοτέρας ἐλπίδος γενόμενος, καὶ φέρων ἐπὶ Θεῷ τὴν πεποίθησιν ὡς καρπώσομαί τι τῶν σωτηρίων καὶ ὠφελίμων. Καὶ εἴη ὁ πάντων αἴτιος τῶν καλῶν, τὴν ἐλπίδα πρὸς τὸ τέλος ἄγων, καὶ διδοὺς καὶ ἡμῖν ἀφ' ὧν γράφομεν ὠφεληθῆναι, καὶ τῷ πνευματικῷ μου υἱῷ ἐξ ὧν τοῖς τοῦ Πατρὸς γράμμασι προσομιλεῖ. Ἐκινήθημεν δὲ πρὸς τὸ γράφειν τῷ σῷ γράμματι ἐντυχόντες, καὶ εὐθὺς ἐκ προοιμίων εὑρόντες ἐπαγγελίαν, Θεοῦ ταπείνωσιν μιμουμένην· ἐξ ὧν ἔλεγες ὅτι, μιμούμενος Θεὸν, ἄνδρα ταπεινὸν καὶ εὐτελῆ οὐκ ἀπεστράφης, ἀλλὰ κατὰ πρόσωπον ἤγαγες, καὶ τῆς σῆς ἠξίωσας ὁμιλίας. Δι' οὗ καὶ τὸ γράμμα πρὸς τὰ ἐνταῦθα ἐπέστειλας· αὕτη γοῦν ἡ ἐπαγγελία τῆς ταπεινώσεως προετρέψατο ἡμᾶς γράφειν, ἐκεῖνο ἐνθυμηθέντας ὅτι ψυχὴ ἅπαξ D ταπεινὸν φρόνημα κτησαμένη, καὶ πρὸς Θεοῦ μίμησιν ἀποβλέπουσα, πᾶν ὅ τι καὶ προπέπονθε παρά τινος λυπηρὸν, τοῦτο ἐάσει, καὶ τὸ πικρὸν τῆς καρδίας κενώσει, καὶ τὸ φιλόνεικον ἀποθήσει, καὶ καταστήσεται μὲν καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ καὶ πρὸς τοὺς πρέποντας λογισμοὺς, ἀκούσεται δὲ καὶ ἑτέρων εὐμενῶς τὰ ὠφέλιμα καὶ σωτήρια ὑποτιθεμένων.

Sæpius ad te, o fili, scripsi, et, culpa mea dicam, nullum mihi ex epistolis fructum percipere contigit; sæpius, o fili desideratissime, misso in terram cordis tui semine, exoptatam messem, mea culpa dicam, nequaquam collegi; non tamen ideo ex desperatione silebo, sed iterum spe meliore scribo, confidens me a Deo aliquid salutare et utile assumpturum. Succurrat autem omnis boni Auctor, spem ad finem ducens, utilitatem ex scriptis ferens, mihi et spirituali filio, de iis rebus quas epistolæ meæ paternæ contrectant. Epistola tua sum ad scribendum submotus, cito ex exordio hoc nuntiatum intelligens, te fuisse indulgentiam divinam imitatum; quippe qui dicis te, Dei ad exemplar, virum humilem et parvum non repulisse, sed cum illo coram admisso esse loqui dignatum, ideoque epistolam ad me misisse. Quo igitur indulgentiæ tuæ nuntio ad scribendum tibi conversus sum, illud mente volvens, quod animus tuus humiles cogitationes sumens, et ad Dei indulgentiam aspiciens, quodcumque graviter ab aliquo passus fuerit, remittet, omnique acerbitate et jurgio depositis, admissaque, ut decet, ratione, benigne sit auditurus utilia salutariaque proponentem.

Γράφομεν οὖν διὰ ταῦτα οἷα γράφομεν· καὶ εἰ μέν τις γένηται ὠφέλεια, εὐχαριστήσομεν τῷ τὴν ὑμετέραν φρονίμην ψυχὴν οὕτω διαθέντι, καὶ ταπεινοῦ καὶ ἁμαρτωλοῦ ἀρχιερέως καὶ Πατρὸς πεί-

Itaque propter talia scribo. Si qua evenerit utilitas, gratias agam illi qui mentem tuam prudentem effecerit, induxeritque ut vilis peccatorisque archiepiscopi salutares hortationes acceperis; sin

Digitized by Google

minus, debito officio, quantum in me est, functus fuero. Quantum autem in te est, cave, ut vir prudens, ne ulla res tibi sit ante Deum damnata, et ante homines reprehensa. Hoc in epistolæ exordio pulchrum video, quod, divinam imitans indulgentiam, vilem hominem in conspectum tuum admiseris, et, non celso imperii gradu superbiens, dignatus fueris ore proprio colloqui cum illo quem tantum tua superat gloriosa celsitas. Quod sane laudabile. Congruenter quod in epistola sequitur eidem indulgentiæ assonat, Deique exemplo, ut dicis, adhæret. Reliquum vero neque indulgentiam neque convenientiam, sed animos longe alios exprimit. O scelestum dæmonem, qui, ab origine bonos osus pravitatem suam rectis mentibus ex invidia contendit miscere. Multas tua epistola, o fili, ambages continet, huc et illuc vertens se. Hoc enim diabolus propositum habet, ut rebus quæ a principio tibi fuerunt datæ non contentus maneas, alienasque mollaris invadere, scilicet proprias patrum qui genuerunt vos, neque satis sit istud regiæ potestatis privilegium, quo universus gentis tuæ populus pedibus tuis adjacet. Nulla tamen gens, ex quo Romanorum potentia innotuit, gloriari potuit non illius jugo collum submisisse.

A σαντι δέξασθαι σωτηριώδη παραίνεσιν· εἰ δὲ μὴ ὠφελήσωμεν, καὶ οὕτως εἴργασται τὸ ἡμέτερον, καὶ ὃ χρεωστοῦμεν πληροῦμεν. Τὸ δὲ σὸν, τέκνον ἡμῶν, ὡς φρόνιμος κατανόει, εἴ ἐστι καὶ παρὰ Θεῷ ἀνακάκριτον καὶ παρὰ ἀνθρώποις ἀνεπίμωμον· ἀλλὰ καλὴ τοῦ γράμματος ἡ ἀρχὴ, ταπείνωσιν μιμούμενος Θεοῦ, ἤγαγες κατὰ πρόσωπον ἄνθρωπον ταπεινὸν, καὶ οὐκ ἐπῆρέ σε τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς, οὐδὲ σεαυτοῦ ἡγήσω ἀνάξιον ὁμιλῆσαι οἰκείῳ στόματι τῷ ἀσυγκρίτως ἀπολειπομένῳ τοῦ σοῦ μεγέθους τῆς δόξης. Τοῦτο ἐπαινετὸν, καὶ ἦν ἀκόλουθον καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ γράμματος τῇ αὐτῇ συνυφανθῆναι ταπεινότητι, καὶ μὴ παρεξελθεῖν τῆς τοῦ Θεοῦ ὡς ἔφης μιμήσεως. Νῦν δὲ ἄλλον ἔχει χαρακτῆρα τὰ μετὰ ταῦτα τοῦ γράμματος· οὐ ταπεινότητος, οὐκ ἐπιεικ- B είας, οὐ φιλανθρωπίας, ἀλλά τινος ἑτέρας διαθέσεως. Φεῦ τοῦ πονηροῦ δαίμονος τοῦ τοῖς ἀγαθοῖς ἐξ ἀρχῆς διαφθονουμένου, καὶ ἀεὶ τὴν οἰκείαν κακίαν προσεπιμιγνύειν φιλονεικοῦντος τοῖς ἀγαθοῖς. Καὶ πολλὰς μὲν τὸ γράμμα, τέκνον ἡμῶν, περιπλοκὰς ἐδήλου ἡμῖν, καὶ νῦν μὲν ἐντεῦθεν στρέφεται, νῦν δὲ ἐκεῖθεν. Εἷς δὲ ὁ σκοπὸς αὐτῷ τὸ βούλεσθαι τὴν ὑμετέραν προαίρεσιν μὴ ἀρκεῖσθαι τοῖς ἰδίοις, μηδ' ἐμμένειν τοῖς ἐξ ἀρχῆς δεδομένοις ὑμῖν· ἀλλ' ἐπιπηδᾷν πράγμασιν ἀλλοτρίοις, καὶ τότε τίνων; Πατέρων τῶν γεννησάντων ὑμᾶς, καὶ προνομίῳ βασιλείας ἣ πᾶν ἔθνος ὑπὸ πόδας ἔθηκε· καὶ οὐδὲν ἔθνος ἐξ οὗ Ῥωμαίων κράτος ἐγνωρίσθη, καυχήσασθαι μὴ οὐχὶ τὸν αὐχένα κλῖναι αὐτῷ.

Pacem exoptas. Pulchre equidem dictum sed convenienter agere est. Pax enim neque aliena ambit, aut invadit, neque manus ad arma tollit, neque belli excusationes prætendit, neque sanguinis effusione gaudet, neque scit homines in captivitatem redigere. Si talem exoptes pacem, Christus, ille Deus qui sanguinem totum pro pace mundi effudit, voluntatem tuam, præsertim et communem Bulgarorum Romanorumque voluntatem adimpleat. Si vero ad hanc pacem non aspicias, quid verba proficiunt, cum omnia bellum spirent? Depone arma; cessent sanguinis effusiones, captivorumque calamitates; cessent orphanorum viduarumque lacrymæ, et ista plus habendi, dominandique in alios cupiditas. Ita sit, et tum vere pax Deo grata constituetur. Si vero dicas te patres, qui vos ex tenebrarum servitute post Deum redemerunt, in ditionem tuam velle redigere, quomodo erit pax? Nonne istud est infestissimi hostis, qui nunquam novit pacem?

Εἰρήνην ἐπιζητεῖς· καλὸς ὁ λόγος, δεῖξον καὶ τῷ ἔργῳ τὸν λόγον ἀκόλουθον. Ἡ εἰρήνη οὐ τῶν ἀλλο- C τρίων ἐφίεται, οὐ τοῖς μηδὲν προσήκουσιν ἐπιπηδᾷ, οὐ χεῖρας αἴρει πρὸς ὅπλα, οὐ παρέχει προφάσεις πολέμων, οὐ χαίρει χύσεσιν αἱμάτων, οὐκ οἶδεν αἰχμαλώτους ἀνθρώπους ποιεῖν. Εἰ τοιαύτην εἰρήνην ποθεῖς, εἴη Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ τὸ οἰκεῖον αἷμα ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ κόσμου κενώσας τὸ σὸν θέλημα, μᾶλλον δὲ τὸ κοινὸν καὶ Βουλγάρων καὶ Ῥωμαίων ἐκπληρῶν· εἰ δὲ πρὸς ταύτην οὐ βλέπεις τὴν εἰρήνην, τί τοῦ ῥήματος ὄφελος, ὅταν τὰ πράγματα τυγχάνῃ πολέμια; Κατάθες τὰ ὅπλα, παυέσθωσαν τῶν αἱμάτων αἱ χύσεις, τῶν αἰχμαλώτων αἱ συμφοραὶ, τῶν ὀρφανῶν, τῶν χηρῶν τὰ δάκρυα, ἡ ἐπιθυμία τοῦ πλεονεκτεῖν, τοῦ τῶν ἀλλοτρίων βούλεσθαι ἄρχειν. Ταῦτα γενέσθω, καὶ ὄντως εἰρήνη Θεῷ ἀρέ- D σκουσα βραβευθήσεται. Τὸ δὲ λέγειν τοὺς πατέρας τοὺς ἐκ τῆς δουλείας τοῦ σκότους μετά γε Θεὸν ἐλευθερώσαντας ὑμᾶς, τούτους ὑποχειρίους λαβεῖν, πῶς ἐστιν εἰρήνης; Ἀλλ' οὐχὶ τῶν πώποτε πολεμιωτάτων, καὶ μηδέποτε εἰρήνην εἰδότων;

Sed dicis, o fili, illud ex Dei voluntate esse. Usquequo mendaciis perfidorum tu prudens obsequeris? Quandiu illis favebis, qui ex inspiratione diaboli loqui amantes, in aures tuas nequitiam inducunt? Illud, o fili, non est verum quod vult non Deus, sed iste a principio homicida diabolus, dissensionibus, præliis, bellis, cædibus gaudens, et omni malo quod in vana hominum vita conspicitur. Ille est qui talia meditatur et perficit, a quo, proh dolor! istæ calamitates Bulgaros inter et

Ἀλλὰ λέγεις, τέκνον ἡμῶν, οὕτω βούλεσθαι τὸν Θεόν. Μέχρι τίνος τῶν ἀπατεώνων προσέξεις τοῖς λήροις φρόνιμος ὤν; Ἕως πότε παραχωρήσεις τοῖς ἀγαπῶσιν ἐκ τοῦ πονηροῦ φθέγγεσθαι πνεύματος, ταῖς σαῖς ἀκοαῖς τὴν πονηρίαν αὐτῶν ἐπαντλεῖν; Οὐκ ἔστι τοῦτο, τέκνον ἡμῶν, ἀληθὲς, οὐδὲ βούλεται τοῦτο Θεὸς, ἀλλ' ὁ ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνος διάβολος, ὁ ἀεὶ χαίρων ταῖς στάσεσι, ταῖς μάχαις, τοῖς πολέμοις, ταῖς ἀνδροφονίαις, καὶ εἴ τι ἄλλο κακὸν ἐν τῷ ματαίῳ βίῳ τῶν ἀνθρώπων γνω-

Digitized by Google

ρίζεται. Οὗτός ἐστιν ὁ ταῦτα καὶ βουλόμενος καὶ διαπραττόμενος, ἐκεῖθεν ταῦτα, οἴμοι τῶν ἐμῶν παθῶν, ἐπεισῆλθε τὰ κακὰ μέσον Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων, μεταξὺ τῶν πατέρων καὶ τῶν τέκνων, οὓς οὐχ αἷμα καὶ σὰρξ, ἀλλὰ τὸ πανάγιον Πνεῦμα υἱοὺς καὶ πατέρας ἀπέδειξε. Θάνατον γὰρ ὁ Θεὸς οὐκ ἐποίησεν, ἀλλ' ἀπάτη δαίμονος καὶ ἐπιθυμία παραλόγως τῇ ἀπάτῃ ἐξακολουθήσατα, ἐξ ἧς καὶ τὰ νῦν συμβαίνοντα χαλεπὰ προῆλθεν εἰς γένεσιν. Εἰ μὴ γὰρ ἄνθρωποι διεφθαρμένοι, καὶ πλάνοι τὴν σὴν φρονίμην ψυχὴν ἐξηπάτησαν, καὶ τῆς ἐκ τῶν πατέρων συνηθείας τοῦ βίου καὶ τῆς διαγωγῆς ἀπέστησαν, οὐκ ἂν οὐδὲ πολεμεῖν πρὸς Χριστιανοὺς ἠγάπησας Χριστιανὸς ὤν· οὐδὲ εὐσεβεῖν χάριτι Θεοῦ ὁμολογῶν, εὐσεβεῖς εἷλκες αἰχμαλώτους· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν οὐκ ἂν εἰς ἐρημίαν κατέστησας οἴκους καὶ τόπους, ἐν οἷς τὸ τοῦ Χριστοῦ θεῖον ὄνομα ἐδοξάζετο, ἀλλ' ὅπερ ἔφην διαβόλου φθόνος καὶ τῶν ἐκείνου μιμουμένων τὴν κακίαν ἀνθρώπων τοῖς χαλεποῖς τούτοις ἔδωκαν προελθεῖν.

A Romanos suscitatæ, scilicet natos inter et parentes, quos neque sanguis, neque caro, sed sanctissimus Spiritus ita conjunxerat. Mortis auctor non est Deus, sed diaboli dolus, doloque absurde inserviens humana cupiditas, unde orta quæcunque pessima irruunt. Si enim homines corrupti et fallaces mentem tuam prudentem non decepissent, et a paternæ vitæ consuetudine disciplinaque avertissent, non juvaret Christianum adversus Christianos bellare, neque, qui, Dei gratia, charitatem profiteris, pios homines in captivitatem abduceres, aut vastares urbes et campos, in quibus divinum Christi nomen glorificabatur. Sed ex ea, ut dixi diaboli sequentiumque diabolicam malignitatem invidia istæ calamitates irrupere.

Ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῦτο ἐνεφέρετο ἐν τῷ γράμματι, ὡς ἀγαπῶν τὸ ὁμόψυχον καὶ τὸ εἰρηνεύειν, πάντα πράττεις ἃ πράττεις. Καὶ τὸ μὲν ὁμόψυχον καὶ τὸ εἰρηνεύειν ἔργον τοῦ ἀγαθοῦ, τὸ δὲ πράττειν ἃ πράττεις, ἔργον τοῦ πονηροῦ. Οὐδεὶς εἰρήνην ἐπιζητῶν ἐπιβουλεύει ἐκείνου μεθ' οὗ εἰρηνεύειν ἐπιζητεῖ· οὐδεὶς ὁμόψυχον ἔχειν βουλόμενός τινα, τῇ σφαγῇ τούτου μιαίνει τὰς χεῖρας, ἀλλὰ θεραπεύει, ἀλλ' ἀγαπᾷ, ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ τὰ τῆς ἐκείνου ἀνέσεως ἐπιτελεῖν ἀγωνίζεται. Τὰ δὲ ὑμέτερα οὐ τοιαῦτα, οὐκοῦν οὐδὲ ὁμοψυχεῖν, οὐδὲ εἰρηνεύειν ἐπιζητούντων, ἀλλὰ τοὐναντίον μᾶλλον ἐχθραινόντων καὶ μαχομένων, καὶ μηδ' ὅτι τί ποτέ ἐστιν εἰρήνη συνιέντων. Καὶ ταῦτα γράφομεν, τέκνον ἡμῶν, οὐχὶ διδάσκοντες ὡς ἀγνοοῦντα, ἀλλ' ὅτι διὰ τῶν τοιούτων ῥημάτων, οὐκ οἶδα τίνας δοκεῖ τὸ γράμμα παραλογίζεσθαι. Ἐρωτῶμέν σε, καὶ ἀποκρίθητι. Εἴ τις ἢ ἀδελφὸς ἢ τῶν τέκνων αὐτῶν παρελθὼν, πάντα πράττοι ὥστε λαβεῖν τὴν σὴν κυριότητα καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἔθνους, εἶτα λέγοι ὡς Πράττω ταῦτα καὶ ἀγωνίζομαι χάριν τοῦ εἶναι ὁμόψυχός σοι καὶ τοῦ εἰρηνεύειν, ἆρα τοῦτον ἀποδέξῃ τῆς τοιαύτης προαιρέσεως, ἢ ὡς ἐπίβουλον καὶ ἐχθρὸν παντὶ τρόπῳ καὶ τῆς ὅλης αὐτὸν ἐκδιώξεις χώρας; Καὶ τίς ἐστιν ὃς τοῦτο ἀγνόησε; Μὴ τοίνυν μηδὲ σὺ ἐκ τοιούτου φρονήματος ὁμόψυχος εἶναι, μηδὲ ἐπιζητεῖν τοιαύτην εἰρήνην· τὸ γὰρ ἰδιοποιεῖσθαι τὰ ἀλλότρια, τὸ βούλεσθαι τῶν μὴ προσηκόντων ἐπιβαίνειν, τυραννίδος ἐστὶ καὶ μαχομένου τρόπου, ἀλλ' οὐχὶ ὁμοψυχίας, οὐδὲ εἰρηνικῆς καταστάσεως. Ἡ δὲ περὶ τῶν κοσσύφων καὶ τῶν πιθήκων καὶ τῶν κισσῶν χρεία οὐκ οἶδα εἰς τί σοι προβέβληται. Ἄνθρωπος μὲν γὰρ εἰκών ἐστι Θεοῦ, καὶ τὴν θείαν μιμούμενος ἀρετὴν, γίνεται κρείττων πάσης κακίας, καὶ ὅσον ἀνθρώπῳ δυνατὸν Θεὸς, καὶ διὰ τοῦτο παρὰ Θεοῦ δεδημιούργηται· ἃ δ' ἔφης ζῶα, εἰ καὶ μιμηλόν τι πρὸς ἄνθρωπον ἐπιδείκνυται, ἀλλ' οὐδὲν πρὸς τὰ ἀνθρώπινα πράγματα· οὔτε γὰρ ἀνθρώπου ἀρετὴν ἀναλαβεῖν ἱκανὰ, οὔτε ἄνθρωπος λέγεσθαι καθ' οἱονδήποτε τρόπον, ὥσπερ ἐκ προκοπῆς ὁ ἄνθρωπος παρὰ Θεοῦ λαμβάνει τὸ καλεῖσθαι Θεός.

B Epistola autem in tua scripsisti te nihil nisi ex amore concordiæ et pacis facere. Opera boni Spiritus sunt concordia et pax; quæ vero agis mali spiritus sunt. Nemo pacem quærens insidiatur homini, quocum in pace manere exoptat. Nemo hominis quocum in concordia vult vivere, cæde manus suas cruentat, sed in eum officia, bona, amorem, gratiamque, quoquo modo conferre contendit. Non talia sunt quæ agitis, sed opera hominum qui, nedum concordiam et pacem quærant, odia et bella persequuntur, imo quid sit pax ignorant. Talia scribo, non ut ignorantem doceam, sed quia nescio quos epistola videatur decipere. Mihi autem interroganti responde. Si quis, aut C frater, aut filius, ita omni modo ageret, ut dominium tuum gentisque tuæ imperium subriperet, dicens se nihil aliud nisi pacem concordiamque tecum habendam velle, istiusne gratam haberes agendi rationem? nonne potius istum quasi insidiatorem hostemque ex tua regione expelleres? Ecquis ita egit? Non tu sane ex tali proposito concordiam et pacem velis quærere. Aliena enim occupare aut velle invadere tyrannidis est hostilisque rationis, non autem concordiæ pacificæque institutionis. Nescio cur merularum, simiorum, aut picarum mores affectaveris. Homo equidem imago Dei, divinamque imitans virtutem, supra omnem malitiam exsurgit, ipseque, quantum in D homine est, fit Deus, ad idipsum creatus; animalia vero de quibus loqueris, si quid ad hominem imitatione, actiones tamen humanas unquam referunt: quippe quæ humanæ virtuti imparia, homines vocari nulla ratione possunt, sicut homo, qui ab ipso Deo vocari Deus ex progressu accipit.

Πλὴν καὶ τοῦτο, τέκνον ἡμῶν, τὸ παράδειγμα εἰ

Itaque, o fili, exemplum, si ex prioribus dictis

Digitized by Google

colligere velis, similia suadet. Si in hoc Christiani noscuntur, quod apostolorum servant præcepta, pacemque amant, abjice arma, bellum cessa, manus sanguine Christiano fœdas purifica, revertere ad priscum statum, agnosce patres fratresque, rursus capiens sensus, quos communis in spiritu origo præcipit, mentemque deponens quam diaboli invidia hominumque nequitia instruxere. Hæc est verissima pax, quam non valet error auferre, scilicet finem bellis imponere, sanguinis effusionem inhibere, opibus honoribusque contentum vivere, quæ, Deo providente, ex potentia et a patribus accepisti, fines servare a patribus constitutos, pacemque Bulgaros inter et Romanos ictam, cum ad Christi Deique notionem venistis. Has si cogitationes acceperimus, non valebit diabolus cum toto exercitu pacem nostram diruere. Sed (inquies) Deus statuit nos Romanum imperium expugnaturos. Fallax ratiocinium, indecora cogitatio, incertusque finis propositus. Multi parum contenti præsentibus, amplioraque obtentantes, ea quæ prius possederant perdiderunt. Ita res humanæ, lubricæ, instabiles. Nisi Deus aliter voluerit, oportet hominem qui confidit se a Deo aliquid accepturum, Dei judicium exspectare. Ex eo solum sperata obtinebit, nedum in mactationes, cædes, sive alia quæ Deus oderit, prorumpat. Quosnam enim sic aggredereris? Non gentes Dei ignaras, a Christo alienas, vobis infestas, sed patres, fratres, homines qui vobis, quasi filiis suis, consulturi fuerunt positi. Tales adversus homines barbaro in modo bellum suscepistis, consilium arripientes standi in armis, et usurpandi imperium Christiani sanguinis effusione, impossibilia sic adorientes.

A βούλοιο συνορᾶν τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένοις, ὅμοια παραινεῖ· εἰ γὰρ ἐν τούτῳ γνωρίζονται Χριστιανοί, ἐν τῷ φυλάττειν τῶν ἀποστόλων τὰς διατάξεις, ἐν τῷ ἀγαπᾶν εἰρήνην, ῥίψον τὰ ὅπλα, κατάθου τὸν πόλεμον, κάθαρον τὰς χεῖρας ἐκ τῶν Χριστιανικῶν αἱμάτων, ἐπάνηκε εἰς τὴν ἀρχαίαν κατάστασιν, ἐπίγνωθι τοὺς πατέρας καὶ ἀδελφούς, ἀναλαβὼν διάθεσιν ἣν ἡ ἐκ τοῦ πνεύματος συγγένεια βούλεται, καὶ κατάλιπε τὴν γνώμην πρὸς ἣν βασκανία δαίμονος καὶ ἀνθρώπων πονηρία κατεσκεύασεν. Αὕτη ἐστὶν ὡς ἀληθῶς εἰρήνη, ἣν οὐκ ἰσχύει πλάνη ἐξᾶραι, τὸ παυθῆναι τοὺς πολέμους, τὸ ἀνακοπῆναι τὰς τῶν αἱμάτων χύσεις, τὸ ἀρκεῖσθαί σε τῇ παρὰ Θεοῦ ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ τῶν πατέρων δεδομένῃ σοι ἐξουσίᾳ καὶ τιμῇ, τὸ μὴ ὑπερβαίνειν ὅρια ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες B σου, καὶ τὴν μεταξὺ Βουλγάρων καὶ Ῥωμαίων, ὅτε τὸν Χριστὸν ἐπέγνωτε καὶ Θεόν, συμπεφωνημένην εἰρήνην. Εἰ οὕτως φρονοῦμεν, ὄντως οὐδὲ αὐτὸς ὁ διάβολος μετὰ πάσης αὐτοῦ τῆς στρατιᾶς κεκινημένος παρατρέψαι τὴν πρὸς σὲ εἰρήνην ἡμῶν δυνήσεται. Ναί, ἀλλὰ βούλημα Θεοῦ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐξουσίαν ὑμᾶς λαβεῖν· ἐπισφαλεῖς οἱ λογισμοί, οὐκ εὐπρεπὴς ἡ ἐνθύμησις, ἄδηλον τὸ τέλος εἰς ὃ καταντήσεται. Πολλοὶ τοῖς τέως παροῦσι μὴ ἐπαρκούμενοι, ἀλλὰ πρὸς πλείονα ὑπερεκτείνοντες ἑαυτούς, καὶ ἃ τέως εἶχον προσαπώλεσαν. Οὕτως ἐστὶ τὰ ἀνθρώπινα πράγματα, οὕτως ἐπισφαλῆ καὶ ἀβέβαια· πλὴν εἰ βούλημα Θεοῦ, δεῖ τὸν οὕτω πεποιθότα ὡς λήψεταί τι παρὰ Θεοῦ, ἐκεῖνου περιμένειν τὴν κρίσιν, C ἐκεῖθεν ἐκδέχεσθαι τὴν ἀπόληψιν τῶν ἐλπιζομένων, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὰς σφαγάς, πρὸς τοὺς φόνους, πρὸς ἃ μεμίσηκεν ὁ Θεός, ἐφορμᾶν. Καὶ τότε πρὸς τίνας; Οὐ πρὸς ἔθνη τὰ μὴ εἰδότα Θεόν, οὐ πρὸς λαὸν ἀλλότριον τοῦ Χριστοῦ, οὐ πρὸς ἀνθρώπους διακειμένους πολεμίως πρὸς ὑμᾶς, ἀλλὰ πρὸς πατέρας, πρὸς ἀδελφούς, πρὸς τοιούτους ἀνθρώπους, οἳ ὡς τέκνων ὑμῶν ἐτίθεντο πρόνοιαν, πρὸς τοιούτους ἐξεβαρβαρώθητε, ἐξεπολεμώθητε, καὶ ἡγήσασθε τὸ ἐν τοῖς ὑμετέροις ὅπλοις κεῖσθαι, καὶ τῇ ἐκχύσει τῶν Χριστιανικῶν αἱμάτων παρελέσθαι τὴν ἀρχὴν καὶ βασιλείαν, ἀδυνάτοις μὲν ἐπιχειροῦντες.

In animo habueram singula quæque epistolæ tuæ perpendere; sed postquam illius verbositatem intellexi ad unum et idem tendere, quod tibi a principio usque adhuc proposuisti, non opportunum duxi singulatim epistolæ respondere, ne in loco epistolæ librum scribere viderer, nimia te verborum copia sine utilitate defatigans. Itaque, prolixius scribere desistens, hæc solummodo dicam: Memento, o fili, istius elapsi temporis, quo, Spiritus sancti vinculo astrictus, in amore patris et imperatoris, ut filius dilectus, vivebas; memento illius pacis sanctissimæ, quæ tanto cum honore Bulgaros inter et Romanos vigebat, cum sanctissimum Dei nomen ab utroque populo una mente glorificaretur, cum diabolus ejusque socii dæmones securitatem vestram, fraternum amorem, pios sanctosque mores gemerent et lamentarentur, cum Bulgaros, o fili, suam terram ingressos Romani cum gaudio et benignitate exciperent, vosque Romanis advenientibus cum lætitia et exsultatione oblectaremini.

Ἐβουλόμεθα καθέκαστον ἐπεξιέναι τῷ γράμματι, ἀλλ' ὅτι συνείδομεν τὴν τοῦ γράμματος ὑμῶν πολυλογίαν πρὸς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν σκοπὸν συντείνουσαν, ὅνπερ ἀπ' ἀρχῆς καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἀνεδέξασθε, οὐκ ἔδοξεν ἔχειν καλῶς πρὸς ἕκαστον ἀποκρίνεσθαι τῶν D γεγραμμένων, ἵνα μὴ ἀντὶ γραμμάτων βίβλον φανῶμεν γράφοντες, καὶ συγκόπτοντες μὲν σὲ τῇ πολυρρημοσύνῃ, μηδὲν δὲ ἴσως ὠφελοῦντες. Διὰ τοῦτο καταλιπόντες τὸ πλείονα γράφειν, τοῦτό σοι γράφομεν· Μνήσθητι, τέκνον ἡμῶν, ἡμερῶν ἀρχαίων ἐκείνων, ὅτε τῷ δεσμῷ τοῦ ἁγίου Πνεύματος συνδεδεμένος ἐτύγχανες τῇ τοῦ πατρὸς καὶ βασιλέως ὡς υἱὸς ποθεινὸς ἀγάπῃ· μνήσθητι τῆς καλῆς ἐκείνης καὶ ἁγίας μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων εἰρήνης, τῆς γλυκείας συναναστροφῆς, τῆς ἀταράχου ζωῆς, ὅτε Θεὸς ἐδοξάζετο μιᾷ καὶ ψυχῇ καὶ γνώμῃ Βουλγάρων καὶ Ῥωμαίων τὸ πανάγιον ὄνομα δοξαζόντων, ὅτε διάβολος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ δαίμονες ὁρῶντες τὴν ὑμῶν σωτηρίαν, τὸ φιλάδελφον, τὸν εὐσεβῆ καὶ ὅσιον τρόπον, ἐθρήνουν τε καὶ ὠδύροντο, ὅτε

Digitized by Google

Βουλγάρων πρὸς τὴν γῆν τῶν Ῥωμαίων εἰσιόντων, ὡς τέκνα, ὡς ἀδελφοὶ ὑποδεχόμενοι τούτους Ῥωμαῖοι ἔχαιρον καὶ εὐφραίνοντο, ὅτε πάλιν Ῥωμαίων πρὸς Βουλγάρους παραγινομένων ὑμεῖς τῆς ἴσης χαρᾶς καὶ ἀγαλλιάσεως ἀπελαύετε.

A Ταῦτα ἐνθυμήθητι, τέκνον ἡμῶν, τὴν κοινὴν εὐφροσύνην, τὴν πνευματικὴν ἐκείνην καὶ μακαρίαν ἡδονήν, ἧς ἀπήλαυον οἱ τότε Ῥωμαῖοι καὶ Βούλγαροι, δι' ἣν ὁ διάβολος ἐξεμαίνετο, δι' ἣν ἐσκυθρώπαζε καὶ κατηφὴς καὶ ἀλύων ἐπορεύετο, καὶ πάντα τρόπον ἐμηχανᾶτο, πᾶσαν πορείαν ἠλαύνετο τοῦ συγχέαι καὶ συνταράξαι τὴν τριπόθητον ἐκείνην διαγωγήν, ὃ καὶ ἐξενίκησε, φεῦ τῆς ἀμάχου κακίας, ὡς ἐνόμισε καταπράξασθαι. Ἀλλὰ μὴ συγκεχωρήσθω τῷ πονηρῷ ἐπὶ πλέον ἐγκαυχᾶσθαι, μηδὲ ἐξορχεῖσθαι κατὰ τῆς Βουλγάρων καὶ Ῥωμαίων διαστάσεως· ἀλλ' ὡς νουνεχής, ὡς φρόνιμος, ἀφεὶς τοὺς συνέχοντας λογισμούς, ἀποφράξας τὰ ὦτα τοῖς ὑποβάλλουσι τὰ πονηρὰ βουλεύματα, γενοῦ σεαυτοῦ καὶ τῆς σοι πρεπούσης ἀρετῆς, ἐπάνελθε πρὸς τὴν ἀρχαίαν εἰρήνην, ἐπάνηκε πρὸς τὸ ἥμερον καὶ B ἐπιεικὲς τῆς ἔμφρονός σου ψυχῆς· ἀντιστραφήτωσαν οἱ στεναγμοὶ καὶ τὰ δάκρυα Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων, ἃ προσεξένησεν ὁ Σατανᾶς, ἐπ' ἐκεῖνον αὐτὸν τὸν εὑρετὴν τῆς κακίας, πορευέσθω πάλιν οἰμώζων καὶ κόπτων ἑαυτὸν ἐπὶ τῇ πρὸς τὴν εἰρήνην συμβάσει καὶ θεοφιλεῖ ὁμοψυχίᾳ τῶν οὓς ἐξ ἀλλήλων διαστῆσαι κακομηχάνως δεδύνηται. Ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τὸ ἐκεῖθεν κριτήριον, τέκνον ἡμῶν, καὶ τὸν φοβερὸν δικαστὴν ἀναλογιζώμεθα, καὶ τὴν κοινῶς μετὰ πάντων ἐπὶ τοῦ φρικτοῦ βήματος παράστασιν, ὅτε οὔτε βασιλεὺς οὐκ ἄρχων οὐκ ἰδιώτης διακρίνεται, ἀλλὰ πάντες γυμνοὶ καὶ τετραχηλισμένοι παραστησόμεθα, οὐ μόνον τὰς πράξεις, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐνθυμήσεις καὶ τὸ συνειδὸς εἰς ἔλεγχον παριστάμενα ἔχοντες, ὅταν καὶ αὐτὰς τὰς ἐπουρανίους δυνάμεις τρόμος καὶ φρίκη καταλήψεται.

Ita recogita, o fili, mutuam scilicet benevolentiam, spiritualem faustumque gaudium, quo Bulgari et Romani fruebantur; unde diabolus furens, tristis, demisso vultu, amensque incedebat, omnia moliens, omnemque viam insectans istam ter desiderabilem miscendi turbandique vitæ rationem. In quo prævaluit, o summa nequitia! sicut decreverat. Sed utinam non scelestus diutius glorietur, neque Bulgarorum et Romanorum dissensionibus exsultet! Tu, ut animi compos, et prudens, illos repelle et ab auribus amove, qui ratiociniis prava præbent consilia; in te iterum tibique conveniente virtute ita, redux ad priscam pacem et ad honestam mentis mansuetudinem. Romanorum Bulgarorumque gemitus et lacrymæ, quæ suscitavit diabolus, in ipsum mali auctorem recidant. Eat ille lamentans et turbatus ex concordia Deo jucunda, quæ ad pacem concilat quos ipse malis artibus potuerat dividere. Judicium, quod cœlitus super ista omnia veniet, tremendumque judicem advertamus, et hanc cunctis communem ante horrendum tribunal sessionem, cum neque rex, neque magistratus, neque privatus discernitur, sed omnes nudi et in aperto stabimus, non modo de factis, sed etiam de cogitationibus conscientiaque judicandi, cum cœlestes ipsas potestates tremor et horror invadent.

C Ταῦτα ἐνθυμηθῶμεν, καὶ λήξωμεν τῶν ἔργων τῶν μέχρι τοῦ νῦν λυπούντων μὲν τὸν Χριστὸν καὶ Θεὸν ἡμῶν, χαίρειν δὲ παρασκευαζόντων τοὺς φθονοῦντας τῇ σωτηρίᾳ ἡμῶν δαίμονας, καὶ εἰς ἐπανόρθωσιν καταστήσωμεν ἃ παρεσφάλημεν, μηδὲ βουληθῶμεν ἐπιμεῖναι, διότι συνηρπάσθημεν ἐπὶ τοῖς εἰργασμένοις κακοῖς, μὴ ἀναμείνωμεν τὴν ἐσχάτην ἡμέραν, ὅτε καὶ βουλόμενοι χρηστόν τι φρονεῖν ἴσως, οὐδὲν δυνησόμεθα, περισπωμένης τῆς ψυχῆς καὶ πρὸς μόνην τὴν ἐκδημίαν ἀποβλεπούσης τοῦ σώματος, καὶ ἀγωνιώσης ἐφ' οἷς μέλλει ὑπὸ τῶν τότε παρισταμένων. Ὢ τοῦ φρικτοῦ θεάματος θείων ἀγγέλων καὶ πονηρῶν δαιμόνων διερευνᾶσθαι καὶ ἐξετάζεσθαι. Μὴ ἀπέλθωμεν οὕτως ἐκ τῆς παρούσης ζωῆς, ὅτι φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος· μηδὲ γένοιτο ἡμᾶς ἀκοῦσαι τῆς ὀδυνηρᾶς ἐπὶ τοῖς ἀδιορθώτως ἐφ' οἷς ἐπλημμελήσαμεν ἐκ τῆς παρούσης D ζωῆς ἀπιοῦσιν ἀποφάσεως, ὅτε οὐκέτι περιλείπεται προσδοκία μετανοίας, οὐκ ἐλέους τοῦ ἀπροσωπολήπτου κριτοῦ· οὐδ' ἔχει τέλος ἡ ἀπόφασις, ἀλλὰ ἀτέραντος διαμένει ἐλεεινῶς τὸν πάντα αἰῶνα τοὺς ὑπ' αὐτῇ πεσόντας κολάζουσα καὶ τιμωρουμένη.

Ista recogitemus, et opera cessemus, quibus usque ad hunc diem Christum Deumque nostrum contristantes dæmones lætificavimus saluti nostræ invisos, corrigamus quæ peccavimus; et, si ad malum ruerimus, nolimus perseverare. Ne exspectemus supremum diem, quo etiam volentes nihil boni cogitare poterimus, distracta anima, solumque corporis dissolutionem intuente, anxiaque de futuro propter illos qui tunc eam obsident. O horrendum spectaculum cœlestium angelorum malorumque dæmonum inquisitiones scrutationesque ferre! Ne sic e præsenti vita exeamus, quia horrendum est in manus Dei viventis incidere. Utinam non audiamus illam hominum qui malefacta non reparaverunt reprobationem, cum non jam locus erit exspectandi seu pœnitentiam seu judicis misericordiam nullam personarum rationem habentem. Ista enim reprobatio sine fine est, æternum stans, illosque misere castigans qui in eam inciderunt.

Ἐμνημόνευε δὲ τὸ γράμμα καὶ περὶ ἀποκρισιαρίων ἀποστολῆς. Καὶ ἦν μέν, τέκνον ἡμῶν, ἠγαπημένον, ἁπλοῦν καὶ ἀνυπονόητον τὸ τοὺς παρ' ὑμῶν

Monebat autem epistola de apocrisiariorum missione. Simplex, o fili, quem dilexi, suspicioneque vacuum erat illos quos retines remittere, et per illos

Digitized by Google

quæ in animo habes manifestare, nisi duos, alterum saltem cum viro quodam exstruis. Tum alii missi fuissent quos interrogare exoptas. Nunc vero illos retinere quos misimus non suadet alios mittere. Si vere pacis mediator Christus noster Deus tibi in mentem sancta de pace consilia induxit, remittantur quos retines, aut ex duobus unum cum aliquo ex potestate tua gloriosissima. Cum advenerint, rationesque sibi commissas protulerint, hinc mittentur, qui nostri a Deo coronati imperatoris, senatusque consilia nuntient.

A κατεχομένους ἀποστεῖλαι, καὶ δι' ἐκείνων δηλῶσαι τὰ δοκοῦντα· εἰ δὲ μὴ τοὺς δύο, τέως τὸν ἕτερον μετά τινος ἀνθρώπου ὑμῶν, καὶ τότε ἕτεροι ἂν ἀπεστάλησαν οὓς ἐπιζητεῖν ἐγνώκειτε. Νῦν δὲ τὸ κατέχεσθαι παρ' ὑμῶν τοὺς προαποσταλέντας, οὐ δίδωσι χώραν τὸ ἑτέρους ἐξαποστέλλεσθαι. Εἰ οὖν ἀληθῶς ὁ τῆς εἰρήνης μεσίτης Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν λογισμοὺς ἁγίους περὶ τῆς εἰρήνης ὑπέβαλεν ἐν τῇ σῇ ψυχῇ, ἀποσταλήτωσαν οἱ κατεχόμενοι, ἢ τῶν δύο ὁ ἕτερος μετὰ ἀνθρώπου τῆς σῆς μεγαλοδόξου ἀρχῆς, καὶ καταλαμβανόντων αὐτῶν, καὶ τοὺς λόγους ἀποκομιζόντων, οὓς ἂν ἐπιτρέψητε, ἐξαποσταλήσονται οἱ τὰ παρὰ τοῦ θεοστεφοῦς βασιλέως ἡμῶν καὶ τῆς συγκλήτου ἀπαγγελοῦντες.

B

XXII. *Eidem.*

Ex eo doluimus, desideratissime fili, quod a te nullam acceperimus epistolam; et, ut decet, reputavimus nos in contemptum tuum venisse, ideoque te nobis scribere noluisse. Quid enim aliud reputare potuissemus? Non in accepto est filium, qui patrem pio amore prosequitur, epistolæ quam ab eo acceperit nihil rescribere. Attamen, o fili, quamvis ad me non sis dignatus respondere, ego iterum scribo, nequaquam ex deceptione paternum erga te amorem mutans, salvos contra servans sensus animosque patri erga filium convenientes.

ΚΒ'. *Τῷ αὐτῷ.*

Ἐλυπήθημεν μὴ δεξάμενοι γράμμα τοῦ ἡμῖν πεποθημένου τέκνου, καὶ ὡς εἰκὸς ἐλογισάμεθα ὅτι ἐν καταπεφρονημένῃ μοίρᾳ κείμεθα παρὰ σοί, καὶ διὰ τοῦτο καὶ γράφειν πρὸς ἡμᾶς οὐκ ἠξίωσας. Τί γάρ με ἄλλο ἔδει λογίζεσθαι; Οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται υἱὸν ἀγαπῶντα πατέρα καὶ στοργὴν ἀποσώζοντα τὴν ὀφειλομένην, γράμματα παρὰ τοῦ πατρὸς δεχόμενον, μὴ πάλιν ἀντιπέμπειν τὰ παρ' ἑαυτοῦ γράμματα. Ὅμως οὖν, τέκνον ἡμῶν, εἰ καὶ σὺ γράψαι πρὸς ἡμᾶς οὐκ ἠξίωσας, ἡμεῖς καὶ πάλιν γράφομεν, οὐδέν τι διὰ τὸ παραλογισθῆναι τὴν πρὸς σὲ πατρικὴν στοργὴν ἀλλοιώσαντες, ἀλλ' ὑγιῆ σώζοντες τὴν σχέσιν ἡμῶν τὴν πρὸς σέ, καὶ τὴν πατρὶ ἐφ' υἱῷ πρέπουσαν διάθεσιν.

C Litteras regi scriptas ex fortuna legimus, bonamque intelleximus consilium quod, Deo probante, decrevit tua mens humana et mansueta, scilicet bellis cædibusque finem imponere, sanguini parcere, pacemque Romanos inter et Bulgaros renovare, quam a Christo Deoque nostro donatam diabolus ex invidia ruperat, ut ex ea hæreditate Bulgaros et Romanos eo præcipitaret, unde in præsente vita magnæ orirentur difficultates perniciesque, nunquam ad melius recessuræ. Gratias igitur agimus Deo, qui tale consilium egregiæ tuæ prudentiæ inspiravit, concessitque salutaribus pacis fructibus Romanos et Bulgaros congaudere, ad sui nominis gloriam, ad honorem tui, fili constante memoria dilectissime, et ad confusionem diaboli, qui sua malignitate per tot annos usque ad furorem concitavit Christianos adversus Christianos, amicos adversus amicos, uno verbo, fratres adversus fratres, filios adversus patres. Deum eximiamque tuam conscientiam rogamus, ista pacis consilia, ut nunc videntur exoriri, sic lumini cordis tui usque ad finem vim addere. Quoniam autem, o fili, tua significavit epistola missum fuisse hominem, per quem tibi notæ sint pacis conditiones, ut nihil in incerto nobis relinquatur, homo quem misimus unus est e nostris filiis, nobiscum a tenerrima ætate versatus, a nobis educatus, dignusque angelico vestimento judicatus, qui e nostra vili manu archipresbyteratum

Ἐνετύχομεν τοῖς βασιλικοῖς γράμμασι, καὶ κατενοήσαμεν ἐν αὐτοῖς τὴν σὴν ἀγαθὴν προαίρεσιν, καὶ ὅτι Θεοῦ εὐδοκοῦντος φρόνημα κατέστη τοιοῦτο ἡ σὴ φιλάνθρωπος καὶ ἡμερωτάτη ψυχή· ὥστε παυθῆναι τοὺς πολέμους, λῆξαι τὰς σφαγάς, ἠρεμῆσαι τὰς τῶν αἱμάτων χύσεις, καὶ ἀνακαινισθῆναι πάλιν τὴν σὴν εἰρήνην μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων, ἣν ἔδωκεν μὲν ὁ Χριστὸς καὶ Θεὸς ἡμῶν ὁ κοινὸς Πατήρ, ὁ πάντων Δεσπότης, ἐφιλονείκησε δὲ ὁ ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνος διάβολος λῦσαι, καὶ ἀντὶ τῆς κληρονομίας ἐκείνης καταστῆσαι εἰς πράγματα Βουλγάρους καὶ Ῥωμαίους, δι' ὧν καὶ ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ πολλὴ ἀπήντησε χαλεπότης καὶ ἀπώλεια, μεταβολὴν εἰς τὸ κρεῖττον οὐκ ἔχουσα. Εὐχαριστοῦμεν οὖν τῷ Θεῷ τῷ λογισμὸν τοιοῦτον ἐν τῇ
D ἔμφρονί σου καὶ συνετωτάτῃ καρδίᾳ θεμένῳ, καὶ εὐχόμεθα, εἰ καὶ ἁμαρτωλοί, ἔτι καὶ ἔτι τῷ εἰρηνικῷ πνεύματι τὴν σὴν τιμίαν ψυχὴν ἐμπνέεσθαι, καὶ δοῦναι τῶν σωτηρίων καρπῶν τῆς εἰρήνης κοινῶς ἀπολαῦσαι Ῥωμαίους καὶ Βουλγάρους, εἰς δόξαν μὲν τοῦ οἰκείου ὀνόματος, εἰς δόξαν δὲ σήν, τέκνον μου ἠγαπημένον ἀείμνηστον, καὶ εἰς αἰσχύνην τοῦ δαίμονος ὃς τῇ ἑαυτοῦ κακοτροπίᾳ ἐπὶ τοσούτοις ἔτεσιν ἐξέμηνε κατ' ἀλλήλων, Χριστιανοὺς πρὸς Χριστιανούς, φίλους πρὸς φίλους, καὶ ἵνα συντόμως εἴπω, ἀδελφοὺς πρὸς ἀδελφούς, καὶ τέκνα πρὸς πατέρας. Ταῦτα εὐχόμεθα καὶ πεποίθαμεν καὶ Θεῷ καὶ τῇ σῇ ἀγαθῇ συνειδήσει, ὅτι οἱ τῆς εἰρήνης λογισμοὶ ἐν τῇ σῇ καρδίᾳ ὥσπερ νῦν φαίνονται

Digitized by Google

ἀνατέλλοντες, οὕτω καὶ τὸ οἰκεῖον φῶς τέλειον διαυ- A γάσουσιν. Ἐπειδὴ δὲ, τέκνον ἡμῶν, τὸ σὸν ἔλεγε γράμμα καὶ ἄνθρωπον ἀποσταλῆναι, δι' οὗ ὁ τρόπος τῆς εἰρήνης τελείως σοι γνωρισθήσεται, πρὸς τὸ μηδαμῶς ἔτι ἀμφιβολίαν τινὰ ὑπάρχειν ἡμῖν, ἀπεστείλαμεν ἄνθρωπον ὃς τέκνον ἡμῶν οἰκεῖον καθέστηκε· καὶ γὰρ καὶ ὀνύχων ἐξ ἁπαλῶν ἡμῖν συνεγένετο, καὶ παρ' ἡμῶν ἐκπεπαίδευται καὶ τοῦ ἀγγελικοῦ σχήματος ἠξίωται, καὶ τὸ εἶναι ἀρχιερεὺς ἐν ἁγίῳ Πνεύματι παρὰ τῆς ἡμετέρας ταπεινῆς χειρὸς ἐδέξατο, καὶ ἁπλῶς τοιοῦτό ἐστι τέκνον ἡμῶν οἷον ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ πρὸ τῶν οἰκείων ἔχοντες ὀφθαλμῶν, τὴν ἐπ' αὐτῷ πνευματικὴν χαρὰν κεκτήμεθα.

accepit, quem sub oculis nostris gratia spirituali ornavimus.

Τοῦτον οὖν, ἐπειδὴ ἐπεζήτησας, ἄνθρωπον πιστὸν καὶ μηδὲν ἔξω τῆς ἀληθείας φθέγγεσθαι εἰδότα, ἀπεστείλαμεν, ἵνα πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν ἁπλῶς καὶ ἀπανουργεύτως παρ' αὐτοῦ μάθῃς, ὅπως περὶ τῆς σὺν Θεῷ μελλούσης ἔσεσθε εἰρήνης οἵ τε λαχόντες τοῦ βασιλεύειν, καὶ πᾶσα ἡ σύγκλητος αὐτῶν, καὶ B βουλὴν ἔθεντο, καὶ τὴν βουλὴν εἰς ἔργον μέλλουσιν ἄγειν, εἰ μή τι αὐτὸς, τέκνον ἡμῶν, ὅπερ μὴ δοίη Θεὸς, ἄλλο τι διανοηθείη ἐμπόδιον τῇ εἰρήνῃ ἐσόμενον. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐχ ἐπὶ τοσοῦτον. Αὐτὸν δὲ τὸν πάντων Κύριον καὶ Θεὸν καὶ βασιλέα ἐνορκίζομέν σε τοῦ μὴ κατασχεῖν αὐτὸν, μηδὲ λυπῆσαι τὸ γῆρας ἡμῶν ἐπὶ τῇ κατασχέσει αὐτοῦ, ἀλλὰ μέχρι πέντε καὶ δέκα ἡμερῶν ἃ βούλει περὶ τῆς εἰρήνης ἀνακοινώσασθαι αὐτῷ, καὶ, τῆς πεντεκαιδεκάτης ἡμέρας τὸ τέλος λαμβανούσης, ἀκωλύτως, ἀλύπως, ἀβλαβῶς, ἀποστεῖλαι αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς. Ναὶ, τέκνον μου, αὐτὸν δυσωπήθητι τὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς Ποιητὴν, τὴν ἡμῶν τῶν ταπεινῶν πρὸς σὲ στοργήν. Προσθήσομεν εἰ βούλει καὶ τὴν λειτουργίαν, ἣν λειτουργοῦμεν παριστάμενοι τῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ Θεοῦ· C ναὶ δὴ καὶ τὸ ταπεινὸν ἡμῶν γῆρας, καὶ μὴ λυπήσῃς ἡμᾶς· ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι τῇ τῶν ὅλων δημιουργῷ Τριάδι, δεσμὸν ἐπιβάλλομέν σοι· μηδὲ ποιήσῃς ἡμᾶς στενάζειν διὰ παντὸς κατὰ σοῦ καὶ προσεντυγχάνειν Θεῷ, μέχρις ἂν ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ ἀναστρεφώμεθα, καὶ τὴν ματαιότητα τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀναθεωροῦντες ὑπάρχωμεν.

Hunc igitur, quoniam postulasti, hominem fidum, nihilque nisi verum dicere scientem misimus, qui in tota veritate, sine dolo et simpliciter doceat, quomodo pacem cum Deo sitis habituri, et vos regnum sortiti, et senatus vester qui consilium acceptum ad perpetrationem estis ducturi, nisi homo ipse, o fili, quod Deus avertat! aliud quid reperiat futurum pacis impedimentum. Sed non res eo periculi venit. Per ipsum omnium Dominum Deum et regem deprecamur te, ne hunc retineas, neque retinendo senectutem meam contristes, sed ut perquindecim dies cum illo, ut placebit, de pace colloquaris, et quindecimo die elapso, eum liberum, injuriæque et detrimenti immunem ad nos remittas. Sane, o fili, ipsum reverearis cœli et terræ Creatorem, meique vilis erga te amorem. Offeremus, si volueris, (pro te) sacrum sacrificium quod ad altare Dei (quotidie) celebramus. Neque vilem nostram senectutem, neque nos contristes. In Patre et Filio et sancto Spiritu, Trinitate omnium Creatore, vinculum tibi injicimus. Ne cogas nos continuo propter te dolere, et ad Deum recurrere, quandiu in præsenti vita versabimur, vanitatem actionum humanarum considerantes.

ΚΓ'. *Τῷ αὐτῷ.*

Ἐγὼ καὶ πρότερον ἔγραφον τῇ τιμιότητί σου, τέκνον ἡμῶν, καὶ γράφων παρειχόμην πληροφορίαν τῇ συνέσει σου, ὅτι οὐχ ἕνεκεν τῆς τῶν Ῥωμαίων κακώσεως, ἀλλὰ χάριν τῆς κοινῆς σωτηρίας Βουλγάρων καὶ Ῥωμαίων τοὺς λόγους ποιοῦμαι· καὶ τότε ἴσως ἐδόκουν ἄπιστα λέγειν ὑμῖν, καὶ νῦν δὲ γράφω τῆς αὐτῆς προαιρέσεως ὑπάρχων, καὶ τὴν D αὐτὴν ἔχων κηδεμονίαν ὑπὲρ ἑκατέρου γένους, Βουλγάρων φημὶ καὶ Ῥωμαίων· ἵνα, εἰ δυνατὸν, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἔδει γενέσθαι, ἐπηρείᾳ δὲ τοῦ δαίμονος οὐ γέγονε, κἂν νῦν δέξηται γένεσιν. Ποῖον δὴ τοῦτο; Φημὶ τῆς εἰρήνης τὸ μέγα πρᾶγμα, τὸ ἀγαπώμενον καὶ τῷ Χριστῷ καὶ Θεῷ ἡμῶν, καὶ πρὸς συμφέρον ἐσόμενον τοῖς μέχρι τοῦ παρόντος ἐλεεινῶς καὶ ἀθλίως τὸν βίον διεξανύσασι, τὸ λῆξαι τῶν αἱμάτων τὰς χύσεις ὅσαι παρὰ Χριστιανῶν εἰς Χριστιανοὺς ἐνεργοῦνται. Καὶ ταῦτα ἔγραφον μὲν πρότερον, ὡς εἶπον, μετ' ὀδύνης καρδίας, καὶ νῦν ἐπιστέλλω μετὰ κέντρου τῆς ὀδύνης πληκτικωτέρου. Πόθεν δὲ τὸ αἴτιον τοῦ νῦν σφοδροτέρῳ πλήττεσθαι ἡμᾶς κέντρῳ, ἄκουέ μου, ἠγαπημένε· συγκίνησις δυνατωτάτη, ὅσον ἔστιν ἐμὲ ὑπολαβεῖν, ἐκ

XXIII. *Eidem.*

Primum ego excellentiæ tuæ scripsi, o fili, scribensque prudentiam tuam obtestabar, me non Romanæ malitiæ inservientem, sed communi Bulgarorum et Romanorum saluti verba facere. Tum forte dubia videbar dicere; nunc in eodem mens consilio est, eamdem duarum gentium Bulgarorum et Romanorum curam habens, ut, si quod a principio esse debebat, malignitate autem dæmonis fieri non potuit, illud saltem nunc exordium accipiat. Quale est illud? Magnum pacis negotium dico, Christo Deoque acceptissimum, et tantæ utilitati futurum illis qui usque ad hanc diem infaustam miseramque vitam degerunt: cessationes dico effusionum sanguinis, quæ a Christianis in Christianos sæviunt. Ista quidem primum scribebam, ut dixi, cum luctu cordis, et nunc rursus scribo cum acriore doloris acumine. Unde nunc vehementiore acumine transfigar audi a me, o fili dilecte. Validissima commotio, ex quo meditati sunt imperatores contra tuam gentisque tuæ potestatem, aut parata fuit, aut parabitur, Roxolanorum? Simulque Patzinacitarum, et Alanorum, occidenta-

Digitized by Google

liumque Turcorum, qui, idem sentientes, bellum adversus te paraverunt.

A τῆς βασιλικῆς σπουδῆς κατὰ τῆς ὑμετέρας ἐξουσίας καὶ τοῦ σοῦ γένους, ἢ παρεσκεύασται, ἢ παρασκευασθήσεται, τῶν τε Ῥῶς, καὶ σὺν ἐκείνοις τῶν Πατζηνακιτῶν, ἔτι δὲ καὶ Ἀλανῶν, καὶ τῶν ἐκ τῆς Δύσεως Τούρκων, πάντων ὁμοφρονησάντων, καὶ τὸν κατὰ σοῦ πόλεμον ἀραμένων.

Postquam ista ad aures meas pervenerunt, omnino conflictus sum, copiosas lacrymas effundens breves et malos vitæ meæ mihi dies exprobrans, quod usque ad talium rerum eventum, et ad dolorem ex iis cor invadentem vita mihi prolongata fuisset, priusque non mortuus fuissem, quam ista accidissent, et audiissem quæ de iis dicta sunt. Interea Christianis nostris imperatoribus quæ mihi condolens suadebat dicere non dubitavi, et ad te quæ scribere ardebam scribo. Quæ autem ad illos qui Deo volente imperium sortiuntur dixi, quæ supplicavi, quot feci adhortationes ad id fuerunt, ne illi diutius istas gentes adversus vos convenire tolerarent, quanquam a vobis gravia tulissent, ne acerbitate et indignatione animi ex fortuna averterentur ab hoc justo Bulgarorum genti præstando auxilio, caventes ne ab impiis nationibus frangerentur populi ex Christo Deoque cognominati, licet sibi inimici infestique perniciosis diaboli consiliis facti.

Ταῦτα ἐπειδὴ ταῖς ἐμαῖς ἀκοαῖς προσῆλθον, ὅλως συνεχύθην, καὶ πλήρης ἐγενόμην δακρύων, καὶ τὰς ὀλίγας καὶ πονηρὰς τῆς ἐμῆς ζωῆς ἐμεμψάμην ἡμέρας, ὅτι πρὸς σύμβασιν τοιούτων πραγμάτων, καὶ τὴν ἐξ αὐτῶν ἀλγηδόνα τῆς ἐμῆς καρδίας παρέτεινεν ὁ βίος ἡμῶν, καὶ οὐ προαπολώλειν οὐδ' ἀπῆλθον ἐκ τῆς παρούσης ζωῆς πρὶν ἢ ταῦτα γενέσθαι, καὶ ταῖς ἐμαῖς ἀκοαῖς τοὺς περὶ αὐτῶν προσελθεῖν λόγους· οὕτως οὖν διατεθειμένος καὶ τοῖς φιλοχρίστοις ἡμῶν βασιλεῦσιν, ἃ τὸ ἄλγος τῆς ἐμῆς ἐπέτρεπε καρδίας B προσειπεῖν οὐκ ἀπώκνησα, καὶ πρὸς ὑμᾶς δὲ ἃ γράφειν προεθυμήθην γράφω. Ἃ μὲν οὖν πρὸς τοὺς ἐκ Θεοῦ λαχόντας τοῦ Ῥωμαίων βασιλεύειν γένους ἐφθεγξάμην, ἃ ἐδυσώπησα, ὅσην παραίνεσιν ἐποιησάμην, ταῦτά ἐστιν· ἐπισχεῖν τῶν ἐθνῶν ἐκείνων τὴν καθ' ὑμῶν συγκίνησιν μακροθυμῆσαι, καὶ ἔτι ἐπὶ πᾶσιν οἷς ὑπέστησαν παρ' ὑμῶν ἀνιαροῖς· μηδὲ τοσοῦτον κινηθῆναι πικρίᾳ ψυχῆς καὶ ἀγανακτήσει τυχὸν εὐλόγῳ τοῦ τοσαύτην ἄμυναν πρὸς τὸ Βουλγάρων ἐπιδείξασθαι γένος, ὥστε παντὶ τρόπῳ φέρειν σπουδὴν τοῦ ἔθνη ἀθείᾳ συζῶντα συγκόπτειν ἐπιτρέψαι τοὺς ὀνόματι μὲν τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἐπικεκλημένους, ἀδελφοὺς δὲ καὶ τέκνα ὑπάρχοντας, εἰ καὶ διαβόλου ἐπινοήμασιν ὀλεθρίοις εἰς ἐχθροὺς καὶ πολεμίους κατέστησαν.

Itaque, fili dilecte, quæ cum imperatoribus nostris a Deo coronatis loquens profero, eadem nunc tecum epistolis. Respicite ad pacis bonum, respicite ad subditorum salutem, neque cædes, sanguinem, viduitates, orbitatesque anteponatis. Honestarum gratarumque rerum mementote, quæ ex pace Romanis ac Bulgaris contigere. Romani profitentur imperatores se hortationibus obtemperaturos, verba nostra accepturos, injurias oblituros, neque bellum diutius quæsituros, quanquam a vobis gravia passi sint, spemque habeant se ex iis rebus, quas a vobis injuste sunt experti, sufficientem, cœlesti imprimis justitia adjuvante, per illam ipsam quam pravam existimatis potentiam, vindictam sumpturos. Te autem supplico ut eadem mente stes, eamdem induas prudentiam, præteritaque damna satis habeas. Satis enim et plus quam satis præteritum tempus est, quo tot ista sunt discrimina Romanos inter et Bulgaros, quæ nemo sane obliviscetur. Reputa, o fili Ecclesiarum Dei, cum episcopalium, tum monasterialium eversionem, sacerdotum cædes, virginum stuprationes, illatasque monachis injurias. Num Deus ista prætermittet? Nonne, quam benignus patiensque, conversionem exspectando, ostendit, longanimitatem in iram accendet? Nonne ultionem tam cruentarum contaminationum persequetur? Quis de istis non consentiat, dummodo illi salvæ sint ratio et conscientia? Audi me, o Dei creatura, audi Patrem, qui te tuamque gentem diligit. Deus enim scit me tot

Digitized by Google

diligere, et, ut de Romanis, sic de Bulgaris dolere.

A ἐπάξει μιαιφονίας; Καὶ τίς ἂν λογικὴν σύνεσιν ἀποσώζων οὐ συνθήσεται; Ἐπάκουσον ἡμῶν, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, ἄκουσον Πατρὸς ἀγαπῶντός σε καὶ τὸ σὸν ἔθνος· ὁ Θεὸς γὰρ οἶδεν ὅτι ἀγαπῶ ὑμᾶς, καὶ ἀλγῶ καθὼς ὑπὲρ τῶν Ῥωμαίων, οὕτως καὶ ὑπὲρ Βουλγάρων.

Attamen de Romanis bonam quamdam spem habeo, cum illos considero injusta patientes, sciens Deum injuste patientibus in auxilium venire, quando ex sapientissimo judicio placet, et quandoque diutius exspectare, ut revelentur patientium injuriæ. De Bulgaris vero nullam bonam, etsi consideratam, spem habeo. Undique enim vobis fortunam favere præsumitis. Quid autem res prosperæ sine justitiæ auxilio Asiæ fuere gentes, quæ prospere ad tempus res suas gerentes, dum incrementa nova sperarent, ipsis demum bellatoriis consiliis in ruinam sunt prolapsæ, et ne ipsarum quidem nomen notum hominibus reliquere, nisi qui historias, colligunt earum memoriam quandoque revocant. Scio te, o fili dilecte scientiæ veterumque librorum studiosum ea quæ scribimus non ignorare. Igitur cum metu deprecor, ne, dum cædibus bellisque incubueritis, nihil vota vestra profecerit, maleque sit vobis. Non ita sit, neque vobis talem in finem eveniat incurrere, sed contra e medio tollantur inimici scandala, seminataque ab illo zizania. Bulgarorum gens rursus Christi pacem amplectens, a Christo Deo nostro capite unico, cujus Romani et Bulgari corpus sunt, in benignitate servata et aucta beate vitam degat.

Ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν Ῥωμαίων ἔχω τινὰς ἐλπίδας χρηστοτέρας, ἀποβλέπων ὡς ἄδικα πάσχουσι, καὶ εἰδὼς ὅτι ἀεὶ τοῖς ἀδικουμένοις Θεὸς ὑπερέχει βοηθείας χεῖρα, ὁπότε παραστῇ τῇ τούτου ὑπερσόφῳ κρίσει. Καὶ ἐνίοτε ἀναβάλλεται τὴν ὑπομονὴν, ἐκκαλύπτειν βουλόμενος τῶν πασχόντων τὰ ἄδικα. Περὶ Βουλγάρων οὐκ ἔχω τινὰ χρηστοτέραν ἐλπίδα θεωρουμένην· ἐδόξατε γὰρ εὐτυχίαν τινὰ περιβαλέσθαι. Ἀλλὰ τί τὸ εὐτύχημα, ὅταν οὐκ ἔχει στρατηγοῦσαν τὴν δικαιοσύνην; Συνέβη καὶ ἄλλα ἔθνη κατὰ καιρούς τινας εὐτυχῆσαι, καὶ ὡς ἐνόμισαν αὔξησίν
B τινα προσλαβεῖν, ἀλλὰ τῇ φιλοπολέμῳ προαιρέσει κατέστησαν εἰς τελείαν ἀπώλειαν, καὶ οὐδ' ὄνομα περιλείπεται αὐτῶν τὰ νῦν ἐν ἀνθρώποις γινωσκόμενον, πλὴν ὅσα οἱ τὰς ἱστορίας ἀναλεγόμενοι τὴν μνήμην αὐτῶν περιφέρουσιν. Οἶδα ὅτι καὶ αὐτὸς, υἱέ μου ἠγαπημένε, φιλομαθὴς ὢν καὶ τῶν παλαιῶν διερχόμενος τὰς βίβλους ἐπιγινώσκεις ἃ γράφομεν. Ἀπεύχομαι τοίνυν, φοβοῦμαι δὲ μὴ, ἐπιμενόντων ὑμῶν ταῖς σφαγαῖς καὶ τοῖς πολέμοις, ἄπρακτος ἡ εὐχὴ καταστῇ, τοῦτο καὶ ἐφ' ὑμῖν συμβήσεται. Ἀλλὰ μὴ εἴη τοῦτο, μηδὲ γένηται, μηδ' ἀπαντήσῃ Χριστιανοῖς οὖσιν ὑμῖν πρὸς τοιοῦτον καταντῆσαι τέλος, ἀλλὰ μᾶλλον ἐκ μέσου γενέσθαι τὰ σκάνδαλα ἃ ὑπέβαλεν ὁ πονηρὸς, καὶ τῆς σπορᾶς ἐκείνου τὰ ζιζάνια· καὶ τὸ Βουλγάρων ἔθνος πάλιν τὴν τοῦ Χριστοῦ εἰρήνην ἐπανελομένους ἐν εὐπαθείᾳ, ἐν εὐζωίᾳ διατελεῖν τῇ μιᾷ κεφαλῇ τῷ Χριστῷ καὶ Θεῷ ἡμῶν, οὗτινος καὶ Ῥωμαῖοι καὶ Βούλγαροι σῶμα τυγχάνουσι, καὶ φυλαττομένους καὶ αὐξανομένους.

C

XXVII. *Eidem.*

Quoties ad te, fili honorate, scribere aggredior, spes melior cor invadit benignitatem et humanitatem tuam epistola mea omnino flectendam, ad pacem inclinandam, meque finem deprecationis assecuturum. Dulci quodam sensu allicior, levato animæ dolore, qui me de communibus Romanos inter et Bulgaros ab infesto diabolo suscitatis discriminibus occupat : sicque anxietas et afflictio quasi evanescere videntur. Quando autem epistolam gloriosissimæ tuæ majestatis perlego, multiplex mihi anxietas, et in profundioribus desperationis tenebris animus curvatus. Ita sane est. Ut enim chirurgus, applicato plagæ medicamento, inflammatione autem crescente, desperat ac turbatur, sic et nos humiles, quando, consiliis Deo notis, remedium malis animarum applicantes, curas, quantas possumus, nihil proficere videmus, sed vulnera, hei mihi misero! quanta vulnera! in pejus cadere, tunc afflictione, tristitia et turba, magis quam dici potest, implemur, eo magis quod tuam, o fili a Deo honorate, præclaram intelligentiam non fama sed nostra experientia noscimus; tempus enim quo simul conversati sumus, licet breve, nobis tamen perfectum animum tuum notum fecit.

ΚΖ'. *Τῷ αὐτῷ.*

Ὁσάκις ἂν ὁρμήσω πρὸς σὲ, υἱέ μου θεοτίμητε, γράφειν, ἐλπίδες χρηστότεραι τὴν ἐμὴν περιλαμβάνουσι ψυχὴν, ὅτι πάντως τὴν σὴν ἡμερότητα καὶ φιλανθρωπίαν τὸ γράμμα παρακαλέσει, καὶ πρὸς εἰρήνην ἐκκαλέσεται, καὶ τὸ πέρας τῆς αἰτήσεως ἕξομεν, ὥσπερ τινὸς γλυκείας αἰσθάνομαι διαθέσεως, καὶ τὴν ψυχὴν ἐλαφρύνομαι τῆς ὀδύνης ἣν ἐπὶ ταῖς κοιναῖς συμφοραῖς Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων φέρω, ἃς ὁ μισάνθρωπος δαίμων εἰς μέσον αὐτῶν ἀπέρριψε, καὶ τὸ σκυθρωπὸν καὶ ἡ κατήφεια ἡ ἐπὶ τούτοις ὥσπερ δοκεῖ ἀναστέλλεσθαι. Ὅταν δὲ τὸ γράμμα τῆς σῆς μεγαλοδόξου ἀρχῆς ἀναγινώσκων διέρχωμαι, πολλαπλασιάζεταί μοι τὸ ἄλγος, καὶ βαθύτερος
D ὁ γνόφος τῆς ἀθυμίας τὴν ἐμὴν ἐπικάμπτει ψυχήν. Καὶ γὰρ οὕτως ἔχει. Ἐπεὶ καὶ ἰατρὸς φάρμακον ἐπιτιθεὶς κατὰ τραύματος, καὶ βλέπων τὴν φλεγμονὴν ἐπὶ πλέον ἀγριαινομένην, πληροῦται ἀθυμίας καὶ συγχύσεως· καὶ ἡμεῖς οὖν οἱ ταπεινοὶ, κρίμασιν οἷς ἐπίσταται ὁ Θεὸς, εἰς τὸ τὰ τῶν ψυχῶν πάθη θεραπεύειν κατασταθέντες, ἐπείπερ ὁρῶμεν τὴν κατὰ δύναμιν προσαγομένην θεραπείαν ὠφελοῦσαν οὐδὲν, ἀλλὰ τὸ τραῦμα, οἴμοι τῷ ἀθλίῳ, καὶ ἡλίκον τραῦμα, ἐπὶ τὸ χεῖρον προκόπτον, ὅλως κατηφείας καὶ σκυθρωπότητος καὶ συγχύσεως, οἴμενουν οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὅσου πληρούμεθα· μάλιστα μὲν τὴν σὴν, υἱέ μου θεοτίμητε, μεγάλην φρόνησιν, οὐ φή-

Digitized by Google

μαις, ἀλλ' αὐτῇ πείρᾳ γινώσκοντες· καὶ γὰρ ἐκεῖνος ὁ καιρὸς, καθ' ὃν ἀλλήλοις πρὸς ὁμιλίαν συνήλθομεν, εἰ καὶ ὀλίγος ἦν, ἀλλ' οὖν ἱκανὴν παρέσχεν ἡμῖν γνῶσιν τῆς σῆς τελειοτάτης φρονήσεως.

Καὶ λαμβάνει μὲν ἡμᾶς ἔκπληξις, δριμυτάτη δὲ συνέχει ὀδύνη πῶς ἄνθρωπος τοσοῦτος καὶ τηλικοῦτος, οἷον ἐγὼ καταμαθεῖν ἔσχον, οὐ μόνον ὑπὸ τῆς οἰκείας φρονήσεως τοῦ πονηροῦ δαίμονος κατανοεῖς τὴν ἐπήρειαν, καὶ μετὰ τῆς ἄνωθεν δυνάμεως τὰ ἐκείνου καταπατεῖς μηχανήματα, καὶ τὰ σκάνδαλα εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀποῤῥίπτεις, καὶ γίνῃ τῆς σοι πρεπούσης ἀρετῆς καὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς ἁγίας εἰρήνης, ἣν διὰ τοῦ σοῦ ἁγίου Πατρὸς ὁ πάντων Πατὴρ καὶ Θεὸς μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων ἐφύτευσεν. Ἀλλὰ καὶ ἡμῶν τῶν ταπεινῶν πολλάκις δυσωπησάντων, ἱκετευσάντων, ἢ καὶ, ἵν' οὕτως εἴπω, δακρύοις τὰ γράμματα γεγραφότων, εἰς τὸ μηδὲν ἐλογίσθη ὅσα μέχρι τοῦ παρόντος δυσωποῦντες ἐγράψαμεν. Καίτοι, τέκνον ἡμῶν, εἰ καί τινος τῶν ἄλλων μὲν Θεῷ ὑπουργούντων, ἐν γωνίᾳ δὲ καθημένων, τοσαύτη δυσώπησις ἐγεγόνει, οὐκ ἔστιν ἄξιον οὐδὲ πρέπον τῇ σῇ ἀρετῇ χριστιανικωτάτῃ οὔσῃ τὴν δέησιν παρὰ φαῦλον ποιεῖσθαι. Εἰ δὲ τοῦτο, σκέψαι τὸ ἡμέτερον, οὓς εἰ καὶ ἀχρείους ἔθηκεν ὁ Θεὸς λειτουργεῖν μὲν τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ, χρίειν δὲ καὶ λειτουργοὺς τῆς αὐτοῦ ὑπηρεσίας καὶ καταστάσεως. Ὡς εἶπον, ἔκπληξις ἡμᾶς ἐπὶ τούτοις κατέχει καὶ δριμυτάτη ὀδύνη.

A Equidem occupat nos stupor simulque dolor acerbissimus ex eo quod talis et tantus vir, qualem te novi, propria prudentia diaboli malignitatem non perspicias, ejus, cœlesti potentia adjuvante, machinationes non repellas, scandala non rejicias, neque refugias in dignam temetipso virtutem et in illam sanctam a principio pacem, quam per sanctum Patrem tuum Deus et Pater omnium inter Romanos et Bulgaros constituerat. Imo cum nos humiles supplicavimus et deprecati sumus, aut cum lacrymis, ut ita dicamus, ad te scripsimus, pro nihilo habita sunt quæ usque ad hunc diem supplices scripsimus. Certe quidem, se cujuslibet ex iis qui Deo serviunt et in deserto sedent, talis apud te supplicatio habita fuisset, neque dignum B fuisset, neque Christianæ virtuti congruens, ejus preces despicere. Cum res ita sint, respice ad nos, quos, licet inutiles, Deus posuit non solum sacra munera ad sanctum altare exercituros, sed etiam qui exercent uncturos. Occupat nos, ut dicimus, stupor ac dolor acerbissimus.

Ἀλλ', υἱέ μου ἠγαπημένε, φίλε πεποθημένε, στῆσον τὴν ἔκπληξιν, παῦσον τὴν ὀδύνην· δός μοι τὴν σὴν εὐσύνετον ἀκοὴν, δέξαι ῥήματα ταπεινοῦ τὰ ἀρχιερέως καὶ γέροντος Πατρὸς, καὶ ὑποτιθεμένου τὰ συμφέροντα, εἰσηγουμένου τὰ σωτήρια, καὶ ἃ δοξάσει καὶ μεγαλυνεῖ τὸ σὸν ὄνομα, καὶ ἐν τῷ παρόντι αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι μετὰ τῶν παρὰ Θεοῦ δοξαζομένων συναριθμήσει. Δός μοι τὴν σὴν ἡμερωτάτην ψυχήν· ἡμερωτάτη γάρ ἐστιν, ὅσον ἐγὼ ταύτην κατενόησα, καὶ εἰ πονηρὸς δαίμων ἐφιλονείκησεν ἀλλοιῶσαι ταύτης τὸ ἥμερον· δός μοι οὖν τὴν σὴν φιλάνθρωπον ψυχὴν, καὶ δέξαι τοὺς τῆς παρακλήσεως λόγους, οὓς ὑπὲρ Χριστοῦ παρακαλοῦντες προσάγομεν. Ὑπὲρ ἐκείνου δυσωποῦμεν, ὅτι ἐκείνου λαὸς καὶ κληρονομία Ῥωμαῖοι καὶ Βούλγαροι, καὶ τῷ τιμίῳ αὐτοῦ αἵματι ἐσφραγισμένοι τυγχάνουσιν, ὢ τῶν ἐμῶν παθημάτων· οἱ νῦν τῷ αἵματι τῆς κατ' ἀλλήλων σφαγῆς μολύνοντες ἑαυτούς· στῆσον τὸν ὄλεθρον ἑκατέρου γένους ἐν τῷ τὴν εἰρήνην ἀνακαινίσαι, ἣν ὁ ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνος κατέλυσεν· ἀνακαινισθήσεται δὲ πάντως, υἱέ μου ποθεινότατε, τῶν προτάσεων τῶν βαρυτάτων ἃς προβάλλεις πρὸς τὸ ἐπιεικέστερον μεταβαλλομένων.

Verumenimvero, o fili dilecte, o amice desiderate, terrori et luctui finem impone: accipe verba pontificis humilis senisque utilia proponentis, salutariaque suadentis, et omnia quæ nomen tuum glorificatum et auctum nominibus a Deo tempore præsenti et futuro adjicient. Converte in me tuam C quam mansuetissimam, quantum in me fuit, animam cognovi, etsi pravus angelus mansuetudinem conatus fuerit adulterare. Converte in me humanissimam animam tuam, et accipe quæ supplicia ad te in nomine Christi verba proferimus, gementes quod Romani Bulgarique ejus populus et hæreditas, sanguinis ejus pretio sigillati, ipsi nunc stent sanguine mutuæ stragis inquinati. Per te cesset gentis utriusque pernicies, renovata pace quam homicida antiquus dissolvit. Omnino autem ex novo, o fili dilecte, ista pax fiet, mitigatis gravibus conditionibus quas inclementer proponis.

Οἶδας γὰρ φρόνιμος ὢν, ὅτι ἐπὶ πάντων τῶν πρὸς μάχην καὶ φιλονεικίαν ὑπὸ τοῦ πονηροῦ διαστασιασάντων οὐκ ἔστιν ἄλλως τὴν ἔχθραν καὶ τὴν ἔριν καταπαυθῆναι, εἰ μὴ συγκαταβατικώτερον πρὸς ἑαυτοὺς συνέλθωσιν οἱ ὑπὸ τῆς ἔχθρας διαστασιάσαντες, ἐπεὶ τό γε ἀπὸ ἐξουσίας τὸ ἕτερον μέρος τοὺς οἰκείους λόγους προτείνειν καὶ τὰ αὐτῷ δοκοῦντα ζητεῖν, οὐκ οἶδεν εἰρήνην οὐδὲ ἀγάπην βραβεύειν. Φανερὸν γὰρ ὅτι ὁ ζητῶν ἀδύνατα οὐκ εἰρήνην ἐπιζητεῖ, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ ἀκατάλυτον τῇ ἔχθρᾳ προνοεῖται. Καὶ σὺ οὖν, υἱέ μου ἀγαπητὲ, ὡς τῆς εἰρήνης υἱὸς, υἱὸς γὰρ εἶ τῆς εἰρήνης, ὅτι ἐν καιρῷ τῆς εἰρήνης ἀπεγεννήθης τῷ ἁγίῳ σου Πατρὶ, ὡς

D Non enim te fugit, qui prudens es, nullam esse odium et litigationes compescendi rationem inter homines, bello et discordia, instigante diabolo, adversantes, nisi inter se flexiore animo conveniant qui odio dissenserunt; altera enim ex duabus partibus, quæ ex voluntate opinionem suam solummodo prætendit, et sibi soli convenientia expetit, nescit pacem et amicitiam restituere. Qui impossibilia expetit non pacem quærit, sed potius incessabile odium mente præoccupat. Tu igitur, o fili dilecte, ut pacis filius, qui tempore pacis patri tuo natus, a Christo universæ pacis donatore, initium tui generis quodam modo cepisti,

Digitized by Google

si pacem exoptes propone pacifica, et damni quod a Romanis passus es compensationes repete, quales ego sane dixi, scilicet auri, argenti, aut aliarum rerum stipendium, aut fortasse fundi terrestris cessionem, at non impossibilia, ut protulisti. Neque enim concedetur urbis introitus, neque altera res quam petis. Totius occidentalis regionis dominium Romanorum est. Itaque ista mittens, quæ fieri possunt propone, et tibi utilitati erunt quæ Dei voluntate obtigerunt, nulli antea qui te præcesserunt neque tibi ipsi usque adhuc unquam a Romanis concessa. Concedent tamen imperatores et senatus libenter consilio unanimi; et, Deo favente, Romani ac Bulgari denuo vinculo pacis constringentur. In fugam Satanas vertetur; gaudebit Christus Deus noster et quotquot ejus partes tenent, priscaque fortuna ac felicitas Romanos inter et Bulgaros increscet.

παρὰ Χριστοῦ τοῦ τὴν εἰρήνην δωρησαμένου τῷ κόσμῳ τὴν ἀρχὴν τοῦ οἰκείου ἔθνους λαβών, τὰ τῆς εἰρήνης ἐπιζητῶν, εἰρηνικὰς προτείνου καὶ τὰς ὑπὲρ ὧν ἔπταισαν εἰς σὲ Ῥωμαῖοι ἀποτίσεις· λέγομεν δὲ οἷα καὶ πάλαι προεγράφη, χρυσίου συνεισφορὰν, ἀργύρου, χρημάτων ἄλλων, τυχὸν καὶ μέρους τινὸς γῆς ἀποκλήρωσιν, καὶ μὴ τοσαῦτα οἷα προβάλλεις ἀδύνατα. Καὶ γὰρ οὔτε ἡ εἰς τὴν πόλιν εἴσοδος ἀνεκτὴ, οὔτε τὸ ἕτερον ὅπερ λέγεις· τῆς πάσης Δύσεως ἡ κυριότης τῇ Ῥωμαϊκῇ βασιλείᾳ τυγχάνει. Ὥστε ταῦτα καταλιπὼν, τὰ δυνατὰ προβαλοῦ, καὶ ἃ σὺν Θεῷ καὶ σὲ θεραπεύσει, πάντως γὰρ θεραπεύσει, ἐκεῖνά σοι προσγενόμενα· ἃ μήτε οἱ πρὸ σοῦ τὴν Ῥωμαϊκὴν βασιλείαν ἔσχον ὑποτελοῦσαν, μήτε ὑμεῖς μέχρι τοῦ παρόντος καιροῦ τοιαῦτα κέρδη ἐγνωρίσατε. Παρέξουσι δὲ καὶ οἱ τὸ βασιλεύειν λαχόντες καὶ ἡ τούτων σύγκλητος χωρὶς βαρύτητος καὶ ὅλῃ προαιρέσει· καὶ σὺν Θεῷ τῆς ἁγίας εἰρήνης τὰ δεσμὰ πάλιν συνάψουσι Βούλγαροι καὶ Ῥωμαῖοι· καὶ γενήσεται ὁ Σατανᾶς μὲν ἐκποδὼν, εὐφρανθήσεται δὲ ὁ Χριστὸς καὶ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ὅσοι τῆς ἐκείνου μερίδος καὶ ἡ ἐξ ἀρχῆς εὐδαιμονία καὶ γλυκεῖα κατάστασις πάλιν μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων πλατυνθήσεται.

In litteris nuper missis, et in illis quas prius scripsisti, petis quosdam mitti, qui tecum de pace consulant. Hoc proposito missus est, Dei gratia, vir quidam prudente valentique ingenio, custos supellectilium templi de Blachernis, in honorem Matris Dei et Dominæ nostræ erecti. Ei benigne excepto quæ velis significa; et, postquam reversus fuerit, si humanus mitisque tuus animus totus ad bona pacis respexerit, mittentur viri in Ecclesia et republica præcipui, per quos verba ad aliquid firmi certique adducentur. Christus autem, Deus noster, cui ut scio, servire semper in animo habes, cœlestis ejus gloriæ exoptans hæres fieri · nihil enim terrena gloria nisi flos herbaceus, meditationibus tuis pacifica inspiret et inducet. Christus enim propter pacem purum suum sanguinem effudit, cæteraque tormenta passus est, ut diaboli, qui odii pater est, imperium aboleret.

Περιεῖχε δὲ καὶ τὸ νῦν ἀποσταλὲν γράμμα σου, τέκνον ἡμῶν, καὶ πρὸ τούτου ἕτερα γράμματα, ὡς ἀποσταλῆναί τινας οἳ περὶ τῆς εἰρήνης συνομιλήσουσιν ὑμῖν· καὶ ἀπεστάλη ἐπὶ τούτῳ ἄνθρωπος θείᾳ χάριτι καὶ συζῶν εὐλαβείᾳ καὶ ἀρετῇ, καὶ τῆς Θεομήτορος καὶ Δεσποίνης ἡμῶν τοῦ ἐν Βλαχέρναις ναοῦ σκευοφύλαξ, ὃν ὑποδεχόμενος τὰ δοκοῦντά σοι γνώρισον· καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου ἐπαναστροφὴν, εἴ γε ἡ σὴ ἀγαθὴ καὶ ἥμερος ψυχὴ πρὸς τὸ καλὸν τῆς εἰρήνης ὅλῃ ψυχῇ ἀποβλέψει, ἀποσταλήσονται καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἄνθρωποι καὶ τῆς πολιτείας τῶν προκρίτων, δι' ὧν οἱ λόγοι τὸ βέβαιον καὶ πάγιον λήψονται. Εἴη δὲ Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὃν οἶδα ὅτι θεραπεύειν γνώμην ἀδιάλειπτον ἔχεις, ὡς τῆς ἐκείνου δόξης ἐφιέμενος ἐκεῖθεν κληρονόμος γενέσθαι, ἡ γὰρ παροῦσα δόξα ἄνθος χόρτου, ἐκεῖνα ἐμπνέων, ἐκεῖνα εἰς λογισμούς σου φέρων, ὅσα τὴν εἰρήνην βραβεύσει· ὑπὲρ ἧς τὸ ἄχραντον αὐτοῦ αἷμα κἀκεῖνος ἐξέχεε, καὶ τὰ λοιπὰ ὑπέστη πάθη, δι' ὧν τὸν πατέρα τῆς ἔχθρας κατήργησε τὸν διάβολον.

XXVIII. *Eidem.*

Rursus ad filium dilectum scribimus, licet parum docilem. Amoris enim parentibus a natis debiti rationem habemus, tuæque erga nos despicientiæ ignoscimus. Scribimus autem tum proprio motu, tum et sanctissimi Papæ consilio, fratris et comministri nostri. Qui omnium in clamoribus propter miserum Bulgaros inter atque Romanos rerum statum sublatis, suis quidem oculis non vidit ingentes calamitates, captivitatem, incendia, ecclesiarum vastationem, virginum deflorationem, viduas, orphanos; sed vulnus acerbum in corde gerens, viros sauctos

ΚΗ'. *Τῷ αὐτῷ.*

Πάλιν γράφομεν πρὸς υἱὸν ἀγαπώμενον παρ' ἡμῶν, εἰ καὶ παραλογιζόμεθα ὑπὸ τοῦ υἱοῦ, ἀλλὰ γράφομεν πρὸς τὴν ἀγάπην μᾶλλον τὴν κεχρεωστημένην τοῖς πατράσι πρὸς τὰ τέκνα ἀποβλέποντες, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸν σὸν παραλογισμὸν, ὃν ποιῇ πρὸς ἡμᾶς· γράφομεν δὲ τὸ μέν τι κινούμενοι ἐξ ἑαυτῶν, τὸ δέ τι καὶ παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα (1) τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν καὶ συλλειτουργοῦ. Οὗτος γὰρ, ἐπειδὴ πρὸς πᾶσαν ἐξηπλώθη τὴν γῆν καὶ πανταχοῦ λαλεῖται τὰ μεταξὺ Βουλγάρων καὶ Ῥωμαίων ἐλεεινὰ πράγματα, καίτοι μὴ θεασάμενος τοῖς

(1) Erat hic Johannes X, papa. Exstat autem, non sine varietatibus, epistolæ hujus pars apud Baronium ad an. CMXVII, cui tradita fuit ex codice Lollini bellunensis episcopi, ubi hoc loco sequitur ᾧ ἀπειθεῖν ἀθέμιτον κρίνομεν, *cui minime obtemperare nefas est :* quæ verba cum recens codicis nostri scriptor schismaticus ferre non posset, substituit titulos *fratris et comministri nostri ;* qua fide, nemo non videt.

Digitized by Google

ὀφθαλμοῖς τὴν τοσαύτην συμφορὰν, τὴν αἰχμαλωσίαν, A τὴν πυρκαϊὰν, τὴν ἀπώλειαν τῶν ἐκκλησιῶν, τὴν διαφθορὰν τῶν παρθένων, τὴν χηρείαν, τὴν ὀρφανίαν, μὴ θεασάμενος ταῦτα, ἀλλ' ἀπὸ μόνης τῆς ἀκοῆς ὀξεῖαν φέρων ἐν τῇ καρδίᾳ τὴν πληγὴν, καὶ μὴ δυνάμενος τὰς δριμείας ὑποφέρειν ὀδύνας, ἀπέστειλεν ἱεροὺς αὐτοῦ ἀνθρώπους ἀρχιερεῖς κατὰ πάντα Θεῷ εὐαρέστους, τὸν μὲν πρῶτον ὑπάρχοντα τῶν ἑαυτοῦ ἐπισκόπων. Θεοφύλακτος δὲ οὗτος καλεῖται· ἕτερον δὲ καὶ αὐτὸν ἐπίσκοπον οὐ πολὺ τῆς ἐκείνου λειπόμενον τάξεως, Κάρος καὶ οὗτος καλεῖται. Ἀλλὰ γὰρ τούτους ἐπέστειλε πρὸς σὲ γράμμα κομίζοντας, οὗ ὁ σκοπὸς καὶ ἡ σπουδὴ τὰ χαλεπὰ ταῦτα τὰ μεταξὺ Βουλγάρων καὶ Ῥωμαίων ἐκ μέσου γενέσθαι, καὶ τὸν πατέρα τῶν κακῶν διάβολον καταισχυνθῆναι, εἰρήνην δὲ βραβευθῆναι, ἣν ἐχαρίσατο B τοῖς ἐπικεκλημένοις τῷ τοῦ Χριστοῦ ὀνόματι αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἡμῶν, ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν εἰρήνη, ὁ τῆς ἔχθρας καθαιρέτης καὶ τῷ συνδέσμῳ τῆς ἀγάπης συνδεδεμένους εἶναι βουλόμενος, τοὺς ἐκεῖνον ὁμολογοῦντας Δεσπότην καὶ Κύριον. Ἀλλ' ὅπερ εἶπον οὕτως ἐκ μόνης τῆς ἀκοῆς πεπληγμένος τὴν καρδίαν, ὁ τῶν Ῥωμαίων ἁγιώτατος ἀρχιερεὺς, καὶ πάντες οἱ τελοῦντες ὑπ' αὐτὸν ὑποχείριοι, ἀπέστειλαν πρὸς ἡμᾶς γράψαντες καὶ ἡμῖν τούτους παντὶ τρόπῳ δι' ἡμῶν ἐκπεμφθῆναι πρὸς Βουλγαρίαν, ἐλπίζοντες ὡς πάντως πεισθήσῃ ἢ τῇ ἐκείνων παραινέσει, ἢ τῷ δεσμῷ. Παρεκελεύσατο γὰρ καὶ τοῦτο τοῖς ἑαυτοῦ ἀποστόλοις ὁ ἁγιώτατος Πάπας, ἵνα ἐάν περ πρὸς τὴν παραίνεσιν κλείσῃς τὰ ὦτα, δεσμῷ ἀλύτῳ σε τοῦ ἁγίου Πνεύ- C ματος συνδεσμήσωσι. Τούτους οὖν ἐπὶ τούτῳ πρὸς σὲ ἀπεσταλμένους, ἐβουλήθημεν καὶ ἡμεῖς πρὸς σὲ ἀποστεῖλαι· ἀλλ' ἐκεῖνο ἐνθυμηθέντες, ὡς οὐκ οἶδα πόθεν, τέκνον ἠγαπημένον, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο ποιεῖν διέγνως οὐ καλῶς, τὸ τοὺς ἀποκρισιαρίους κατέχειν, ὅπερ ἐν οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν οὐδ' ἐν τοῖς ἀπίστοις ὁρᾶται γινόμενον, ὑπεστάλημεν ὥστε μὴ τοὺς ἄνδρας μετὰ τῆς ἄλλης ταλαιπωρίας, ἣν ὑπέστησαν τοσοῦτον μῆκος ὁδοῦ ἐκπονήσαντες, καὶ εἰς τὴν παρὰ σοῦ στενοχωρίαν καὶ κάκωσιν ἐμπεσεῖν. Διὰ τοῦτο τὸ μὲν γραφὲν πρὸς σὲ γράμμα παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα ἐξεπέμφθη· τῶν δὲ ἀνθρώπων φεισάμενοι τῆς κακώσεως, ἵνα μὴ λέγω τοῦ θανάτου, τῆς πρὸς σὲ ἀφίξεως ἐπέσχομεν αὐ- D τούς. Τί οὖν φημι, τέκνον ἡμῶν; Σκόπει καὶ μὴ βουληθῇς ὥσπερ ἡμῶν καταφρονῆσαι, οὕτω καὶ τοῦ νῦν πρὸς σὲ γράψαντος τοῦ Ῥωμαίων ἀρχιερέως. Ἀλλ' εἰ καὶ ἡμᾶς ἐν οὐδενὶ ἔθου καὶ τὰς ἡμετέρας παραινέσεις, τίμησον ἐκείνου τὴν νουθεσίαν, μή ποτε ἀτιμαζομένου αὐτοῦ, οἰκείαν οἱ κορυφαῖοι ἀπόστολοι τὴν ἀτιμίαν ποιησάμενοι, ὡς ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ τούτοις ἐξυπηρετουμένου, δριμὺ ἐπιβλέψωσιν ἐπὶ σέ· καὶ οὐκ οἶδα εἰ δυνηθήσῃ τὴν δριμύτητα ὑποστῆναι. Ἀναλόγισαι Πέτρον, ὅπως Ἀνανίαν καὶ τὴν ἐκείνου σύζυγον τῷ θανάτῳ παρέδωκεν ἐκ μόνης ἀγανακτήσεως· ἐνθυμήθητι Παῦλον, ὅπως

A Deoque acceptos, inter quos episcoporum suorum principem, Theophylactum nomine, et Carum illi supparem quoad dignitatem, ad mala lenienda misit. Et delegavit quidem hos viros ad te cum litteris suasoriis ut dissidiis Bulgaros inter et Romanos finis imponeretur; omnium porro malorum pater, diabolus confunderetur; pax denique restitueretur, quam Christus ipse impertiit nomen sibi dantibus; pacem, inquam, quæ omnem rationem superat. Christus namque inimicitias destruendo eos qui ipsum Dominum confitentur amoris inter se vinculo usque adunari satagit. Sed, ut diximus, sanctissimus Romanorum episcopus et ei subditi presbyteri rebus hisce per solam famam perceptis, cum animi tristitia ad nos scripserunt monentes ut B illi viri ad Bulgaros mitterentur, id sperantes, te tum ipsorum exhortationi, tum amicitiæ intercedentis voci audientem fore. Id enim sanctissimus Papa legatis suis impertivit, ut te, ubi insinuationi aures non præbueris, Spiritus sancti indissolubili vinculo perstringerent. Hos eosdem itaque viros ad te quoque mittere nobis in animo fuit quamvis metueremus ne, rebus perperam judicatis, apocrisiarios minus bene tractes, id quod est plane contra jus gentium vel infidelium. Ægre enim prorsus ferremus, si dignis illis viris post iter difficulter effectum, rerum angustia pressis cruciatus subeundi forent. Hanc etiam ob causam epistola tibi ab ipso Papa missa fuit; viros C ipsos apud nos retinuimus metuentes ne injuriarum, imo mortis ipsius discrimen subirent. Quid plura? Id age, mi fili, ne Papam, ut nos, flocci facias. Quod si nos ipsos pro nihilo habes et exhortationes nostras tergiversaris, at illius saltem consiliis attende. Ubi enim Papæ auctoritas spernitur, metuendum est ne summi apostoli, Papæ nomine sese offensos arbitrantes, iniquis te oculis aspiciant, tuque ipse turpiter occumbas. Ante oculos pone[1] Petrum qui Ananiam ejusque uxorem, ira concitus, morte multavit. In mentem revoca Paulum[2] qui Elymæ magi oculos occæcavit, quod Apostolo infensus esse videbatur. Hæc quidem animo considera, mi fili, neque id committas, ut Papæ æque ac nostras admonitiones ventis tradas; quod D eo minus facies, quia ut didicimus, magni facis principes sanctos Apostolorum; quos si reapse veneraris, eum utique veneraberis, qui istorum sedem occupat. Hæc autem scribimus, et Romæ mentionem facimus ob legatos ad te mittendos. Probe etiam scimus per Dei gratiam, quod si ob quartas nuptias scandalum in Ecclesia surrexerit, viri sancti in omni humilitate anathemate id propulsarunt. Quodcunque enim sanatione opus habebat, sanatum fuit. Cæterum sacris operam damus mysteriis, et communionis eorum ac sanctificationis participamus, unde Romanæ quoque et Con-

[1] Act. v. [2] Act. XIII.

Digitized by Google

stantinopolitanæ Ecclesiæ unio speranda est. Hæc A ad te scripsimus, ut et ipse, sicut nos, de statu ecclesiarum gaudeas. Persuasum enim habemus, te utpote Christi fidelem de bono Ecclesiæ statu lætari, nulla habita ratione perturbationum quæ, diabolo operante, inter Bulgaros ac Romanos intercedunt.

Ἐλύμα τοῦ μάγου τοὺς ὀφθαλμοὺς ἠμαύρωσεν, ἐπειδὴ μόνον ἔδοξεν ὁ ταλαίπωρος ἐκεῖνος πρὸς ἐναντιότητα φέρεσθαι τοῦ Ἀποστόλου. Ταῦτα οὖν ἐνθυμήθητι, τέκνον ἡμῶν, καὶ πάλιν φημὶ, καὶ φρίκην καὶ φόβον ἀναλαβοῦ εἰς τὸ καθὼς ἡμᾶς, οὕτω καὶ τοῦ Πάπα τὴν διδασκαλίαν παραλογίσασθαι· μάλιστα ὅτι καὶ αὐτὸς σὺ ὥς γε μανθάνομεν περὶ πολλοῦ ποιῇ τοῦ τιμᾷν τοὺς ἁγίους καὶ κορυφαίους τῶν μαθητῶν, οὓς εἰ ἀληθῶς τιμᾷς, πάντως οὐκ ἀτιμάσεις τὸν ἐν τῷ θρόνῳ τούτων καθήμενον. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν γράφομεν περὶ τῶν Ῥωμαίων ἕνεκα τῆς πρὸς σὲ ἀποστολῆς. Γνωρίζομεν δέ σοι καὶ τοῦτο, ὅτι χάριτι Θεοῦ τὰ ἐνταῦθα καταλαβόντες, εἴ τι σκάνδαλον ἐκ τοῦ τετάρτου γάμου ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ συμβέβηκε, τοῦτο μετὰ τῆς ἡμῶν ταπεινότητος τῷ ἀναθέματι παραδεδώκασι (1), καὶ πάντα ὅσα ἐδεῖτο θεραπείας, ἔτυχε τῆς ὀφειλομένης ἰάσεως, καὶ λοιπὸν κοινῇ τοῖς ἀχράντοις ὑπηρετήσαμεν μυστηρίοις, καὶ τῆς κοινωνίας αὐτῶν μετέσχομεν καὶ τοῦ ἁγιασμοῦ, καὶ γέγονε λοιπὸν ἡ Ῥωμαίων καὶ ἡ Κωνσταντινουπολιτῶν Ἐκκλησία μιᾶς συμπνοίας καὶ ὁμονοίας. Ἐγράψαμεν οὖν καὶ περὶ τούτου, τοῦ μὲν ἵνα καὶ αὐτὸς χαίρειν ἔχῃς, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς, ἐπὶ τῇ καταστάσει τῶν ἐκκλησιῶν. Οἶδα γὰρ ὅτι περ εἰ καὶ ὁ Σατανᾶς τὰ ἄλλα κακῶς διέθηκε μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων, ἀλλ' ὅμως ὡς τοῦ Χριστοῦ λατρευτὴς, χαίρεις ἐπὶ τῇ καταστάσει τῆς αὐτοῦ Ἐκκλησίας (2).

Illud miror, o fili, quod tanta prudentia præ- B stans rem tua prudentia indignam facias. Recepta ab illis qui Dei providentia imperium tenent epistola, eis non respondes, sed senatui, quod sane insuetum, audituque indecorum, in te vituperium ne suscitaret. Quis enim homo inter omnes epistolam ab imperante accipiens, eum negligit, scribitque ad illos qui sub ejus potestate sunt? Quis unquam regem negligens cui potestas approbandi aut improbandi quæ dicta sunt, cum ministris ejus communicat, et ab illis opinionem sciscitare non dedignatur? Ubinam gentium illud factum fuisse audisti? Illud rationi sane absonum nusquam usque adhuc evenit, neque est qui audiens sic cogitantem non condemnet. Abjice ergo, o fili, tale propositum, quod jocantis est, non viri serii. Si C vero, Deo afflante, meditando ductus sis ad damnanda abhorrendaque ea quæ patrasti, scilicet cædes, urbium incendia, cæterasque vastationes, et ad bona pacis advertas, scribe ad eos qui a Deo tenent imperium populique curam; et, si videtur, locum indica in quem convenient qui de pace consulent.

Ἐκεῖνο δὲ θαυμάζω, τέκνον ἡμῶν, πῶς, τοσαύτῃ συνέσει διαπρέπων, πρᾶγμα ποιεῖς ἀνάξιον τῆς σῆς συνέσεως. Δεχόμενος γὰρ γράμμα παρὰ τῶν λαχόντων ἐκ Θεοῦ βασιλεύειν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ λαοῦ, ἀντιγράφεις οὐ πρὸς ἐκείνους, ἀλλὰ πρὸς τὴν σύγκλητον, ὃ καὶ παράδοξον ἀκοῦσαι καὶ ἀπρεπὲς, καὶ σὲ εἰς μέμψιν ἐμβάλλον. Τίς γάρ ποτε τῶν πάντων ἀνθρώπων, ἐκ τοῦ λαχόντος ἄρχειν γράμμα δεχόμενος, ἐκεῖνον μὲν καταλείπει, γράφει δὲ πρὸς τοὺς ὑπὸ χεῖρα τελοῦντας; Τίς ποτε, τὸν δεσπότην ἀφεὶς, ὃς κύριος ὑπάρχει περὶ τῶν λεγομένων καὶ κατανεύειν καὶ μὴ, τοῖς δούλοις διαλέγεται, καὶ παρ' ἐκείνων ἀξιοῖ γνώμην λαμβάνειν; Ποῦ τοῦτο γινόμενον ἤκουσας ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις; Οὐ γέγονε μέχρι καὶ νῦν οὐδαμοῦ τὸ παράλογον τοῦτο, οὐδ' ἔστιν ὃς, τοῦτο ἀκούσας, οὐχὶ πολλὴν κατάγνωσιν κατὰ τοῦ τοιαῦτα φρονοῦντος ποιήσεται. Κατάλιπε οὖν, τέκνον ἡμῶν, τὴν τοιαύτην ἐπίνοιαν· οὐ γάρ ἐστι σπουδαζόντων, ἀλλὰ παιζόντων. Καὶ σὺ οὖν, εἴ γε λαβὼν θεόθεν διάνοιαν εἰς κατάγνωσιν ἦλθες καὶ μεταμέλειαν τῶν παρὰ σοῦ γενομένων, τῶν φόνων, τῶν πυρπολήσεων, τῆς ἄλλης ἐρημώσεως, καὶ τὰ τῆς εἰρήνης φρονεῖς ἀληθῶς, γράφε πρὸς τοὺς λαβόντας παρὰ Θεοῦ καὶ τὴν βασιλείαν καὶ τὴν πρόνοιαν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ· καὶ εἴ γε τοῦτο δοκεῖ, καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ συναφθήσονται οἱ τὰ τῆς εἰρήνης συνθησόμενοι.

Et si tu ipse convenire velis, declara. Et ego humilis, etsi senex ac debilis, nihilominus ad te congrediar cum proceribus quos nostri amantes D Christum imperatoris delegabunt. Sic age, si vere, bella et cædes oderis, si pacis desiderio teneari. Sin contra quæ scribis non viri vere solliciti sunt, neque pacem appetentis, sed vanæ allegationes et verba ad jocum expressa, potius est in silentio manere, nec talia scribere, neque nos ad vana vanis scriptis rescribenda provocare. Cæterum te validum Christus Deus noster custodiat, eoque

Καὶ εἰ μὲν αὐτὸς βούλει διὰ σεαυτοῦ παραγενέσθαι, καὶ τοῦτο ποίησον δῆλον· ὥστε καὶ ἐμὴν ταπεινότητα, εἰ καὶ γέρων καὶ ἀσθενὴς, ἀλλ' ὅμως ὑπεριδεῖν τούτων καὶ πρὸς σὲ παραγενέσθαι, μεθ' ὧν ἂν δοκιμάσωσι προκρίτων τῆς πολιτείας οἱ φιλόχριστοι βασιλεῖς ἡμῶν. Τοῦτο ποίησον, εἰ ἀληθῶς μεμίσηκας πολέμους καὶ τὰς σφαγὰς, καὶ τῆς εἰρήνης ἐν ἐπιθυμίᾳ κατέστης. Εἰ δ' ἃ γράφεις οὐκ ἔστι σπουδάζοντος, οὐδὲ τὴν εἰρήνην ἐπιζητοῦντος, ἀλλὰ προφάσεις καὶ λόγοι παιδιᾷ μεμιγμένοι, κρεῖττόν ἐστι σιωπὴν κτήσασθαι, καὶ μήτε γράφειν

(1) Deerant verba a τοῦτο ad παραδεδώκασι in exemplari quo usus fuit Baronius. Num hæc item sunt addita a librario Græco ut damnatas a Romana quoque Ecclesia quartas nuptias falso affirmaret?

(2) Hactenus apud Baronium.

Digitized by Google

τοιαῦτα, μήτε ἀντὶ ματαιολογίας παρ' ὑμῶν γραφομένης, ἀντιγράφεσθαί σοι ματαιολογίας ἐπιζητεῖν. Τὰ δ' ἄλλα ἐῤῥωμένον σε διαφυλάξοι Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, πλέον ἐπεκτείνων τὴν χεῖρα εἰς βοήθειαν τοῦ καλῶς τὸν βίον περάσαι καὶ ἀκατακρίτως, ὅσῳ πλέον ὑμῖν τὸ φορτίον τῶν κοσμικῶν πραγμάτων ἐπέθηκε, καὶ μὴ συγχωρήσοι τῷ τούτων βάρει τοῦ νοῦ χαλασθῆναι τὸ ἔντονον, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς ἀπρεπῆ πράγματα ἐξενεχθῆναι, ὅπερ ὡς τὰ πολλὰ συμβαίνει τοῖς τὰς ἀρχὰς διέπουσι, καὶ δυναστείαν κοσμικὴν καὶ ἐξουσίαν ἐγκεχειρισμένοις.

A magis extendat, succurrendi causa, manum, quo gravius mundanorum negotiorum onus imposuit, neque permittat vim tui animi isto onere flecti, sicque ad indecora deferri, quod sæpius accidit illis qui imperiis præsunt, et quibus in hoc mundo potestas auctoritasque fuere commissæ.

ΚΘ'. Τῷ αὐτῷ.

Ἐσιωπήσαμεν, τέκνον ἡμῶν πεποθημένον, χρόνον ἱκανὸν, καὶ συνεστάλημεν τοῦ πρὸς ὑμᾶς γράφειν, τοῦτο μὲν βαρείᾳ πιεζόμενοι θλίψει, ὅτι ἐκ τῶν συχνῶν γραμμάτων, ὧν προεγράψαμεν οὐδεμίαν εἴδομεν ὠφέλειαν ἀπαντήσασαν, τοῦτο δὲ καὶ πρὸς τὸν τοῦ Θεοῦ τὸν τῆς εἰρήνης αἴτιον καὶ χορηγὸν τὰς ταπεινὰς ἡμῶν δεήσεις ἀνατεθεικότες καὶ πρὸς μόνην τὴν παρ' ἐκείνου ἀφορῶντες εὐμένειαν, καὶ τὴν σωτηριώδη πρόνοιαν, ἥτις ἐπ' οὐδενὶ ἄλλῳ, ὅσον ἐπὶ τῇ τοῦ κόσμου θεραπεύεται εἰρήνῃ. Νῦν δὲ, τέκνον ἡμῶν, ἐπειδὴ ὥσπερ τὸ πολὺ βάρος ἐκεῖνο τῆς θλίψεως ἐκ τῆς καρδίας ἡμῶν ἀπογεγενημένον ᾐσθόμεθα, καὶ πρὸς ἐλπίδας ἀγαθὰς κατέστημεν, καὶ εἴη μὴ διαψευσθῆναι ἡμᾶς τῆς ἄνωθεν εὐδοκίας; τοῦτο προμηθουμένης, πάλιν ἐπὶ τὸ γράφειν πρὸς τὴν ὑμῶν μεγαλόδοξον ὡρμήσαμεν τιμιότητα, τέκνον ἡμῶν, υἱέ μου ἀγαπητέ· ἀγαπῶμεν γάρ σε, καὶ σὺ τὸν πατέρα οὐκ ἀγαπᾷς· εἰ γὰρ ἠγάπας, ἤκουσας ἂν παραινέσεως πατρικῆς. Ἀλλὰ, τέκνον μου ἠγαπημένον, μέχρι τίνος οὕτω διακεισόμεθα, λυποῦντες μὲν Θεὸν, ἐφ' οἷς ὄλεθρον προξενοῦμεν τῇ ἁγίᾳ τούτου κληρονομίᾳ, εἰς ὄνειδος δὲ ἑαυτῶν, ὅτι χρόνον ἐπὶ τοσοῦτον ταῖς κατ' ἀλλήλων σφαγαῖς Χριστιανοὶ μολύνονται, οὐκ ἐννοήσαμεν τὸ φοβερὸν κριτήριον τοῦ Θεοῦ;

XXIX. *Eidem.*

Satis siluimus, o fili desiderate, et a scribendo abstinuimus, gravius dolentes quod ex frequentibus quas ad te scripsimus litteris nullam B procedere utilitatem videremus, simulque ad Filium Dei, pacis auctorem et magistrum humiliter nostras preces extollentes respectu solo illius benevolentiæ, salutarisque providentiæ, quæ nihil æque ac pacem mundi curat. Nunc autem, o fili, quoniam majorem gravis oneris partem evanuisse sentimus, et ad spem bonam rediimus, utinam in errorem, cœlesti benignitate adjuvante, non simus inducti! Denuo ad magnificum tuum honorem scribere suscipimus, o fili, fili mi dilecte. Te enim diligimus, qui patrem non diligis. Si enim diligeres, paternas adhortationes audivisses. Sed, li mi dilecte, quousque tales erimus, Deum contristantes malis, quibus perniciem, cum nostro dedecore, sanctæ ejus hæreditati afferimus? Nos enim, C quanto ex tempore Christiani sese mutuis cædibus fœdant, ne judicium quidem Dei metuendum recogitavimus.

Οἶδα ὅτι, ἐὰν βούλῃ, οὐδενὸς τῶν ἐπὶ φρονήσει διαβοωμένων τὸ τοῦ Κριτοῦ γινώσκεις κατάκριμα. Ἕως πότε προστίθεμεν κακὰ τοῖς κακοῖς; Ἕως τίνος παραχωρήσομεν κατορχεῖσθαι τῷ διαβόλῳ ταῖς τῶν Χριστιανῶν κατ' ἀλλήλων σφαγαῖς; Ἐνθυμήθητι, τέκνον ἡμῶν, ὅτι τάχα καὶ τῆς ζωῆς ἡμῶν ὁ χρόνος παρήλασε, καὶ ἴσως οὐ μακρὰ προθεσμία τοῦ διαλυθῆναι τὴν ψυχὴν ἐκ τοῦ σώματος. Εἶτα μετὰ ποίας ἀπαίρομεν συνειδήσεως ἐκ τῆς παρούσης ζωῆς, ἐὰν τοῦτο συμβῇ οἷα τὰ ἀνθρώπινα; Κἂν ἐλπίδες ἀπατῶσι πολλάκις μάταιαι, ὅτι προσμενοῦμεν ἐπὶ πλεῖον τῇ παρούσῃ ζωῇ· τί ἐροῦμεν τότε; Τί διανοηθῶμεν, ὅτε στενὸς ὁ καιρὸς, καὶ οἱ τὴν ψυχὴν ἀπαιτοῦντες ἄγγελοι ἐφεστήκασιν, ὅτι οὐ μόνον ζῶντες ἐπράξαμεν, οἷα ἐπράξαμεν; Οἶδας δὲ πάντως οἷα ἐπράχθη, ὅση Βουλγάρων καὶ Ῥωμαίων ἀπώλεια, τῶν υἱοθετηθέντων Θεῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος· ὅση τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ ἐρημία, καὶ τῆς ἐκείνου δοξολογίας καὶ τῶν τελουμένων μυστηρίων εἰς ἀποκάθαρσιν τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, οἴμοι τῶν ἐμῶν παθῶν τὸ βαρύτατον, ἀφανισμὸς καὶ ἀπόπαυσις. Ἀναλογίζου μοι τῶν μοναστηρίων τὴν ἀπώλειαν, τῶν ἐπισκοπείων τὴν ἐξολόθρευσιν, τῶν

Concedo, si velis, te ullum ex consiliis quæ circa conscientiam tuam volutantur a supremo judice improbari ignoravisse. Sed quousque malis mala congeremus? Quousque diabolo dabimus mutuis Christianorum cædibus exsultare? Recogita, o fili, tempus vitæ nostræ celeriter effluere, ac non multum abesse diem quo statutum est animam nostram corpus relinquere. — Et tunc quali conscientia D ex hac vita cedemus, si res, ut solet, accidat, quanquam vana spe illudamur, nos dies longos vitæ habituros? Quid dicemus, quid mente volvemus, cum nos hora stringet, angelique animam reposcentes (non modo quæ viventes fecerimus exquirent, sed qualia*)? Sed non te fugit qualia facta fuerint, quanta Romanorum et Bulgarorum interemptio, quos Deus per baptisma adoptaverat, quæ ecclesiarum vastatio, hymni ipsum glorificantes suppressi, mysteriaque jam non in peccatorum nostrorum remissionem celebrata. Supputa mecum monasteria destructa, episcopales domos eversas, desolatasque alias, quotquot in regione stabant, ecclesias, atque exstinctum cultum, qui in illis ad gloriam Dei fuerat institutus. Alia præ-

Digitized by Google

termitto, scilicet virginum stuprationem, debitam monachis amotam reverentiam, sacrumque sacerdotum Dei ordinem captivitate, ut solet, humanæ institutionis instar, in contemptionem dejectum : Quæ omnia scandala quasi non satis fuissent ad contristandum Christum Deum nostrum, etiam, te mortuo, sine spe reparationis persistent. Juventus jam tua evasit : atqui ipsis juvenibus spes vivendi incerta. Sed, cum, juventute elapsa, ad sexagesimum annum accedimus, tu enim accedis, aut saltem non multum ab eo distas, quid est reputandum ? Ad septuagesimum rari perveniunt ; nam sæpissime videmus humanum genus citra vitæ terminos finire.

A ἄλλων ὅσαι κατὰ χώρας ὑπῆρχον ἐκκλησίαι, καὶ τῆς ἐν αὐταῖς γινομένης εἰς δόξαν Θεοῦ λατρείας τὴν ἐξερήμωσιν. Ἐῶ τὰ ἄλλα, τὴν φθορὰν τῶν παρθένων, τῆς ὀφειλομένης μονάζουσιν εὐλαβείας τὴν ἔκπτωσιν, τῶν ἱερέων τοῦ Θεοῦ τὴν, ὡς εἰκὸς διὰ τὴν αἰχμαλωσίαν, οἷα τὰ ἀνθρώπινα, τῆς ἱερατικῆς τάξεως καταφρόνησιν· καὶ τούτων πάντων, ὥσπερ οὐχ ἱκανῶν ὑπαρχόντων εἰς θλῖψιν τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν, πάλιν μετὰ τὴν σὴν ἀποβίωσιν ὑπὸ σοῦ καταλιμπανομένων σκανδάλων ἀνιάτων καὶ ἀθεραπεύτων. Ἤδη τὴν νεότητα ὑπερήλασας· ἄπιστος μὲν γὰρ νεότητι τὸ παραμένειν τῷ βίῳ ἡ ἐλπίς· ὁπότε δὲ τὴν νεότητα ὑπερβῶμεν, καὶ μάλιστα πρὸς ἑξ-
B ηκοστὸν καταντήσωμεν ἔτος, ᾧτινι καὶ σὺ τυχὸν ἢ πλησιάζεις ἢ οὐ πολὺ πόῤῥω ἀφέστηκας, τί δεῖ λογίζεσθαι; Πρὸς γὰρ τὸ ἑβδομηκοστὸν σπάνιοι τῶν ἀνθρώπων ἀναβαίνουσιν, ὡς ἐπὶ πλεῖστον δὲ ὁρῶμεν τὸ ἀνθρώπινον γένος κάτωθεν τούτου τὴν ζωὴν καταστρέφον.

Quid tibi prodest in istam descendere perniciem belli Romanos inter et Bulgaros perstantis? Quid aliud eveniet, nisi nos non modo propter ea quæ male, dum viveremus, fecerimus, apud supernum Dei judicium in causam simus venturi, sed etiam propter ea quæ alii post mortem nostram patraverint pœnas simus daturi. Itaque, fili mi, quasi præsens ante te, osculor os tuum, oculos et totum te; amplector genua, deprecans ut anima tua benignissima, quoniam rerum nequitia illam e peculiari natura excussit, ad pacem sese inclinet. Satis sint quæ jam funesta acciderunt ; cessent Christianorum bella et cædes ; neque relinquas miserandum exsecrandumque monumentum, quale Simeon ille, qui ex genere omni prudentiæ, judicii virtutisque laude perclarus, et quasi lux gentis Bulgaræ, pacem conculcavit, quæ ab ipsius patre icta fuerat, fœderaque, juramenta, et quodcunque pactum cum Romanis violavit, sic crudelior hostis factus quam majores qui Christum Deum nostrum non noscebant. Non modo talis visus est, dum viveret, sed etiam post mortem bellum implacabile reliquit, strictis Romanorum et Bulgarorum gladiis stragisque cruorem stillantibus gavisus.

Τίς οὖν ὠφέλεια ἐν τῷ σε καταβῆναι εἰς διαφθορὰν τοῦ κατ' ἀλλήλων πολέμου Ῥωμαίων τε καὶ Βουλγάρων τῆς παραμονῆς; Τί ἄλλο ἢ τὸ μὴ μόνον ἐν τῇ ζωῇ ἡμῶν τῶν κακῶς γεγενημένων ἐν τῷ ἐκεῖθεν τοῦ Θεοῦ κριτηρίῳ τὰς δίκας ὑποσχεῖν, ἀλλὰ καὶ τῶν μετὰ θάνατον ἄλλοις πραττομένων ἡμᾶς ὑποστῆναι τὴν κόλασιν; Διὰ τοῦτο, τέκνον ἡμῶν, οἷα παρὼν προσπτύσσομαι, καταφιλῶ τὸ στόμα, τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ πᾶν ἄλλο μέλος· ἐφάπτομαι τῶν γονάτων καὶ δυσωπῶ ἐπικαμφθῆναι τὴν σὴν ἡμερω-
C τάτην ψυχὴν, εἰ καὶ πραγμάτων κακία ταύτην ἐξέστησε τοῦ οἰκείου αὐτῆς ἰδιώματος, πρὸς τὴν εἰρήνην· ἀρκεσθῆναι τοῖς ἤδη γεγενημένοις ὀλεθρίοις πράγμασιν, ἀπολῆξαι τοὺς κατ' ἀλλήλων τῶν Χριστιανῶν πολέμους καὶ τὰς σφαγὰς, μηδὲ καταλιπεῖν μνημόσυνον ἐλεεινὸν καὶ κατάρας ἄξιον, ὅτι Συμεὼν ἐκεῖνος ὁ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ γενεὰν ὅσα γε τὰ ἐκ φρονήσεως, τὰ ἐξ ὀρθῆς κρίσεως, τὰ ἐκ παντὸς εἴδους ἀρετῆς γενόμενος ὑπερθαύμαστος, καὶ οἷον φωστὴρ τοῦ Βουλγάρων γένους, οὕτως κατεπάτησε τὴν εἰρήνην τὴν ὑπὸ τοῦ οἰκείου πατρὸς γενομένην, ἠθέτησεν οἰκεῖα σύμφωνα καὶ ὅρκους καὶ συμβάσεις πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, καὶ γέγονε πολέμιος ἀπηνέστερος τῶν προπατόρων αὐτοῦ, οἳ τὸν Χριστὸν καὶ Θεὸν ἡμῶν οὐκ ἐγνώρισαν. Καὶ οὐ μόνον ἐν τοῖς ζῶσιν ὑπάρχων τοιοῦτος ὤφθη, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸν ἑαυτοῦ θάνατον ἄσπονδον κατέλιπε πόλεμον, καὶ τὴν κατ' ἀλλήλων μάχαιραν Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων τοῦ τῆς σφαγῆς αἵματος ἀποστάζειν ἠγάπησε.

Ista tibi scripsi, o fili, lamentans dolensque, et super me, quia longior senectus mea rerum tam miserandarum fuit testis, et super te ac Romanos, propter ea quæ invicem bellantes patimini, et propter æternitatem, in qua nunquam cessaturis pœnis afficiemini, quippe qui pro nihilo habueritis Christi Dei nostri sanguinem, per quem salvi, et ejus populus facti sumus. Attamen nostri imperatores a Deo coronati, ut sæpe, ita et nunc pacem invocant, omnique modo mala a majoribus illata levare strenue enituntur. Quamobrem et nunc homines miserunt, qui de pace vobiscum colloquantur. Tuum igitur est tuæque perfectis-

D Ταῦτά σοι ἔγραψα, τέκνον ἡμῶν, θρηνῶν καὶ ὀδυρόμενος πρῶτον μὲν ἐμαυτὸν, ὅτι μέχρι τοσούτου παρέτεινε τὸ ἐμὸν ἄθλιον γῆρας, καὶ τοιούτων ἐλεεινῶν πραγμάτων ἐγενόμην ἐν ἱστορίᾳ· θρηνῶν δὲ καὶ ὑμᾶς, ναὶ δὴ καὶ τὸ Ῥωμαίων γένος, ὧν ἕνεκα καὶ νῦν κατ' ἀλλήλων κινούμενοι πάσχετε, καὶ εἰς τὸν μέλλοντα αἰῶνα, ὅτε τὰ πάθη οὐκ ἔχει ἀπόπαυσιν, πικραῖς ὑποβληθήσεσθε τιμωρίαις;, ὡς τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν, δι' οὗ ἠγοράσθημεν, καὶ λαὸς αὐτοῦ γεγενήμεθα, εἰς οὐδὲν λογιζόμενοι. Πλὴν οἱ θεοστεφεῖς ἡμῶν βασιλεῖς, καθὼς πολλάκις, οὕτω καὶ νῦν τὴν εἰρήνην ἐπιζητοῦσι, καὶ παντὶ τρόπῳ τὰ ἐκ τῶν προλαβόντων ἀνθρώπων

Digitized by Google

παρακολουθήσαντα σφάλματα θεραπευθῆναι σπουδάζουσι. Διὰ τοῦτο καὶ νῦν ἀπέστειλαν ἀνθρώπους, οἳ περὶ τῆς εἰρήνης ὑμῖν συλλαλήσουσι· καί ἐστι σὸν καὶ τῆς σῆς τελειοτάτης συνέσεως εἰς τὰς πρεπούσας συμβάσεις καὶ Θεῷ εὐαρέστους, καὶ κοινῶς συμφερούσας Ῥωμαίοις καὶ Βουλγάροις συνελθεῖν· ἵνα καὶ ὁ Σατανᾶς ὁ τῶν σκανδάλων καὶ τῶν πολέμων αἴτιος καταισχυνθῇ, καὶ ὡς τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐβράβευσε Θεὸς τὴν εἰρήνην μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων, πάλιν ἔχητε τὴν εἰρήνην. Καὶ ὑμεῖς μὲν ὡς τέκνα τοὺς πατέρας ἐπιγινώσκετε, παρ' ὧν ἐδέξασθε καὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος τὴν χάριν, καὶ οἱ Ῥωμαῖοι ὡς πατέρες τὰ οἰκεῖα ἐν Χριστῷ τέκνα τοὺς Βουλγάρους ἐπιγινώσκωσι, καὶ Θεὸς ἐπὶ τούτοις δοξάζηται, καὶ τὰ τοῦ κοινοῦ βίου καὶ τῆς ζωῆς πράγματα Ῥωμαίοις καὶ Βουλγάροις πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς ἀποκατασταθῇ εὐκληρίαν τε καὶ ἀπόλαυσιν.

Ἐπὶ τούτοις ἐκεῖνο προστίθεμεν, ὡς ἀνάξια ποιεῖς τῆς σῆς μεγαλοδόξου ἀρχῆς, ὕβρεις γράφων καὶ παραλογισμῶν ῥήματα ἀντὶ τῶν εἰς σὲ γραφομένων φιλικῶν γραμμάτων καὶ τιμώντων τὴν ὑμετέραν ἐξουσίαν παρὰ τοῦ φιλοχρίστου καὶ εἰς εἰρήνην προκαλουμένου σε βασιλέως. Οἶμαι γάρ, τέκνον ἡμῶν, ὡς οὐκ ἀγνοεῖς ὅτι, εἰ καὶ ἄλλο φρόνημα τῶν ταπεινῶν καὶ χυδαίων ἀνθρώπων, αἱ ὕβρεις ἀνθρώπων εἰσὶν εὐτελῶν καὶ φρονήματος ἀπερριμμένων· ἀρχῆς δὲ οἱ λαβόντες παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀνάβασιν, ἐὰν συναισθάνωνται τῆς ἑαυτῶν δόξης, οὐδέποτε καταβαίνουσιν. Ὁρᾷς, τέκνον ἡμῶν, τὴν ἡμετέραν πρὸς σὲ ἀγάπην, ὅτι καὶ ἐν τούτοις, τῆς σῆς φροντίζοντες δόξης, ὡς πατέρες ἐπανορθούμεθα τὸ, οὐκ οἶδα πῶς, ἐπακολουθοῦν σοι πταῖσμα, καὶ τὴν σὴν κατευτελίζον μεγαλόδοξον ὑπεροχήν. Γράφε καὶ περὶ τῶν προκειμένων πραγμάτων οἷα δεῖ γράφειν ἄνθρωπον δεδοξασμένον, ἐπιζητῶν τὴν κατάστασιν, ἐπιζητῶν τὸ συμφέρον, ἐπιζητῶν τὴν εἰρήνην, ὡς παρὰ Θεοῦ λαβὼν τὸ ἄρχειν, ὡς Χριστιανὸς, ὡς μέλλων τῷ φοβερῷ τοῦ Θεοῦ κριτηρίῳ παραστῆναι, καὶ λόγον ἀποδώσειν ὑπὲρ τῆς σῆς ἀρχῆς, καὶ τῆς τῶν ὑποχειρίων διοικήσεως καὶ σωτηρίας. Καὶ μὴ γράφῃς εἰρωνείας, μηδὲ ὕβρεις καὶ ἀτιμίας, ἅτινα οὐκ ἀτιμάζουσιν ἐκείνους πρὸς οὓς γράφεις, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς τὴν ὑμετέραν, οὐκ ἤθελον εἰπεῖν αἰδοῖ τῆς πρὸς σὲ ἀγάπης, ἀλλ' ὅμως ὑπὸ τῆς ἀληθείας κινούμενος λέγω, κατάγνωσιν ἐπαναστρέφουσιν.

simæ prudentiæ quæcunque sunt convenientia, Deo jucunda, utiliaque Romanis una et Bulgaris, inire: ita ut Satanam, scandalorum et bellorum auctorem, ignominia afficientes, istam quam ab origine Deus composuerat denuo habeatis, vosque Romanos, ut filii, patres agnoscatis, a quibus gratiam baptismatis accepistis; Romani autem, ut patres, Bulgaros suos in Christo filios agnoscant; Deus in istis glorificetur; resque vitæ communis Romanis simul ac Bulgaris in prisca felicitate veterique jucunditate restituantur.

Hoc unum addemus, scilicet te gloriosa dignitate tua indigna fecisse, cum verbis contumeliosis ac subdolis respondisti ad litteras amicitiam exprimentes, et dignitati tunc inservientes, quas tibi imperator Christo fidelis pacem precans scripsit. Existimo enim, o fili, te non ignorare, licet aliter miserandus vulgus sentiat, homines solummodo abjectos sensuque carentes ad contumelias se vertere; ad quas contra nunquam descendunt qui summum imperium tenent, si propriæ gloriæ sensum habeant. Vides, fili mi, meum erga te amorem, et quod ita in istis gloriæ tuæ curam habeo, ut quasi pater te jam cadentem quoquo modo erigam, ne, cadendo gloriosa tua dignitas in opprobrium veniat. De præsentibus rebus scribe, qualia honoribus decoratus, restaurationem rerum utilitatemque ac pacem exoptans, debet scribere, ut qui a Deo imperium acceperis, ut qui Christianus in formidandum Dei judicium sis venturus, rationemque potestatis, ac subditorum gubernationis et salutis redditurus. Ne scribas cavillationes, neque contumeliosa aut probrosa, quæ non modo illorum ad quos scribis honorem male afficiunt, sed etiam, licet me dicere prohibeat respectus mei in te amoris, veritate tamen motus dicam, in tuam condemnationem vertuntur.

Λ'. *Τῷ αὐτῷ.*

Μὴ δεξάμενοι γράμμα παρὰ σοῦ, τέκνον ἡμῶν, αὐτοὶ γράφομεν ὑπὸ τῆς πολλάκις κινησάσης αἰτίας ἡμᾶς πρότερον, καὶ νῦν γράφειν κεκινημένοι· αὕτη δέ ἐστι τῆς μακαρίας καὶ ποθεινῆς εἰρήνης ἡ ἐπιζήτησις, ἣν ἀποσυλήσας ὁ ἀρχαῖος τῶν ἀνθρώπων ἐχθρὸς ὁ διάβολος, μεγίστων μὲν ἀγαθῶν ἐζημίωσε τὸ Βουλγάρων γένος καὶ Ῥωμαίων, πολὺ δὲ ἄλγημα τῷ Χριστῷ καὶ Θεῷ ἡμῶν ἐνεποίησε, τὰ δὲ ἐκείνου ποίμνια εἰς τὸν κατ' ἀλλήλων ὄλεθρον ὁρμῆσαι παρεσκευασάμενος. Ὑπὲρ τούτου πολλάκις ἐγράψαμεν, καὶ νῦν γράφομεν δυσωποῦντες· καὶ μάλιστα τοὺς σοὺς γλυκεῖς λόγους ἐν τοῖς ὠσὶν ἡμῶν ἔχοντες, καὶ τούτους καθ' ἑκάστην μελετῶντες, ὅσους τε πρὸς ἡμᾶς ἡ σὴ φρονίμη ἐδέξατο γλῶσσα, καὶ ὅσους πρὸς τὸν φιλόχριστον ἡμῶν βασιλέα, ὃν οἶδα βεβαίως ὅτι

XXX. *Eidem.*

Quoniam a te, o fili, non accepi litteras, ipse eadem, quæ moverat me, causa et nunc motus scribo scilicet felicis ac desiderabilis pacis studio, quam tollens antiquus hominum inimicus diabolus, magno bonorum detrimento Bulgaros et Romanos, magno dolore Christum Deum nostrum affecit, ovibus ejus suadendo ut in mutuam perniciem contenderent. Qua de re sæpius scripsi et nunc supplex scribo, perceptis etiam nunc aure gratis tuis sermonibus, quos continuo meditor, quotquot lingua prudens tua non solum ad nos, sed ad imperatorem nostrum Deum amantem protulit, quem scio a te, ex quo illum vidisti illiusque benignitatem expertus es fuisse amatum et nunc amari. Etenim, fili mi, pacem ei promisisti et cædium finem

Digitized by Google

bellorumque, et quæcunque misera ex bellis oriuntur, atque iterum in priscam felicitatem Romanos et Bulgaros redintegrandos. Imo,' priusquam cum nostro Christiano imperatore convenires, ad me indignum e Bulgaria scripseras te rebus præsentibus incumbere, pacem fieri volens, cessareque, Deo adjuvante, bella et arma quæ Christiani alii in alios movebant.

A ἀφ' οὗ ἐθεάσω, καὶ πεῖραν τῆς ἐκείνου ἀγαθότητος ἔλαβες, ἐπόθησας καὶ ποθεῖς. Καὶ γὰρ καὶ πρὸς ἐκεῖνον, τέκνον ἡμῶν, ἐπαγγελίας παρέσχες εἰρήνης, καὶ ὅτι λήξουσιν αἱ σφαγαὶ, καὶ οἱ πόλεμοι, καὶ τὰ ἐκ τούτων δυστυχῆ πράγματα, καὶ πάλιν εἰς τὴν προτέραν εὐδαιμονίαν Ῥωμαῖοι καὶ Βούλγαροι καταστήσονται. Ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς συντυχίας τῆς πρὸς τὸν φιλόχριστον ἡμῶν βασιλέα, πρὸς τὴν ἡμῶν ἔγης ταπείνωσιν ἐκ Βουλγαρίας τὰ ἐνταῦθα καταλαβεῖν, εἰρήνην γενέσθαι βουλόμενος, καὶ ἀποπαῦσαι σὺν Θεῷ τὴν κατ' ἀλλήλων τῶν Χριστιανῶν μάχην καὶ τῶν ὅπλων τὴν κίνησιν.

Harum rerum indelebilem memoriam in corde habentes, noscentesque tuam veritatis reverentiam, præsentes scripsimus litteras, ut jam supplicavimus et nunc supplicantes. Præbe, o fili, finem verborum gloria tua dignum; promissa adimple, ut Deus glorificetur, nomen tuum immortale apud posteros fiat: grexque Christi duplex, Bulgari scilicet ac Romani, perniciem spiritualem et corporalem effugiens corporalem requiem cum spirituali salute obtineat. Minime enim te fugit Bulgaros et Romanos non modo corporalem vitam miserrimam habere, sed etiam, hei mihi infortunato! spirituali vita privari. Eam, fili mi, exstinguamus iræ flammam, quam sive scelestus diabolus, sive homines sensu carentes suscitaverunt. Ego et vidi animantia aliquando ira mota, alia in alia irruere et certare, quæ brevi iram furoresque sedabant et ad pacem revertebantur. Cum autem animalia ratione carentia iram continere, eique finem imponere sciant, et ad pacem convertantur, num homines, quos ratio regit, qui unum Deum confitentur, uno Christi Dei nostri nomine appellantur, quoniam arma in invicem moverint, semper movebunt, mutuis cædibus sine fine gloriantes, nunquam ratione quid sit ipsis utile existimabunt, neque aliquando, licet tardius sanguini parcent! Istudne natura humana dignum, ad imaginem Dei formata, cui ratio peculiare decus? Sed quid longiorem epistolam facio? Satis sint quæ scripta sunt. Ex Deo enim confido res ita futuras, ut dixisti loquens ad humilitatem meam et ad nostrum imperatorem Deo amatum, fratremque tibi dilectum et pro talibus meritis longos tibi a Deo exposcimus felicitatem in hac vita, et in futura illius hæreditatem gloriæ, quæ cunctos homines Deo gratos manet.

Τούτων ἔχοντες τὴν μνήμνην ἀνεπίληστον ἐν τῇ καρδίᾳ ἡμῶν, καὶ γινώσκοντες τὴν παρὰ σοῦ τιμωμένην ἀλήθειαν, τὸ παρὸν ἐγράψαμεν γράμμα, οἷα πολλάκις ἱκετεύσαμεν, καὶ νῦν ἱκετεύοντες. Δεῖξον, B τέκνον ἡμῶν, τῶν σῶν ῥημάτων τὸ τέλος ἐπάξιον τῆς προσηκούσης σοι δόξης· πλήρωσον τὰς ὑποσχέσεις, ἵνα καὶ Θεὸς δοξασθῇ, καὶ τὸ σὸν ὄνομα γένηται ἀείμνηστον καὶ ἐν ταῖς ἔπειτα γενεαῖς, καὶ ἀμφότερα τὰ ποίμνια τοῦ Χριστοῦ, λέγω δὴ τό τε Βουλγάρων ἔθνος καὶ τὸ Ῥωμαίων γένος, ἀπαλλαγῶσι ψυχικοῦ καὶ σωματικοῦ ὀλέθρου, καὶ ἀπολαύσωσι καὶ σωματικῆς ἀνέσεως, καὶ ψυχικῆς σωτηρίας. Οἶδε γὰρ ἡ σὴ μεγάλη σύνεσις, ὅτι οὐ μόνον τὴν σωματικὴν ζωὴν ἐλεεινῶς ζημιοῦνται Ῥωμαῖοι καὶ Βούλγαροι ἀλλήλους ἀποσφάζοντες, ἀλλὰ καὶ τῆς ψυχῆς, οἴμοι τῷ ἀθλίῳ, ἀποστερίσκονται· Ναὶ, τέκνον μου, σβέσωμεν τοῦ θυμοῦ τὴν φλόγα, ἣν εἴτε πονηρὸς δαίμων, εἴτε ἄνθρωποι ἀνέφλεξαν C ἄφρονες. Ἐγὼ καὶ ἀλόγων γένη ἐθεασάμην ποτὲ ὑπὸ θυμοῦ κινηθέντα, καὶ κατ' ἀλλήλων ὁρμήσαντα καὶ μαχόμενα, ἀλλ' ἐπαύσαντο πάλιν τοῦ θυμοῦ καὶ τοῦ μάχεσθαι, καὶ κατέστησαν πρὸς τὸ ἥμερον. Εἶτα, τέκνον μου, τὰ μὲν ἄλογα μὴ κεκτημένα λόγον ἐπέχοντα τὸν θυμὸν, ἀλλ' ὑπὸ ἀλογίας ἀγόμενα ἐπίστανται τοῦ θυμοῦ ἀπόπαυσιν, καὶ τῆς κατ' ἀλλήλων ἀφίστανται μάχης, καὶ μεταβάλλονται πρὸς εἰρήνην· ἄνθρωποι δὲ λόγῳ κυβερνώμενοι, ἕνα Θεὸν ὁμολογοῦντες, ἑνὶ ὀνόματι τῷ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἐπικεκλημένοι, διότι ἔφθασαν κατ' ἀλλήλων ὅπλα κινῆσαι, τούτοις χρήσονται διὰ παντὸς, καὶ ταῖς κατ' ἀλλήλων σφαγαῖς ὥσπερ ἐντρυφῶντες διατελέσουσιν, ἀλλ' οὐχὶ λογισμῷ κρινοῦσι τὰ πρέποντα, καὶ ὀψέ ποτε τῆς κατ' ἀλλήλων σφαγῆς ἀφέξονται; D Καὶ ποῦ τοῦτο ἄξιον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τῆς κατ' εἰκόνα Θεοῦ διαπλασθείσης, καὶ λόγῳ τετιμημένης; Ἀλλὰ τί μακρύνω τὸ γράμμα; Ἀρκεσθῶμεν τοῖς εἰρημένοις· πέποιθα γὰρ ἐν Θεῷ, ὅτι ὥσπερ παρὼν ἐλάλησας πρὸς τὴν ἡμῶν ταπείνωσιν, καὶ πρὸς τὸν φιλόχριστον βασιλέα ἡμῶν τὸν σοὶ ποθούμενον ἀδελφὸν, οὕτω καὶ γενήσεται· ἀνθ' ὧν ἐπευχόμεθά σοι μακρότητα ἡμερῶν, καὶ κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν εὐετηρίαν, καὶ ἐν τῇ μελλούσῃ κληρονομίαν δόξης τῆς ἀποκειμένης πᾶσι τοῖς τῷ Θεῷ εὐαρεστήσασιν.

XXXI. *Eidem.*

Sæpe tibi quæ existimabam et nunc existimo utilia et convenientia, scripsi. Hodie de rebus quas jam tractavi, ultimam scribo epistolam, dolore cor meum urgente propter communia mala quibus populus Dei, seu Bulgarus, seu Romanus exhauritur. Gens enim Bulgarorum vere populus Dei est, qui illos proprio sanguine redemit, fratresque fecit per Spiritus sancti adoptionem, licet tu tibi populum arroges, qui, hodie imperium habens cras da-

ΛΑ'. *Τῷ αὐτῷ.*

Ἔγραψα πολλάκις, ὡς μὲν ἐγὼ ἐνόμιζον, ἀλλὰ καὶ ἔτι νομίζω, καὶ ὠφέλιμα καὶ συμφέροντα. Γράφω νῦν ἐπὶ πᾶσιν, οἷς προέγραψα, τοῦτο δὴ τὸ ἔσχατον γράμμα, ἅμα μὲν κινούμενος ὑπὸ τῆς ἐν τῇ ἐμῇ καρδίᾳ ἐγκειμένης διὰ παντὸς ὀδύνης χάριν τῶν κοινῶν παθῶν τῶν καταδαπανώντων τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ τὸν ἐν Βουλγάροις καὶ Ῥωμαίοις συναριθμούμενον. Ἐκείνου γάρ ἐστι λαὸς ἀληθῶς καὶ τὸ Βουλγάρων γένος τοῦ ἐξαγοράσαντος αὐτοὺς οἰκείῳ αἵματι, τοῦ

Digitized by Google

ἀδελφοὺς ποιησαμένου διὰ τῆς υἱοθεσίας τοῦ Πνεύ- (A) ματος· εἰ καὶ τοῦτον σὸν εἶναι σὺ νομίζεις λαὸν, ὁ σήμερον ἄρχων, καὶ αὔριον ὑπὸ σκωλήκων δαπανηθησόμενος. Ὑπὲρ τούτων οὖν ὀδυνώμενος γράφω καὶ ἔτι, ἐκ τῶν σῶν κινούμενος λόγων, οὓς ἐνταῦθα παραγεγονότος σου ἀπὸ τῆς σῆς γλώττης αἱ ἡμέτεραι ἀκοαὶ ἐνηνέχθησαν· ἦσαν γὰρ τὰ λεγόμενα παρ' ὑμῶν τοιαῦτα, ὅτι κεκινήμεθα ἐκ τῆς ἰδίας χώρας ἕνεκεν τοῦ καλοῦ καὶ μεγάλου πράγματος τῆς εἰρήνης.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἰδιαζόντως ἔλεγες πρὸς ἡμᾶς, ὅτε τὸ πρῶτον ἰδίως σοι πρὸς ὁμιλίαν κατέστημεν· ἔπειτα δὲ ὅτε μετὰ τοῦ θεοστεφοῦς ἡμῶν βασιλέως συνομιλῆσαι γέγονε, καὶ τῶν ἐξ ἐκείνου φιλοτιμιῶν ἐδέχου τὴν χορηγίαν, μέμνημαι τοιαῦτά τινα ῥήματα εἰπόντος σου, ὡς οὐκέτι τὰ τοῦ πολέμου ἡμῖν ἐνεργηθήσεται, οὐδὲ τοῦ πρὸς χρείαν ἐπιδιδομένου ἐν τοῖς πολέμοις χιτῶνος ἡμῖν ἔτι δεήσει, καὶ (B) ἄλλα ὅσα πρὸς παντελῆ τοῦ πολέμου κατάλυσιν καὶ τῆς εἰρήνης ἀποκατάστασιν. Ὧν ἐπὶ τοῦ συνειδότος ἔχεις τὴν μνήμην, τότε προσεῖπες· ταῦτά με κινεῖ πρὸς τὸ ἔσχατον τοῦτο γράμμα. Ποῦ τοίνυν, ὡς παρὼν σοι προσφθέγγομαι, τῶν σῶν λόγων αἱ ὑποσχέσεις; Τί γέγονεν ἡ μακαρία ἐκείνη ἐν τοῖς ῥήμασιν εἰρήνης, ἧς καὶ μόνον ἡ φήμη καὶ ἐν τῇ τῶν Βουλγάρων χώρᾳ καὶ ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων διαχυθεῖσα, πᾶσαν γλῶσσαν εἰς Θεοῦ εὐχαριστίαν ἐκίνησε; Παντὶ μὲν ἀνθρώπῳ τρόπος ἀγαθὸς ἐν τούτῳ γνωρίζεται, ἐν τῷ τιμᾷν τὴν ἀλήθειαν· ἀρχῇ δὲ μάλιστα τῇ πρὸς μεγαλοπρέπειαν ἐξηρημένῃ, οὐδὲν οὕτως ἄλλο εἰς δόξαν συντελεῖ καὶ σεμνότητα τῆς ἀρχῆς, ὡς ἡ τῶν λόγων ἀλήθεια καὶ τῶν ἐπαγγελλομένων τὸ ἀδιάψευστον. Ὅρα οὖν εἰ δόξης ἀντιποιουμένῳ σοι καὶ μεγαλοπρεπείας ἁρμόζει τὸ παλίντροπον καὶ μεταπηδᾷν ἐκ λόγων εἰς λόγους μηδαμοῦ τὸ βάσιμον καὶ ἑδραῖον κεκτημένους.

Ἐβουλόμην σοι πολλὰ τοιαῦτα γράφειν, ἀλλὰ πρὸς (C) μῆκος ἴσως ἐπεκτεινόμενος ὁ λόγος ὀχληρὸς δόξει, καὶ διὰ τοῦτο ἐκεῖνα καταλιμπάνομεν. Ἀπὸ δὲ τῶν πρὸς ἡμᾶς ἐλέγχων καὶ ὀνειδισμῶν, οὓς κατενώπιον τοῦ θεοστεφοῦς ἡμῶν βασιλέως ἐλέγχων καὶ ὀνειδίζων καὶ τρόπον τινὰ φαυλίζων τὴν ἡμῶν ὑπερφθέγγου ἀθλιότητα, ἐκεῖθέν σοι τὸ ἀπὸ τοῦδε προσφθέγγομαι. Ἔλεγες γὰρ κατειρωνευόμενος ἡμῶν, ἐνεγκεῖν τὸν ἵππον, ὃς παρὰ τὸν πόλεμον ἀντὶ σοῦ τὴν πληγὴν ἐδέξατο· καὶ τοῦτο προσδιατύρων ἡμᾶς ἔλεγες τῆς ἡμετέρας εὐχῆς ἔργον γεγενῆσθαι· καὶ ἡμῶν ἀπολογουμένων, ὡς οὐδὲν τοιοῦτον ἑαυτοῖς σύνισμεν, οὔτε προτροπὴν πολέμου ποιησάμενοι, οὔτε τοιαύτην εὐξάμενοι· αὐτὸς ἀντέλεγες, ὡς ἡμῶν ἐπὶ τὸν θρόνον τὸν ἀρχιερατικὸν ἱδρυμένων, ἦν ἰσχὺς κωλῦσαι τὸν πόλεμον· εἰ δὲ μὴ, τέως τῆς ἐκκλη- (D) σίας ἀπελαύνειν τοὺς μὴ πειθομένους ταῖς παραινέσεσι. Ταῦτα οἶδα ὅτι γνωρίσεις, κἂν βούλῃ, ὅτι τῆς σῆς ἐστιν εἰρωνείας καὶ κατηγορίας τῆς καθ' ἡμῶν τὰ ῥήματα. Ἄκουε οὖν καὶ περὶ τούτων οἷά σοι φθέγγομαι, καὶ μοὶ τέως τὸν ὄγκον τῆς ἀρχῆς σου ταπείνωσον, καὶ μετρίαις ἀκοαῖς ἄκουσον· φίλου παλαιοῦ καὶ ταπεινοῦ ἀρχιερέως λόγους κατανόησον.

Τί τοῦτο τὸ τὴν πληγὴν τοῦ ξίφους ἐνεχθῆναι κατὰ τοῦ ἵππου, σὲ δὲ περισωθῆναι; Ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι, καὶ ἤδη τῷ γήρᾳ τὰς φρένας ἐλαττωθεὶς, ἀλλὰ καὶ ἄλλως ἄνθρωπος ὢν φρονήσεως κατὰ πολὺ ἐνδεὴς, ὁμολογῶ γὰρ τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν· πλὴν τοῦτο νοῶ ἐκ τοῦ μὴ τὴν πληγὴν εἰς σὲ ἐπενεχθῆναι, ἀλλὰ κατὰ τοῦ κτήνους.

beris præda vermibus. De his igitur dolens denuo scribo, rationibus istis incitatus quas a te ipso mecum loquente audivi; quales exposuisti, cum a regione mea ad te exivi de tanto tamque glorioso pacis negotio tractaturus.

Ista autem mihi, quando tecum ad privatum colloquium veni, et postea imperatori nostro a Deo coronato, quando colloqui cum illo evenit, et ab illo ludorum munus accepisti. Memini te tum dicere, non jam nobis bellum inferendum neque nos deinceps loricam in bellis ad defensionem induturos; aliaque ad significandum ultimum belli finem pacisque restaurationem. Verborum istorum tua conscientia meminit, quæ me ad hanc ultimam epistolam scribendam incitant. Ubi igitur, nam tibi velut præsens loquor, verborum tuorum promissiones? Ubi ista jactata sermonibus pax, cujus fama sola, cum in Bulgarorum Romanorumque regiones diffusa esset, tot gratiarum actiones sustulerat? Homo quilibet honesti ingenii noscitur, qui veritatem reveretur; in viro autem principe, qui magnanimitate excellere debet, nihil aliud ad gloriam reverentiamque auctoritatis proficit, nisi sermonum veritas, fidesque in promissis. Considera utrum, necne, te gloriam magnanimitatemque affectantem deceat fidei defectus, et ex sermone ad sermonem nihil stabile et certum proferentem conversio.

Multa talia statueram tibi scribere; sed forte importuna verba mea ex longioribus viderentur: itaque illa omitto. De iis autem, quibus coram imperatore meo probris, objurgationibus, et ut ita dicam, contemptionibus infortunium meum increpasti, de iis, inquam, respondeo. Dixisti enim equum tuum plaga per bellum in tuo loco vulneratum esse, idque jocans addidisti precibus meis effectum; et, cum responderem me nihil istud scire, neque unquam bellum aut provocando suscitavisse aut precando invocavisse instanter reposuisti me in throno episcopali sedentem potuisse bellum componere, aut saltem ab ecclesia expellere qui meis non obtemperavissent adhortationibus. Intelliges sane haud dubito, sed, si volueris, verba tua tantummodo ironicam exprobrationem significare. Audi igitur quæ tibi respondeo, et ante me potentiæ tuæ superbiam inclina, aure modesta accipiens.

Quid istud, equum tuum gladii ictu vulneratum fuisse, te autem salvum? Ego homo sum et jam minoris propter senectam animi cui non magna prudentia (infirmitatem meam confiteor), sed satis intelligens cur non te sed equum vulnus affecerit. Quæ dicam audi: fortasse enim prudenter intelligo et loquor. Ita sane fuit, quia te qui tunc temporis

Digitized by Google

imperabant contra rationem fuerant aggressi. Deus in te clemens fuit, et gladium iniqua et injusta aggressione agitatum a te in equum averti voluit, ut moneceris non victoria immodice gloriari, sed humanarum rerum meminisse, modestosque sensus habere, neque rebus quæ videntur prosperæ omnino occupari, sed etiam adversis quæ subito homines corripiunt intendere. Cave ne in bello quod ex voluntate in experis; gladius te, quod de precor, non equum animal insipiens, incutiat. Accurate lege quæ scripsi, et ex epistola ad veterum historias, quas scio te versare, retrocede; et reputa victoriam non semper tuam futuram, sed et cladem prope instare. Sic ad objurgationes respondeo.

A Πρόσχες οἷς λέγομεν, ἴσως γὰρ ἐν τούτῳ φρονίμως καὶ στοχαζόμεθα καὶ φθεγγόμεθα. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον τῶν πραγμάτων τὴν κυριότητα ἐγκεχειρισμένοι παραλόγως τὴν κατὰ σοῦ ἐποιήσαντο κίνησιν, ἔτυχες τῆς ἄνωθεν εὐμενείας, καὶ τὴν πληγὴν τοῦ ξίφους ἀπέστρεψεν ἀπὸ σοῦ ἡ τῶν κεκινημένων τότε παράλογος ὁρμὴ καὶ παρὰ τὸ δίκαιον, ἠνέχθη δὲ κατὰ τοῦ κτήνους ἡ πληγή· ἵνα πάλιν παιδευθῇς μὴ ἀλογίστῳ ἐπάρσει ἐντρυφᾷν τῇ νίκῃ, ἀλλὰ μεμνῆσθαι τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων καὶ μετριοφρονεῖν· καὶ μὴ ὅλως γίνεσθαι τοῦ δοκοῦντος εὐτυχήματος, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ συμβαίνοντα τοῖς ἀνθρώποις δυστυχήματα τὸν νοῦν ἐπιστρέφειν. B Σκέψαι δὴ μή ποτε τοῦ πολέμου νῦν μέλλοντος διὰ σὲ τὴν αἰτίαν λαμβάνειν, οὐκ ἐπὶ τὸν ἵππον, οὐκ ἐπὶ τὸ κτῆνος, ἀλλ' ἐπὶ σὲ, ὅπερ ἀπεύχομαι, ἡ πληγὴ φθάσει. Ἀνάγνωτον ἐπιμελῶς ἃ γέγραφα, καὶ ἐκ τούτων πρὸς τὰς παλαιοτέρας ἱστορίας· οἶδα γὰρ ὅτι καὶ ταύτας ἐν μελέτῃ ποιῇ, ἀνάβηθι· καὶ μὴ νόμιζε πάντοτε μετὰ σοῦ τὴν νίκην εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἧτταν λογίζου κατὰ πόδας ἀκολουθεῖν· ἀλλὰ τοσοῦτον μὲν περὶ τῆς καθ' ἡμᾶς εἰρωνείας.

Jamjam autem ad te scribimus talia, qualibus coram pio ac religioso imperatore nostro illiusque senatu ipsum imperatorem de cæde populi sui et gentes Bulgarorum hortamur deprecamurque, ut patientiæ et longanimitate, Deo adjuvante, indulgeat, neque suos omnes ad aggrediendum Bulgaros moveat. Prædico Deum, illorum procurante patientia, cor regis Bulgarorum tacturum, qui mentem ad bona pacis convertet, priscoque rerum statu reddito gaudebit. Noster autem humanus, mansuetus benignissimusque imperator (verbis meis credes, qui tuo experimento illius ingenium benignum, mansuetum miteque novisti) hortationibus annuit; omnis vero senatus, omnisque civitas, sed quid dico, civitas? omnes imperii populi repugnant, negantes se diutius tantam Bulgarorum dementiam toleraturos, aut suorum propinquorumque ruinam, ac regionum suorum occupationem oblituros; dicuntque, quando quidem pereundum esset, se Bulgarorum superbiam attrituros. Cæterum pro certo habeas exercitus, omnesque quibus manus sat validæ, contra te, si tua in belli pernicie perstiterit voluntas, cum justo Dei auxilio processuros.

Τὰ δὲ ἐντεῦθεν τοιαῦτα πρὸς σὲ γράφομεν, οἷα καὶ πρὸς τὸν εὐσεβῆ καὶ φιλόχριστον ἡμῶν βασιλέα, καὶ πρὸς τὴν σύγκλητον αὐτοῦ καθ' ἑκάστην καὶ παραινοῦμεν καὶ ἱκετεύομεν τὸν φιλόχριστον ἡμῶν βασιλέα καὶ τῆς σφαγῆς τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, καὶ τῆς σφαγῆς τοῦ Βουλγάρων γένους, καὶ δοῦναι καὶ ἔτι ἀνοχῇ καὶ μακροθυμίᾳ σὺν τῇ ἄνωθεν προνοίᾳ τὸ φιλάνθρωπον αὐτοῦ φρόνημα, καὶ μὴ πάνδημον ἐκστρατείαν ποιῆσαι κατὰ τοῦ Βουλγάρων ἔθνους. Τάχα διὰ τῆς ὑμῶν μακροθυμίας ἅψεται Θεὸς τῆς καρδίας τοῦ τῶν Βουλγάρων ἐξουσιάζοντος, καὶ ἀποβλέψει πρὸς τὸ καλὸν τῆς εἰρήνης, καὶ ἀγαπήσει C τὴν ἀρχαίαν ταύτης κατάστασιν. Καὶ ὅ γε φιλάνθρωπος καὶ ἐπιεικὴς καὶ ἀγαθὸς ἡμῶν βασιλεὺς, πάντως δὲ οὐχ ὑποπτεύεις ἃ λέγομεν· ἔγνως γὰρ καὶ αὐτὸς πείρᾳ ἰδίᾳ τὴν αὐτοῦ ἐπιείκειαν καὶ τὸ πρᾶον καὶ ἥμερον τῆς ψυχῆς, καὶ πείθεται καὶ ὑπείκει τοῖς λόγοις ἡμῶν. Ἀλλ' ἡ σύγκλητος ἅπασα, καὶ ὁμοῦ πᾶσα ἡ πόλις, καὶ τί λέγω τὴν πόλιν; ἅπαν τὸ ὑποχείριον τῆς αὐτοῦ βασιλείας κινούμενοι οὐκέτι λέγουσιν ὑπομένειν τὴν τοσαύτην τῶν Βουλγάρων ἀπόνοιαν, οὐδὲ καταφρονεῖν τῶν οἰκείων καὶ συγγενῶν τὴν ἀπώλειαν, οὐδὲ τῶν οἰκείων τόπων τὴν αἰχμαλωσίαν. Ἀλλ' εἰ καὶ δεήσει πάντως ἀποθανεῖν, μᾶλλον τοῦτο ἀγαπητὸν, ἢ τὸ ὑπομένειν οὕτως τὴν τοῦ Βουλγάρου ἔπαρσιν. Καὶ λοιπὸν πεπεισμένος γενοῦ, ὡς ἅπαντα τὰ στρατεύματα, καὶ πάντες ὅσοι χεῖρα κινουμένην ἔχουσι μετὰ τῆς δικαίας τοῦ Θεοῦ συμμαχίας ἐπιστήσονται πρὸς ὑμᾶς, ἔτι ἐπιμένοντος σοῦ καὶ ἀγαπῶντος τὰ ἐκ τοῦ πολέμου κακά.

Verumenimvero quæ parantur tibi ad veritatem expressi, ut tu obsequaris homini seni, et nihil jam nisi sepulcrum spectanti; imo et, licet indigno, sacri altaris ministro, si quid verba mea tibi gratum habuerint. Considera quam longo abhinc tempore facti simus amici: accipe adhortationes quas accepturum se religiosus noster imperator pollicitus est, promissa servaturus, si eadem ac ille sentire velis. Pacem habeas in amore, bellum contra in odio. Pravi enim sunt qui adversus hostes externos geruntur. Sed quid dicam de illis, qui adversus patres, fratres, amicos, eamdem fidem habentes, eumdemque invocantes Deum, Dominum,

D Ἀλλὰ μετὰ πάσης ἀληθείας ἀνήγγειλά σοι τὰ ἐνταῦθα παρασκευαζόμενα· σὺ δὲ ὅτι πείθῃ πρῶτον μὲν ἀνθρώπῳ πρεσβύτῃ, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸν τάφον ὁρῶντι, ἔπειτα δὲ, εἰ καὶ ἀναξίῳ μὲν, ὅμως δὲ λειτουργῷ τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, καὶ εἴ τι ἐν λόγῳ σοι γεγένηται τὸ ἡμέτερον φίλτρον, καὶ ὅρα πόσος ὁ χρόνος ἐξ οὗ φίλοι γεγόναμεν· δέξαι παραίνεσιν ἣν καὶ ὁ φιλόχριστος ἡμῶν βασιλεὺς δέχεσθαι ὑπέσχετο, καὶ οὐ ψεύσεται τὴν ὑπόσχεσιν, ἐὰν καὶ σὺ βουληθῇς τὰ ἴσα ἐκείνῳ φρονεῖν. Ἀγάπησον τὴν εἰρήνην, μίσησον τοὺς πολέμους· κακοὶ γὰρ καὶ οἱ πρὸς τοὺς ἔξωθεν ἐχθροὺς πόλεμοι. Ὅσοι δὲ πρὸς πατέρας, πρὸς ἀδελφοὺς, πρὸς φίλους, πρὸς ὁμοπί-

Digitized by Google

A στους, πρὸς τοὺς ἕνα Θεὸν ἐπιγραφομένους, ἕνα Κύριον καὶ Δεσπότην καὶ Σωτῆρα. τί ἂν τις εἴποι; Οὐχ ὁρᾷς θηρία πολλάκις πρὸς ἑαυτὰ μαχόμενα καὶ πάλιν εἰρηνεύοντα; ἀπόβλεψον εἰς ταῦτα, καὶ ζήτησον εἰρήνην. Οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, ἀλλὰ τοῦ παναγίου Πνεύματος· καὶ δίωξον αὐτήν, τουτέστι δράμε ὀπίσω ταύτης, κατάλαβε αὐτήν, καὶ στῆσον τὰ κοινὰ πάθη, καὶ τὰ δάκρυα, καὶ τοὺς στεναγμούς, καὶ τὰς κατάρας ὅσας ἐπὶ σὲ πάντες ἄνθρωποι, καὶ Βούλγαροι καὶ Ῥωμαῖοι, πλούσιοι καὶ πένητες, μονάζοντες, καὶ ἱερεῖς, καὶ λαϊκοὶ καταπέμπουσιν. Ἐπὶ γὰρ τὸν εὐσεβῆ καὶ φιλόχριστον ἡμῶν βασιλέα οὐδεὶς ἔχει ἀναφέρειν αἰτίαν, ἐξ οὗ ἐπὶ τὸν θρόνον τῆς βασιλείας ἐκάθισε, τὴν εἰρήνην ἐπιζητοῦντος, καὶ παρακαλοῦντος, καὶ ὑποκλινομένου δι' οὐδὲν ἕτερον, ἢ διὰ τὰ ἐκ τοῦ πολέμου κακά. B Καὶ γὰρ καὶ νίκης γενομένης τῷ ἑνὶ μέρει, οὐκ ἀκινδύνως τῷ νικήσαντι τὸ νικᾶν περιγίνεται· ἀνάγκη γὰρ καὶ συγγενεῖς καὶ φίλους καὶ οἰκείους τῷ νικήσαντι ἀπολέσαι· τοιαῦτα γὰρ τὰ τοῦ πολέμου ἀδιάκριτα καὶ συγκεχυμένα. Οἶδας ἃ λέγομεν, ἐξ ὧν καὶ αὐτὸς πέπονθας· καὶ γάρ, εἰ καὶ μετὰ σοῦ γέγονεν ἡ νίκη, ἀλλὰ πολλοὺς ἀπώλεσας τῶν φιλτάτων, ὧν ἔτι καὶ νῦν ἡ μνήμη διαξαίνει τὴν σὴν καρδίαν, καὶ οὐκ ἐῶσι καθαρῶς ἀπολαύειν τῆς νίκης αἱ δι' ἐκείνους ἀλγηδόνες.

Rectorem et Salvatorem? Nonne vides feras, postquam inter se decertaverunt, ad pacem reverti? Ad ea respice, et pacem quære. Verba hæc non sunt mea, sed Spiritus sancti. Pacem persequere, id est, pone illam curre; illam amplectere. Inhibe omnium mala, lacrymas, gemitus, et quæcunque omnes, Bulgari ac Romani, divites aut pauperes, monachi, sacerdotes aut laici in te imprecantur. Nulli enim ex illis in pium religiosumque imperatorem nostrum causa imprecandi est, ex quo in solio imperatorio sedet, qui pacem quærit et invocat, nihiloque nisi belli calamitatibus cedit. Illi qui victoriam retulerit, victoria non sine periculo est; necesse enim est illum cognatos amicosque suos perdidisse, ut in bello sine ullo discrimine præliantium fit. Ex eo quod ipse passus es novisti quæ dicimus. Quanquam tua fuerit victoria, multos charissimos perdidisti, quorum memoria cor tuum (quasi) carminatur. Luctus sane ex eorum morte factus non te sinit sine angore frui victoria.

Ἀλλ' ἐπὶ τοῦ γράμματος τὸ τέλος μεταστῶμεν. Ὁ φιλόχριστος ἡμῶν βασιλεύς, εἰ καὶ ὑπὸ τῆς συγκλήτου καὶ ὑπὸ πάσης τῆς πολιτείας καὶ τῶν στρατηγῶν αὐτοῦ καὶ τῶν ἀρχόντων πρὸς τὴν καθ' ὑμῶν ἐκστρατείαν ἐκβιάζεται, ἀλλ' οὖν ὡς ἐπιεικὴς τῇ παραινέσει τῆς ἡμῶν ταπεινότητος C μᾶλλον ἑαυτὸν ἐνδιδούς, εἰς τοιούτους πρὸς ἡμᾶς κατέστη λόγους. Ὦ Πάτερ, ἔοικα ἐν μέσῳ τινὶ ἑστὼς καὶ διασπώμενος, τῆς μὲν πολιτείας ἑλκούσης ἑτέρωθεν, τῆς δὲ σῆς ἀρχιερωσύνης ἑλκούσης πρὸς ἑαυτήν. Τούτων οὕτως ἐχόντων, τοῦτό σοι ἀποκρίνομαι· Γράψον πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν ὡς καὶ χρυσίου ποσότητα ἐπιδιδόαμεν, ὅση δυνατὴ καὶ πρέπουσα, καὶ ἱματίων ἀριθμόν, ἀλλὰ καὶ εἴ τι ἕτερον, εἰς ἐκείνου διαβαῖνον θεραπείαν, πρέπον ἐστὶν ἐμὲ παρασχεῖν· καὶ εἴ γε καὶ παρ' αὐτῷ ἀγαπητόν ἐστι τὸ εἰρηνεύειν, ἔχεις ἑτοίμους ἡμᾶς, καὶ οὐδὲν πρὸς τὴν σὴν παραίνεσιν ἀνανεύοντας.

Sed ad epistolæ finem veniamus. Religiosus noster imperator, etsi senatus, magistratus, duces ac consules ut bellum vobis inferat inclament, hortationibus humilitatis nostræ mansuetam mentem remittit, et sic ad nos locutus est: O Pater, videor in quodam medio stare ac distringi, quem illinc proceres, istinc tua episcopalis dignitas distrahit. Ad te, cum res ita fuit, respondeo: Scribe ad fratrem nostrum nos illi daturos quantum auri ac vestimentorum dari poterit aut decebit, imo quidquid alius ad illius utilitatem conferens decebit tribuere. Si illi pacem ferire libeat, nos in promptu habes, nihilque tibi hortanti negaturos.

Διὰ ταῦτα γράφομέν σοι, δεσμὸν ἐπιβάλλοντες ἐν Πατρί, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, δηλῶσαι ἡμῖν καὶ χρυσίου ποσότητα ὅσην ἐπιζητεῖς, καὶ ἱματίων ἀριθμὸν ὅσος σοι παρίσταται. Πάντως δὲ τὰ πρέποντα τῇ μεγαλοπρεπείᾳ τῆς ἀρχῆς σου καὶ τῇ συνέσει D καὶ συνδιασκέψῃ καὶ ζητήσεις· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ εἴ τι ἕτερον, ὃ καὶ σὲ πρέπον ἐπιζητεῖν, καὶ τὸν βασιλέα παρέχειν ἄξιον, κἀκεῖνο πρόσθες ἐπί τε τῇ τοῦ χρυσίου, καὶ τῇ τῶν ἱματίων δόσει, καὶ τεύξῃ κἀκείνου τῆς ἀπολαύσεως. Καὶ τούτων σοι παρεχομένων, γενοῦ τῆς εἰρήνης, γενοῦ τῆς ἀρχαίας ἀγάπης· γενέσθωσαν πάλιν Βούλγαροι καὶ Ῥωμαῖοι πρὸς μίαν ἀδελφικὴν σύμπνοιαν καὶ ὁμόνοιαν, καὶ καταργηθήτω μὲν ὁ ἐξ ἀρχῆς τῆς ἔχθρας δημιουργός· δοξασθήτω δὲ ὁ Χριστὸς καὶ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ διὰ σταυροῦ αὐτοῦ καταλύσας τῆς ἔχθρας τὸ μεσότοιχον, καὶ εἰρηνεύσας τὸν κόσμον αὐτοῦ, ἀπολαμβανούσης μὲν τῆς Ῥωμαϊκῆς βασιλείας καὶ τὴν ἰδίαν κατάσχεσιν, ἐχούσης δὲ Βουλγαρικῆς ἐξουσίας ἀδεῶς τὰ οἰκεῖα καὶ ἀσφαλῆ, καὶ μηκέτι ἀφορμῆς ὑπολιμπα-

Itaque tibi scribo vinculum charitatis arripiens in Patre, et Filio, et Spiritu sancto, ut significes quantum auri postules quotque vestimenta tibi tribuenda videantur. Considera penitus quæ magnificentiam tuæ dignitatis prudentiamque tuam deceant, et postula; imo quidquid te deceat aliud postulare, et imperatore sit dignum concedere, adde auro et vestimentis: omnia tribuentur. His autem concessis ad pacem revertere, et ad priscam charitatem. Fiant denuo Bulgari et Romani unius fraternæ conspirationis consensionisque; et sternatur qui est ab origine inimicitiarum artifex. Glorificetur autem Christus Deus noster, qui per crucem murum inimicitiæ destruxit, mundumque suum pacificavit. Sic Romanum imperium ditiones suas recuperabit, suasque Bulgari sine timore aut cura possidebunt, omni jam occasione scandali sublata, pace firmata, et utraque gente beatam vitam obtinente. Quod tribuat Christus Deus noster, abolens dæmonis invidiam, illiusque alas

Digitized by Google

reducens; atque suam ab omni malo tueatur hæreditatem, in cujus pretium sanctum vivificumque sanguinem purissimi lateris sui donavit.

A ρομένη σκανδάλων, ἀλλὰ βεβαίας εἰρήνης, καὶ εὐζωΐας ἐν ἀμφοτέροις τοῖς ἔθνεσι διαμενούσης· ὃ παράσχοι Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, καταργῶν μὲν τὴν τοῦ διαβόλου ἐπήρειαν, ἐφαπλῶν δὲ τὰς πτέρυγας αὐτοῦ, καὶ σκέπων ἐν ἀπαθείᾳ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ, ἧς ἔδωκε τίμημα τὸ ἅγιον καὶ ζωοποιὸν αἷμα τῆς ἀχράντου πλευρᾶς αὐτοῦ.

XXXII. *Sanctissimo omni respectu papæ antiquæ Romæ, Nicolaus, Constantinopolitanus archiepiscopus, de quartis nuptiis perperam acceptis apud Romanos.*

Quid scribemus, fratres honoratissimi? Gememusne de malis quæ nostra passa est Ecclesia, an Deo gratias agemus pro beneficiis quæ ab illius misericordia sumus experti? Scribemusne glorificationis cantum et laudes, an illas contra nos machinatas vexationes? Reprehensionemne fraternam in vos, an justam accusationem malorum quæ adversus nos intentat in reprehensionem vos adducere? Ea enim varia discrimina, quorum causa in obscurum cessit, nobis adversata sunt. Sed gratiarum actiones, laudes glorificationisque cantus propter resolutas, quæ culpa nostra ecclesiam nostram corripuerant difficultates, proferemus. Res cæteræ causam habent malorum coagmentationem, quæ simul exorta gemitibus, doloribus, reprehensionibus et accusationibus, quasi vitiosis quibusdam surculis, oriendi locum dedere. Quorum singulorum expositio in necessitatem producendæ longius epistolæ nos adducet. Molestum istud scientes renuebamus; sed quoniam nos natura rerum cogit, ea quæ omittere non esset dignum scribo. Inde principium scribendi sumam unde nobis tot mala promanarunt.

Optimus et mihi charissimus imperator, vixdum tertiæ conjugis viduus factus, ad quartæ, præter jus experientiam venit. Quamvis, cum per trium uxorum mortem tristitia animi teneretur, ad tale consilium devenire haud debuerit; at vero cum malis fuit victoria, atque mala vicerunt; itaque totus illa insana cupiditate captus, quartam uxorem ducere in animum induxit, quod ante eum nemo, non dico regum, sed ne eorum quidem qui infimum in magistratu tenent locum aut simplicium palatinorum ullus fecit. Haud loquar nunc de divinorum canonum prohibitione aut de cæteris pœnis quæ contra tale conjugium abominandum summo cum rigore statuuntur. Verumenimvero cupiditatis vis prævaluit, et quarta uxor regem, de cætero honestum, sed hac in re male subactum ad se pellexit, prætexto sane infantis quem ex illo pepererat. Attamen facile erat infantem assumere, siquidem, humani quid passus, pueri amore tenebatur, matrem autem, quam nec ab initio more licito cognoverat, repudiare, quamvis eam quocunque modo vellet, sustentare posset: neque enim partus subsecutus illegitimam conjunctionem ratam efficit. Si enim consanguinitate conjunctissimi, quæ est hominum pravitas, ad liberos procreandos

(1) Ab hoc loco exstat Latine hæc epistola apud Baronium ad an. CMXII, nonnullis tamen omissis particulis.

ΛΒ'. *Τῷ τὰ πάντα ἁγιωτάτῳ πάπᾳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Νικόλαος ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως περὶ τῆς παραλόγως δεχθείσης τετραγαμίας παρὰ Ῥωμαίοις.*

Τί γράψομεν, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι; θρήνους ἐφ' οἷς πέπονθεν ἡ καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησία, ἢ πρὸς Θεὸν εὐχαριστίαν οἷς ὑπ' αὐτοῦ ἠλεήθημεν; δοξολογίαν καὶ αἴνεσιν, ἢ τὴν καθ' ἡμῶν συσκευὴν καὶ ἐπήρειαν μέμψιν ἀδελφικὴν πρὸς ὑμᾶς, ἢ δικαίαν ἔγκλησιν τῶν καθ' ἡμῶν πονηρευσαμένων, καὶ ὑμᾶς εἰς τὰς B μέμψεις περιστησάντων; Τοιαῦτα γὰρ ἐξ ἐναντίων μικτὰ πράγματα, χωρεῖ δὲ πρὸς τὸ ἄδηλον ἡ αἰτία, συνήντησεν ἡμῖν. Ἀλλὰ τὴν μὲν εὐχαριστίαν καὶ τὴν αἴνεσιν καὶ τὴν δοξολογίαν τῆς καταλαβούσης διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν τὴν Ἐκκλησίαν σκυθρωπότητος διαλελυμένης προσφέρομεν· τὰ δὲ λοιπὰ αἰτίαν ἔχει τὴν σύστασιν τῶν κακῶν, ἃ παραχωρηθέντα γένεσιν λαβεῖν, τοῖς θρήνοις καὶ τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς μέμψεσι καὶ ταῖς ἐγκλήσεσι, ὥσπερ τισὶ παραβλαστήμασι πονηροῖς, ἔδωκε τὸ παραναβλαστεῖν· ὧν ἡ κατὰ μέρος ἐξήγησις εἰς μῆκος προελθεῖν ἀναγκάσει τὸ γράμμα· ὅπερ ὀχληρὸν εἰδότες ποιεῖν μὲν οὐκ ἐβουλόμεθα, τῆς δὲ φύσεως τῶν πραγμάτων ἀναγκαζούσης γράφομεν ἃ μὴ παριδεῖν ἄξιον. Ἄρξεται δὲ ἡμῖν, ὅθεν καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς τῶν κακῶν συστάσεως.

C

Ἄρτι δὴ τῷ καλῷ καὶ φιλτάτῳ μοι βασιλεῖ τρίτης χηρεύσαντι γυναικὸς ἐπῆλθεν, ὡς μή ποτε ὤφελε, καὶ τετάρτης πρὸς πεῖραν ἐλθεῖν. Καίτοι ἔδει αὐτὸν τριῶν γυναικῶν θανάτῳ τὴν ψυχὴν διεσπαραγμένον μηδόλως ἐπὶ τοιούτους ἐλθεῖν λογισμούς. Ἀλλ', ὡς ἔοικεν, ἦν μετὰ χειρόνων ἡ νίκη, καὶ τὰ χείρω νενίκηκε· καὶ γεγονὼς ὅλος τῆς ἀτόπου ταύτης ἐπιθυμίας, ἐζήτει καὶ τετάρτην ἀγαγέσθαι γυναῖκα, ὃ μηδεὶς τῶν πρὸ αὐτοῦ μὴ ὅτι γε βασιλέων, ἀλλ' οὐδὲ τῶν εἰς ἐσχάτην τελούντων ἀρχῆς τάξιν, ἢ ἁπλῶς τῶν εἰς παλάτιον κατειλεγμένων. Ἐῶ νῦν τὴν ἀπαγόρευσιν τῶν θείων κανόνων, καὶ τὴν ἄλλην κατάκρισιν ὅσην ἀπαραιτήτως κατὰ τῆς D βδελυρᾶς ταύτης ὁρίζουσι συναφείας· ἀλλὰ γὰρ ἐκράτει τῆς ἐπιθυμίας ἡ τυραννίς, καὶ ἡ τετάρτη γυνὴ πρὸς ἑαυτὴν ἐφείλκετο τὸν πάντα μὲν καλὸν, εἰς τοῦτο δὲ κακῶς ὑπαχθέντα βασιλέα. Καὶ πρόφασις ἐδόκει τὸ τεχθὲν παιδίον· καίτοι ῥᾴδιον ἦν τὸ μὲν παιδίον ἀναλαβεῖν, ἐπείπερ ἀνθρώπινόν τι παθὼν, ἔρωτα παιδὸς εἶχε· τὴν δὲ μητέρα μηδὲ τὴν ἀρχὴν εὐαγῶς ἐγνωσμένην αὐτῷ ἀποπέμψασθαι τῆς ἄλλης μὴ στερουμένην θεραπείας, ὅσην ἂν παρέχειν ἐβούλετο· ἐπείπερ οὐκ οἶδεν ἡ τεκνογονία (2) τὴν ἄθεσμον μίξιν ποιεῖν θεμιτήν· οὐδὲ γὰρ εἴ τινες τῶν ἔγγιστα συγγενῶν, οἷα πολλὰ τὰ ἀνθρώπινα προσ-

(2) Hinc vides scribendum esse *partus* apud Baronium ubi mendose est *quartus*.

Digitized by Google

φθαρέντες ἀλλήλοις ἐτεκνοποίησαν. διὰ τοῦτο καὶ συνεζεῦχθαι συγχωρηθήσονται. Ἀλλ' ἐκεῖνος ἀφορμῆς δραξάμενος τῆς τεκνογονίας, ἀπέῤῥιπτεν εἰ καὶ μὴ τρανοὺς λόγους καὶ περὶ τῆς γυναικός· ὡς δὲ πρὸς τοῦτο ἑώρα πᾶσαν τὴν καθ' ἡμᾶς ἐνισταμένην Ἐκκλησίαν· ἐφαίνετο γὰρ τὸ πρᾶγμα παντελῶς ἀλλότριον τῆς Χριστιανῶν πίστεως, καὶ μάλιστα ὅτε πρὸς τὸ τοῦ προσώπου μέγεθος ἴδοιεν, μικρὸν ὑπεδίδου, καὶ ὥσπερ ἐλπίδας ἐλαμβάνομεν τοῦ τὸ κακὸν μὴ νικήσειν.

Ἀλλὰ τοῦτο μὲν πρὸ τοῦ βαπτίσματος τοῦ παιδός· ἤρεσκε γὰρ πᾶσιν ἀρχιερεῦσι καὶ ἱερεῦσι μηδὲ βαπτίζειν ἡμᾶς τὸ παιδίον, καὶ μάλιστα ὡς ὁ πατὴρ ἐπεζήτει σὺν τιμῇ βασιλικῇ, μὴ πρότερον λαβόντας ὑπόσχεσιν, ὡς ἀποστήσεται τῆς γυναικός. Καὶ τούτου πολλάκις ῥηθέντος, κρύπτει τὸ βούλημα τῆς ψυχῆς, καὶ χείλεσι πληροφορίαν δοὺς ἔνορκον, ὡς ἀποβέβληκε τὴν γυναῖκα, τυγχάνει τῆς περὶ τὸν παῖδα ἐφέσεως, καὶ ὥσπερ ἦν ἀγαπητὸν αὐτῷ ἐβαπτίζετο. Ἀλλὰ τὸ ἀπὸ τούτου ἀκούοιτε. Οὔπω τρίτη ἐκ τοῦ βαπτίσματος ἡμέρα διεληλύθει, καὶ ἡ μήτηρ ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσήγετο βασιλικῶς δορυφορουμένη, καὶ ὡς εἰκὸς τὴν βασιλέως γαμετήν, τῶν ὑποσχέσεων ἐκείνων καὶ τῶν ὅρκων οὓς ἐπεποίητο διαβεβαιούμενος ἀπηλλάχθαι αὐτῆς, εἰς ἀέρα διαλυθέντων, μᾶλλον δὲ εἰς μέγα κακὸν κορυφωθέντων. Ἤδη γὰρ οὐκέτι λόγοις, ἀλλ' ἔργοις τὰ περὶ τὴν γυναῖκα ἐκράτει, τελουμένου τοῦ βασιλικοῦ ὡς ἐνομίζετο γάμου. Ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ στέφους τῇ γυναικὶ παρατιθεμένου, μήθ' ἡμῶν τὴν νενομισμένην ἱερολογίαν ἐπιτελεσάντων, μήτ' ἄλλου τινὸς ἀρχιερέως, ἀλλ' αὐτοῦ βασιλέως χρηματίζοντος αὐτῇ, ὅσα ἐβούλετο καὶ νυμφίου καὶ ἀρχιερέως, καὶ τὴν ἐπὶ τῷ στέφει ποιοῦντος ἱερολογίαν καὶ στέφοντος. Καὶ ταῦτα ἐγίνετο· καὶ πᾶσα ἡ πόλις, οὐ μόνον τὸ ἀρχιερατικὸν καὶ ἱερατικὸν πλῆθος, ὥσπερ ὅλης ἀνατετραμμένης τῆς πίστεως, συντετάρακτο.

Τί οὖν ἔδει με ποιεῖν; Ἠρεμεῖν καὶ καθεύδειν; ἢ ὅσα ἦν εἰκὸς τὸν φίλον, τὸν ὑπὲρ τῆς ἐκείνου τιμῆς, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως μεριμνῶντα, φρονεῖν τε καὶ πράττειν; Τοῦτο ἦν ἡμῖν ὁ ἀγὼν σὺν Θεῷ. Καὶ τοὺς μὲν παρῃνοῦμεν κυβερνήτας ὄντας μὴ τὰ τῶν ἀκυβερνήτων πάσχειν, ἀλλὰ μακροθύμως τὸ συνενεχθὲν φέρειν μετὰ τῆς ἀγαθῆς ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν ἐλπίδος. Τοῦ δὲ τῶν γονάτων ἡπτόμην, ἀλλὰ καὶ τῶν ποδῶν, ἐδεόμην, παρῄνουν ὡς φίλον, ἐδυσώπουν ὡς βασιλέα, καὶ μὴ πάντα τῇ ἐξουσίᾳ ἔλεγον χαρίζεσθαι, ἀλλ' ἐννοεῖν ὅτι ἐστὶν ὁ ὑπεράνω τῆς δυναστείας αὐτοῦ καθήμενος, ὁ κενώσας ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας τὸ ἄχραντον αἷμα. Προσετίθουν καὶ ταῦτα. Ἔδει, τέκνον ἡμῶν, καὶ βασιλεῦ, φιλόθεόν σε ὄντα καὶ δεδοξασμένον ὑπὸ Θεοῦ μᾶλλον σοφίᾳ καὶ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ τοῖς τρισὶν ἀρκεσθῆναι γάμοις· τάχα γὰρ καὶ ὁ τρίτος ἀνάξιος ἦν τῆς σῆς βασιλείας· ἀλλ' ἐκεῖνος ἔχει συγγνώμην, ἴσως τὰ πρὸς τὸν Φράγκον σύμφωνα, διότι συμπεφωνημένον ἦν ὑπὸ σοῦ τὴν σὴν θυγατέρα ἣν μόνην ἐκέκτησο, νύμφην ἀποστέλλειν αὐτῷ. Ἦν δὲ ὁ τῆς Βέρτας ἀνεψιός, ᾧ συνέπεσε δυστυχῆσαι οἷα δεδυστύχηκε. Καὶ ἐπειδὴ συμπεφώνηται τὴν σὴν θυγατέρα πρὸς τὴν Φραγκίαν ἀπιέναι, δεῖ δὲ γυναῖκα τῷ

A coirent, non permittetur eis hac de causa matrimonio copulari. At ille (imperator) ubi liberos procreare sibi proposuit sermones disertos de uxore contempsit; ubi vero totam quæ nobis subest Ecclesiam vidit a nostris partibus stare (res enim omnino a Christianorum fide abhorrere videbatur), et præsertim ubi personæ auctoritatem advertit, non multum abfuit quin cederet, ita ut nos etiam speraremus fore ut malum non vincat.

Sed hæc quidem ante baptismum infantis contigere. Placuerat enim archiepiscopis et sacerdotibus denegare baptismum infantis, et præsertim, uti pater desiderabat, cum honore regio, nisi prius ipsis promissum foret ab illo, se uxorem dimissurum esse. Qua de re cum sæpius verba facta B essent, is, animi consilio abscondito, jurejurando interposito affirmat, se repudiasse uxorem, et quod de infante desideraverat obtinet, ut nimirum ad ejus mentem voluntatemque baptizaretur. Quid vero deinde acciderit percipite. Nondum tertio elapso die a baptismo, mater regio agmine stipata in regiam recepta est, et quo regis uxorem induci fas est honore, omnibus promissionibus et juribusjurandis, quibus illam se dimisisse obfirmaverat, aeri traditis, vel potius magni mali instar elevatis. Jam enim haud amplius verbis, sed etiam factis quæ ad uxorem pertinebant rata fecit, siquidem regias nuptias opinabatur esse legitimas. Ipse enim conjugi coronam imposuit, neque nobis, neque ullo de sacerdotibus ad legitimam consecra- C tionem adhibitis; nimirum qua rex omnia ex lubitu illi contulit, tanquam sponsus et sacerdos, et coronam consecravit atque imposuit. Quo facto, non solum ordo sacerdotum, sed etiam universa civitas, velut tota subversa fide, perturbata est.

Quid igitur facerem? Utrum quiescere et dormire, an amici instar et de illius honore, et et Ecclesiæ statu sollicitum esse ac strenue agere? En pugnam Dei auxilio conficiendam. Itaque illos quidem qui gubernacula tenebant obsecravi, ne ipsi quæ sine remis navigantibus accidere solent paterentur, sed patienter calamitatem ferrent, spe in Christo Domino nostro reposita. Hujus autem ad genua, imo ad pedes provolutus, tanquam amicum rogavi, tanquam regem obtestatus sum, D ne potentibus omnia pro lubitu perpetrare licere putaret, sed cogitaret supra reges constitutum esse eum qui sanguinem suum immaculatum pro Ecclesia effudisset. Tandem hæc ei dixit: Sane debuisses, fili noster ac rex, cum Dei amore præcellas et sapientia cæterisque virtutibus divinitus sis ornatus, tribus matrimoniis contentus esse, et quamvis vel tertium tuo imperio indignum esset, tamen in conventione cum Francorum rege inita excusationem habuit, siquidem filiam tuam unicam ei desponsare promiseras. Cæterum Berthæ avunculus fuit, cui mala quibus succubuit, acciderunt. Cum igitur tua filia, uti convenerat, in Franciam discederet, et mulier in palatio adesse

Digitized by Google

deberet et administrare res omnes quæ ministrorum tuorum conjugibus incumbunt, tertium potuit concedi matrimonium, siquidem filia in eo erat ut paternam domum relinqueret. Adde quod vel sacri canones non omnino prohibent tertias nuptias, sed indulgent, licet tanquam sordidum quid et Ecclesia indignum eas considerantes. De quarto autem matrimonio, quod etiam Agareni norunt, licet non quoad divisionem uxorum, quænam erit excusatio? Ad quemnam prætextum recurrere licebit, præsertim ubi scelus ad summam dignitatem qua gaudes comparatum fuerit? Rex dicitur esse lex non scripta, haud ut legem violet et quodcunque lubuerit faciat, sed factis suis quæ legis non scriptæ norma diriguntur, similis esse debet legi scriptæ. Etenim rex si legibus adversatur, quisnam reverebitur illas? Nonne consequitur necessario, quas leges princeps hostili modo infregerit, easdem etiam a subjectis nihili habitum iri, licet nemo ad id cogatur? Ubi vero necessitas quædam et impetus, præsertim naturæ, accedit, quomodo non ad eamdem sentiendi agendique rationem inclinabunt, cui principem summum indulgere vident?

His dictis perrexi hoc modo: Considera, quæso, solem ac stellas, quod ubi una ex his splendore privatur, res est nullius fere momenti; at ubi soli tali quid acciderit, necessario totus mundus caligine involvitur. Item, si corporis alia membra sordibus polluuntur, seu lateant sordes seu non lateant, id nihil fere pudoris habet; jam vero si forte os immunditie horret, fieri non potest quin summo pudore suffundamur. Noli igitur, cum magnæ divinæ hæreditatis os, imo caput exsistas, corpus Christi pudefacere, aut apud infideles quoque adeo confundere, ut a tua dignitate mali vituperii occasionem arripere queant. Præterea multa dixi quæ commemorare non est hujus loci. Uno verbo, peroravi, supplicavi, obsecravi. Cum autem his sermonibus illius voluntatem neutiquam flecti posse viderem, hoc modo eum adortus sum: O rex et fili, postquam majestati tuæ visum est quartam conjugem in matrimonium ducere, nulla indecori ratione habita, accipe jam a patre atque amico summo amoris affectu te diligente hocce consilium: Conjux privatim degat neque cum tua majestate commoretur, et advocentur veteris Romæ aliarumque pontificalium sedium præsules et alii qui episcopali dignitate eminent et muneri sacerdotali decus honoremque afferunt, quorum congregatorum judicio ac sententia, quoniam tibi sic videtur, fortasse illud quod petis ratum habebitur, si nimirum hac calamitate non inducatur alia multo gravior, Ecclesiæ scilicet perturbatio, quam hucusque summo cum vigore ac prudentia compescuit Ecclesiæ prædicatio, ita ut spes sit fore ut, post synodum habitam, interdictio illius pravi illegitimique matrimonii accipiatur. Sed omnia quæ dixi, irrita mansere, quia amoris im-

A παλατίῳ προσεῖναι τὴν διοικοῦσαν τὰ ἐπιβάλλοντα τῶν σῶν ἀρχόντων ταῖς γυναιξὶν, ἔστι συγχώρησις τῷ τρίτῳ, τῆς θυγατρὸς ἐκδίδοσθαι μελλούσης. Πλὴν ὅτι καὶ ἱεροὶ κανόνες τὸν τρίτον οὐκ ἀποβάλλουσι παντελῶς, ἀλλὰ συγχωροῦσιν, εἰ καὶ ὡς ῥύπον παρορῶντες τῆς Ἐκκλησίας, ὑπὲρ δὲ τοῦ τετάρτου καὶ ὃ τοῖς Ἀγαρηνοῖς γνώριμον, εἰ καὶ μὴ κατὰ διαίρεσιν γυναικῶν, τίς ἀπολογία; Ἐπὶ ποίαν δὲ καταφευξόμεθα πρόφασιν, μάλιστα πρὸς τὸ μέγεθος τῆς σῆς δόξης τοῦ μιάσματος ἐξεταζομένου; Βασιλεὺς, φασὶν, ἄγραφος νόμος, οὐχ ἵνα παρανομῇ καὶ πράττῃ ἁπλῶς τὰ δοκοῦντα, ἀλλ' ὥστε τοιοῦτον εἶναι διὰ τῶν ἔργων αὐτοῦ τῶν ἀγράφων, οἷος ὁ νόμος ὁ ἔγγραφος. Εἰ γὰρ βασιλεὺς τῶν νόμων ἐχθρὸς καὶ πολέμιος, τίς τοὺς νό-
B μους φοβήσεται; Ἢ οὐχὶ τοῦτο ἀκόλουθον τὸ πρὸς οὓς ἂν ὁ ἄρχων ἐχθρῶς ἔχῃ καὶ πολεμίως, πρὸς τούτους καὶ τὸ ὑποχείριον τὴν ὁμοίαν φυλάσσειν διάθεσιν, κἂν μηδεὶς ὁ βιαζόμενος ᾖ; Ὅτε δὲ καὶ βία, καὶ μάλιστα φύσεως, πῶς οὐχὶ πρὸς ἐκεῖνο τὸ φρόνημα ὑπενεχθήσονται, πρὸς ὃ καὶ ὁ ἄρχων τὴν ῥοπὴν ἔχει;

Ἔλεγον καὶ ταῦτα· Ἐννόει μοι τὸν ἥλιον καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ ὅτι ἀστέρι μὲν ὑποδραμόντος τινὸς σκιάσματος, οὐδὲν τὸ γινόμενον· ἡλίου δὲ τοῦτο παθόντος, σκυθρωπάζειν ἀνάγκη τὸν κόσμον. Προσετίθουν καὶ ὅτι τῶν λοιπῶν τοῦ σώματος μελῶν
C ῥυπανθέντων, ἢ λανθάνει ὁ ῥύπος, ἢ κἂν μὴ λανθάνῃ, οὐδὲν μέγα εἰς αἰσχύνην· τοῦ δὲ προσώπου ἐῤῥυπωμένου τυγχάνοντος, οὐδὲν εὑρίσκεται τῆς αἰσχύνης παραμύθιον. Πρόσωπον εἶ τῆς μεγάλης τοῦ Θεοῦ κληρονομίας, μᾶλλον δὲ κορυφή· μὴ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ καταισχύνῃς, καὶ ποιήσῃς καὶ παρὰ τοῖς ἀπίστοις αἰσχύνεσθαι, διὰ τοῦ κατὰ τῆς σῆς δόξης καὶ σεμνότητος ἀφορμὴν αὐτοῖς παρασχεῖν πονηρᾶς ἐπιλήψεως. Ἔλεγον ταῦτα καὶ πλεῖστα ἕτερα, ὧν ἡ μνήμη καὶ πρόσθεσις περιττή· πλὴν ἔλεγον, ἐδυσώπουν, ἱκέτευον. Καὶ ἐπείπερ ἑώρων τοὺς λόγους τούτους ἡττωμένους τῆς ἐκείνου βουλήσεως, ἐστρεφόμην ἐφ' ἕτερα τοιαῦτα λέγων· Ἐπείπερ, ὦ βασιλεῦ καὶ τέκνον, ἅπαξ τῷ κράτει σου ἔδοξε καὶ τετάρτῃ γυναικὶ συνῆφθαι, καὶ οὐκ ἀναλογίζῃ τὸ
D ἄτοπον, δέξαι φίλου καὶ πατρὸς ὑπερφιλοῦντός σε τέως γοῦν ταύτην τὴν συμβουλήν· ἔστω ἡ γυνὴ ἰδίως διάγουσα καὶ μὴ συνοικοῦσα τῷ κράτει σου, καὶ προσκληθήτωσαν τῆς τε πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ τῶν ἄλλων ἀρχιερατικῶν θρόνων ἄνδρες, καὶ ἀρχιερωσύνῃ τετιμημένοι, καὶ τοῖς ἄλλοις οἷς σεμνύνεται ἀρχιερωσύνη, καὶ σὺν αὐτοῖς ἑνουμένων κοινῇ ἐπικρίσει καὶ γνώμῃ, ἐπείπερ οὕτω σοι παρίσταται, ἴσως γίνεται τὸ ζητούμενον· εἰ τῷ κακῷ τούτῳ μὴ συνδράμῃ καὶ χεῖρον ἄλλο τῆς Ἐκκλησίας ὁ τάραχος. Ταῦτα δὲ τὸ σφοδρὸν τῆς κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ὁρμῆς ἀνακρούων ὁ λόγος, τέως διῳκονόμει, ἐλπίδος οὔσης ὡς πάντως τελουμένης συνόδου αἰδεσθήσεται ταύτης τὴν ἀπαγόρευσιν τῆς ἀτόπου καὶ ἀθέσμου συζεύξεως. Ἀλλ' ἦν πάντα κωφὰ τὰ

Digitized by Google

λαλούμενα, τὴν γὰρ ἀκοὴν ἀπέκλειτε πᾶσι, μᾶλλον A δὲ πρὸ τῆς ἀκοῆς τὴν καρδίαν ἡ πρὸς τὴν γυναῖκα ῥοπή, καὶ ταύτης ἔλεγε μὴ ὅτι γε μέχρι συνελεύσεως συνοδικῆς, ἀλλ' οὐδὲ μιᾷ διαχωρίζεσθαι ἡμέρᾳ, ἀλλ' εἶναι σὺν αὐτῷ ταύτην οἷα δὴ γαμετὴν γνησίαν καὶ τιμωμένην ὡς βασιλίδα, καὶ ἐπειδὰν ἡ σύνοδος τελεσθῇ κυρώσειν αὐτῷ τὰ δοκοῦντα.

Παρῆσαν οἱ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης μετὰ μῆνα ὄγδοον ἢ ἔννατον τῆς συναφείας τῆς γυναικός, καὶ τὸ πρᾶγμα ὑπέρδεινον πάσῃ τῇ καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησίᾳ. Προπεφήμιστο γὰρ ὑπ' αὐτοῦ βασιλέως ὡς ἄγοι Ῥωμαίους ἐπιτρέψοντας αὐτῷ τὸν γάμον. Καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλε βαρέως φέρειν ἡ καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησία τούτων ὑπ' αὐτοῦ ἀπερικαλύπτως λεγομένων, ὡς τὰ μὲν ἡμέτερα παρ' οὐδὲν τίθεται, τὴν δ' ἡμῖν B ὀφειλομένην τῆς καθ' ἡμᾶς ἐπαρχίας διοίκησιν κατὰ τὰς τεθειμένας ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ἱερὰς διατάξεις ἑτέροις ἐπιτρέπει, καὶ τότε περὶ πράγματος ἀπηγορευμένου τοῖς κανόσιν ὑπάρχοντος καὶ κατακρίτου; Ποῦ γὰρ θεμιτὸν, ποῦ δὲ τῇ καταστάσει τῆς Ἐκκλησίας πρέπον, ἡμᾶς μὲν ἐξωθεῖσθαι τῆς παρὰ Θεοῦ δεδομένης ἐξουσίας, ἑτέρους δὲ διοικεῖν ἃ οὐδ' ἡμῖν δυνατὸν διὰ τὴν τῶν κανόνων ἀπαγόρευσιν ἐπιτελεῖν; Ἀλλ' ὁ μὲν ἔλεγεν ἥκειν ὑφ' ὧν δεήσει αὐτὸν λαβεῖν τὴν ἐπιθυμίαν, κἂν μηδαμόθεν ᾖ πρὸς τοῦτο κανονικὴ ἐπιτροπή. Οὐκ ἀγνοοῦμεν δὲ ὡς ἐλογοποιήθη καθ' ἡμῶν ὅτι μὴ βεβουλήμεθα ἐξ ὑπερηφάνου γνώμης πρὸς ὄψιν καταστῆναι, μηδ' εἰς λόγους συνελθεῖν τοῖς τότε παραγενομένοις Ῥωμαίοις· ἐγὼ δὲ ὑπὸ μάρτυρι φημὶ Θεῷ, παρ' ᾧ καὶ C νῦν ὁ λογοποιήσας παρέστηκε, καὶ ἡμεῖς τυχὸν μὲν σήμερον, τυχὸν δὲ αὔριον παραστήσομεν, ὡς ἔλεγον αὐτῷ δυσχεραίνειν τοὺς καθ' ἡμᾶς ἀρχιερεῖς τὴν ἐν τῷ κοινῷ τῶν Ῥωμαίων προσομιλίαν, καὶ παντελῶς ἀποτρέπειν προτεθορυβημένους ὄντας τοῖς ὑπὸ σοῦ πολλάκις εἰρημένοις, ὡς Ῥωμαῖοι δώσουσι τὸ ζητούμενόν σοι κἂν μηδεὶς ἄλλος ἐθέλοι διδόναι. Διὰ ταῦτα εἰσηγοῦμαί σοι τὴν ἐν τῷ παλατίῳ πρόσκλησιν ποιήσασθαι αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν, ὥστε κατενώπιόν σου ἑνωθέντας ἡμᾶς καὶ ἰδεῖν καὶ περιπτύξασθαι καὶ ἀκοῦσαι τὰ παρ' αὐτῶν.

Ἀλλ' ἦν ὁ ἄνθρωπος πρὸς ἓν μόνον ὁρῶν τὴν ἡμῶν ἐκδίωξιν, καὶ διὰ πάντων συνέλεγεν ἀφορμὰς ἑαυτῷ πρὸς τὸ τὴν καθ' ἡμῶν κενῶσαι πικρίαν. D Οὐδαμῶς οὖν οὐδ' ἐπὶ τούτῳ κατένευσεν, οὐδ' ἐβούλετο εἰσελθόντας ἡμᾶς τε κἀκείνους ἐν τῷ παλατίῳ ἀλλήλοις συνομιλῆσαι· καὶ ἦν οὕτως ἐν μετεώρῳ ἡ καθ' ἡμῶν αὐτῷ μελετωμένη ἐπιβουλή, ἐπεὶ τέως ἓν ἦν τῆς Ἐκκλησίας τὸ φρόνημα, καὶ μηδεὶς μήτε ἀρχιερεὺς μήτε ἱερεὺς πρὸς αὐτὸν ὑπῆκτο, μηδὲ τῆς ἐκείνου γεγόνει μοίρας. Ὡς δὲ κατ' ὀλίγον δώροις, ἐπαγγελίαις ἀξιωμάτων, ἐκείνων αὐτῶν τῶν ὑπαγομένων καὶ τῶν συγγενῶν καὶ τῶν φίλων, ἡμῶν μὲν ἀπέσπασεν, ἑαυτῷ δὲ προσήνωσε τοὺς πεισθέντας, καὶ ὥσπερ δύναμίν τινα ἰδίαν προσεκτήσατο, τότε καὶ τὸ κρυφῇ μελετώμενον εἰς φῶς προάγει. Προσκαλεῖται τοίνυν ἡμᾶς ἐν τοῖς βασιλείοις, ὡς δῆθεν συνεορτάσοντας καὶ συνεστια-

petus aures, vel potius animum illius obstruxerat, quare dixit sese non solum non usque ad synodum habendum, sed ne unum quidem diem ab illa velle separari, imo jubere ut ea velut legitima conjux et regiis honoribus ornata cum ipso habitet: præterea synodo finita se confirmaturum quæ ipsi visa fuerint.

Octavo vel nono mense post initas illas nuptias quæ universam Ecclesiam nostram mœrore affecerant, veteris Romæ legati advenerunt. Rex autem publice divulgari jusserat se viros Romanos arcessivisse qui ipsius matrimonium approbarent. Jam vero quomodo haud ægre ferre debuit Ecclesia nostra, quod ista libere ab eo pronuntiarentur, nimirum se res nostras nihili facere, adeo ut etiam procurationem nobis ex antiquis et per Patres constitutis sanctionibus debitam aliis conferret, et hoc quidem in re canonice prohibita et condemnanda? Quomodo enim licitum, quomodo Ecclesiæ statui conveniens fuerit, ut nos a potestate divinitus concessa detruderemur, et alii id administrarent quod ne nobis quidem, ob canonum interdictionem, exsequi licuit? At ille venturos esse jactabat a quibus desiderii compos redderetur, etiamsi canones id vetarent. Cæterum haud ignoramus, sparsum falso fuisse rumorem, quasi nos, superbia elati, neque in conspectum neque in colloquium legatorum Romanorum venire voluerimus. Ego autem affirmo per Deum, coram quo jam astat ille rumoris sparsor, nos autem fortassis hodie vel cras astabimus, affirmo, inquam, me illi dixisse: Nostri sacerdotes ægre ferunt convenire Romanos publice et omnino recusant, perterrefacti sermonibus tuis iterum iterumque repetitis, nimirum Romanos tibi quod quæris daturos esse, etsi nemo alius dare voluerit; propterea igitur suadeo tibi illos atque nos in palatio convenire jubeas, ut coram te congregati et videre et salutare nos invicem possimus simulque quid illi velint audire.

Sed iste homo non nisi unam rem respiciebat, exsilium nostrum dico, omnemque occasionem bilis contra nos effundendæ cupide arripuit. Quapropter propositioni meæ neutiquam assensit, nec nos illosque in palatio convenire permisit. Sic rebus in medio suspensis, cum adhuc consensus in Ecclesia valeret, neque episcopus neque sacerdos ullus illius copiam nactus est, neque cum illo convenire potuit. Cum autem, brevi post, muneribus et pollicitationibus ambitiosis illectos cognatos et amicos a nobis separasset et ad suas partes attractos quasi peculiares copias conscripsisset, tunc quod adhuc clam animo volverat, in lucem produxit. Invitat igitur nos ut in regia cum ipso, more consueto, celebremus festum convivio: erat nimirum magni martyris Tryphonis solemnitas. Mediis autem in epulis, uti habebamus, in navem nos impo-

Digitized by Google

nit omnique famulitio orbatum in exsilium protrudit. Neque ullam vestem, aut stragulam, aut librum, aut hominem cujus solatio recrearer, mecum assumere permisit, exceptis duobus homuncionibus illiteratis et adeo incultis ut pene muti, imo sui ipsius haud conscii esse viderentur. Sic exsilio me tradidit. Quomodo reliqua enarrabo? Hiemis rigorem, omnium rerum egestatem, custodum violentiam? Enses enim et arcus et clypei velut hostes, non velut miserum circumdederunt pontificem, cui nec cœlum, nedum hominem intueri licebat, et qui super palea, omni stragula destitutus, somnum capere cogebatur. Nec vero nos soli, sed quicunque ex ordine sacerdotali saniora de Ecclesia sentiebant, vinculis, exsilio, fame sitique vexati, omni cognatorum amicorumque solatio orbati detinebantur, neque eis concessum fuit prospicere e carceribus quibus velut scelesti misere includebantur.

A σαμένους, ἦν γὰρ τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος ἑορτὴ Τρύφωνος, ἥτις αὐτῷ ἐπανηγυρίζετο. Καὶ κοινῆς μετασχόντας τραπέζης ὡς εἶχεν εἰς πλοῖον ἐμβαλὼν ἐρήμου; θεραπείας πάσης ὑπερορίους καθίστησι, μήτε χιτωνίσκον, μήτε στρωμνῆς τι μέρος, μὴ βιβλίον, μηδένα τῶν εἰς παραμύθιον ἐσομένων συγχωρήσας ἀκολουθῆσαι ἄνθρωπον, πλὴν σὺν δυσὶν ἀγραμμάτοις ἀγλώττοις, μικροῦ μὴ δὲ ἑαυτῶν ἐπαισθανομένων, εἰς τὴν ὑπερορίαν ἐκπέμψας. Πῶς ἂν τὰ λοιπὰ διηγήσωμαι; Τὴν πῆξιν τοῦ κρυμοῦ, τὴν στενοχωρίαν, τὴν τῶν φυλάκων βίαν; Ξίφη γὰρ καὶ τόξα καὶ θυρεοὶ ὡς πολεμίους, οὐχ ὡς ἄθλιον περιεστοίχιζον ἀρχιερέα, μὴ δ' ἀέρα συγχωρούμενον ὁρᾷν, μὴ ὅτι γε ἄνθρωπον ἐν μέσοις ἀχύροις κατακεκλιμένον τῇ ἀπορίᾳ τῆς στρωμνῆς. Οὐ μόB νον δὲ ἡμεῖς, ἀλλὰ καὶ ὅσον ἀρχιερατικὸν σύστημα τὰ βελτίω περὶ τῆς Ἐκκλησίας ἐφρόνουν, καὶ οὗτοι ἐν εἱρκταῖς, ἐν ὑπερορίαις, ἐν λιμῷ καὶ δίψῃ, πάσης ἔρημοι παραμυθίας συγγενῶν, φίλων, συνείχοντο ταλαιπωρούμενοι, μηδὲ προκύψαι τῆς φρουρᾶς παραχωρούμενοι, ἐν ᾗ ταλαιπωρεῖσθαι ὡς ὑπεύθυνοι κατακέκριντο.

Interea qui ad rem componendam huc venerant Romani, non secus ac si Roma ad indicendum nobis bellum delegati essent, exsilio nostro calculum adjecerunt, neque nostra durantes, neque audire aliquid a nobis volentes, quamvis, si quis alius, ipsi certe hoc facere debuissent, ut ecclesiasticæ dignitatis prærogativam defenderent, præsertim cum in eo versarentur et ad vos profecti res quomodo evenerint enarraturi essent. Et si nos adire noluissent, saltem unum de iis qui nobiscum in eadem calamitate versabantur, interrogare ac scrupulose examinare debuissent, ut verum ad vos nuntium perferrent. Sed tantum abfuit ut episcopum, qui talia patiebatur et persecutioni expositus erat, quia fornicationis scelere Ecclesiam imo universum Christianorum cœtum contaminari vetabat, eoque jam devenerat ut vitæ mortem præferendam judicaret, defenderent eique assentientes a partibus justitiæ starent, ut iis qui tyrannice nos tractarant, astipularentur, et qui nobis vim intulerant consentirent, et, nescio qua de causa, crudelitatis contra nos exsertæ socii fierent. Nolo enim dicere, ipsos præpotenti auri tyrannide, imo ab hostibus oppressos mendaciorum fraudumque congeriem ad vos allaturos esse aut denuntiaturos de rebus quas nunquam evenisse neque exstitisse norunt, sed quæ non nisi pravæ auroque corruptæ mentis sunt figmenta. Jam vero concedamus, duos tresve viros in errorem induci, sive per malam fraudem, sive per linguam nulli legi subjectam quæque, ob potentiam vel ob aliam causam, omnia sibi licere opinatur: universam autem Ecclesiam sermonibus fallacibus nec nisi vanitati hujus mundi innixis decipi ac subigi, quis æquo animo ferret? Quis igitur unquam talem audivit sententiam, qualem Romana, ut aiunt, Ecclesia, nimirum illi qui Constantinopoli illam repræsentare videntur, his diebus contra nos, vel potius ignominiose contra seipsam tulit? Neque ægre feratis ea quæ dico: quæcunque enim haud bona

Καὶ οἱ πρὸς κατάστασιν τῶν πραγμάτων ἀπεσταλμένοι Ῥωμαῖοι παρόντες ἐνταῦθα, ὥσπερ ἐπὶ τὸ αὐτὸ τοῦτο ἥκοντες ἐκ Ῥώμης τοῦ πόλεμον ἄρασθαι, καθ' ἡμῶν ἐκύρουν ἐξορίαν, μηδὲν μήτε πολυπραγμονήσαντες, μήτε μαθεῖν βουληθέντες παρ' ἡμῶν· καίτοι γε κἂν μηδεὶς ἄλλος, αὐτοὺς ἔδει τοῦτο ποιεῖν, ἀντεχομένους προνομίου, ἐκκλησιαστικῆς ὑπεροχῆς, καὶ μάλιστα μέλλοντας ἐντεῦθεν πρὸς ὑμᾶς ἀπαίρειν, καὶ τῶν πραγμάτων ἔσεσθαι ἀγγέλους, καὶ ὀφείλοντας διὰ τοῦτο καὶ ἰδεῖν εἰ καὶ μὴ C ἡμᾶς ἐβούλοντο, ἀλλὰ τινὰ τῶν μεθ' ἡμῶν συγκινδυνευόντων καὶ πυθέσθαι καὶ μαθεῖν ἀκριβῶς, ἵν' ἔχοιεν ἀκριβῆ καὶ τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀγγελίαν ποιεῖσθαι. Ἀλλ' ὅμως τοιαῦτα πάσχοντος ἀρχιερέως δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ ὅτι βδέλυγμα πορνείας μὴ συνεχώρει τὴν Ἐκκλησίαν, μᾶλλον δὲ τὸ κοινὸν πλήρωμα τῶν Χριστιανῶν καθυβρίζειν ἐκδιωχθέντος, καὶ τοσοῦτον ζωῆς ἀπολαύοντος, ὡς εἶναι τὸν θάνατον αὐτῷ ἢ τὸ ζῆν αἱρετώτερον, ἀντὶ τοῦ ἐκδικεῖν, ἀντὶ τοῦ προσθῆναι, ἀντὶ τοῦ τῆς δικαιοσύνης ἀντέχεσθαι, εἵλοντο συντυραννεῖν τοῖς τετυραννηκόσιν ἡμᾶς, καὶ μετὰ τῶν βιασαμένων συντετάχθαι. Καὶ συνεπιψηφίζονται τῇ καθ' ἡμῶν τυραννίδι, οὐκ οἶδα τί παθόντες· οὐ γὰρ βούλομαι εἰπεῖν ὅτι αὐτοὶ προτυραννηθέντες ὑπὸ τῆς κραταιᾶς τοῦ χρυσοῦ τυραννίδος, D καὶ οὐ τοσοῦτον μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν συμφορήσαντες ψεύδους καὶ ἀπάτης ὄχλον πρὸς ὑμᾶς ἥκουσι κατήγοροι πραγμάτων ὄντες, ἃ ᾔδεσαν ἀσφαλῶς μήτε γεγονότα, μηδ' ὅλως ὄντα, μόνα δὲ ἀναπλάσματα πονηρᾶς καρδίας, καὶ τῷ χρυσῷ ἐξηνδραποδισμένης. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἴσως φορητὸν ἄνδρας δύο ἢ καὶ τρεῖς ἀπατηθῆναι, τυχὸν μὲν ὑπὸ λογοποιίας πονηρᾶς, ὑπὸ γλώσσης αὐτονόμου καὶ μὴ δειλιώσης πράττειν, ἀπ' ἐξουσίας, ἢ ὑπὸ ἄλλης τινὸς αἰτίας. Τὸ δὲ ὅλην Ἐκκλησίαν ὑπαχθῆναι ψευδέσι λόγοις, μηδὲν ἕτερον εἰς σύστασιν κεκτημένοις, ἢ τὴν κοσμικὴν ματαιότητα, πῶς ἄν τις οὐχ ὑπερεκπλαγείη; Τίς οὖν ἀκοὴ τοιαύτην παρέλαβε κρίσιν, ὁποία ἡ τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησία ὥς φασιν, οἱ

Digitized by Google

ἐν Κωνσταντινουπόλει πλήρωμα δοκοῦντες Ἐκκλη- A σίας, ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις ἐξήνεγκε καθ' ἡμῶν, μᾶλλον δὲ εἰς ἀφορμὴν μέμψεως καθ' ἑαυτῶν; Καὶ μὴ δόξῃ ἐπαχθὲς ὑμῖν τὸ εἰρημένον· μεμπτὰ γὰρ τὰ μὴ καλά, καὶ κἂν ὁ λόγος σιγήσῃ, τὰ πράγματα φέρει τὸν ἔλεγχον ἐξ αὐτῶν.

Ἀλλὰ πρῶτον τὰς καθ' ἡμῶν ψευδολογίας, καὶ οἷα ἐπ' αὐταῖς ἐκρίνατε, καλῶς ἔχει παραστῆσαι ὑμῖν, εἶτα ὅσα κατὰ τῆς Ἐκκλησίας τῇ αὐθεντικῇ ὑπουργήσατε οἰκονομίᾳ. Λίβελλοι καθ' ἡμῶν ἐκομίσθησαν, καὶ εἴτε ἀληθεῖς ἦσαν εἴτε ψευδεῖς λόγος οὐδείς· πῶς γὰρ λόγος, ὅτε ζήτησις ἀπολογίας τῶν κατηγορουμένων οὐκ ἦν; Καίτοι νενόμισται καὶ παρὰ βαρβάροις καὶ ἀνόμοις μηδένα κατακρίνειν τῶν κατηγορουμένων, εἰ μὴ πρότερον παραστὰς ὁ διωκόμενος τὴν ἀπολογίαν ὑφέξοι τῶν κατηγορημάτων. Ἀλλὰ καὶ Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν φωνούντων κατ' αὐτοῦ τῶν παρανόμων Ἰουδαίων τὴν ἄνομον B ὑπέστη κατάκρισιν παραστὰς τῷ συνεδρίῳ, καὶ ἀπαιτηθεὶς ἀποκρίνασθαι. Ἡ δὲ παρ' ὑμῶν, ἀδελφοί, κρίσις καὶ ἐνταῦθα καὶ κατὰ τὴν ὑμετέραν ἀποφαίνεται Ῥώμην, καὶ ἄλλα διαπράττεται ὅσα ἐγὼ μὲν εἰπεῖν οὐ προαιροῦμαι, ὁ μέλλων δὲ οὐ σιγήσει ἀπαγγέλλων χρόνος, ἐπείπερ δυνατώτερος πάσης ἀνθρωπίνης καὶ περινοίας καὶ δυνάμεως.

Ὅμως τὸ ἡμέτερον παρὰ φαῦλον κείσθω. Τί γάρ, εἰ ἄνθρωπος ἐλεεινός, καὶ τυχὸν οὐδὲ ἀναπνεῖν ἄξιος τὸν ἀέρα, ἐκδιώκομαι θρόνου, καὶ ὑπερορίᾳ καταδικάζομαι, ἵνα τοὺς καθ' ἡμέραν ἀπολείπω θανάτους; Ἀλλὰ πῶς τὴν τιμὴν τῆς Ἐκκλησίας, τὴν σεμνότητα τῆς πίστεως, τῶν ἱερῶν κανόνων τὸ σεβάσμιον, τὴν ἄνωθεν ἱερὰν παράδοσιν, πῶς οὐκ ἐδυ- C σωπήθητε; πῶς οὐκ ἐλογίσασθε; Ἀλλ' οὐκ οἶδα ποίᾳ χρώμενοι ἐξουσίᾳ, ἢ πόθεν αὐτὴν λαβόντες, πορνείαν εἰς τὰ τῶν Χριστιανῶν εἰσηγάγετε ἅγια, καὶ οὐκ ἠβουλήθητε λαβεῖν ἐπὶ νοῦν, ὡς εὐθέως καὶ κατ' ἀρχὰς τοῦ κηρύγματος τοῦτο τοῖς θείοις παρηγγύηται ἀποστόλοις, τὸ πορνείας ἀπέχεσθαι, ὅτε περὶ τοῦ πνικτοῦ καὶ εἰδωλοθύτου ἀπέστελλον. Καὶ τοῦ σκεύους δὲ τῆς ἐκλογῆς ὅσας ἐστὶ παρακελεύσεις λαβεῖν περὶ τοῦ μὴ πορνείᾳ συμφύρεσθαι, τίς ἠγνόηκε, μὴ ὅτι τῶν εἰς κλῆρον ἀριθμουμένων, ἀλλὰ καὶ τῆς λαϊκῆς πληθύος, εἰ μὴ ἄρα τις παντάπασιν ἀλλότριος Ἐκκλησίας, καὶ τῶν ἐκείνου λογίων ἀνήκοος; Διὰ τοῦτο οὐδὲ παρατίθημι τὰ περὶ πορνείας αὐτῷ εἰρημένα, ἵνα μὴ περιττὸς εἶναι δόξω, δηλῶν ἃ μηδ' ὄντινα D λέληθε. Πῶς οὖν τοῦ τῆς πορνείας ἄγους κατακεκριμένου παρὰ πάντων, Ῥωμαίοις ἔδοξε, διότι καὶ ἡμεῖς ἀκολουθοῦντες τῇ κρίσει τῶν ἀποστόλων, τῇ ψήφῳ τῶν ἁγίων Πατέρων, ὑπὸ τὴν αὐτὴν κατάκρισιν τὸ πρᾶγμα πεποιήμεθα, νομίζειν ἡμᾶς ὑπευθύνους καὶ τοῦ ποιμνίου διώκεσθαι, καὶ πάσχειν τὰ τῶν κακούργων;

Ναί, φησίν· ἀλλὰ γάμος τὸ πρᾶγμα, καὶ οὐ πορνεία. Γάμος, ὦ σεμνὲ νυμφαγωγέ, καὶ τιμῶν τὸν γάμον οὐχὶ κατὰ τὸν δοθέντα θεόθεν νόμον, ἀλλὰ κατὰ τὸν σὸν οὐκ οἶδα ποῦ γεγραμμένον νόμον; Γάμος ἡ πρὸς τετάρτην γυναῖκα δι' ὑπερβάλλοντα οἶστρον συνάφεια; Ποῦ τὸν γάμον τοῦτον εὑρὼν εἰσάγεις εἰς τὸ τῶν Χριστιανῶν ἅγιον ἔθνος, τὸ βασι-

A sunt, vituperari debent, siquidem quantumvis sermo taceant, facta ipsa vituperium gignunt.

Jam vero primum falsas contra nos prolatas accusationes et quomodo eas judicastis, recensere consentaneum est, deinde quantum gubernatione vestra feceritis contra Ecclesiam. Libelli contra nos circumferebantur qui utrum verum quid falsumve continuerint nemo scit: quomodo enim sciri potest, cum inquisitio ad defensionem accusatorum locum non habuerit? Attamen vel apud barbaros et exleges consuetudo invaluit, ut nemo accusatus condemnetur, nisi prius de iis quæ ipsi crimini dantur sese defenderit. Cæterum etiam B Christus Deus noster, cum improbi Judæi contra eum vociferarentur, priusquam pravam subiret sententiam, coram Sanhedrio constitutus, ut se defenderet rogatus est. Vestrum autem judicium, o fratres, quale hic et in veteri Roma apparet, alia procedit via quam ego nunc quidem dicere nolo, futurum autem tempus clara voce patefaciet, siquidem illud omnem humanam prudentiam ac potentiam longe superat.

Porro quæ nos concernunt nauci habeantur. Quid enim refert, ut ego, velut homunculus abjectus et vix dignus qui aerem respiret, e sede deturbatus in exsilium propellar, et quotidie, ut ita dicam, mortis supplicio afficiar? At vero quomodo fit, ut Ecclesiæ honorem, fidei dignitatem, C sacrorum canonum auctoritatem, concessam divinitus traditionem, neque consideretis neque revereamini? Ignoro scilicet quæ usi potestate aut unde eam nacti, fornicationem in Christianorum religionem subintroducatis, non animadvertentes, statim inter nascentis Evangelii primordia, cum de suffocato, et immolatitiis apostoli statuerent, fornicationem omnino esse interdictam. Vas autem electionis quoties edixerit ne quis fornicationis crimen incurrat, quis nescit non solum si sit ex ordine sacerdotali, sed etiam e turba laica, modo ne extra Ecclesiam versetur illiusque præcepta prorsus nesciat? Propterea noli hic recensere quæ de fornicatione scripsit, ne acta agere videar dum ea D profero quæ neminem latent. Quomodo igitur, cum fornicationis scelus ab omnibus condemnetur, Romanis placuit, sententiæ calculum addere quo nos a grege separati, maleficorum instar tractamur, propterea quod doctrinæ apostolorum et sententiæ sanctorum Patrum obsecuti eidem condemnationi fornicationem subjicimus?

Esto, aiunt; at non de fornicatione agitur jam, sed de matrimonio. Matrimonium hoccine dicis, o bone vir? At tu non secundum legem divinitus datam, sed secundum legem nescio ubi scriptam matrimonium concipis. Ergone conjunctionem quæ ob prægrandem amoris œstrum cum quarta fit muliere, matrimonium vocas? Ubinam invenimus

Digitized by Google

ejusmodi matrimonium, ut in sanctum Christianorum cœtum, in regiam hæreditatem inducas? Num in ullo Evangelio, aut Constitutione apostolica, aut traditione qualis ab initio christianæ religionis in Ecclesia auctoritatem obtinuit? Magnus Paulus ait: « Honorabile omnino connubium et torus impollutus [1]. » Jam si tuum matrimonium tale est, cur sacri canones ab Ecclesia ejiciunt illum qui hujuscemodi culpæ succubuit? Si illud vere est matrimonium, nec prorsus aliud quid cur talem conjunctionem luxuriam brutalem et a natura humana alienam appellant? Alias enim illicitus concubitus mero fornicationis nomine designatur, hic autem affectus brutalis et fines humanos supergressus dicitur.

2. Sed quoniam vidimus nefarios Hebræos post tam multas castigationes aversos a bono, et in ipsa adhuc pœna multum insultantes, linguaque effrenata superbientes, et si qui occurrerint modestiores pertinaciter obstinatos, contradicentes, quasi nondum Christus apud illos venerit, sperantes et exspectantes in vanum Antichristum illis futurum esse, quo videbitur impius et mendax; multa quoque alia truciora in nostram Christianorum incorruptam fidem cum blasphemiis cavillantes, et in spem inanem ut stultos hiantes, volumus impiorum inter illos et hæreticorum blasphemantia ora ipsismet similibus rationibus Deo adjuvante occludere, ostendere et persuadere, Christum jam venisse et passum esse in carne factum, mortuum esse, resurrexisse, ascendisse ad Patrem in cœlos cum corpore suo, et venturum esse iterum eumdem Deum simul et hominem cum sua incorruptibili carne, et hunc Deum esse æternum: hæc ostendere volentes in destructionem impiorum et renovationem piorum, ut apud prophetas unanimi consensu manifestata. Hæc exposuimus, omnem sanctæ Scripturæ sententiam juxta Paulum magnum Apostolum [1], ad utilitatem audientium prolatam in Christum captivantes.

3. Mihi igitur mentem pie adhibete, quotquot beatæ vitæ consortes fieri cupitis, ut videatis quomodo in organo debili, humili et parvo sciverit Deus sua eloqui; nullus contradicat, Christi amatores: non nostrum est opus; Dei enim gratia est, ut ostendatur contemptibilia et humilia a Deo electa esse ad confundendum fortia [2]. Qui enim ego sum, parvus et mendicus et peccator homo, ut eadem in mente perspiciens melioribus me enarrem? Quare sciatis iterum, id non ex me esse, sed Dei donum. Ne igitur propter defectum aut insufficientiam, bonam hanc doctrinam aliquis irrideat: Dei enim solius est totum infallibiliter comprehendere. Ideo rogo ut talis sit Dei amicis scopus, ne velut adversarii aliquid boni prætermittant, sed ut prudenter et sapienter cum diligentia hæc tractent; non properando neque æmulando, unde nulla salutaris utilitas oritur, sed cum Dei amore et in Spiritu cum modestia hæc accipite, et explorate, ut vos ma-

Digitized by Google

jus lucrum efficiatis, et qui docentur meliorem A utilitatem percipiant. Certe multum imprimis curam eximiam adhibentes, et quæ ex se interpretabilia sunt apud prophetas a Deo inspiratos, et quæ occasione rerum quarumlibet intellectu facili dicta verba in fundamento esse, ut decet, sinamus: quæ vero sunt difficilis intelligentiæ, multisque obscura et parum explanata, etiam autem et mysteria quæ tendunt ad divinam Christi Incarnationem, ut eorum obscuriorum intelligentiam illustraremus, multipliciter et multis modis in illa explananda solum incubuimus, multarum sententiarum vim congerentes, et in confirmationem dictorum propter invidentes et invidia contradicentes, testimonia e multis assumpta adducimus, stabilitas et pie obfirmatas interpretationes colligentes, et ex antiquo B Moyse, filio Nave, Job, David et Salomone, et ex apostolicis et evangelicis oraculis concordia testimonia proferentes.

κῶς ἐν ἐπιεικείᾳ ταῦτα διαλαμβάνετε, καὶ διεξέρχεσθε, εἰς τὸ καὶ ὑμᾶς τι πλέον κερδανεῖν, καὶ τοὺς μαθητευομένους καλῶς ὠφελεῖσθαι. Ἀμέλει περὶ πολλοῦ μάλιστα σπουδὴν ἀγαθὴν τιθέμενοι, ὅσα μὲν αὐθερμήνευτα τοῖς θεοσόφοις προφήταις· ὅσα δὲ εἴς τινων ἁπλῶς πραγμάτων ὄντα εὔληπτον πρόφασιν ῥήματα τῷ θεμελίῳ εἶναι ὡς προσῆκεν, ἐάσαμεν· ὅσα δὲ εἰς ἀσυμφανῆ τὴν διάγνωσιν, καὶ τοῖς πολλοῖς ἀσαφῆ, καὶ δυστέκμαρτα ὄντα, ἔτι δὲ καὶ εἰς τὴν κατὰ σάρκα θείαν οἰκονομίαν Χριστοῦ συντείνοντα μυστήρια, ἅτε δὴ ἅτε τῶν λαφυροτέρων τὴν ἔννοιαν ἐμφανίζοντες, πολυμερῶς τε καὶ πολυτρόπως ἐν τῇδε διασαφῆσαι μόνον ἐθέμεθα, πολλῶν νοημάτων ἀθροίσαντες δύναμιν, καὶ εἰς βεβαίωσιν τῶν λαλουμένων διὰ πολλοὺς τοὺς βασκαίνοντας καὶ ἀντιλέγοντας φθόνῳ, τὰς ἐκ πολλῶν μαρτυρίας χρησάμενοι προτεθείκαμεν, ἐρηρεισμένας καὶ εὐσεβῶς ἡδρασμένας τὰς ἑρμηνείας συντάξαντες, ἔκ τε τοῦ παλαιοῦ Μωϋσέως τε καὶ τοῦ Ναυῆ γόνου, Ἰὼβ τε, Δαβὶδ τε καὶ Σολομῶντος, ἀποστολικῶν τε καὶ εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων τὰς συμφώνους ὁμολογίας παρατιθέμενοι·

4. Hanc igitur aciem habentes, et, ut verius dicam, hanc defensionem, ne timeamus, dilectissimi, auribus impiorum intonare, eorum stultitiam confundamus, et nitamur eos monendo magis alloqui et ad Christum adducere. Ita enim qui innumeras gentes in servitutem redigunt strenui milites, instrumentis bellicis et gladiis usi, eos quidem capiunt, et spolia sumentes præmiis exornantur, subjectosque sibi servantes ad regem ducunt et laudibus C honorantur; adversantes autem, vel sæve et pertinaciter pugnantes cito destruunt. Idem et nos jam faciemus, bellum spirituale in adversarios geremus. Habemus arma ære divino fabricata, sexdecim sancta instrumenta bellica præter mille clypeos, scuta, gladios, lanceas, sagittas et tela, et contra illos pluribus aliis utemur, imprimis ter fulgentem et unicam lucem in auxilium habentes, illos captivos agemus: quos quidem mihi animo subjicientes se viderimus, his pareamus, neque per arrogantiam proculcemus, o fortissime Dei exercitus; sed capiamus vitam animæ dantibus verbis, et ad Christi universorum Regis pedes submittamus, ut ab eo honorificemur, et in eo salvemur. Quos autem D repugnantes viderimus, neque bene obedientes, destruamus, cædamus eos, ut Madianitas divino Spiritus gladio. Nitamur ergo quantum in nobis est, dilectissimi, capere pie prædam Deo jucundam et gratam animas eorum qui salvantur. Sin autem id ab aliis ut infructuosum despicitur, et non possibile est capere aliquid ex his qui nolunt in Deo salvari, attamen nos ipsos conservemus in fide divina loquendo, et pie et utiliter vivamus, ut æterna bona adipiscamur in Christo Jesu Domino nostro. Habet autem sic expositio. Textura omnis cum interpretatione 41: « Et dixit Dominus ad Osee: Sume tibi mulierem [a], » etc.

δ'. Τοσοῦτον οὖν ἔχοντες συνασπισμὸν, μᾶλλον δὲ τἀληθὲς εἰπεῖν ὑπερασπισμὸν, μὴ ὀκνήσωμεν, ἀγαπητοὶ, τῶν ἀσεβῶν καταβροντῆσαι τὰ ὦτα· πάσης εὐηθείας αὐτῶν καταγνῶμεν, καὶ σπεύσωμεν νουθετικώτερον αὐτοὺς διαλαβεῖν, καὶ εἰς Χριστὸν ἐπισπάσασθαι. Οὕτω γὰρ οἱ αἰχμαλωτίζοντες ἔθνη ἀλόγιστα ἀνδρεῖοι στρατηγοὶ ὄντες, ὀργάνοις ἀμυντηρίοις καὶ ξίφεσι χρώμενοι, καὶ οὓς μὲν λαφυραγωγοῦντες, σκῦλά τε λαμβάνοντες τοὺς ἄθλους ἐπικτῶνται, τοὺς ὑποκύπτοντας ἐφ' ἑαυτοὺς λαμβάνοντες, ἄγουσι τῷ βασιλεῖ, καὶ ἐπαινετοὶ καθεστήκασι· τοὺς ἀντιστατοῦντας δὲ, ἢ καὶ κακῶς καὶ δεινῶς μαχομένους θᾶττον ἀναιροῦντες. Τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἤδη ποιήσομεν, πόλεμον πνευματικὸν τοῖς ἀντιδίκοις ἐπιδειξόμεθα. Ἔχομεν τὰ ὅπλα τὰ θεοχάλκευτα, ἓξ καὶ δέκα ἅγια ἀμυντήρια ὑπὲρ μυριάδας ἀσπίδας, καὶ θυρεοὺς φάσγανά τε καὶ δόρατα καὶ τόξα καὶ βέλη· καὶ πρὸς αὐτοὺς καὶ ἄλλοις πλείοσι χρησόμεθα· μᾶλλον δὲ τὸ τριλαμπὲς καὶ ἑνιαῖον φῶς εἰς συμμαχίαν ἔχοντες, αὐτοὺς προνομεύσομεν· οὓς μὲν ἠπιογνώμως ὑποκύψαντας ἴδοιμεν, φεισώμεθα, μὴ ἀνελῶμεν ἀκρασίᾳ, ὦ ἀνδρειότατον θεῖον στράτευμα· λάβωμεν δὲ ζωοψυχοσώμως, καὶ Χριστῷ τῷ παμβασιλεῖ ἄξωμεν ὑπὸ πόδας, ἵνα καὶ δοξασθῶμεν ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἐπ' αὐτῷ σωθησώμεθα. Οὓς δὲ ἀντιμαχοῦντας ἴδοιμεν, καὶ μὴ ὑπείκοντας καλῶς, ἀνέλωμεν, πατάξωμεν αὐτοὺς, ὡς καὶ τοὺς Μαδιαναίους τῇ θείᾳ παραξιφίδι τοῦ Πνεύματος. Σπουδάσωμεν οὖν τὸ μᾶλλον, ἀγαπητοὶ, τοῦ θηρεῦσαι θήραν εὐσεβῶς τῷ Θεῷ εὐάρεστον καὶ ἐράσμιον τὰς τῶν σωζομένων ψυχάς. Εἰ δέ γε τοῦτο ἀλυσιτελὲς ἄλλοις παροφθῇ, καὶ οὐχ οἷόν τέ ἐστι λαβεῖν τι τῶν μὴ βουλομένων σώζεσθαι ἐπὶ Θεῷ· κἂν ἑαυτοὺς γοῦν συντηρήσωμεν τῇ θείᾳ πίστει φραξάμενοι, καὶ εὐσεβῶς καὶ χρηστῶς πολιτευσώμεθα, ἵνα καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. Ἔχει δὲ οὕτως ἡ δήλωσις. Τὸ ὕφος ἅπαν μετὰ ἑρμηνείας μα'. « Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς Ὡσηέ· Λάβε σεαυτῷ γυναῖκα, » κ. τ. λ.

[a] Osee i, 2.

ANNO DOMINI CMXXXI.

BASILIUS

CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ EPISCOPUS.

(De hoc Basilio, qui, ne cum S. Basilio Magno confunderetur, ἐλάχιστος, minimus, pro modestia sua nominari voluit, vide tomum nostrum XXXVI, col. 1073.)

—

BASILII MINIMI

COMMENTARIA

AD S. GREGORII NAZIANZENI ORATIONES STELITEUTICAS CONTRA JULIANUM IMP., AD EJUSDEM ENCOMIUM HERONIS PHILOSOPHI, ET AD ORATIONEM FUNEBREM IN CÆSARIUM FRATREM

QUIBUS PRÆMITTITUR

EPISTOLA NUNCUPATORIA AD CONSTANTINUM IMP.

(Vide jam dictum tomum nostrum XXXVI.)

ANNO DOMINI CMXL.

GREGORIUS PRESBYTER CÆSARIENSIS.

—

VITA

SANCTI GREGORII EPISCOPI NAZIANZENI

A Gregorio presbytero Græce conscripta.

(Vide tomum XXXV, col. 243 et col. 241, ubi de hoc Gregorio presbytero ab editore Benedictino inquiritur

Digitized by Google

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ

ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΟΣΙΟΥΣ ΤΙΗ' ΘΕΟΦΟΡΟΥΣ ΠΑΤΕΡΑΣ, ΚΑΙ ΕΙΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΝ ΤΟΝ ΕΥΣΕΒΕΣΤΑΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ.

—

GREGORII

PRESBYTERI CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ

ORATIO

***IN SANCTOS TRECENTOS DECEM ET OCTO DEIFEROS PATRES. ET IN CONSTANTINUM PIISSIMUM IMPERATOREM* (1).**

(Combefis. Auctar. nov. tom. II, p. 547.)

—

Præpositis obedire jussus monente Apostolo [1], o Theophile, ac meæ velut oblitus imbecillitatis, neglectaque dicendi elegantia, parui venerando Patri, proponenti, ut breviter de trecentorum decem et octo sanctorum Patrum apud Nicæam conventu scriberem, ejusque huic sanctæ Nicænæ Ecclesiæ, traderem: ut quorum meruit frui corporali præsentia, eorum quoque decertationis scriptas habeat narrationes. Ac a me quidem, pro meis viribus dicta, ut eorum magnitudinis ratio habeatur, quæ a Patribus recte et ex virtute gesta sunt, tenui ego rori cum marinis conserto fluctibus dicam similia. Fuerit autem illius perfectionis, ut non verborum qualitatem attendat, sed promptæ ac alacri ad obsequendum voluntati, ambitiosam compassionem rependat.

Cum Maximianus, Liciniusque, et Maxentius, qui Romæ impie imperarunt, et multos, qui erant Christianæ fidei, dæmonibus sacrificare recusantes, suppliciis et morte affecerunt, insano simulacrorum cultu dignum invenissent exitium, mirabiliter, ac spem vincente eventu, ab Occidente instar Luciferi

A Πείθεσθαι τοῖς ἡγουμένοις ἐκ τῆς ἀποστολικῆς ἐπιτραπεὶς παραινέσεως, ὦ θεόφιλε, καὶ ὥσπερ τῆς οἰκείας ἐμαυτὸν ἐπιλαθόμενος ἀσθενείας, τό τε τοῦ λόγου ὑπεριδὼν ἀκαλλὲς, ὑπετάγην τιμίῳ Πατρὶ, προβαλλομένῳ μοι συγγράψαι διὰ βραχέων περὶ τῆς τῶν ἁγίων τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ Πατέρων κατὰ Νίκαιαν συνελεύσεως, ἐκδοῦναί τε τῇ κατ' αὐτὸν ἐν Νικαίᾳ ἁγιωτάτῃ Ἐκκλησίᾳ· ἵνα ὧν τῆς ἐν σώματι ἀπήλαυσε παρουσίας, τούτων καὶ τῆς πνευματικῆς ἀγωνίας ἀνάγραπτα φέροι τὰ διηγήματα. Καὶ τὰ μὲν ἐμοὶ κατὰ τὴν ἐμὴν εἰρημένα δύναμιν πρὸς τὸ τῆς ἐναρέτου τῶν Πατέρων πολιτείας ὑπέρογκον δρόσου λεπτότητι φαίην ἂν ἐοικέναι πελαγίοις ἁμιλλωμένῃ κύμασι· τῆς ἐκείνου δ' ἂν εἴη τελειότητος μὴ πηλικότητι τῶν ὀνομάτων

B προσανέχειν τὸν νοῦν, τῷ δὲ προθύμῳ τῆς ὑπακοῆς τὸ τῆς συμπαθείας ἀντιμετρῆσαι φιλότιμον.

Μαξιμιανοῦ καὶ Λικιννίου καὶ Μαξεντίου τῶν ἐν Ῥώμῃ δυσσεβῶς βεβασιλευκότων, καὶ πολλοὺς τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως θύειν ἀρνησαμένους τοῖς δαίμοσιν, αἰκισμοῖς καὶ θανάτῳ ὑποβαλόντων, ἀξίαν τε τῆς εἰδωλομανίας τὴν καταστροφὴν τοῦ βίου εὑραμένων, παραδόξως ἐκ τῶν Ἑσπερίων ἀνέ

[1] Hebr. XIII 17.

Fr. Combefisii notæ.

(1) Videtur Gregorius hic medii ævi scriptor, qui longe abfuerit a concilio Nicæno, rogatuque episcopi Nicæni, historicam hanc narrationem ex antiquis monumentis, circa forte Heraclii tempora, et ubi Persæ, quos videtur vocare Assyrios imperii Comani plerasque provincias devastassent, concinnaverit, eidemque Nicænæ Ecclesiæ, quam Patres præsentia illustrassent, cimelium præclarum tradiderit. Opus egregium Latine tantum hactenus editum; libuit ad justam aliquam quantitatem nostri in VI synodi acta voluminis, utraque submittere, cum aliis synodi Nicænæ actis anonymis, quibus gesta in primo illo œcumenico conventu, non nihil et ipsa illustrari possint. Latina componimus Græcis, in paucis secuti interpretem Lipomani, non satis in multis accuratum, cujus aliqua hisce notis perstringimus.

Digitized by Google

τειλε, δίκην Ἑωσφόρου, Κωνσταντῖνος ὁ φιλοχριστότατος, ὁ τῆς ὀρθοδόξου πολιτείας ἀρχηγὸς καὶ τῆς ἀμώμου πίστεως πρόβολος· ὃς ἅμα τῷ τὰ σκῆπτρα ἐκ τῶν Ἑσπερίων ἐπὶ τὴν Ἕω μεταποιῆσαι, τῷ θείῳ φωτὶ τὴν ψυχὴν καταυγάζεται· καὶ τῇ εὐσεβείᾳ τὴν διάνοιαν ἀλειψάμενος πρῶτον ἀγῶνα πρὸς τὸν διάβολον ἐνίσταται· καὶ τίθησι κατὰ τόπον Χριστιανῶν ἐλευθερίας προγράμματα· λύει τὴν ἐκ τῶν ἀνόμων τοῖς πιστοῖς ἐπαχθεῖσαν κατήφειαν· καταβάλλει τῶν εἰδώλων τὰ σεβάσματα· θριαμβεύει τοῦ ψεύδους τὸ ἀνύπαρκτον· φανεροῖ τῆς ἀληθείας τὸ κήρυγμα· μεταδίδωσι τιμῆς καὶ παῤῥησίας τοῖς τετιμηκόσι τὸν Κύριον· ἀναῤῥώννυται σώματα πιστῶν κακωθέντα ταῖς μάστιξι· στρεβλώσει καὶ ἐξορίαις ὑποβάλλονται οἱ προσκείμενοι δαίμοσι. Καὶ ἦν ἰδεῖν τῶν τε πιστῶν ἐκ τοῦ διωγμοῦ τὴν ἀνάκλησιν, καὶ τῶν ἐκ τῆς δαιμονικῆς πλάνης τὴν ἀνάνηψιν, ὁμοίαν ἀγγελικῇ χοροστασίᾳ, πάντων ἐν παῤῥησίᾳ δοξολογούντων τὸν Κύριον.

Ἔχαιρεν οὖν ὁ πιστότατος βασιλεὺς ἐπὶ τῇ καθημέραν προσθήκῃ τῶν Χριστιανῶν, συμβάλλων ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτοῦ θείας εἶναι τὸ πᾶν ἐνεργείας, τῆς ἐν ὀλίγῳ τὸ ὑπήκοον αὐτῷ πρὸς τὴν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἑλκυσαμένης ἐπίγνωσιν. Πόθεν γὰρ κἀκεῖνο τοῖς φθάσασι συνέδραμε; Τῶν γὰρ παρακειμένων ἐθνῶν, ἅτε τὰ σπονδῶν [γρ. ἀσπόνδων, *vel ex Lip.* τὰ σπονδῶν μὴ ἐχόντων] τοῖς πρὸ αὐτοῦ βασιλεῦσι ἐπανισταμένων, καὶ τῶν ἐμφυλίων στάσεων ταῖς ἀλληλοφονίαις μὴ παρεχομένων αὐτοῖς τὴν ἀνάπαυσιν, ἡνίκα Κωνσταντῖνος διὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ τὸ τῆς βασιλείας ἀνεδέξατο κράτος, εὐθὺς ὡς ἐκ προστάγματος, καὶ τὰ τῶν ἐθνῶν δεινὰ κατελώφησε, καὶ τὸ ὑπήκοον τὴν εἰρήνην ἠσπάσατο. Ὁ δὲ μισόκαλος ἐχθρὸς οὐδὲ ταύτην ἤνεγκε τὴν ἐπὶ τὰ κρείττονα τῶν ἀνθρώπων ἐπίγνωσιν· ἀλλ' ὥσπερ πάλαι τῷ πρωτοπλάστῳ τῆς ἀπόνου ζωῆς διεφθόνησε, καὶ διὰ τοῦ ὄφεως τῇ ἀκοῇ τὴν παρακοὴν τῆς ἐντολῆς ἐνέσπειρεν, οὕτω καὶ τότε σπαραχθεὶς ἐπὶ τῇ τῶν ἐξ εἰδωλολατρείας πρὸς Θεὸν ἐπιστροφῇ, ἐγείρει πνεῦμα Πύθωνος. Ἄρειος δὲ ἦν οὗτος· Χριστιανὸς μὲν τὴν προσηγορίαν, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας καταλεγόμενος· τήν τε τῶν θείων Γραφῶν, ὡς οὐκ ὤφελον, πεπιστευμένος ὑφήγησιν· κενοδοξίᾳ τε καὶ φιλαργυρίᾳ, τοῖς ὅπλοις τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τοῦ διαβόλου, κατεχόμενος· ὃς θεασάμενος ὡς μετὰ Πέτρον τὸν ἐν μάρτυσι νικηφόρον, καὶ ἐν

A exortus est Christi amantissimus Constantinus imperator, orthodoxæ reipublicæ auctor ac princeps (2), et incorruptæ fidei propugnator: is simul atque sceptra ex Occidente in Orientem transtulit, divina luce animo perfunditur; instructusque pietate, primum adversus diabolum certamen instituit, atque publica pro Christianorum libertate edicta proponit. Quam impii molestiam ingesserant fidelibus, depellit; destruit idolorum cultum; inanem falsi consistentiam (3) traducit; veritatis prædicationem in palam facit; eos qui Domino honorem impenderant, honore ac libertate afficit. Instaurantur, ac vires recipiunt male verberibus afflictorum fidelium corpora: tormentis (4) et exsiliis subjiciuntur, qui dæmonibus devoti adhæ- B serant: ac videre erat, cum fideles a persecutione liberos effici, tum eos, qui errore dæmonum implicati fuissent, ad frugem meliorem reverti: quæ res angelicæ choreæ speciem quamdam præferre videbatur, cum Deum omnes libere glorificarent.

Itaque lætabatur fidelissimus imperator quotidiano Christianorum augmento, secum animo reputans, id totum divinæ operationis esse, quæ sic exiguo tempore, subjectos ad Domini Jesu Christi agnitionem traxisset. Etenim quid ejusmodi iis convenit, qui præcesserunt? Cum enim finitimæ gentes, velut perfidæ, adversus priores imperatores crebro rebellarent, nec seditionum civilium tumultus, alternis cædibus, requiem ullam præberent, C ubi mox Constantinus per Salvatoris nostri Jesu Christi gratiam imperium suscepit, seu jussione divina, tum mala cessarunt, si quæ erant a gentibus, subditique populi pacem amplexi sunt. Cæterum boni osor hostis, neque eam hominum provectionem ad meliorem cognitionem ferre potuit; quin [a] imo, velut olim primum condito homini vitam laborum vacuitate felicem invidit, ejusque per serpentem, ut ne præcepto obediret, auribus insevit [a]; sic quoque per id tempus, idololatrarum ad Deum conversione exulceratus, suscitat spiritum Pythonis. Fuit is Arius: Christianus quidem nomine, ac Ecclesiæ Alexandrinæ presbyteris allectus; cui Scripturarum divinarum interpretatio fuisset mandata, atque utinam non fuis- D set, inani homo gloria, ac avaritia, patris sui diaboli armis, possessus. Cum porro post Petrum inter martyres victoria illustrem, ac inter pontifices consertum apostolis, Achillamque ejus suc-

[a] Gen. III, 3.

Fr. Combefisii notæ.

(2) *Orthodoxæ reipublicæ auctor ac princeps.* Velut qui primus res Christianorum ac orthodoxorum, provexerit, ut jam respublica Christiana ac orthodoxa, libera religione, ac compressis erroribus, posset dici. Interpr. Lipom. *Orthodoxæ vitæ instituti princeps*, quod non placuit.

(3) *Inanem falsi consistentiam.* Quippe mendacium inconsistens est. Absono Lipomani inter. τὸ ἀνύπαρκτον ad sequens κήρυγμα refert: *Quæ consistere non poterat, efficit manifestam veritatis prædicationem.* Plane consistebat, ante Constantini felicia tempora, nec majori unquam vigore quam sub decessoribus tyrannis, prædicatio Christianæ veritatis, ac κήρυγμα nunquam ἀνύπαρκτον.

(4) *Tormentis.* Exaggeratione dictum, nec ad Constantini referendum tempora, siquidem est sermo de ethnicis, quibus interim multum erat, ut nefandis sacris prohiberentur, clauderentur templa, sive etiam, cum res ferebat, destruerentur.

Digitized by Google

cessorem, Alexandrum vidisset inter præsules castissimum, strenuumque apostolicorum dogmatum defensorem, Ecclesiæ Alexandrinæ præpositum, tanquam venenatus serpens, quod in cordis ejus penetralibus latebat virus evomuit. Enimvero non poterat adversus Alexandrum ipsum importuna se insolentia efferre. Etenim Alexander vita ac moribus irreprehensibilis erat, atque ab omni abstinens malo, juxta Domini de Jobo testimonium [a]. Quidnam ergo machinatur scelestus? Arma parat adversus viri sancti doctrinam, seu qua invadendi pateret aditus: sicque, « ponit os suum in cœlum, et loquitur iniquitatem adversus Altissimum [b]. » Nam cum sanctus Alexander Filium confiteretur, honore Patri æqualem, ac ejusdem essentiæ, ex adverso mente captus Arius, Filium creaturam ac facturam nugari cœpit: ac fuisse quando non erat, et quæ sunt his magis impia, digna profecto quæ oblivioni mandentur et æterno silentio.

Videns ergo divinus Alexander, malum hoc instar morbi sacri depascere (siquidem vicinas Ægyptum, Thebaidemque, et Libyam invaserat), veritus ne universum corriperet fidelium corpus, post multas coram monitiones efferato paterne adhibitas, post varias ex Scripturis divinis probationes, quibus Vetus pariter ac Novum Testamentum abundat, sciens impium erroris caligine adhuc implicatum, ad Dominum Jesum Christum, quem ille afficiebat contumelia, confugit, quo is Christianæ rei adversus impiam molitionem auxilio esset: jejunio, vigiliis, ac lacrymis eum invocat adjutorem, qui inspector est veritatis. Verum cum impius magis efferaretur et effervesceret, evocat Alexander plures futuros periculi socios, dirigitque litteras ad episcopos per ea constitutos loca, ac prodigiosos cordis Arii fetus adversus orthodoxam fidem, denuntiat. Quamobrem, præmunit quidem eorum aures, ut ne qui ab hiatu sensus Arii sinistre arriperentur; incitat vero, ut communi consilio citra moram de his optimum dominum certiorem facerent. Ubi porro victor ille inclytus hæc rescivisset, tanquam stimulo, profana obscurorum, molestaque inopinatorum auditione, animo perculsus, divinas protinus mittit litteras, per quas et magistratus (5), et eos qui possent, episcopos, Nicænam metropolim, ad ea examinanda, quæ ad eos spectarent, venire suadet, atque ad declarandam veram et inculpatam, fidem penitusque exscindendam ac abolendam male sentientium dæmoniacam hæresim.

ἀρχιερεῦσιν ἰσαπόστολον, καὶ Ἀχιλλᾶν τὸν τούτου διάδοχον, Ἀλέξανδρος ὁ ἐν προέδροις πάναγνος, καὶ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ὑπέρμαχος, τῆς Ἀλεξανδρέων προέστη Ἐκκλησίας, ὥσπερ τις ἰοβόλος δράκων τὸν ἐνδομυχοῦντα τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ τῆς βασκανίας ἐξέμεσε. Καὶ κατὰ Ἀλεξάνδρου μὲν, οὐχ οἷός τε ἦν αὐθαδιάσαι· ἀνάλωτος γὰρ κατὰ τὸν βίον ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ πάσης κακίας ἀμέτοχος, κατὰ τὴν τοῦ Ἰὼβ ὑπὸ τοῦ Κυρίου μαρτυρίαν. Τί οὖν ὁ ἀλητήριος μηχανᾶται; Κατὰ τῶν δογμάτων τοῦ ὁσίου ὁπλίζεται, ὡς διὰ τούτων αὐτοῦ καθαψόμενος· καὶ οὕτω « τίθησιν εἰς τὸν οὐρανὸν τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ λαλεῖ κατὰ τοῦ Ὑψίστου ἀδικίαν. » Τοῦ γὰρ ὁσίου Ἀλεξάνδρου ὁμότιμον καὶ ὁμοούσιον τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ καθομολογοῦντος, ἄντικρυς ὁ φρενοβλαβὴς Ἄρειος κτίσμα καὶ ποίημα τὸν Υἱὸν ἐληρώδησε· καὶ ὅτι ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν, καὶ τὰ τούτων ἀσεβέστερα, ἅπερ σιωπῆς ὄντως καὶ λήθης βυθῶν εἰσιν ἄξια.

Ἰδὼν οὖν Ἀλέξανδρος ὁ θεσπέσιος ὡς δίκην ἱερᾶς νόσου ἐπινέμεται τὸ κακόν· ἥψατο γὰρ Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος καὶ Λιβύης τῶν ἔναγχος· καὶ δεδοικὼς μὴ τοῦ παντὸς τῶν πιστῶν περιδράξηται σώματος, μετὰ πολλὰς τὰς κατὰ πρόσωπον παραινέσεις, ἃς τῷ ἀτιθάσσῳ πατρικῶς προσήγαγε, μετὰ ποικίλους τοὺς διὰ τῶν θείων Γραφῶν ἐλέγχους οἷς ἥ τε Παλαιὰ ἥ τε Καινὴ ἐναβρύνεται· γνοὺς τὸν ἀσεβῆ ἔτι τῷ τῆς πλάνης ζόφῳ κατεχόμενον, ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν παρὰ ἐκείνου ὑβριζόμενον καταφεύγει, βοηθὸν αὐτὸν τῷ κοινῷ γενέσθαι κατὰ τῆς θεομάχου ἐγχειρήσεως· νηστείᾳ τε καὶ ἀγρυπνίᾳ καὶ δάκρυσι τὸν τῆς ἀληθείας ἐπόπτην ἐπικαλεῖται σύμμαχον. Τοῦ δὲ δυσσεβοῦς μᾶλλον ἀγριωμένου καὶ παφλάζοντος, κοινωνοὺς ὁ Ἀλέξανδρος τοῦ κινδύνου προσκαλεῖται πλείονας, καὶ γράμμασι πρὸς τοὺς κατὰ τόπον ἐπισκόπους κέχρηται, καὶ μηνύει τὰ τερατώδη τῆς Ἀρείου καρδίας κατὰ τῆς ὀρθοδοξίας κυήματα. Διὸ προασφαλίζεται μὲν αὐτῶν τὰς ἀκοὰς πρὸς τὸ μὴ παρασυρῆναί τινας ἀπὸ τῆς χαράδρας τῆς Ἀρείου φρονήσεως· παροτρύνει δὲ τῷ κοινῷ [ἴσ. κοινῶς] ἀμελλητὶ ταῦτα τῷ κρατίστῳ γνωρίσαι δεσπότῃ. Τούτων οὖν ὁ καλλίνικος ἐν γνώσει γενόμενος, ὥσπερ κέντρῳ τῇ βεβήλῳ τῶν ἀδήλων, τῇ τε ἀνιαρᾷ τῶν ἀδοκήτων ἀκοῇ πληγεὶς τὴν διάνοιαν, παραχρῆμα θείαις κέχρηται κεραίαις, δι' ὧν τούς τε ἐν τέλει καὶ τοὺς δυνατῶς ἔχοντας τῶν ἐπισκόπων τὴν Νίκαιαν τῶν Βιθυνῶν μητρόπολιν κατα λαμβάνειν [*λείπ.* προτρέπεται] πρὸς ἐξέτασιν τῶν εἰς αὐτοὺς ἡκόντων, καὶ φανέρωσιν μὲν τῆς ἀληθοῦς καὶ ἀμέμπτου πίστεως, ἐκτομὴν δὲ καὶ παντελῆ ἀφανισμὸν τῆς δαιμονιώδους τῶν κακοδόξων αἱρέσεως.

[a] Job I, 1. [b] Psal. LXXVII, 2.

Fr. Combefisii notæ.

(5) *Et magistratus.* Potuit Constantinus etiam primores laicos, qui præcipui essent inter Christianos, ac majori quadam auctoritate, ad concilium vocare, quibuscum ipse tantæ tractationi interesset, ut reipsa cum paucis quibusdam spectatoribus interfuit, non tanquam judex, sed velut præses defensorque, atque ut docendus ipse veritatem fidei, doctamque piis legibus sanciturus.

Digitized by Google

Τούτων οὖν οὕτω προβεβηκότων, τίνες εὑρέθησαν οἱ τῷ καιρῷ ἐκείνῳ τῇ προγνώσει τοῦ ζωοποιοῦ Πνεύματος τηρηθέντες ἐπίσκοποι, καὶ ἐκ ποίας ἕκαστος τῶν συνελθόντων παροικίας ὥρμητο, ὁ παρ' αὐτῶν ἐκτεθεὶς τόμος συνοδικὸς παραστήσει, τοῖς φιλοπόνως ἐντυγχάνουσιν. Οἱ μὲν οὖν ἅγιοι Πατέρες, ἅτε μέλισσαί τινες ἐργάτιδες, ὥσπερ ἐκ πολυάνθων λειμώνων, τῶν οἰκείων ἕκαστος ἐκκλησιῶν ἀπαναστάντες Νίκαιαν τὸ συμβολοποιὸν τῆς ὀρθοδοξίας κατειλήφασι χωρίον. Ὁ δὲ θεῖος Κωνσταντῖνος, τὴν ἱερὰν καὶ ἀγγέλοις αἰδέσιμον τῶν ἁγίων Πατέρων ἥκειν ἀκούσας παρουσίαν, εὐθὺς ἐκ προπυλαίων, ταῖς πρεπούσαις ἐπιθαυμάζει τιμαῖς, καί τινας τῆς ἱερᾶς συγκλήτου προαποστείλας, διὰ τῆς ἐπιτηδειότητος, καὶ τῇ καταλλήλῳ τῆς χρείας ἐπιδόσει, περιποιεῖται αὐτοὺς [γρ. αὐτοῖς· ἤ, αὐτῶν] τὸ ἀπερίσπαστον. Ἐπεὶ δὲ ἔγνω καλῶς ἔχειν αὐτῷ τὰ τῆς εἰς τοὺς Πατέρας προνοίας, τηνικαῦτα τὴν οἰκείαν τῇ Νικαίᾳ παρουσίαν δίδωσι, λογισμῷ νηφαλέῳ τῶν ἔξωθεν ἑαυτὸν ἀπαγαγὼν θορύβων, οἷάπερ περὶ θείου πράγματος, καὶ τῆς εἰς ψυχὴν ὁρώσης σωτηρίας, τῷ πρακτικῷ [Ἴσ. πνευματικῷ] τῶν ἁγίων Πατέρων ἐντευξάμενος συστήματι. Καὶ γὰρ ἦσάν τινες μὲν αὐτῶν ἀποστολικοῖς διαπρέποντες χαρίσμασιν, ἄλλοι δὲ τὰ στίγματα τοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ σώματι αὐτῶν περιφέροντες, ἐξ ὧν ὀλίγα παραθήσω πρὸς τὴν τῶν ἐντυγχανόντων περὶ τοὺς ἁγίους πληροφορίαν καὶ ψυχικὴν ὠφέλειαν. Ὁ μὲν οὖν ὅσιος Ἰάκωβος ὁ τῆς Νισσιβηνῶν πρόεδρος πολλοὺς μὲν ἠλευθέρωσε νοσημάτων· μαρτυρεῖται δὲ καὶ νεκροὺς ἀναστῆσαι· ὅ τε Νεοκαισαρείας τῆς Εὐφρατησίας ἐπίσκοπος ὅσιος Παῦλος τὰ γεννητικὰ τῶν μορίων διὰ πυρὸς ἀπεβάλετο, τῆς Λικινίου μανίας γενόμενος παίγνιον· Παφνούτιός τε ὁ Αἰγύπτιος, ἀνὴρ σημειοφόρος, καὶ ἕτεροι πλείονες τῶν ἁγίων τούτων, οἱ μὲν ὀφθαλμοὺς ἐκκέντηντο, ἄλλοι ἀγκύλας διετέτμηντο· ἕτεροι χεῖρας καὶ πόδας ὑπὸ δεσμῶν τῶν ἐξ ὠμῶν ἱμάντων ἐβλάβησαν. Ὁ δὲ τῶν ἀγαθῶν ἀντίπαλος τὴν οὐράνιον ταύτην τῶν ἁγίων ἐπὶ γῆς θεασάμενος χορείαν, οὐ συνεχώρησε πάντη τῶν οἰκείων κέντρων μένειν ἀπείραστον· ἀλλ' ὥσπερ τὸν Ἰούδαν ἐν τοῖς ἀποστόλοις προδότην τοῦ Δεσπότου κατέστησεν, οὕτω καὶ τῷ

His ita provectis, quinam illo tempore inventi sint vivifici Spiritus præscientia conservati episcopi, nec non ex quanam quisque parœcia profectus sit, ostendet quem ediderunt tomus synodicus (6), ut quis studiose legere velit. Sancti ergo Patres, haud secus ac argumentosæ quædam apes, ex sua quisque Ecclesia, velut ex pratis floridis surgentes, Nicænam seu alvearium quoddam, rectæ fidei condendis favis, venerunt. Divinus vero Constantinus, ut sacram ac reverendam angelis audisset adesse sanctorum Patrum præsentiam, statim a primo vestibulo congruis eos honoribus prosequitur; ac præmissis quibusdam e sacro senatu, opportunitate ac rerum necessariarum convenienti suppeditatione, quietem eis procurat, ac ne habeant necesse sollicitudine distrahi. Cæterum, ubi cognovit, ea ejus opera recte fuisse Patribus provisum, tum ipse suam Nicææ offert præsentiam, sobria se mente ac prudenti consilio ab externis ac rerum sæcularium tumultibus abducens, utpote de divino negotio, ipsaque spiritali ac animi salute, gnavum rebus ejusmodi SS. Patrum allocuturus conventum. Quippe erant quidam ex ipsis, qui apostolicis gratiis ornati essent, alii qui Christi stigmata in corporibus suis circumferrent, ex quibus pauca repræsentabo, quo et lectoribus majorem de sanctis faciam fidem, conferamque aliquid ad animorum salutem. Sanctus itaque Jacobus Nisibenorum præsul, multos quidem a morbis liberavit; testantur vero, etiam mortuos suscitasse. Neocæsareæ item Euphratesiæ episcopus sanctus Paulus, genitalia membra igni amisit, Licinii insaniæ factus ludibrium : Paphnutius quoque Ægyptius vir signifer (7), ac Domini stigmata inustus, nec non alii plures ex iis sanctis, quorum aliis quidem fuerant suffossi oculis, aliis excisi poplites, ac aliis denique diris loreis vinculis vitiatæ manus ac pedes. Verum, qui bonis adversatur, cœlestem hanc choream in terra videns haud omnino aculeorum suorum permisit esse inexpertem : quemadmodum vero in apostolis Judam fecit Domini proditorem, sic etiam sanctorum illi sacro choro lupos Arabes (8), ovium pellibus tectos invexit;

Fr. Combefisii notæ.

(6) *Tomus synodicus*. Interpres Lip. *Decisio synodica.* Quo etiam modo in sequentibus : Est tomus proprie libellus dogmaticus, qualis passim vocatur Leonis Epistola ad Flavianum. Male idem reddit quod statim sequitur, καί τινας τῆς ἱερᾶς συγκλήτου προαποστείλας· *Quibusdam præmissis ex sacro conventu*, pro, *ex sacro senatu*. Illud item περιποιεῖται αὐτοῖς τὸ ἀπερίσπαστον· *Procurat, ne habeant necesse recedere*, pro *distrahi sollicitudine*.

(7) *Vir signifer*. Clara allusione ad illud Pauli Gal. *Ego enim stigmata Domini Jesu*, etc., quod sequentibus verbis magis expressit. Illa stigmata ac notas Christi confessorum in tribus ponit noster Gregorius, in effossione oculorum, nervorum succisione, qua manus ac pedes inutilia fierent, ac præcipue alter pedum ejus exciso poplite, quo adhuc vegeti pede altero ac manibus ad opera marmorum, aliaque hujusmodi, manerent, ac denique eorumdem membrorum luxatione, ex nimia distensione ac contorsione immanibus illis loris, quod ultimum male expressit interpres Lipom. *Aliis vero mutilati sunt pedes*, etc. forte ἐλωβήσαν· quod tamen ex subjecta materia fuisset exponendum eodem sensu ac nostrum ἐβλάβησαν. Plane distentio ejusmodi ac ditorsio, manus deformat aut pedes, læditque, ut non possint exsequi consueta munia, non vero discerpit ac amputat, ita ut sic discerptus possit vivere, ac Domini Jesu stigmata illa circumferre. Vidend. Galon.

(8) *Lupos Arabes*. Nihil crebrius apud Patres, de quo jam ad Amphil. ac auctorem Vitæ ejus, nobis hactenus Metaphrastem, sed Allatio anonymum longe illo antiquiorem, ex quo Metaphrastes pleraque mutuatus est, antiquissimo apud eum codice, ex quo nobis charissimus συνόμιλος R. P. Jacobus Goar exscripta illa Acta Roma detulit, ubi jam

Digitized by Google

nempe, Menophantem Ephesium, et Patrophilum Scythopolitanum, ac Theonam Marmaricanum, cum aliis paucis insaniæ Arii discipulis, de quibus dicturi sumus in sequentibus. Quoniam autem quod veritatem ferebat, eaque velut fetum erat, inquisitione egebat, aptusque locus dispiciebatur, quo fieret Patrum conventus, abscindens optimus imperator a palatio quod illic erat, domum maximam, imperialium cubiculorum [ut ita loquar] oculum quemdam, cujus decus ac magnificentia ad nostram usque ætatem Patrum tegumento conservata est, eamdem, seu illius primitias regiæ, sacro addixit concilio. Eo loco æquales numero Patrum sedes parari jussit, una rationem habens quietis senum, ac sacerdotium honore prosequens. Cum jam itaque ii appulsi essent, ipse quoque imperator ingreditur: neque vero arroganti et elato, regioque intuens vultu, sed contracto supercilio, et modesto incessu accedit, ac sanctos obviam factos amplectitur, blandeque et gratiose alloquitur; ac leni quodam risu, comitatis florem proferens, lætam animi constitutionem pro sanctorum statu cœtuque ostendit. Suam autem in Deum prodidit humilitatem, summamque in Patres submissionem, quod inter sedes episcopales suum submiserit subsellium.

Cum sancti ergo piusque imperator consedissent, Eustathius Antiochenus (ei enim annuit sancta synodus, ut verba faceret ad imperatorem): « Deo inquit, gratias agimus, optime imperator, qui terrenum tibi imperium dirigit: qui simulacrorum errorem per te abolevit, ac æquos fidelium animos in libertate collocavit. Cessavit dæmonum nidor: multiplici Dei cultu eversa est gentilium superstitio. Expelluntur tenebræ impietatis; illustratur orbis terrarum luce divinæ scientiæ. Pater glorificatur; Filius simul adoratur; annuntiatur Spiritus sanctus, Trinitas consubstantialis, una Divinitas in tribus personis et hypostasibus prædicatur. Per eam, imperator, munitur tuæ pietatis imperium; eam nobis serva inviolatam. Nullus hæreticus in Ecclesiam subintrans unum aliquid a Trinitate auferat, sine honore, affectumque ignominia relinquens, quod est reliquum. Arius nobis, qui a furore nomen accepit, orationis causa est et conventus, qui nescio quomodo, in Ecclesiæ Alexandrinæ presbyterium allectus, nescientibus nobis, alienus a doctrina beatissimorum prophetarum et apostolorum inventus fuit. Unigenitum enim Filium et Verbum Patris non veretur ejusdem cum Patre substantiæ consortio privare, et Creatorem, creaturæ cultor, contendit creatis accensere. Eum autem persuaseris, imperator, mutata sententia non repugnare apostolicis doctrinis; aut si

A θιάσῳ τῶν ἁγίων συνεισήνεγκε λύκους Ἄραβας δοραῖς προβάτων ἐγκεκρυμμένους· Μηνόφαντά φημι τὸν Ἐφέσιον, καὶ Πατρόφιλον τὸν ἀπὸ Σκυθοπόλεως, καὶ Θεωνᾶν τὸν ἐκ τῆς Μαρμαρικῆς σὺν ἑτέροις ὀλίγοις μαθηταῖς τῆς Ἀρείου ἀφροσύνης, περὶ ὧν ἐν τοῖς ἑξῆς ῥηθήσεται. Ἐπεὶ δὲ τὸ κυῆσαν τὴν ἀλήθειαν ἐδεῖτο ζητήσεως, καὶ τόπος ἐσκοπεῖτο πρὸς συνέλευσιν ἐπιτήδειος, ἀποτεμὼν ὁ κράτιστος βασιλεὺς τοῦ ἐκεῖσε παλατίου οἶκον παμμεγέθη, τὸν ὀφθαλμὸν ὡς εἰπεῖν τῶν βασιλικῶν κοιτώνων, οὗ τὸ περικαλλὲς καὶ κόσμιον μέχρις ἡμῶν τῇ σκέπῃ τῶν ὁσίων Πατέρων τετήρηται, τοῦτον ὥσπερ ἀπαρχὴν τῶν βασιλείων τῇ ἁγίᾳ ἀπέθετο συνόδῳ, ἔνθα θώκους ἰσαρίθμους προτεθῆναι τοῖς Πατράσιν ἐκέλευσε· τοῦ τε γήρως τὴν ἀνάπαυσιν, καὶ τῆς B ἱερωσύνης στέργων τὸ τίμιον. Προβαλοῦσι γοῦν αὐτοῖς ὁ κράτιστος ἐπεισέρχεται βασιλεύς· οὐ σοβαρῷ τινι καὶ ὑπερκειμένῳ καὶ βασιλικῷ βλέπων νεύματι, ἀλλ' ὀφρύϊ συνεσταλμένῃ, καὶ πράῳ τῷ βήματι πρόσεισι· καὶ τοὺς ἁγίους ὑπαντῶντας ἀσπάζεται, καὶ χαριέντως προσομιλεῖ· καὶ ἠρεμαίῳ τινὶ μειδιάματι τὸ τῆς ἐπιεικείας ἄνθος προβαλλόμενος, φαιδρὰν ἐπὶ τῇ τῶν ἁγίων συστάσει δείκνυσι τῆς ψυχῆς τὴν κατάστασιν. Δηλώσει δὲ τό τε πρὸς τοὺς Πατέρας τῆς συγκαταβάσεως ὑψηλὸν, τὸ μεταξὺ τῶν ἐπισκοπικῶν δίφρων ὑποβεβηκὸς ἐντεῦθεν αὐτῷ σκιμπόδιον.

Τῶν οὖν ὁσίων καὶ τοῦ θεοσεβοῦς βασιλέως ἱδρυμένων, Εὐστάθιος ὁ τῆς Ἀντιοχέων· τούτῳ γὰρ τοὺς πρὸς τὸν βασιλέα λόγους ποιεῖσθαι ἡ ἁγία C ἐπένευσε σύνοδος· « Εὐχαριστοῦμεν, ἔφη, Θεῷ, κράτιστε βασιλεῦ, τῷ τὴν ἐπίγειον συνιθύνοντί σοι βασιλείαν· τῷ τὴν πλάνην τῶν εἰδώλων διὰ σοῦ καταργήσαντι, καὶ τῶν πιστῶν καταστήσαντι ἐν παῤῥησίᾳ τὸ εὔθυμον. Πέπαυται κνίσσα δαιμόνων· καταλέλυται πολυθείας Ἑλληνικῆς τὰ σεβάσματα. Τὸ τῆς ἀγνωσίας ἀπελαύνεται σκότος· τῷ τῆς θεογνωσίας φωτὶ ἡ οἰκουμένη καταυγάζεται. Πατὴρ δοξολογεῖται· Υἱὸς συμπροσκυνεῖται· τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καταγγέλλεται. Τριὰς ὁμοούσιος, μία θεότης ἐν τρισὶ προσώποις καὶ ὑποστάσεσι κηρύττεται. Ταύτῃ τειχίζεται, βασιλεῦ, τὸ τῆς εὐσεβείας σου κράτος· ταύτην ἡμῖν ἄσυλον διαφύλαττε. Μηδεὶς αἱρετικὸς ὑποδὺς τὴν Ἐκκλησίαν ἕν τι Τριάδος D ἀφαιρείτω, καταλιμπάνων τὸ λειπόμενον ἄτιμον. Ἄρειος ἡμῖν ὁ τῆς μανίας ἐπώνυμος, τοῦ λόγου καὶ τῆς συνελεύσεως αἴτιος· ὅς, ὡς οὐκ ἴσμεν ὅπως τῷ πρεσβυτερίῳ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐγκαταλεγεὶς Ἐκκλησίας, ἐλάνθανεν ἡμᾶς, τῆς τῶν τρισμακαρίων προφητῶν καὶ ἀποστόλων διδασκαλίας ὑπάρχων ἀλλότριος. Τὸν γὰρ μονογενῆ Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Πατρὸς ἀποστερεῖν τῆς ὁμοουσιότητος τοῦ Πατρὸς οὐκ ἐντρέπεται, καὶ τῇ κτίσει τὸν Κτίστην ὁ κτισολάτρης συναριθμεῖν ἐπείγεται. Τοῦτον ἂν πείσειας, αὐτοκράτορ, μεταφρονοῦντα, τοῖς ἀποστο-

Fr. Combefisii notæ.

eadem ex Regio, et ipso antiquo, edidissemus. Porro allusio est ad illud Habacuc I: *Velociores lupis vespertinis*, LXX: *Lupis Arabiæ*, sola nimirum in Hebræo punctorum mutatione.

Digitized by Google

λικοῖς μὴ ἀντιτείνειν διδάγμασιν, ἢ τοῖς ἐν οἷς ἑάλω κακοδοξίας ἐγκείμενον ἀσεβήμασιν, ἄρδην τῆς Χριστοῦ καὶ ἡμῶν ἀφανίσειας ἐπαύλεως, ὡς ἂν μὴ τῆς θολερᾶς αὐτοῦ λογοθωπείας, τὰς τῶν ἁπλουστέρων ψυχὰς ἐργάσηται θήραμα. »

Ὁ δὲ γαληνότατος Κωνσταντῖνος, τῷ τάχει τῆς συνελεύσεως αὐτῶν τὴν περὶ τὴν πίστιν θερμότητα συμβαλών, καὶ τοὺς τῆς ὁμονοίας λόγους, οἷα Πατράσιν υἱὸς φιλοπάτωρ προσαγαγών· « Ἅγιοι [γρ. ἄγετε,] Πατέρες, ἔφη, ὅπως πάσῃ σπουδῇ τε καὶ συντονίᾳ τὴν τῆς ἀληθείας ἐξίσωσίν τε καὶ κατάληψιν, διὰ τῶν προφητικῶν προῤῥήσεων καὶ ἀποστολικῶν ποιησώμεθα παραδόσεων, πάσης ἀπρεποῦς μισαδελφίας καὶ κενοδοξίας ἐκτός. Δεινὸν γὰρ εἰ τῆς πολυθέου καταλυθείσης ἀσεβείας, καὶ τῶν πολεμίων ἡμῖν ὑποταγέντων, πεπαυμένων δὲ τῶν ἐμφυλίων πολέμων, οὐ ξίφεσιν ἀλλήλους οἱ πιστοί, ἀλλὰ δόγμασι βάλλομεν, καὶ τὴν εὐαγγελικὴν διδασκαλίαν ἁπλῆν οὖσαν καὶ ἄτεχνον, καὶ οὐκ ἐν λόγοις, ἔργοις δὲ τὴν δύναμιν ἔχουσαν, παιδευμάτων ἀδολεσχίᾳ, καὶ ποικιλίᾳ ῥημάτων παρατρέπειν πειρώμεθα. Τοίνυν τῷ Θεῷ καὶ Πατρί, καὶ τῷ μονογενεῖ Υἱῷ τοῦ Πατρὸς, καὶ τῷ ζωοποιῷ Πνεύματι, τῶν νῦν ἡμῖν ἐταζομένων τὴν ἀποκάλυψιν ἐπιτρέποντες, ἐχώμεθα τῆς ζητήσεως. Καὶ γὰρ ἡμᾶς αὐτοὺς συμπαρεῖναι καὶ συμμετασχεῖν ὑμῖν τῶν ἀγώνων, μέχρις τῆς εἰς τέλος τῶν ἀληθῶν ἀποκαλύψεως, προθύμως παρέξομεν. Πιστεύομεν γάρ, καὶ τὴν τοῦ ζωοποιοῦ Πνεύματος εὐτυχεῖν ἐπιφοίτησιν, δι' ἧς ἡ σωτήριος ἡμῶν πίστις ἕξει τὸ βέβαιον, πάσης αἱρετικῆς ὑπολήψεως ἄληπτος, καὶ πονηρᾶς πρὸς τὸ Θεῖον ἐννοίας ἀμέτοχος. »

Ἐντεῦθεν ἡ τῶν ἀοιδίμων Πατέρων πληθὺς, τῷ συνόντι ζωοποιῷ κρατυνομένη Πνεύματι, ὁμονοϊκῶς ἐπὶ τὴν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως χωροῦσι ζήτησίν τε καὶ σαφήνειαν· καὶ πολλαῖς τὸν Ἄρειον διὰ τῆς ἐν τῇ Παλαιᾷ τε καὶ Νέᾳ Διαθήκῃ, περὶ τοῦ ὁμοούσιον εἶναι τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ μαρτυρίαις, ἄκους ὀξύτητι βαλόντες, ἔξω τῆς ὑγιοῦς πίστεως, καὶ τῆς ἁγίας αὐτὸν ὁρίζουσιν Ἐκκλησίας, ἀναθέματι τοῦτον ὑποβαλόντες, σὺν τοῖς πονήμασιν αὐτοῦ καὶ τοῖς ῥήμασιν. Οὕτω τε τὴν τοῦ Θείου ὄντως συμβόλου, πάσῃ αἱρετικῇ κακονοίᾳ τὴν παρείσδυσιν ἀποκλείοντες, συνυφαίνουσιν ἔκθεσιν, δι' ἑκάστου ῥητοῦ τὸ παρ' ἑκάστης αἱρέσεως ἀντικείμενον καταργήσαντες φρόνημα· ὡς πᾶσιν εὔδηλον, ἐκ τῆς ἐν τῷ παλατίῳ τῶν πραχθέντων τῇ συνόδῳ ἐξηγήσεως.

in sinistræ opinionis, cujus est convictus, impietate persliterit, a Christi et nostro cœtu prorsus exterminaveris, ne simpliciorum animos, turbidis verborum suorum lenociniis deprædari contingat. »

Serenissimus autem Constantinus, ex eo, quod tam cito convenissent, eorum in fide ardorem conjiciens, ac tanquam Patribus filius Patrum amans, de concordia ac conspiranti consensu verba adducens: « Agite, inquit, Patres, ut studio omni ac animorum contentione, per propheticas prædictiones ac traditiones apostolicas, veritatem unam æqualibus muneribus eruamus ac assequamur, citra indecorum omne fraternum odium ac inanem gloriam. Grave enim fuerit, ut multorum deorum cultus impietate convulsa, ac hostibus nobis subjectis, sedatisque bellis civilibus, ipsi fideles, non nos ensibus, sed dogmatis mutuum feriamus; doctrinamque evangelicam, quæ simplex ac nullo artis fuco consistit, nec in verbis, sed in operibus vim habet, doctrinæ disceptatione et verborum varietate conemur evertere. Deo itaque et Patri, unigenitoque Patris Filio, ac vivifico Spiritui (9) eorum, quæ nunc exquirimus, revelationem committentes, quæstionis examini insistamus. Præstabimus enim, ut nos quoque prompto et alacri animo adsimus, ac vestri certaminis ac laboris simus participes, donec tandem revelata veritas declaretur. Credimus enim fore, ut nobis non desit Spiritus sancti adventus dives, per quem confirmanda sit nostra fides, nihil hæreticæ opinionis criminis habens, sinistræque de Deo intelligentiæ expers. »

Hinc præclarus ille Patrum cœtus, vivifici Spiritus præsentia roboratus, concordibus animis ad inquirendam ac declarandam orthodoxæ fidei veritatem, procedunt, multisque e Veteri et Novo Testamento testimoniis, asserenda Filii cum Patre consubstantialitate, ceu penetrabili jaculo (10) Arium ferientes, extra rectam fidem ac sanctam Ecclesiam eum esse decernunt, unaque cum elucubratis dictisque ab ipso, anathemati subjiciunt. Ita vero, caventes ne ad divinum illud vere symbolum ullus unquam hæreticæ pravitati pateret aditus, illius expositionem ea arte contexunt, ut dictis singulis singularum hæreseon aboleant sensum contrarium, quod utique ex actorum synodi expositione quæ servatur in palatio (11), palam omnibus fuerit.

Fr. Combefisii notæ.

9) *Vivifico Spiritu*. Imperite Surius, sive quisquis adjecit notas marg. τὸ *eorum*: ad priora refert, velut dicatur Patris et Filii, et Spiritus, cum palam sit, *eorum quæ*, etc., τῶν νῦν ἡμῖν ἐταζομένων· *eorum revelationem quæ nunc nobis in quæstione versantur*, ubi etiam male edita, *vobis*: se quippe imperator accenset Patribus, ac una cum eis collaturum se spondet operam inquirendæ veritati, socius ipse laborum futurus, quod solum dictum sit pro præsentia exhibita, consilio, ac favore, non velut ipse partes sibi judicis inter Patres usurpaverit.

(10) *Ceu penetrabili jaculo*. Pulchra metaphora, ut ea testimonia teli acutissimi vice fuerint feriendo Ario ac prosternendo.

(11) *Quæ servatur in palatio*. Ut significetur liber aliquis in palatio servatus ad quem remittat. Erant siquidem ii libri velut publico usui, quod indicat auctor Præfationis ad Indicem librorum palatii, ac quales habet egregios plurimos Christia-

Digitized by Google

A Quoniam autem videbatur superesse quæstio de dierum domina, celeberrimo, inquam, Paschatis die, cum a multis in illud usque tempus celebraretur, nullo certo præstituto tempore : adeoque, alii quidem essent in vestibulis sanctæ jejuniorum Quadragesimæ, alii medios abstinentiæ agones absolverent ; alii denique, ipsa jam salutaris resurrectionis celebrarent symbola : ac alii quidem in tristitia et lacrymarum profusione, ac abstinentia a cibis contabescerent, alii vero Dominicis triumphis exsultarent, quibus fractus est infernus, et deleta mors; quibus Adam surrexit, Satanque alligatus est : de hoc quoque vivifici Spiritus instinctu instructi deiferi Patres, una cum optimo principe Constantino, ut gens universa Christianorum uno eodemque die sacrum Resurrectionis diem Christi B Dei nostri celebrarent, sanxerunt; quo, orationis et abstinentiæ, lætitiæque ac choreæ communem domum, sibi ipsi universalem ubique Ecclesiam servarent. Aliarum item quæstionum ecclesiasticarum ac divinorum canonum editionem facientes, recte fidei tomum confecerunt. Cæterum ubi hoc gestum esset, censuit optimus imperator, ut uniuscujusque Patrum subscriptione sacer ejusmodi tomus confirmaretur. Post itaque illum expositum ac lectum publice, cum jam fere omnes subscripsissent, mirabile quiddam accidit, dignum quod memoriæ commendetur, ad fidelium quidem gloriam, infidelium autem pudorem. Quippe contigit sanctos duos episcopos, Chrysanthum et Musonium, cum necdum suas decisioni synodicæ adjecissent C subscriptiones, Dei providentia vivis excedere. Patres itaque deiferi, cum ad communem requietionis eorum locum accessissent, tanquam conviventes ac audientes quæ dicerentur, ita affantur : « *O Patres et fratres, bonum certamen nobiscum certastis, cursum consummastis, fidem servastis* [a]. *Si ergo quod factum est, Deo gratum esse judicastis (nunc enim purius cernitis), quid vetat ut ne vos quoque vestris nobiscum subscriptionibus decisionem muniatis?* » Hæc simul dixerunt, ac decisionem obsignatam sanctorum loculo imposuerunt, totam eam noctem insomni oratione ducunt. Die autem sequenti cum venissent ad loculum, salvaque exstarent quæ imposita erant, signacula, ubi sacrum D revolvissent tomum sanctorum episcoporum injectas ei subscriptiones invenerunt : adeo ut, citra omnem quisque dubitationem, qui etiam erant a Christiana alieni religione, confessum haberent, sacrum illum sanctorum Patrum chorum, sanctæ consubstantialis Trinitatis præsentia ac auxilio constare, ac benigne foveri.

Ἐπεὶ δὲ λειπόμενον αὐτοῖς τὸ τῆς κυρίας τῶν ἡμερῶν ἐφαίνετο ζήτημα, πολλοῖς μέχρις ἐκείνων τελουμένης ἀόριστα, ὡς ἐντεῦθεν τοὺς μὲν ἐν προθύροις εἶναι τῆς ἁγίας τῶν νηστειῶν τῆς τεσσαρακοστῆς ἡμέρας· τοὺς δὲ τὰ μέσα τῶν ἀγώνων τῆς ἐγκρατείας ἀνύειν· ἑτέρους δὲ αὐτά που τὰ τῆς σωτηριώδους ἀναστάσεως ἐπιτελεῖν σύμβολα· καὶ τοὺς μὲν ἐν κατηφείᾳ καὶ δακρύων ἐκχύσει, καὶ βρωμάτων ἀποχῇ κατεσκληκέναι, τοὺς δὲ ταῖς Δεσποτικαῖς ἐναβρύνεσθαι νίκαις, δι' ὧν καταλέλυται ᾅδης, καὶ κατήργηται θάνατος, Ἀδὰμ ἀνέστη, καὶ ὁ Σατανᾶς ἐδεσμεύθη· καὶ περὶ τούτου τῷ ζωοποιῷ Πνεύματι καταρτισθέντες οἱ θεοφόροι Πατέρες, κοινὴν ἄγειν ἅπαντας τὴν ἁγίαν τῆς ἀναστάσεως ἡμέραν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, σὺν τῷ κρατίστῳ Κωνσταντίνῳ, τὸ τῶν Χριστιανῶν ἐθέσπισαν φῦλον· ἐφ' ᾧ, τῆς τε προσευχῆς καὶ ἐγκρατείας, τῆς τε φαιδρότητος, καὶ χορείας τὸν κοινὸν οἶκον τὴν ἁπανταχῇ καθολικὴν Ἐκκλησίαν ἑαυτῇ περισώσαιεν. Ἑτέρων τε ἐκκλησιαστικῶν ζητημάτων καὶ θείων κανόνων ἔκδοσιν ποιησάμενοι, τὸν τῆς ὀρθοδοξίας συνεστήσαντο τόμον. Τούτου τοίνυν γεγονότος, συνεῖδεν ὁ κράτιστος βασιλεύς, ταῖς ἑκάστου τῶν Πατέρων ὑπογραφαῖς, τὸν ἅγιον κρατύνεσθαι τόμον. Μετὰ γοῦν τὴν ἔκθεσιν καὶ δημοσίαν ἀνάγνωσιν τοῦ τόμου, ἤδη πάντων σχεδὸν ὑπογραψάντων, θαυματοποιεῖταί τι μνήμης ἄξιον, εἰς καύχημα μὲν τῶν πιστευσάντων, πρὸς ἐντροπὴν δὲ τῶν ἀπιστούντων. Δύο γὰρ τῶν ὁσίων ἐπισκόπων, Χρυσάνθου καὶ Μουσωνίου, μήπω τῷ τόμῳ τὰς οἰκείας ὑπογραφὰς ἐνθεμένων, συνέβη προνοίᾳ Θεοῦ, τῶν ἀνθρωπίνων μεταστῆναι. Οἱ οὖν θεοφόροι Πατέρες, ἐλθόντες ἐπὶ τὸ κοινὸν τῆς κοιμήσεως αὐτῶν χωρίον, ὥσπερ συνοῦσιν αὐτοῖς, καὶ τοῖς λεγομένοις ὑπακούουσιν, « Ὦ Πατέρες, εἶπον, καὶ ἀδελφοὶ, τὸν καλὸν ἀγῶνα σὺν ἡμῖν ἠγωνίσασθε· τὸν δρόμον τετελεύκατε· τὴν πίστιν τετηρήκατε. Εἰ τοίνυν κεκρίκατε φίλον Θεῷ τὸ γενόμενον· νῦν γὰρ καθαρώτερον ἐποπτεύετε· μή τι κώλυμα γέγονε, τοῦ μὴ καὶ ὑμᾶς τῷ νόμῳ συνυποσημείνασθαι; » Ταῦτα ὁμοῦ τε ἔφασαν, καὶ τὸν τόμον ἐσφραγισμένον τῇ σορῷ τῶν ὁσίων παραθέμενοι, πᾶσαν ἐκείνην ἐν ἀγρύπνῳ προσευχῇ διατελοῦσι τὴν νύκτα· καὶ τῇ ἑξῆς μέχρι τῆς σοροῦ γενόμενοι, καὶ τῶν σφραγίδων ἐπικειμένων σώων ἀνελίξαντο τὸν ἅγιον τόμον, καὶ εὗρον τῶν ὁσίων ἐπισκόπων ἐνταγείσας αὐτῷ τὰς ὑπογραφάς· ὡς ἀδικάστως ὁμολογεῖσθαι παρ' ἑκάστῳ, καὶ τῶν ἔξωθεν, παρουσίᾳ καὶ συνεργίᾳ τῆς ὁμοουσίου Τριάδος, τὸν ἅγιον ἐκεῖνον τῶν ὁσίων Πατέρων συνεστάναι χορόν.

[a] II Tim. IV, 7.

Fr. Combefisii notæ.

nissimi regis Bibliotheca, longeque plures Christiano orbe celebratissima Romæ Vaticana. Servari adhuc magna religione eos palatii libros a Turcarum regibus, ac quales invenerunt capta Constantinopoli, fideli relatione accepi a charissimo fratre, rerumque Græcarum cum studiosissimo tum doctissimo R. P. Goar, qui audierit ex ore sacerdotis *Græci, qui ipse* instaurandis prælatorum librorum scriniis, iisdemque movendis e veteribus in nova scrinia, operarii specie, fabri indulgentia adfuisset. Faxit Deus, ut soluta tandem tyrannide in Christianorum redeant usus. Interpretes Lipom. : *Ex expositione eorum, quæ in concilio gesta sunt in palatio*, velut citet acta synodi in palatio : quod et ambiguum esset, nec Græca habent.

Digitized by Google

Ἀλλ' ὅπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν παρελείπομεν, τῆς A Ἀρείου τοῦ θεομάχου βλασφημίας παρὰ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ θριαμβευομένης ἐπέβαλε τῆς Ἑλληνικῆς θρησκείας, φιλόσοφος· ἀντιποιούμενος δῆθεν φιλονείκως καὶ οὐ φιλαλήθως, τῆς Ἀρείου κακονοίας· ὅτε καὶ Μηνόφαντος, Πατρόφιλός τε καὶ Θεωνᾶς, καὶ ἕτεροι περὶ ὧν ἀνωτέρω εἴρηται, τοῖς συλλογισμοῖς τοῦ φιλοσόφου ἀναπτερωθέντες, ἀνεκάλυψαν τὸ δυσῶδες τραῦμα τῆς Ἀρείου βδελυρίας, καὶ τῷ φιλοσόφῳ προστίθενται κατὰ τῆς ἀληθείας θρασυνόμενοι. Ἀλλ' ὁ τῶν ἁλιέων ἁλιεὺς, καὶ τοῦ διώκτου Σωτὴρ, καινοποιεῖ τι κἀνταῦθα τῶν ἰδίων τεραστίων ἄξιον. Τοῦ γὰρ φιλοσόφου τῶν προτάσεων τὸ δύσερι τῇ τοῦ λόγου σιωπῇ καταλυθῆναι θαυματουργεῖ· καί τινα τῶν ἁγίων, οὐ τῇ τοῦ κόσμου B σοφίᾳ, ἀλλὰ τῇ ἀγγελικῇ πολιτείᾳ κεκοσμημένον, χειροτονεῖ, τῷ τῆς Ἑλληνικῆς ἀθεΐας καὶ αἱρετικῆς βλασφημίας συνηγόρῳ, ἀντίπαλον. Οὗτος, τὴν Δεσποτικὴν ἀπειλὴν μιμησάμενος, ᾗ κατὰ τῶν δαιμόνων καὶ τῆς θαλάσσης ὁ Κύριος φαίνεται χρησάμενος, ὁμοῦ τε προσάδει τῷ φιλοσόφῳ προσειπὼν, « Σιώπα, πεφίμωσο, » καὶ τῷ λόγῳ τὸν πολύλογον ἀπέδειξεν ἄλογον· ὡς παραυτίκα τὴν ἀφωνίαν αὐτὸν ὑπελθόντα, τρόμῳ καὶ δέει προσελθεῖν τῷ χορῷ τῶν ἁγίων, αἰτεῖν τε τοῦ δεσμοῦ τὴν λύσιν, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος δωρεάν. Οὕτως ὁ τῶν σημείων Κύριος πανοικὶ τὸν φιλόσοφον ἐπὶ τὴν σωτηρίαν ἐκάλεσε· καὶ τὸν χθὲς τῆς ὀρθοδοξίας κατήγορον, συνήγορον τῆς ἀληθείας ἀνέδειξε. Τούτῳ καὶ τοὺς περὶ Μηνόφαντα ἐκπλαγέντας τῷ θαύματι, λόγος C ἑκοντὶ δόξαι συναινεῖν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ἐπὶ τῷ ἀναθεματισμῷ τοῦ δυσσεβοῦς Ἀρείου, καὶ τῶν ἐκείνου δογμάτων· μετὰ δὲ ταῦτα, κατὰ τοὺς λυττῶντας τῶν κυνῶν, ἐπὶ τὸν ἴδιον ἔμετον ἀνακάμψαι.

Τῆς οὖν ἁγίας συνόδου τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων Πατέρων, πέρας ἐφ' ᾧ συνήθροιστο δεξαμένης, καὶ τοῦ χρόνου πρὸς τὴν ἐπάνοδον αὐτοὺς ἐπείγοντος, ὁ εὐσεβὴς Κωνσταντῖνος ὁμοτραπέζους ἀμοιβαδὸν αὐτοὺς ποιησάμενος, καὶ λόγοις παραινετικοῖς χρησάμενος, τότε τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν ἐνδεὲς θεραπεύσας, νοσοκομείων τε καὶ πτωχοτροφείων σιτηρέσεις ἑκασταχοῦ δωρησάμενος, τοῖς ἐξιτηρίοις τὸ κοινὸν αὐτῶν λόγοις ἐδεξιώσατο· « Ὁρᾶτε εἰπὼν, τὴν ἐμὴν περὶ τὸ Θεῖον ταῖς ὑμετέραις κατηχήσεσι λατρείαν, καὶ ὅπως ἐκθύμως D τὴν μὲν τῶν εἰδώλων κατάλυσιν εἴργασμαι, τὴν δὲ τῶν Χριστιανῶν πίστιν πανταχοῦ καταγγέλλεσθαι διεσπούδακα, ὡς μηδεμίαν ἑτερόδοξον θρησκείας ἰδέαν ἡμῖν ἀπολείπεσθαι, ἢ μόνους Χριστιανοὺς τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον Τριάδα προσκυνεῖν τε καὶ ἀσπάζεσθαι. Ταύτην ὑμῖν σήμερον εἰλικρινῆ παραδίδωμι. Τῆς δὲ ὑμετέρας εὐχῆς εἴη καὶ μελέτης, πρὸς τὴν καθ' ἡμέραν τοῦ Κυρίου συνεργοῦντος ἀναγωγὴν [ἴσ. ἀναγαγεῖν] καὶ ἐπαύξησιν. » Ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ἐοικότα προσειπὼν, καὶ τοὺς μὲν αὐτῶν ὀφθαλμοκόπους ἰδὼν, τινὰς δὲ χειρῶν ἀποναρκώσεις ὑπομείναντας, ἄλλους σπασμῷ τῶν νεύ-

Enimvero (quod omisimus in superioribus) cum sic Dei hostis Arii blasphemiam sancta synodus triumpho ageret, appetiit gentilis philosophus, qui nimirum, contentionis studio, non veritatis, perversam sententiam Arii defenderet, quando et Menophantes, Patrophilusque, Theonas, et alii, quorum antea meminimus, philosophi rationibus erecti, fœtidum vulnus abominationis Arii detegunt, seque eidem philosopho petulanter audaces adversus veritatem adjungunt. Verum qui piscatores piscatus est, ac Salvator est persecutoris, hic quoque novum aliquid molitur suis prodigiis dignum. Quippe nodos difficiles propositionum philosophi, sermonis silentio miraculose dissolvit, unumque aliquem e sanctis non mundana sapientia, sed angelica vita ornatum, gentilitiæ impietatis ac hæreticæ blasphemiæ patrono adversarium præficit. Hic minas Dominicas imitatus, quibus Dominus adversus dæmones ac mare cernitur usus, ut mox quodam velut carmine philosophum alloquens, ait: « *Tace, compescere*[*] », verbosum hominem verbo mutum effecit: adeo ut, cum ei statim vox defecisset, cum tremore ac metu ad sanctorum chorum accesserit, petieritque, cum vinculo absolvi, tum sacro baptismate donari. Sic signorum Dominus philosophum cum tota familia vocavit ad salutem; et eum, cui heri accusator erat orthodoxæ sententiæ, defensorem veritatis fecit. Hoc miraculo aiunt Menophantem cum suis obstupefactum, visum esse sua sponte sanctæ synodo consentire, feriendo anathemate impio Ario, ac ejus dogmatis; postea autem, haud secus ac canes rabidos, ad suum vomitum rediisse.

Cum itaque sancta synodus trecentorum decem et octo Patrum, finem cujus gratia congregata erat accepisset, jamque tempus ad reditum urgeret, ubi eos pius Constantinus vicissim mensa excepisset, verbisque adhortatoriis ad eos usus esset, ac providisset ecclesiarum inopiæ, alendisque ægrotis ac pauperibus ubique commeatum donasset, verbis ejuscemodi abeuntem eorum cœtum prosecutus est: « Videtis, inquit, vobis instruentibus, meam in Deum religionem, quamque ex animo evertenda idola curaverim, ac dederim operam ut Christianorum fides ubique annuntiaretur, adeo ut nulla nobis alienæ religionis species reliqua sit, nisi ut soli nos Christiani sanctum ac consubstantialem Trinitatem adoremus ac amplectamur. Hanc vobis hodie puram ac sinceram trado. Vestrarum autem fuerit precum et diligentiæ curare, ut Deo adjuvante, majoribus in dies incrementis promoveat. » Porro dum hæc atque iis consentanea dixisset, vidensque, aliis quidem effossos oculos, aliis autem gravi cruciatu obtorpuisse manus, aliis vero nervorum distentione incurvum corpus, aliis demum excisas agone partes genitales, sciensque, cum strenue pro

[*] Marc. IV, 39.

Digitized by Google

Christo in persecutionibus egissent, periculo confessionis illatarum sibi pœnarum reliquias quasdam, oculis conspicua hæc conservare dedecora, adorans reverebatur triumphatorum cicatrices, amplexabatur membrorum torpores, affectis membris quandoque sui corporis membra, quandoque vero imperatoriam purpuram applicans, iis se sanctificari credebat. Quin etiam effossis oculis suorum pupillas oculorum adhibebat, eo contractu animo illuminari exspectans. Sic porro amplexatus sanctos, novam Romam reversus est, rectæ fidei prædicatione exsultans.

A ρων συγκεκαμμένους, ἑτέρους τῶν γεννητικῶν μορίων ἀποτομαῖς ἐναθλήσαντας, καὶ μαθὼν ὡς ἐν τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ διωγμοῖς ἐγκαρτερήσαντες, τῷ κινδύνῳ τῆς ὁμολογίας λείψανα τῶν ἐπαχθέντων αὐτοῖς αἰκισμῶν τὰ ὁρώμενα σώζουσι, προσεκύνει τῶν ἀθλοφόρων τὰς ὠτειλάς· ἠσπάζετο τῶν μελῶν τὰς ἀποναρκώσεις· τοῖς πεπονθόσι μέλεσι, ποτὲ μὲν τὰ μέλη τοῦ οἰκείου σώματος, ποτὲ δὲ τὴν βασιλικὴν προσῆπτεν ἁλουργίδα, πιστεύων τούτοις αὐτὸν ἁγιάζεσθαι. Ὃς καὶ τοῖς ἐκκομμένοις ὀφθαλμοῖς τὰς κόρας τῶν ἰδίων ὄψεων παρετίθετο, ἐπέχων ἐκεῖθεν τὸν τῆς διανοίας αὐτοῦ φωτίζεσθαι ὀφθαλμόν· οὕτω τοὺς ἁγίους ἀσπασάμενος, ἐπὶ τὴν νέαν ἐπανέζευξε Ῥώμην, τῷ ὀρθῷ τῆς πίστεως ἐπαγγελόμενος [γρ. ἐπαγγελλόμενος] κηρύγματι.

Cæterum sanctissimi Patres, cum iis quibus par erat, grati animi significationibus ac benedictionibus optimo imperatori rependissent, quibus peterent pacis augmentum, imperii confirmationem, episcoporum concordiam (12), hostium subjectionem, solventes et ipsi Nicæa urbe, hospitalitatis munificentiam precibus sustentarunt ac roborarunt. Testatur vero, quod statim ea de causa contigit signum. Nam cum postridie Salvatorem universorum essent precaturi, pro suo domum reditu, et pro ea, quæ illos excepit, civitate, accidit ut, ea parte quæ μεσόμφαλος, id est, medius umbilicus dicitur, ingressus Orientalis, scaturirent fontes olei circa medium apsidis, circa quam constiterat sanctorum chorus. Quæ quidem, in hodiernum usque diem apparens, ostendit orationum, quæ tunc fusæ sunt, fructuosos effectus. Nunc vero apud eos omnes celebri nomine habetur Nicæa, apud quos trecentorum decem et octo Patrum honorata est synodus. Quantum autem ii pro ea laboraverint, ac quantam ejus curam gerant, conjicere licet ex eo quod nostra ætate, in ea mirabile factum est. Nam cum Assyrii, ingrata mente ac moribus homines, Romanum ipsum imperium, per quod eis salus parta fuerat, populati essent; nec alia quam plane barbarica insolentia consumerent omnia, permansit ipsa ab omni Babyloniorum immunis injuria, nullis in ea vel igni (13) aut gladio absumptis, virorum, aut mulierum, vel etiam infantium, tametsi eam sæpe clanculum ac aperte fuissent adorti. Ferunt autem eorum exercitus superbum tribunum, impudenti conatu violare aggressum eorumdem sanctorum templum, ac in eo exsecranda magiæ exercere piacula; verum nocturnæ visionis specie, ac soli

B Οἱ δὲ πανάγιοι Πατέρες, ὡς ἔδει, τὸν κράτιστον εὐχαριστίαις καὶ ταῖς εὐλογίαις ἀμειψάμενοι, δι' ὧν εἰρήνης αἰτεῖται πλατυσμὸς, καὶ βασιλείας κραταίωσις, τῶν ἐπισκόπων ἡ σύστασις, καὶ πολεμίων ὑπόπτωσις, ἀπάραντες καὶ αὐτοὶ τῆς Νικαίας, τὸ τῆς ξενίας φιλότιμον ταῖς προσευχαῖς ὑπήρεισάν τε καὶ ἐκραταίωσαν. Καὶ μαρτυρεῖ τὸ παραυτίκα γεγονὸς ἐπὶ τούτῳ σημεῖον. Μελλόντων γὰρ αὐτῶν τῇ ὑστεραίᾳ, τῷ Σωτῆρι τῶν ὅλων, ὑπέρ τε τῆς ἐπὶ τὰ οἴκοι πορείας, σωτηρίας τε τῆς ὑποδεξαμένης πόλεως ἀναπέμπειν εὐχὰς, συνέβη κατὰ τὸν λεγόμενον μεσόμφαλον τῆς ἀνατολικῆς εἰσόδου, ἐλαίου πηγὰς ἀναβλῦσαι περὶ τὸ τῆς ἀψῖδος μεσαίτατον, περὶ ὃν καὶ ὁ τῶν ἁγίων συνειστήκει χορός· ἥτις μέχρις ἡμῶν φαινομένη, δείκνυσι τῶν τότε προσ- C ευχῶν ἔγκαρπα τὰ ἀποτελέσματα. Καὶ νῦν παρὰ τοσούτοις ᾄδεται καὶ ὀνομάζεται Νίκαια, παρ' ὅσοις ἡ τῶν ἁγίων τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ Πατέρων τετίμηται σύνοδος. Τεκμηριώσει δὲ τὴν ἐκείνων ὑπὲρ αὐτῆς ἀγωνίαν τε καὶ πρόνοιαν, καὶ τὸ κατὰ τὴν ἡμετέραν γενεὰν ἐπ' αὐτῆς γενόμενον παράδοξον. Τῶν γὰρ Ἀσσυρίων τρόπῳ χρησαμένων ἀγνώμονι, καὶ δι' ἧς ἐσώθησαν τῶν Ῥωμαίων βασιλείας, ταύτην λυμηναμένων, καὶ πάντα, τί γὰρ ἄλλο ἢ βαρβαρικῷ δαπανώντων φρυάγματι, αὕτη πάσης τετήρηται Βαβυλωνικῆς ἐπηρείας ἀπείραστος· οὐ διὰ πυρὸς ἢ μαχαίρας, ἀνδρῶν, ἢ γυναικῶν, ἢ νηπίων δεξαμένη ἅλωσιν, πολλάκις ἐφεστώτων αὐτῇ λάθρα καὶ κατὰ φανερόν. Λέγεται δὲ, καὶ τὸν ἀλα- D ζόνα τοῦ στρατοῦ αὐτῶν ταξίαρχον ἀναισχύντῳ φρονήματι κατατολμῆσαι τοῦ ναοῦ τῶν αὐτῶν ἁγίων· ὁρμῆσαι δὲ καὶ τῆς μαγείας ἐκεῖ τελέσαι τὰ βδελυκτὰ μιάσματα, καὶ ἀπειλεῖσθαι πικρῶς, διά τε νυκτερινῆς ὄψεως, καὶ τῶν μεθ' ἡμέραν αὐτῷ καὶ

Fr. Combefisii notæ.

(12) *Episcoporum concordiam.* Unum est ex votis Patrum, nec minoribus deputandum. Male interpres, *Episcoporum cœtus petit*, tota serie repugnante. Paulo inferius addimus ex Ms. *olei*. Ut non qualescunque fontes scaturierint, sed illius potissimum liquoris, qui misericordiæ ac beneficentiæ symbolum est.

(13) *Nullis in ea vel igni*, etc. Significat auctor, venisse quidem urbem Nicæam in potestatem hostium, sed nulla ejus direptione, aut strage civium. Valde mihi suspectum, ut legendum sit Ἀσσυρίων, non magis Ἀγαρηνῶν, vel Σαῤῥακηνῶν, quibus hic narrata facile aptari possunt : quorum etiam moribus congruit illa in sanctos ac loca sancta pietas, necdum in modernis Turcis omnino exstincta, quibus etiam nostrorum heroum ac virorum apostolicorum sepulcra sacra sunt, ac ossa, velut Smirnæ quod sancti Polycarpi sepulcrum existimant. Non itaque placet illa nota marg. *Nicæam expugnare non possunt Assyrii;* melius, *non depopulantur aut diripiunt, vel ullam civium stragem faciunt*, quam unam auctor videtur amoliri.

Digitized by Google

A μόνῳ δεικνυμένων δειμάτων· ὡς μεταβαλόντα τὸν ἀλητήριον, τὸν μὲν ναὸν, μᾶλλον δὲ τὸν οἰκήτορα τοῦ ναοῦ Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν τιμᾷν, καὶ λυχνικαῖς ἐξιλεώσασθαι· ἐξ ἐκείνου δὲ ἀποκλεῖσαι τὴν εἴσοδον παντὶ τῷ Βαβυλωνίῳ στρατῷ, τοῦ ἁγίου τεμένους· ξένην τε ἡμερότητα καὶ βαρβαρικῇ μὴ συναίνουσαν θρασύτητι τοῖς ἐν αὐτῇ διαιτωμένοις ἐπιδεῖξαι· ἣ τοῖς πολλοῖς καὶ τῶν ἀλλοδαπῶν σωτηρίας ἐγένετο πρόξενος. Εἰ γάρ τις ἑάλω παρ' αὐτῶν, μόνον ἐν προσποιήσει Νικαίας εἶναι αὐχήσας, τὸν ὁπωσοῦν ἠρτημένον αὐτῷ παρ' αὐτῶν ἀπεῤῥίψατο κίνδυνον.

Ταῦτα τῶν Πατέρων τῆς ξενίας τὰ χαρίσματα, καὶ τοῖς ἐσομένοις αἰῶσι τὴν ὑπὲρ Νικαίας αὐτῶν B προμήθειαν παραστῆσαι δυνάμενα. Οὗτοι καθάπερ ποταμοὶ διαυγεῖς ἐκ μιᾶς κρήνης τῆς Νικαίας διαιρεθέντες, τὸ οἰκεῖον κατειλήφασι ποίμνιον· καρπὸν τῆς μακαρίας ἀποδημίας τὸ τοῦ κόσμου σωτήριον ἐπιφερόμενοι σύμβολον. Ἐν γήρει τε λιπαρῷ, καὶ τῇ προκοπῇ τῆς κατ' ἀρετὴν πολιτείας τὸν τῆς παροικίας καταλαμπρύναντες δόλιχον, τῆς μακαρίας ἠξιώθησαν λήξεως. Ὁ δὲ φιλάνθρωπος Θεὸς καὶ φιλόδουλος εὐεργέτης, « ὁ δοξάζων τοὺς δοξάζοντας αὐτὸν, » τῶν ἐν οὐρανοῖς ἀποκειμένων τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἀξιώσας ἀπολαύσεων, οὐκ ἀφῆκεν αὐτῶν ἀγέραστα καὶ τὰ πάναγνα σώματα· ἀλλὰ παραδόξῳ θαύματι, καὶ διὰ τούτων, ὡς οἰκείους ἐτίμησε λειτουργούς. Τὸν γὰρ κοινὸν θάνατον, ὡς φυσικὸν αὐτοῖς ὕπνον ἐπήγαγεν· ὅθεν μεμενήκασι μέχρι τοῦδε C τὰ θεοδόχα τῶν Πατέρων τούτων σώματα, κατὰ τὴν ἑκάστου παροικίαν ἀδιάλυτα. Μάρτυρες δὲ τούτων, ἄλλοι πολλοὶ τυχὸν, κατὰ τόπους αὐτόπται τοῦ λεγομένου γενόμενοι, καὶ τῶν ἁγίων [Ἴσ. τοὺς ἁγίους] οἷον ὕπνῳ κατά τινα καιρὸν ἀνοιγομένων αὐτῶν σορῶν, αὐτοὺς ἐν αὐταῖς ἀσπασάμενοι. Καὶ ἡμεῖς δὲ, τοῦ τοιούτου θεάματος μάρτυρες ἀψευδεῖς. Τοῦ γὰρ ἰσαγγέλου Λεοντίου τοῦ τῆς Καισαρέων Ἐκκλησίας ἁγιωτάτου προέδρου, οὗ πολλοὶ μὲν καὶ πρὸ τῆς ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ παρουσίας ἱδρῶτες τῆς πίστεως ἕνεκα καταβέβληνται· πολλοὶ δὲ δι' αὐτοῦ μάρτυρές τε καὶ ἀθλοφόροι, τὸν ἀντίπαλον κατεπάλαισαν· πολλοί τε τῷ τούτου βίῳ διδασκαλίῳ χρησάμενοι, οὐρανοπολῖται γεγόνασι. D Τούτων γὰρ εἷς ἐστι καὶ Γρηγόριος ὁ μέγας ἐν ἀθλοφόροις, ὁ τῶν λειψάνων τῶν ἁγίων μαρτύρων Ῥι-

illi interdiu occursantibus terriculamentis gravius a cœpto deterritum esse : ita sane, ut mutatis scelestus consiliis, templum quidem, seu potius templi habitatorem Christum verum Deum nostrum, honore prosequeretur, ac lucernis accensis placaret ; deincepsque, sacri loci ingressu universum Babylonicum exercitum prohiberet, novamque mansuetudinem ac ferociæ barbari minime respondentem, degentibus in urbe Nicæa ostenderet: quæ ipsa, non paucis alienigenis saluti fuit ; si quis enim ab eis captus fuisset, modo tantum nuda simulatione Nicænum se jactasset, omne mox ab eis impendens periculum depulit.

Hæ sunt gratiæ hospitalitatis in Patres, quæ etiam futuris temporibus, eorum pro Nicæa curam possint ostendere. Ii porro haud secus ac limpidi fluvii ex uno Nicææ fonte divisi, ad suum quisque gregem venerunt, beatæ peregrinationis fructum reportantes, mundo salutare fidei symbolum. Cumque in veneranda senectute, ac vitæ e virtutis ratione institutæ profectu incolatus sui illustrassent curriculum (14), beatam sortem consecuti sunt. Benignus autem et clemens Deus, servorumque suorum amator beneficus « qui eos glorificat, qui ipsum glorificant [7]. » cum animas felicitate in cœlis reposita donasset, nec ipsa eorum castissima corpora dimisit sine præmio sed novo ac insolito miraculo, per hæc quoque suos honoravit ministros. Communem enim mortem, somni instar naturalis, eis induxit : eoque factum, ut ad hæc usque tempora, horum Patrum, quæ Dei vasa fuissent (15), corpora, in uniuscujusque parœcia minime dissoluta permanserint. Horum autem fortasse sunt multi quoque alii testes, qui suis ipsi oculis per loca alia aliaque, rem ejusmodi spectaverint, ac sanctos ipsos, velut somno tenerentur, in eorum loculis cum aliqua quandoque occasione ii aperirentur, amplexi sint. Quin etiam sumus nos quoque ejusmodi spectaculi nihil falsi testes. Nam Leontii Cæsariensium Ecclesiæ sanctissimi præsulis, viri angelis paris (cujus multi quidem, priusquam etiam veniret ad synodum Nicænam, emanarunt sudores propter fidem ; per quem vero multi martyres ac victores athletæ adversarium prostraverunt), cujus item vitæ magisterio non pauci cœlestes cives evaserunt : (ex iis enim unus

[7] I Reg. II, 30.

Fr. Combefisii notæ.

(14) *Incolatus sui curriculum*. Interpres Lipom. *Suæ parœciæ curriculum*; sed videtur minus appositum, tametsi eo sensu postmodum usurpatur vox παροικία, cum dicuntur mansisse incorrupta Patrum corpora, κατὰ τὴν ἑκάστου παροικίαν· *in sua quique parœcia*. Quanquam nihil refert ut τὸ παροικίας, referat vel diœcesim quæ fuerit cuique Patrum loco stadii, vel mortalem vitam, quam decurrimus ceu stadium : ac ii quidem consummati in senectute bona δόλιχον habuerunt, longius protractis metis, siquidem δόλιχος· cursus erat plenus, et major diaulo, ac curriculum continens 12 stadia, vel juxta quosdam 24 : quod congruit ut παροικία, pro diœcesi propria uniuscujusque episcopi sumitur.

(15) *Quæ Dei vasa fuissent*. Male interpr. *Quæ hos Patres suscepere corpora*. Quanquam enim potest nonnihil Platonice admitti ea propositio, velut explicat sanctus Methodius l. *De resurr.*, *Nos*.. *animæ*, nihil hæc tamen ad mentem auctoris et propositum. Porro sunt nostra ipsa corpora θεοδόχα. *Suscipiunt Deum* ratione animæ, in qua per cognitionem et amorem peculiarissime inhabitat.

Digitized by Google

quoque est Gregorius, magnus inter victores athletas, qui invenit reliquias sanctarum martyrum Rhipsimes et Gaianæ, et impudicum Tiridatem prius quidem prostravit, tumque ad fidem deduxit [16]) hujus, inquam, præclari Leontii, pretiosas reliquias una nobiscum plures viderunt, quæ nec pilos abjecerant, nec ungues amiserant, sed omni unguentorum fragrantia plenæ erant. Ne cui vero hæc fidem superare videantur : quippe ejusmodi sunt, ac his majora dona gratiæ, ad fidelium exsultationem, ad laudem Ecclesiarum, ad Christi gloriam Dei nostri, cum quo Patri gloria, et vivifico Spiritui, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

ψίμης καὶ Γαϊάνης εὑρετής, καὶ τοῦ ἀκολάστου Τηριδάτου καθαιρέτης μὲν τὸ πρότερον, ἀγωγεὺς δὲ πρὸς τὴν πίστιν τὸ δεύτερον. Τούτου τὸ τίμιον λείψανον πλείονες σὺν ἡμῖν ἑωράκασι, μήτε τὰς τρίχας ἀποῤῥιψάμενον, μήτε τοὺς ὄνυχας ἀποβαλόμενον· πάσης μὲν οὖν μύρων εὐωδίας ἀνάπλεων. Καὶ μή τινι ταῦτα τὴν ἀπιστίαν ἐμποιήσῃ. Τοιαῦτα γὰρ καὶ μείζονα τούτων, τῆς χάριτος τὰ δωρήματα, εἰς καύχημα τῶν πιστῶν, εἰς ἔπαινον τῶν Ἐκκλησιῶν, εἰς δόξαν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, καὶ τῷ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Fr. Combefisii notæ.

16) *Ad fidem deduxit.* Ubi nihil æquivocum. Vitiose edita, *ad finem.* Sic refert fontes adire, quod toties inculcat magnus Hieronymus Porro grande hoc miraculum incorruptionis, qualem auctor describit Leontii, haud putem commune toti illi Patrum cœtui, quamvis possit fuisse non omnino propria solius Leontii. Baronius, ann. 325, ubi enarrat quæ spectant ad Nicænam synodum, ea retexens quæ de Leontio auctores constanter asserunt, nimirum interfuisse illum eidem synodo cum ageret Cæsareæ episcopus, lapsum memoria arbitratur magnum Basilium, qui dicat Hermogenem ejus successorem sedisse inter Patres in eo concilio. *Illud vero*, inquit, *monendum putamus : cum omnes affirment citati auctores, Leontium Cæsareæ in Cappadocia episcopum interfuisse Nicæno concilio, cui et subscriptus inter alios reperitur in calce, ut nulla de his possit suboriri dubitatio ; putatur sanctus Basilius* (*quod humanum est*) *memoria lapsus esse cum Leontii successorem Hermogenem sedisse ait cum Patribus in Nicæno concilio, sic dicens :* Hermogenes ex diametro hostis erat Arii improbatæ opinionis, quemadmodum manifestum est ex fide, quæ primum ab illo viro Nicææ pronuntiata est. *Alio loco idem Basilius nominat eumdem Hermogenem episcopum Cæsareæ Cappadociæ civitatis.* Primum epist. 82, alterum 74. Putatur itaque, sed puto male putantibus. Plane in aliis, ac tempore vel consuetudine remotioribus possit humanus ille lapsus irrepere, vel Basilio ; ut autem in Leontio cujus ipse discipulus fuerit ac successor, quanquam Hermogene et Eusebio intermediis, nemo sane probabili satis ratione, et ut velit sensate locutum Basilium, dixerit. Deinde esset illa probatio levior, ut ideo esset Hermogenes ex diametro oppositus errori Arii, quia sedisset inter Patres in concilio Nicæno, ac una cum aliis fidem pronuntiasset, siquidem non deerant inter illos fautores Arii ac veri Ariani, qui et ipsi inveniantur synodo subscripti. Aliud ergo peculiare voluit Basilius in decessore suo Hermogene integerrimæ ejus fidei ac omnino adversæ Ariano dogmati, certum revera indicium, quod nimirum de eo tradit epist. 319 ad Innocentium, dum ei successorem a Basilio petenti ceu a primate, in hunc modum satisfacit : Περιβλεψάμενος ἐν τῷ συνεδρίῳ τοῦ πρεσβυτερίου τοῦ κατὰ τὴν πόλιν, ἐξελεξάμην, τὸ τιμιώτατον σκεῦος, τὸν ἔγγονον τοῦ μακαρίου Ἑρμογένους, τοῦ τὴν μεγάλην καὶ ἄῤῥηκτον πίστιν γράψαντος ἐν τῇ μεγάλῃ συνόδῳ· *Diligenter perspiciens in cœtu presbyterorum urbis, elegi vas pretiosissimum, nepotem scilicet B. Hermogenis, qui magnam illam ac firmissimam fidem in magna illa synodo conscripsit.* Hoc, inquam, voluit Hermogeni singulare, ut ei a synodo fuerint commissæ partes condendi symboli, quod ipsa, ab eo conditum, ac ipse in ea et per eam ἐξεφωνήσεις, claro præconio edidit : vel si adhuc in minoribus constitutus, haudquaquam inter Patres sedens, suamet illud voce extulit. Qua ergo ratione Alexander senex Athanasium diaconum jam dum strenuissimum fidei athletam, et certaminibus in ipsa synodo gloriosum comitem habuerit præclarissimus Leontius mirabilem Hermogenem tunc forte presbyterum, ac tantæ jam fama doctrinæ, sicque probata fide, ut id ei muneris a sancta illa synodo potuerit concredi, meruitque brevi post tanti Patris dignus successor ejus thronum suscipere, atque ad magnum ipsum Basilium, cui ceu ex oraculo post Leontinum ac Leontii successione, ut narrat Amphilochius, repositus esset, mediante Eusebio et ipso orthodoxo, transmittere : a qua tanta successione nec Helladius Basilii successor ac discipulus quidquam fuit alienus, vir ipse egregius, ac fidei strenuus defensor, cum eodem Amphilochio, Gregorio Nysseno, etc. Sic multa peccat Baronius exponendis auctoribus, quos deflorat, atque utinam sic deflorantem, aut etiam eorum integros exscribentem locos ac tractatus, Spondanus continuator imitatus esset.

ANNO DOMINI CXL.

JOSEPHI GENESII

CHRONOGRAPHIA

Exstat inter Scriptores Byzantinos qui post Theophanem scripserunt. Vide tomum CIX, col. 989

Digitized by Google

CIRCA MEDIUM SÆCULUM X.

ANONYMI

VITA SANCTI LUCÆ JUNIORIS.

(COMBEFIS. Auctar. noviss. II.

—

MONITUM.

Sunt certe ea Acta valde illustria, nec ecclesiasticæ historiæ eorum temporum inutilia, tametsi Baronius ipsum quoque nomen viri tanti ac Lucæ Junioris ignoraret. Sunt illa prolixiora, quam ut commodum videatur integra exscribere et dare. Operæ ergo pretium facturum putavi, ut præcipua ac selecta quæque illorum darem, ac quibus maxime vel historia ecclesiastica illustrari videatur, vel mores institui ac formari, omissis nonnullis miraculis, accisoque nonnunquam longo illo verborum fluxu, quo auctor res exaggerat exornatque : ut nulla non ejus, vel verbo tenus daturus sim ; sed non omnia ejus : etsi illa ipsa non pauca futura sunt, ac quibus, ipsi quoque avido lectori, non satis videatur factum.

ΒΙΟΣ ΚΑΤ' ΕΚΛΟΓΗΝ

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΟΥ

ΛΟΥΚΑ ΤΟΥ ΝΕΟΥ

ΤΟΥ ΕΝ ΕΛΛΑΔΙ ΚΕΙΜΕΝΟΥ.

—

EXCERPTA VITÆ

S. P. N. AC MIRACULORUM PATRATORIS

LUCÆ JUNIORIS

IN HELLADE SEPULTI.

—

Ὁ καλὸς τὰ πάντα καὶ μέγας Λουκᾶς, αὐτὸς μὲν A
τῆς Ἑλλάδος ἐστὶ βλάστημα, κόσμημα δὲ μᾶλλον εἰπεῖν καὶ κομιδῇ ποθεινὸν ἐντρύφημα προσθήσω δὲ ὅτι καὶ στέφανος δόξης. Οὐ γὰρ ὤφθη περὶ τὴν ἐνεγκοῦσαν ἀχάριστος· ἀλλὰ καὶ λίαν καλοῖς αὐτὴν ἠμείψατο καὶ περιβλέπτοις αὐχήμασιν.

Οἱ δέ γε τούτου πρόγονοι, ἐξ Αἰγίνης ὥρμηνται τῆς νήσου· Αἰγίνης, ἥτις περὶ τὸν Αἰγαῖον περίκειται κόλπον. Οἳ τὰς συνεχεῖς ἐφόδους τῶν ἐκ τῆς Ἄγαρ οὐ φορητὰς εἶναι νομίσαντες, αὐτοί τε καὶ

Bonus per omnia ac magnus Lucas, Helladis provinciæ germen est, seu potius ornamentum, admodumque desiderabiles deliciæ ; addam vero, etiam corona gloriæ. Neque enim visus est ingratus in patriam ; quin præclaris illi ac illustribus cumulis vicem rependit.

Ejus porro majores Ægina insula erant oriundi : Ægina, inquam, quæ est sita ad Ægæum sinum. Ii, continuas Agarenorum invasiones intolerandas rati, una ipsi ac reliqui omnes incolæ, charum

Digitized by Google

patriæ solum vis redimendæ causa relinquentes, transmigrant, ac per diversas singuli disperguntur urbes, matris loco adhibentes novercas: atque alii quidem Cecropis, alii Pelopis, Cadmi alii, aliasque alii regiones ac loca occupantes, in eis sedes figere cogebantur.

Divini itaque Lucæ avi, ad Phocidis, sive Chrysi provinciam commigrantes, ad maritimum quemdam montem, Joannis appellatum, sui incolatus tabernacula fixerunt. Quia tamen per id tempus, quibus is judiciis novit, cujus sunt « judicia abyssus multa [1], » Ismaelitæ mare infestantes, omnique sinu, portu, ac ora latrocinantes, jam quoque, proh dolor! eam partem incursabant; rursus loco cedere necesse habuerunt. Quemdam itaque portum Bathyn nomine auris commodum (1) ac tranquillum petentes, domicilium ponunt; ubi tempus non modicum commorati, admirabilis Lucæ patrem gignere promerentur: eumque, martyrum primi nomine honestantes, congrue utique nomini educandum curarunt. Verum hinc quoque, ad oppidum quoddam, Castorium nomine (2) commigrantes, illic habitarunt. Hic porro nonnullum errandi finem facientes, solatii aliquid pro eo exsilio, quo extra patriam vagati essent, percipere visi sunt. Utque id non tunc statim, haud tamen longiori temporis interposita mora evenit... Qui enim peregrinanti Jacob comes ac auxiliator fuit [2], atque divitem ex paupere fecit; quique eum, qui prius in baculo Jordanis fluenta transmisisset, boum armentis ac gregibus ovium locupletem reduxit: ipse plane horum quoque pecora ac substantiam reliquam palam benedicens, eo augmento donavit, ut nedum nulli substantiis deteriores viderentur, verum etiam iis indigenas non parum superarent.

Puer autem Stephanus puerili decursa ætate, ac juvenile adeptus robur, cum jam nuptiis opportunum accessisset tempus, ab iis mulieri Euphrosinæ nomine matrimonio locatur: eadem quidem oriundæ patria, eademque natalium ingenuitate. Ex ea septem Stephano oriuntur proles: prima Theodorus: ei proxima, Maria fuit; quarta porro Cale appellatur, manetque ista narrans, hactenusque monasticæ vitæ exercitia colit: quinta Epiphanius, qui et ipse monachi vitam agens, vitæque rationem professioni consentaneam instituens, ad eum migravit, quem dilexisset. Duæ reliquæ

A οἰκήτορες πάντες, τὸ φίλον τῆς πατρίδος ἔδαφος πρὸς βίαν ἀπολιπόντες, μετανάσται γίνονται καὶ πρὸς διαφόρους ἕκαστοι διασπείρονται πόλεις, καθάπερ ἀντὶ μητρὸς ἐκεῖνοι ταῖς μητρυιαῖς χρησάμενοι· καὶ οἱ μὲν τὴν Κέκροπος, οἱ δὲ τὴν τοῦ Πέλοπος, ἕτεροι τὴν τοῦ Κάδμου, καὶ ἄλλας ἄλλοι καταλαβόντες, ἐν αὐταῖς ἔχειν ἠναγκάζοντο τὰς οἰκήσεις.

Οἱ μέντοι τοῦ θείου Λουκᾶ πρόγονοι κατὰ τὴν τῆς Φωκίδος, εἴτουν τοῦ Χρυσοῦ μεταβάντες ἐπαρχίαν, πρός τι παράλιον ὄρος, Ἰωάννου καλούμενον, τὰς τῆς παροικίας σκηνὰς ἐπήξαντο. Ἀλλ' ἐπεὶ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ κρίμασιν οἷς οἶδεν, «οὗ ἄβυσσος τὰ κρίματα πολλή,» θαλασσοκρατοῦντες οἱ τοῦ Ἰσμαὴλ, καὶ πᾶσι κόλποις, αἰγιαλοῖς τε καὶ ἀκταῖς πειρα- B τεύοντες, ἤδη καὶ κατὰ τοῦτο, φεῦ! τὸ μέρος προσέβαλλον· ἀνάγκην εἶχον πάλιν ἀποχωρεῖν. Λιμένα γοῦν τινα Βαθὺν οὕτω καλούμενον, εὐαρῆ δὲ καὶ γαληνὸν ὄντα προσελθόντες οἰκοῦσιν. Ὧ καὶ χρόνον διατρίψαντες οὐ βραχὺν, τὸν τοῦ θείου Λουκᾶ πατέρα τεκεῖν ἀξιοῦνται· καὶ τοῦτον ὀνόματι τοῦ πρώτου τιμήσαντες τῶν μαρτύρων, ἀξίαν δηλαδὴ τοῦ ὀνόματος καὶ τὴν τοῦ παιδὸς ἀγωγὴν ἐποιοῦντο. Ἀλλὰ πάλιν ἐκεῖθεν μεταβάντες, ἐπί τινα κώμην Καστόριον οὕτω καλουμένην, τὰς οἰκήσεις ἔθεντο· τῆς ἄλης ἐνταῦθα μικρὸν παυσάμενοι, καὶ τοῦ ξενισμοῦ παραψυχὴν γοῦν τινα λαβεῖν οἰόμενοι. Ὅπερ εἰ καὶ μὴ τότε, ἀλλ' οὖν οὐ μετὰ πολὺν ἀπέβη τὸν χρόνον. Ὁ γὰρ τῷ Ἰακὼβ συγξενιτεύσας Θεὸς, καὶ πλού- C σιον ἀντὶ πένητος ἐργασάμενος· καὶ τὸν ἐν ῥάβδῳ πρότερον τὸ Ἰορδάνου ῥεῖθρον περαιωθέντα, πλήθει βοῶν καὶ ποιμνίων ὑποστρέψαι παρασκευάσας, αὐτὸς ἄρα καὶ τὰ θρέμματα τούτων καὶ τὴν ἄλλην οὐσίαν ἀτεχνῶς εὐλογήσας, οὕτως ἐπιδοῦναι πεποίηκεν, ὡς οὐ μόνον αὐτοὺς οὐδενὸς ὁρᾶσθαι καταδεεστέρους τὴν ὕπαρξιν· ἀλλὰ καὶ παρὰ πολὺ τοὺς αὐτόχθονας ὑπερβάλλειν.

Ὁ δὲ παῖς Στέφανος τὴν παιδικὴν ὑπερβὰς ἡλικίαν, καὶ πρὸς ἀκμὴν ἤδη ἐληλακὼς, ἐπεὶ καὶ πρὸς γάμου ὥραν ἀφίκετο, ζεύγνυται παρ' αὐτῶν γυναικὶ, τοὔνομα Εὐφροσύνῃ, τῆς αὐτῆς μὲν πατρίδος ὁρμωμένῃ, εὖ δὲ καὶ γένους ὁμοίως ἐχούσῃ· ἐξ ἧς τῷ Στεφάνῳ παῖδες ἑπτὰ γίνονται· ὧν ὁ μὲν πρῶτος D Θεόδωρος· ἡ δὲ μετ' ἐκεῖνον, Μαρία· Καλὴ δὲ καὶ ἡ τετάρτη καλεῖται, ἣ καὶ ταῦτα μένει διηγουμένη, καὶ μοναχικῶν εἰς ἔτι ἐπιμελεῖται σκαμμάτων· Ἐπιφάνιος δὲ ὁ πέμπτος, ὃς καὶ αὐτὸς τὸν μονήρη βίον ὑπελθὼν, καὶ συνᾴδουσαν τῷ ἐπαγγέλματι μετελθὼν πολιτείαν, μετέβη πρὸς ὃν ἠγάπησε. Τὰ

[1] Psal. xxxv, 7. [2] Gen. xxxii, 10.

Fr. Combefisii notæ.

(1) *Auris commodum.* Velut propitio Marte utentem, nec ullis ventis sævioribus agitatum. Vox est nihil dura aut incommoda, etsi lexicographis nostris ignorata. Hinc forte nomen *Bathys*, seu *profundum* accessit: quo tuta a ventis statio, protegente monte aliquo aut colle, ut in ejusmodi accidit, significaretur. Non est idem locus, quem Ortelius vel ex Niceta ponit, vel ex aliis.

(2) *Castorium nomine.* Videtur, quod Castaldus ponit in tabula Græciæ. Habet auctor, hunc modum auctos substantia Lucæ avos, ab indigenis passos invidiam, ac coactos adire imperatorem, a quo impetratis litteris, deinceps in pace egerint.

Digitized by Google

μέντοι ἕτερα δύο τῶν τέκνων, οὔπω τὴν ἄωρον παρ- A αλλάξαντα ἡλικίαν, τὸν τῇδε βίον μετήλλαξαν. Ὁ δὲ τρίτος ἐκεῖνος, οὗτός ἐστιν ὁ θειότατος τὰ πάντα Λουκᾶς.

Τὸ δὲ λοιπὸν, ἔρως αὐτὸν ὁ Θεοῦ καὶ τῆς ἡσυχίας αὖθις ἑλὼν, παρεσκεύασε πάντων ἐπιλαθόμενον, αὐτοῦ μόνου γενέσθαι· καὶ τῆς μητρὸς ἄρτι πρὸς τοῦτο μὴ ἀντειπούσης, καταλαμβάνει τὸ προῤῥηθὲν ὄρος ἐκεῖνο, ὃ παρὰ τῶν ἐγχωρίων ἀγροίκως, οὕτως, Ἰωάννιτζα καλούμενον· οὗ τὸ πρὸς θάλασσαν μέρος περιελθὼν, ἔνθα καὶ σηκὸς τῶν θαυμαστῶν αὐταδέλφων Κωσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ· ἐν τούτῳ τὴν ἀσκητικὴν αὐτὸς σκηνὴν καταπήγνυσιν. Οἵους δὲ τοὺς ἀγῶνας καὶ τοὺς πόνους ἐκεῖ, καὶ τὴν πρὸς γαστέρα καὶ ὕπνον διαμάχην, μᾶλλον δὲ πρὸς τοὺς δι' αὐτῶν πολεμοῦντας ἡμᾶς σκαιοὺς δαίμονας ἐπε- B δείξατο, οὔτε λέγειν ἀκριβῶς δυνατὸν, οὔτε λεγόντων ἀμφίλογος [Ἴσ. ἀναμφίβολος] ἀκολουθήσει πίστις, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ πράγματος.

Ἐπεὶ δὲ καὶ τῆς τοῦ θείου καὶ μεγάλου σχήματος τελειωτικῆς χάριτος οὔπωτε τετυχηκὼς ἦν, καὶ πολλὴν ὤδινεν αὐτοῦ τὴν ἐπιθυμίαν· ἀξιοῦται, καὶ τούτου κατὰ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ πρόνοιαν. Ἀξιοῦται δὲ οὕτως. Μοναχοὶ δύο πολιᾷ κοσμούμενοι γήρως, ἀρετῇ δὲ μᾶλλον κοσμοῦντες καὶ τὴν πολιὰν, τὴν πρὸς τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην πορείαν ποιούμενοι, ὥσπερ ἐξ ἀποστολῆς τινος, καλῶς τε καὶ φιλοφρόνως ξενίσας, εἶτα καὶ τὰ τῆς γνώμης κοινοῦται, καὶ λίαν περὶ τοῦ πράγματος θερμῶς ἀξιοῖ. Οἱ δὲ, καὶ γὰρ ἄξιον τῆς τούτου ὑποδοχῆς τὸ σκεῦος ἑώρων, C οὐδὲν ἔμελλον, ἀλλὰ τὰ νενομισμένα κατὰ σπουδὴν ἐπ' αὐτῷ δράσαντες, τὸ ἀποστολικὸν αὐτὸν καὶ μακάριον ἐνδύουσι σχῆμα· καὶ τῆς στενῆς τε καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ, εἴτουν τῆς πρὸς ζωὴν φερούσης, τὰ σύμβολα περιβάλλουσι· μᾶλλον δὲ, ὃ τοῖς ἔργοις ἐκεῖνος πρότερον ἦν, τοῦτο δὴ καὶ διὰ τοῦ σχήματος δεικνύουσιν ὕστερον.

Ἀλλ' ὃ καὶ περὶ τοὺς τοῦ εὐαγοῦς τούτου πράγματος τελεσιουργοὺς, τοὺς μοναχοὺς λέγω, θαυματουργεῖται, λέξω. Ἔστρεφον μὲν γὰρ ἐκεῖνοι· ἀλλὰ

A proles, cum necdum immaturam ætatem maturiori mutassent, hancce commutantes vitam, humanis excesserunt. Tertia denique, hic ille per omnia divinissimus Lucas est.

Cum tandem vero Dei ac quietis repetito capiens amor, omnibus oblivioni traditis, ejus unius totum fieri, effecisset, nec jam mater, rei contradiceret (3), ad montem præfatum, quem loci incolæ sic rusticana voce Joannitza vocitant, sese confert; ejusque partem, qua respicit mare, lustrans, ubi etiam germani fratres Cosmas et Damianus delubrum habent, in eo monasticæ exercitationis tabernaculum fixit. Qualia vero ac quanta illic certamina, laboresque nec non pugnam adversus ventrem ac somnum, seu magis adversus sævos B dæmones per ea nos impugnantes, exhibuerit, neque quis dicendo assequi possit, nec dicentibus indubitata fides ob rei exsuperantiam secutura sit.

Quia vero necdum divini ac majoris habitus consummantem gratiam consecutus erat, plurimumque ejus desiderium parturiebat, Dei tandem providentia, quæ ejus bonitas est, obtinet. Hunc autem res modum habuit. Monachi duo senii canis ornati, quin potius ornantes et ipsi virtute canos, seniorem Romam quadam velut legatione petebant. Is ubi bene ac humaniter hospitio excepisset, communicato postmodum consilio, voti compos fieri enixius postulat. Illi vero, quippe qui nossent C dignum esse vas quod susciperet, nihil morantur; sed legitima omnia circa ipsum propere exsequentes, apostolicum ac beatum habitum induunt; arctæque ac angustæ viæ, ejus nimirum quæ ducit ad vitam [a], symbola imponunt, seu potius, quod ille jam prius reipsa erat, hoc eum illi ex habitu quoque postmodum ostendunt.

Enimvero nec quod is miraculo circa sacræ hujus rei consummatores monachos efficit, silebo. Revertebantur illi: exceptis autem necessariis,

[a] Matth. vii, 14.

Fr. Combefisii notæ:

(3) *Nec jam mater rei contradiceret.* Omisi illa omnia, quæ ad Lucæ primordia spectant, in quibus D auctor, jejuniis iv ac vi feriæ, Nicolaum exhibet; pietate in pauperes, nudos, peregrinos, Abrahamum, Martinum, Franciscum: Ut item primum fugiens in Thessaliam animo induendi monachum, tanquam servus ac fugitivus a militibus præsidiariis captus, ac verberibus cæsus, agnitus tandem ad suos remissus sit. Ut etiam, duobus se monachis Roma redeuntibus, ac petentibus Hierosolymam, comitem dederit mentitus sui omnino juris esse, qua etiam fraude, ac tacens habere matrem viduam, monastico habitu Athenis donatus sit, cum eum comites, cuidam illic præposito commendantes reliquissent, iter cœptum prosecuturi. Ut denique, matre apud Deum interpellante, ac per visum sæpius a præposito filium repetente, monasterio ejectus sit, et ad eam remissus: eodem nihilominus concedente, ut in vicino aliquo monte, ac loco commodo seorsim ipse asceticam colere posset. Erant hæc plures impletura paginas; maluique ita perstringere. Sic ergo reversus, nec, ut videtur, habitu monastico exutus, ubi tempus aliquod matri obsecutus fuisset, priora tandem exercitia, annuente, repetit, ac serio monachum agere instituit. Donavit ille Athenis præpositus, inquit auctor, τέως γοῦν, τὸ τῶν εἰσαγομένων, ὃ καὶ μικρὸν οἶδε καλεῖν ἡ συνήθεια: *hactenus quidem, eorum habitu qui introducuntur*, ac ceu tyronum ac novitiorum, *quem consuetudo est appellare parvum habitum*: majorem diu postea accepit, a duobus senioribus monachis Romam item ad certa quædam negotia proficiscentibus. Reprobat magnum habitum, Sanctus Theodorus Studita in suo testamento, ut Patrum regulis adversum, ac uno omnes communi habitu in cœnobio suo contentos esse statuit in regulis, quas illic successori præposito tradit. Verum obtinet etiamnum ea magni habitus traditio, induuntque, non passim omnes, sed qui vitam austeriorem, ac mundo magis mortuam, profitentur, ac pecularius asceticæ sunt ac dicuntur.

Digitized by Google

nihil erat apud beatum Lucam, ejus dignum splendido animo ac voluntate, idque maxime in tantos convivas, ac eos qui boni tanti auctores fuissent. Quid ergo is qui locupletem dexteram aperit, et implet omne animal benedictione [a]? Sedent illi in littore, cum jam sol puros radios extendisset, atque oculis in marinos fluctus lenioribus auris excitatos intenti erant : cum magnus piscis, multum in aerem pennarum remigio sublatus, ante eorum pedes jacet, suavissime palpitans atque saliens, ac velut ad sui apparatum præsentes provocans ac ciens. Ii porro gratias agentes curatori ac annonæ præbitori Deo, providentiam ejus a mirabantur.

Ait vir magnus, universis audientibus : « Venit ad nos quispiam, magnum onus ac grave in humeros portans, multumque laborans. » Ait; brevique post cœtu relicto surgens, ingreditur montem, ac tenebras ponit latibulum suum [b]. Illis porro admirantibus, ac quænam vis sermonis foret considerantibus, qualisve esset hic onere pressus, ac quodnam onus ferret : putabant enim loqui de corporeæ molis pondere. En ipse tandem in universorum aspectum venit, solus, levis, expeditus, ne minimum quid oneris ferens; sanctum tamen ex nomine vocans, ejusque dicens habere necessariam opem. Sancti autem soror, ac comites, exspectare jubebant : « Abiit enim, inquit, ut vides, nec est modo nobiscum : ac siquidem ipsum visurus es, exspectare incumbit. » Cumque ille, non prius se discessurum affirmaret, quam alloqui liceret, præteriit dies septima, cum vix tandem, ceu ex quadam caligine, ex quietis ac solitudinis, Moses alter, prodit adytis. Mox autem ut hominem aspexit, oculos ad terrorem componens, vocem gravem, atque a solita lenitate abhorrentem, edit : « Quid tibi, inquit, cum hac inaccessa eremo? Ut quid relictis urbibus, ad montes concessisti? Ut quid pastores ac pastorum principes (4), quos Ecclesiæ habent, dimittens, ad rusticos homines ac litterarum rudes tete contulisti? Quomodo autem in conspectum quoque venire præsumpsisti, nec horruisti divinam ultionem, immanium adeo scelerum reus exsistens? » Ad hæc illo terrore correpto, rivosque lacrymarum e genis profundente, ac præ metu præpedita

A τοῖς ἀναγκαίοις παρὰ τῷ μεγάλῳ Λουκᾷ· οὐδὲν δὲ ὑπῆν ἄξιον τῆς αὐτοῦ φιλοτίμου γνώμης καὶ προαιρέσεως· καὶ μάλιστα πρὸς δαιτυμόνας τοιούτους, καὶ ἀγαθοῦ τοιούτου προξένους. Τί οὖν ὁ τὴν δεξιὰν ἀνοίγων πλουσίαν, καὶ πᾶν ζῶον πληρῶν εὐδοκίας; Κάθηνται μὲν οὗτοι πρὸς τῷ αἰγιαλῷ, τοῦ ἡλίου ἤδη τὴν ἀκτῖνα καθαρὰν διατείναντος, καὶ ταῖς πραείαις τῶν κυμάτων αὔραις ἠτένιζον· ἰχθὺς δὲ μέγας ἐπὶ πολὺ τοῦ ἀέρος ἀρθεὶς, πρὸ τῶν ποδῶν αὐτῶν ἔκειτο, σπαίρων ἥδιστα καὶ ἀλλόμενος, καὶ ὡσπερεὶ τοὺς παρόντας εἰς τὴν ἑαυτοῦ παρασκευὴν ἐκκαλούμενος. Οἱ μὲν οὖν ηὐχαρίστουν τῷ κηδεμόνι, καὶ τῆς τροφῆς χορηγῷ, καὶ τῆς προνοίας αὐτὸν ἐθαύμαζον.

Εἰς ἐπήκοον πάντων ὁ μέγας· «Ἔρχεται, φησὶν,
B ἄνθρωπος ὡς ἡμᾶς, μέγα καὶ βαρὺ φορτίον ἠρμένος, καὶ πολὺν τὸν κάματον ὑπομένων.» Ἔφη· καὶ μετ' ὀλίγον ἀπ' αὐτῶν διαναστὰς, εἴσεισιν εἰς τὸ ὄρος, καὶ σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ τίθεται. Ἐκείνων δὲ θαυμαζόντων, καὶ διασκοπουμένων τίς ἡ τοῦ λογου δύναμις, καὶ ποῖος οὗτος ὁ ἀχθοφορῶν ἄνθρωπος, καὶ τί τὸ φορτίον · ἔδοξε γὰρ ἐκείνοις περὶ τοῦ σωματικοῦ βάρους εἰπεῖν· ἰδοὺ καὶ αὐτὸς ὑπ' ὄψιν ἔρχεται πάντων μόνος, λιτὸς, εὔζωνος· ἄχθος μὲν οὐδ' ὁτιοῦν ἐπαγόμενος, πρὸς ὄνομα δὲ τὸν ἅγιον ἐκκαλούμενος, καὶ τῆς αὐτοῦ λέγων ἀναγκαίας χρῄζειν ἐπικουρίας. Οἱ δὲ περὶ τὴν ἀδελφὴν τοῦ ἁγίου, προσμένειν ἐκέλευον· « ᾤχετο γὰρ, φησὶν, ὡς ὁρᾷς, καὶ οὐκ ἔστι νῦν μεθ' ἡμῶν· καὶ εἴ σοι μέλλοι τοῦ ἐκεῖνον ἰδεῖν, περιμένειν δεῖ.» Καὶ ὡς διεβεβαίου μὴ
C πρότερον ἀποστῆναι, ἢ αὐτῷ ἐντυχεῖν· ἑβδόμη παρῆλθεν ἡμέρα, καὶ μόλις ποτὲ πρόεισιν ὡς ἔκ τινος γνόφου τῶν ἀδύτων τῆς ἡσυχίας, Μωσῆς ἕτερος. Ἅμα δὲ καὶ ἴδοι τὸν ἄνθρωπον, τὸ ὄμμα τε βλοσυρὸν ἐποίει, καὶ τὴν φωνὴν ἀπηχῆ, καὶ τῆς συνήθους ἀπᾴδουσαν, καὶ « Τί σοι, καὶ τῇ ἀβάτῳ ταύτῃ ἐρήμῳ; φησί. Τί τὰς πόλεις ἀφεὶς, τοῖς ὄρεσιν ἐπεδήμησας; Τί, ποιμένας καὶ ἀρχιποιμένας τοὺς ἐν Ἐκκλησίαις ἀπολιπὼν, ἀγροίκους ἄνδρας καὶ ἀμαθεῖς ἐπιζητῶν ἐλήλυθας; Πῶς δὲ καὶ εἰς ὄψιν ἐλθεῖν ἐθάρσησας, καὶ τὴν θείαν οὐκ ἔφριξας δίκην, ἀτοπήμασι τοιούτοις ἔνοχος ὤν; » Πρὸς ταῦτα ἐκείνου φρίκῃ ληφθέντος, καὶ δάκρυα τῶν παρειῶν καταχέοντος, φόβου τε δεσμοῖς τὴν γλῶτταν ὑπο-
D βληθέντος; προσθεὶς ὁ ἅγιος· « Ἄχρι τίνος σιωπᾷς, ἔφη, καὶ οὐ θριαμβεύεις ἐπὶ πάντων τὴν ἁμαρτίαν,

[a] Psal. CXLIV, 19. [b] Psal. XVII, 12.

Fr. Combefisii notæ.

(4) *Ut quid pastores, ac pastorum principes*, ποιμένας καὶ ἀρχιποιμένας. Minores ac majores sacerdotes, presbyteros et episcopos, quibus concessa a Christo potestate competit audire pœnitentium peccata, ac pro eis mulctam imponere, tandemque absolvere. Hæc autem confessio homini laico facta, tametsi sancto, ad consilium tantum fuit ac suffragium, uti et quam sancto Ephræm jubente Basilio fecit, quam Amphilocius pheminam refert in ejus vita, siquidem Ephræm solum diaconus fuit, ut multi tenent : nec non quam fecit dux Aquitaniæ Guilelmus cuidam eremitæ, a quo et ipse sua ἐπιτίμια accepit, longe iis graviora, quæ noster Lucas viro homicidæ imposuit. Utque eremita ille Guillelmum remissit ad Romanum pontificem, principum illum eximie pastorum, a quo is, absolutionis beneficium obtineret, ita ut Nicolaus haud dubie fecerit, tantumque hominem pœnitentiæ velut aptarit, quod quisque Dei donum habens, zelansque animas, etiam femina, præstare possit : præstititque egregia, cujus hodie, octava a natali die μετεόρτιον colimus, sancta Catharina Senensis, cujus monitis, tanta pœnitentium messe augebatur Ecclesia.

Digitized by Google

καὶ τὸν ἄδικον ἐκκαλύπτεις φόνον, ἵνα καὶ τὸ Θεῖον φύσει μισοπόνηρον ὄν, μικρὸν οὕτως ἐξιλεώσῃ, κατήγορος σεαυτοῦ γενόμενος; » Ὁ δὲ μόλις ἑαυτὸν ἀποδιασάμενος, συνεχεῖ καὶ διακεκομμένῳ τῷ ἄσθματι· «Τί παρ' ἡμῶν, λέγει, τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπε, μαθεῖν ἀπαιτεῖς, ἃ καὶ πρὸ ἡμῶν αὐτὸς ὑπὸ τῆς ἐνοικούσης σοι χάριτος ἐδιδάχθης. Οὐκ ἐκρύβη γὰρ ἀπὸ σοῦ ὃ πεποίηκα ἐν κρυφῇ. Πλὴν ἀλλὰ τῷ σῷ κελεύσματι εἴκω καὶ λέγω, καὶ θριαμβεύω τὸ κακῶς ἐργασθέν. » Οὕτως εἰπὼν, φανερῶς τὴν ἁμαρτίαν ἐξαγορεύει, διελθὼν ἕκαστα, πῶς τε καὶ ποῦ, καὶ δι' ἣν αἰτίαν τὸν ἑαυτοῦ συνέκδημον ἀποκτείνειε. Εἶτα προσπίπτει τοῖς τοῦ ἁγίου ποσὶ, μὴ παροφθῆναι δεόμενος. Ὁ δὲ καὶ οἶκτον αὐτοῦ λαμβάνει, καὶ τὸ τάχος ἀνίστησι, νουθετεῖ τε καὶ παρακαλεῖ, καὶ κανόσιν ἀσφαλίζεται τοῖς αὐτῷ φορητοῖς, τοῦτο κατ' ἐξαίρετον ἐπισκήψας· εἰς τὸν τάφον οἴχεσθαι τοῦ πεφονευμένου· δάκρυά τε αὐτοῦ πολλὰ κατασπεῖσαι, καὶ τρίτα καὶ ἔννατα καὶ τεσσαρακοστὰ τούτου πολυτελῶς ἐκτελέσαι· γονάτων κλίσεις ἐκεῖ ποιησάμενον, εἰ δυνατὸν οὐκ ἐλάττους τῶν τρισχιλίων· μᾶλλον δὲ διὰ βίου τὴν ἁμαρτίαν θρηνεῖν, καὶ ἐνώπιον αὐτὴν ἔχειν, τοῖς πίναξι τῆς ψυχῆς ἐγγραψάμενον. Οὕτω παραγγείλας, ἀφίησιν οἴκαδε, καθαρὰν ἐπίγνωσιν αὐτῷ τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἁμαρτίας κατάγνωσιν ἐμβαλὼν, καὶ πολλὴν εἰσενεγκεῖν ἐπαγγειλάμενον τὴν μετάνοιαν.

lingua, hiscente; subdens sanctus: « Quandiu, inquit, siles, nec palam omnibus peccatum traducis, ac iniquam revelas cædem, quo te ipse accusans, divinum numen, cui a natura mali odium est, modicum aliquantum propitium facias ac places? » At ille, vix tandem vim faciens, continuo ac interciso anhelitu: « Quid, inquit, Dei homo, a nobis petis discere, quæ ipse, divina in te habitante gratia edocente, ante didicisti? Nec enim a te fuit occultatum, quod feci in occulto. Enimvero jubenti tibi morem gero, ac dico, quodque male gestum fuit, palam traduco. » Iis dictis, palam peccatum confitetur, edisserens singula, quomodo, ac ubi, quamobremque, itineris socium occidisset. Tum sancti pedibus advolvitur, rogans ut nolit despicere. Is autem, cum ejus miseretur, tum statim erigit, admonetque ac exhortatur, regulisque, pro eo ut ferendo videbatur, munit; id præcipue mandans, ut ad occisi sepulcrum vadens, lacrymarum illic copiam libaret, ejusque pro tertia, nona, ac quadragesima (5) splendide sacra celebraret; genuumque flexiones, haud tribus millibus pauciores, si res ferret, faceret; quin potius, reliquam vitam, peccatum defleret, atque animi tabulis inscriptum obversans perpetuo haberet. His ad eum datis mandatis, domum remittit, cum perspicuam boni agnitionem, ac peccati damnationem animo injecisset, isque multam se pœnitentiam illaturum promitteret.

Ἕβδομον ἔτος ἐν τῇ κατὰ τὸν Ἰωαννίτζην ἐρήμῳ πληρώσας, ἄκων καὶ αὐτὸς μετανάστης γίνεται μετὰ πάντων. Συμεὼν γὰρ ὁ τοῦ Σκυθικοῦ ἔθνους ἄρχων (Βουλγάρους αὐτοὺς οἴδαμεν συνήθως καλεῖν), τὰς πρὸς Ῥωμαίους σπονδὰς ἀθετήσας, ἐχώρει, κατὰ πάσης ἠπείρου, τὰς ἡμῶν ἁμαρτίας ἀξιόμαχον ὥσπερ χεῖρα περιζωσάμενος· ἐξανδραποδιζόμενός τε καὶ ληϊζόμενος, καὶ τοὺς μὲν ζωῆς, τοὺς δ' ἐλευθερίας ἀποστερῶν, καὶ ὑποφόρους ποιούμενος. Ἐντεῦθεν οἱ μὲν ὡς ἐν εἱρκταῖς ἢ φρουραῖς ταῖς πόλεσι κατεκλείοντο· οἱ δὲ πρὸς τὴν Εὔβοιάν τε καὶ τὴν τοῦ Πέλοπος ἀπεσώζοντο.

Τότε γοῦν καὶ οἱ περὶ τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον χωρητικοὶ πρὸς τὰς ἐκ γειτόνων διεπορθμεύοντο νήσους· εἰ καὶ φθάσας ὁ φθόνος, ἀνέλπιστον αὐτοῖς ἐπάγει τὸν κίνδυνον. Αὐτῶν γὰρ σὺν τῷ δικαίῳ ἀσφαλῶς διάγειν οἰομένων, οἱ Βούλγαροι πρὸς αὐτοὺς διὰ πλοίου ὃ ἔτυχον ὑποκλέψαντες, αἰφνίδιον ἐπελθόντες, ὀλίγου δεῖν, πάντας ἀπώλεσαν, ὀλίγων τινῶν ἐκκολυμβησάντων, μεθ' ὧν καὶ ὁ μέγας ἦν, καὶ οὕτω τὰς χεῖρας αὐτῶν διαφυγεῖν δυνηθέντων. Εἶθ' οὕτως ἐπανελθόντων, πλοίου ἐπιτυχὼν ἐκεῖνος, σὺν ὅλῳ γένει καὶ τοῖς γνωστοῖς περαιοῦται εἰς Κό-

Cum septem jam annos in Joannitzis illa eremo implesset, quanquam invitus, una ipse ac reliqui coguntur migrare. Symeon enim Scytharum gentis princeps, Bulgaros appellare consuevimus, antiquato cum Romanis fœdere, totam continentem, ceu pugnæ idonea manu peccatis nostris accinctus, pervadebat, servituti mancipans ac deprædans, ac alios quidem vita, libertate alios privans, ac vectigales reddens. Quapropter alii quidem velut in carcere ac præsidiis, urbium ambitu continebantur; alii fuga in Eubœam et Peloponnesum, saluti consulebant.

Tunc ergo ejusdem quoque loci incolæ una cum viro Dei, in vicinas insulas transmisere: quanquam occupans invidia, inexspectatum illis periculum invexit. Cum enim ii tuto se cum justo agere existimarent, irruentes repente in eos Bulgari, navigio quod furati essent, omnes fere perdiderunt, paucis quibusdam enatantibus, in quibus vir quoque magnus, atque in eum modum manus eorum evadentibus. Tum vero, illis recedentibus, navigii facta copia, cum toto genere ac notis, Corinthum transmittit; cum jam barba

Fr. Combefisii notæ.

(5) *Pro tertia, nona, quadragesima.* Etiam Damascenus, seu quisquis auctor est sermonis illius inscripti *De iis qui in fide dormierunt*, τρίτα illa, ἔννατα, et τεσσαρακοστὰ commendat, ceu Ecclesiæ universalis constanti usu probata. Sanctus item Nicon libello *De erroribus Armeniorum*, tom. III *Bibl. PP.* eorum meminit. Gregor. Nazian. orat. in Satyrum fratrem τὰς δι' ἔτους μνήμας · *annuas pro defunctis memorias*, memorat. Perseverantque illa etiamnum in Ecclesia, apostolica ac sanctorum traditione fulta.

Digitized by Google

genas repleret, virtutisque speciem, flore juventæ recreantem haberet: quanquam autem nihil minus provecta ætate esset, agebat nihilominus disciplinarum amor, quo sibi ad Scripturarum lectionem aditum muniret.

Quamobrem ludum petens, sese studio dedit; verum modicum quid commodi inde percepturus erat. Videns enim pueros inhoneste agentes, quique disciplinas quidem caperent optime, nec probos tamen iis suscipiendis animos aptarent, haudquaquam rem ferens, citius recessit.

Exit itaque in oppidula rusticana, quodque apud Patras Achaiæ, sublimius vitæ genus sectans quis monachus Stylites audiretur, cogitavit se illuc conferre, ejusque se ministerio addicere. Cum autem hæc animo volveret, legatio ab Stylite Zemenensi ad eum destinatur, rogans ad ipsum venire, ac contubernium inire: utque non grave videatur, sub ipso agere, ac ministri curam suscipere. Is porro libens legationem admittit, quippe cui subesse, quam imperare acceptius esset, remque juveni magis conducere sciret. Alioqui vero, qui sublimis humilitatis præstantiam perspectam haberet, libens accedit, seque tota hilaritate ministerio subjicit: deincepsque nullum erat ministerii genus, quod non ipse per seipsum diligenter obiret, maximam perspicue jacturam, seu etiam ignominiam ratus, ut ullus obsequio addictior foret.

Cum ei quandoque quidam incontinenti lingua convitiaretur, ac probris exciperet, idcirco quia præsens erat, adeo graviter tulit, tantoque zelo, animo exarsit, ut silentii ac decoris, multæque illius verecundiæ ac tranquillitatis oblitus, cogeretur verba asperiora in impudentem illum ac conviciandi avidum usurpare; castigata lingua, ac quæ opportune moveretur, petulantem ac maledicam linguam castigans. Verum ille valde effrons, nec levior aut facili ad medelam morbo laborans, sed fortiori egens castigatione, confestim ostensus est. Non enim ferens reprehensionem, profana manu virum sanctum in genas cædit. Atenim affuit momento vindicta, Deusque « de cœlo auditum fecit judicium,» ac latens virtus in lucem profertur, virique improbitas præclare punitur. Vix enim per injuriam percusserat, cum ipse pœna longe graviori dæmoniaca percussus est: humique prostratus jactabatur, ac se discerpebat, ea misere patiens quæ solent obsessi a dæmone. Quidni autem dico quod horribilius est, ac pluribus deflendum lacrymis, potensque iis metum incutere, qui impotentiores linguæ non parcunt. Perseveravit in eum modum adusque finem « traditus Satanæ in interitum carnis, » quod ait Paulus[7], ut spiritus salvus fieret. Quid ita vero? Quia nimirum, quem magis decebat alios castigare insipienter habentes, quippe qui sacerdos esset, verboque ac vita ad-

A ρινθον, ἄρτι τὰς σιαγόνας γενείου πληρῶν, καὶ ἄνθει νεότητος, ἀρετῆς ὥραν ἐπιτρέπουσαν [*leg.* ἐπιτερπ.] ἔχων, καί τοι δὲ ἡλικίας ἐν τῷδε γενόμενον, ὅμως ἦγεν αὐτὸν μαθημάτων ἔρως, διὰ τὴν τῶν ἱερῶν λογίων ἀνάγνωσιν.

Ταύτῃ τοι καὶ διδασκαλίῳ φέρων ἑαυτὸν δίδωσιν· ἀλλ' ὀλίγα τῆς ἐκεῖθεν ὠφελείας ἔμελλε κοινωνεῖν. Τοὺς γὰρ παῖδας ἀκοσμοῦντας ἰδὼν, καὶ μαθήματα μὲν κάλλιστα παραδεχομένους, οὐ καλὰς δὲ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς εἰς τὴν τῶν τοιούτων ὑποδοχὴν εὐτρεπίζοντας, οὐδαμῶς ἤνεγκεν, ἀλλ' εὐθὺς ἀπέστη.

Ἔξεισι τοιγαροῦν πρὸς τὰς κωμοπόλεις, καὶ ἐπεὶ ἐν Πάτραις τῆς Ἀχαΐας Στυλίτης ἠκούετο βίου μεταποιούμενος ὑψηλοτέρου, λογισμὸς εἶχεν αὐτὸν ἐκεῖσε γενέσθαι, καὶ τούτῳ διακονεῖν. Ταῦτα δὲ B στρέφοντα διαπέμπεται πρὸς αὐτὸν πρεσβεία παρὰ τοῦ ἐν Ζημένᾳ στυλίτου, φοιτῆσαι παρ' αὐτὸν ἀξιοῦσα, σύνοικόν τε γενέσθαι· καὶ εἰ μὴ φορτικὸν, ὑπ' αὐτῷ τετάχθαι, καὶ τὸ διακονεῖν καταδέξασθαι. Ὁ δὲ τὴν πρεσβείαν ἡδέως δεξάμενος, ἐπεὶ καὶ ἄρχεσθαι μᾶλλον ἢ ἄρχειν ἐφίλει, ἅτε καὶ νέῳ τοῦτο λυσιτελέστερον εἶναι εἰδὼς, ἄλλως τε καὶ τὸ ἐκ τῆς ὑψηλῆς ταπεινώσεως ὁποῖον οὐκ ἀγνοῶν, ἀσμένως ἔρχεται πρὸς αὐτὸν, καὶ τὴν λειτουργίαν κομιδῇ προθύμως ὑπέρχεται· καὶ τὸ ἐντεῦθεν, οὐδὲν ἦν ὑπουργίας εἶδος, ὃ μὴ αὐτὸς ἐκεῖνος δι' ἑαυτοῦ ποιεῖν ἔσπευδε, ζημίαν ἀτεχνῶς μεγίστην, ἢ καὶ ἀτιμίαν ἡγούμενος τὸ ἐκστῆναί τινι δουλείας.

Καί ποτε διαλοιδορουμένου τινὸς αὐτὸν ἀκολάστῳ C γλώσσῃ καὶ κωμῳδοῦντος, ἐπεὶ παρὼν ἔτυχεν, οὕτως ἤνεγκε βαρέως, καὶ τοσούτῳ ζήλῳ τὴν ψυχὴν διεκαύθη, ὡς τοῦ σιωπηλοῦ καὶ κοσμίου, καὶ τῆς πολλῆς ἐκείνης αἰδοῦς καὶ γαλήνης ἐπιλαθόμενον, ἀναγκασθῆναι, καὶ τραχυτέροις πρὸς τὸν ἀναιδῆ ἐκεῖνον καὶ φιλολοίδορον χρήσασθαι λόγοις· εὐπαιδεύτῳ γλώττῃ καὶ κατὰ καιρὸν κινουμένῃ, τὴν προπετῆ καὶ διάβολον σωφρονίζοντα. Ἀλλ' ἐκεῖνος λίαν ἰταμὸς ὢν, καὶ οὐ μικρὰ νοσῶν καὶ ἰάσιμα, ἀλλὰ παιδείας ἰσχυροτέρας δεόμενος, ἐδείκνυτο παραχρῆμα. Μὴ ἐνεγκὼν γὰρ τοὺς ἐλέγχους, παίει κατὰ τῆς σιαγόνος μιαρᾷ χειρὶ τὸν ἡγιασμένον. Ἀλλὰ κατὰ πόδας ἡ ἐκδικία, καὶ ὁ Θεὸς « ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἠκούτιζε κρίσιν, » καὶ τὸ λανθάνον τῆς ἀρετῆς εἰς φῶς ἤγετο, καὶ ἡ μοχθηρία καλῶς ἐκολάζετο. Ἅμα D γὰρ ἔπληξεν ὁ ὑβριστὴς, καὶ αὐτὸς ἐπλήγη πολλῷ βαρύτερον πληγῇ δαιμονίᾳ· καὶ εἰς γῆν ἔκειτο κλονούμενός τε καὶ σπαρασσόμενος, καὶ τὰ τῶν δαιμονιώντων πάσχων ἀθλίως. Τί μὴ λέγω τὸ φρικωδέστερον, καὶ ὃ πολλῶν δακρύων ἄξιον, καὶ φοβῆσαι δυνατὸν τοὺς φειδὼ γλώττης μὴ ποιουμένους. Διέμεινεν οὕτως ἄχρι τέλους « τῷ Σατανᾷ παραδεδομένος εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, » ὅ φησι Παῦλος, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ. Καὶ ἡ αἰτία· ὅτι ὃν ἔδει μᾶλλον, καὶ ἄλλων ἀσυνέτως διακειμένων εἶναι σωφρονιστὴν· ἱερεὺς γὰρ ἦν· καὶ λόγῳ καὶ βίῳ τὰς παραινέσεις ποιούμενον· ὁ δὲ ἀσύνετος ἦν· ὡς καὶ

[6] Psal. LXXV, 7. [7] I Cor. v, 5.

Digitized by Google

ἑτέροις εἰς βλάβην κεῖσθαι καὶ φανερὰν αἰσχύνην A τοῦ ἀξιώματος.

Πάντως δὲ ἀλλότριον ἦν τοῦτο καὶ παντελῶς ἀπᾷδον τῆς τοῦ ἐχθροῦ βασκανίας, τὸ εἰς τέλος ἐᾶσαι τὸν θεῖον Λουκᾶν ὑπὸ τῷ Στυλίτῃ διακονεῖν· καὶ οὐχὶ μᾶλλον πάντα λίθον κινῆσαι, ὥστε τὴν καλὴν ἀπεῖρξαι ταύτην αὐτῷ πραγματείαν. Οὐκοῦν οὐδὲ ἀπέσχετο πάντα ποιῶν, ἕως ἤνυσε, καὶ ἀλλήλων αὐτοὺς διέστησεν, ὁ τοῖς ἀγαθοῖς ἀντικείμενος. Τίς δὲ καὶ ἡ τοῦ χωρισμοῦ πρόφασις καὶ τῆς διαστάσεως; Ὁ τὴν τῶν λιμένων ἐπιμέλειαν ἐπιτετραμμένος, καὶ τὰ πλοῖα μὴ ἐῶν ἐπὶ τὰ τῆς Ἑλλάδος διαπερᾷν ὅρια, διὰ τὰς τῶν ἐχθρῶν ἐπιθέσεις, καταλαβὼν αὐτὸν ἐν πλοίῳ περαιοῦσθαι βουλόμενον, B ἀφορήτοις συγκόπτει πληγαῖς. Ἐντεῦθεν τοιγαροῦν ἔκρινεν ἰδιάζειν· καὶ τὸ λοιπὸν, τὸ τοῦ θείου μάρτυρος Προκοπίου εὐκτήριον εἶχεν αὐτὸν ὑπὸ Θεῷ ζῶντα, καὶ τῆς ἀεὶ φίλης περιεχόμενον ἡσυχίας. Ἀλλὰ κἀκεῖθεν ὑετὸς λάβρος καταῤῥαγεὶς, καὶ τὸν οἰκίσκον ἐν ᾧπερ ἦν καταστρέψας, ἀποστῆναι πάλιν ἐποίει καὶ μὴ βουλόμενον· τοῦ Θεοῦ ταῦτα λυσιτελῶς ἴσως οἰκονομοῦντος, ἵνα μὴ παρὰ πολὺ τῇ τοῦ Πέλοπος ἐμφιλοχωρῶν, ἀδικῇ τὴν πατρίδα, φυτοῦ τοιοῦδε ἀποστερῶν αὐτὴν καὶ βλαστήματος.

Οὐ γὰρ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ ὁ μὲν ἀλιτήριος Συμεὼν, καὶ πολλῶν αἱμάτων Χριστιανικῶν ἐκχύσεως αἴτιος, ἐξ ἀνθρώπων γίνεται· ἐκδέχεται δὲ τὴν τούτου ἀρχὴν Πέτρος, ὁ αὐτοῦ μὲν υἱὸς, οὐχ ὅπως C δὲ τῆς δόξης καὶ τῆς οὐσίας, οὕτω δὴ καὶ τῆς ὠμότητος καὶ μισανθρωπίας φανεὶς κληρονόμος· ἀλλὰ πολλῷ ταύτης ἀλλότριος· καὶ τό γε εἰς αὐτὸν ἧκον οὐδὲν ἔχων ἐκείνου τοῦ αἵματος καὶ τῆς συγγενείας. Ὃς εὐθὺς χαίρειν εἰπὼν αἵμασι καὶ πολέμοις, εἰρήνην τὴν μεθ' ἡμῶν ἠσπάσατο· ὅτε ῥομφαία καὶ δόρυ καὶ πᾶν ὅπλον σιδήρου πεποιημένον, εἰς δρέπανα καὶ σκέπαρνον προφητικῶς φάναι κατεσκευάζοντο· ἡνίκα καὶ πάντων ἐπὶ τὰς οἰκείας πόλεις τε καὶ κώμας, καὶ τὰς ἑστίας αὐτὰς ἀνασωζομένων, καὶ ὁ θεῖος Λουκᾶς εἰς τὴν κατὰ τὸν Ἰωαννίτζην περιπόθητον ἡσυχίαν ποθεινῶς ἐπανήει· πόνων μὲν ἐκεῖνος τῶν αὐτῶν ἢ καὶ μειζόνων τῆς ἀρετῆς ἐχόμενος· λύειν δὲ τοὺς ἑτέρων πόνους, καὶ μᾶλλόν γε τοὺς ἐξ ὁδοιπορίας διὰ τῆς φιλανθρώπου φιλο- D ξενίας ἐπιμελούμενος.

Ταύτῃ τοι καὶ ἀκούσας τὸν τῆς Κορίνθου πρόεδρον εἰς τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων ἀνιόντα, ἐκεῖ που πλησίον τοῦ τε πόνου λῆξαι, καὶ βραχύ τι διαναπαύεσθαι, προσῄει· οὐ κεναῖς χερσὶν, ἀλλὰ δῶρα φέρων· σμικρὰ μὲν, μεγάλῃ δὲ καὶ φιλοτίμῳ τῇ προαιρέσει, καθὸ τὰ μάλιστα ὧν εἶχε, προσῆγε, καὶ ὧν οὐδὲν κρεῖττον παρ' ἑαυτῷ ἀπελίμπανε· λάχανα τοῦ πονηθέντος αὐτῷ παραδείσου πολυειδῆ· αὐτῷ τε καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ κληρικοῖς ἅμα καὶ ἄρχουσιν· ὑφ' ὧν καὶ διδαχθεὶς ὅστις εἴη, ποῦ τε διάγει, καὶ ποίαν ἄρα τὴν ἀγωγὴν μέτεισιν· ἀνδρὸς φιλαρέτου

A monere; ipse contra insipiens erat, ut et aliis in perniciem ac probrum ordinis manifestum positus esset.

Plane vero alienum hoc, omninoque ab hostis invidia abhorrens erat ut admirabilem Lucam in finem usque sub Stylita ministrare permitteret: nec potius omnem moveret lapidem, quo bona hac eum negotiatione prohiberet. Haud itaque destitit omnia moliens, donec perfecit, ambosque bonis ille adversarius ab invicem sejunxit. Quænam porro separationis ac sejunctionis occasio? Nimirum is cui littorum cura commissa erat, cum propter hostium incursiones, navigiis ad Helladis fines transmittere vetaret, in navigio transmittere paratum inveniens, plagis dirissimis concidit. B Idcirco igitur sibi privatim vivere decrevit: deinceps que sub Deo viventem, ac amicam semper amplectentem quietem, præclari martyris Procopii oratorium habebat. Sed et inde irruens copiosior imber, ac domunculam, qua degebat, evertens, vel invitum rursus abegit: Deo forte hæc utiliter dispensante, ut ne diutius in Peloponneso habitans, patriæ injuriam faceret, tali eam planta ac germine privans.

Haud enim longiori interjecto tempore, miser ille Symeon, quique fusi multi Christiani sanguinis auctor exstitisset, ab humanis migrat, ejusque C imperium capessit Petrus: sic quidem filius, ut tamen nequaquam, uti gloriæ ac substantiæ, ita quoque crudelitatis ac inhumanitatis hæres visus sit; sed plane, longe ab ea alienus; quippe, quod ad ipsum spectat, nihil illius sanguinis habens ac affinitatis. Is statim sanguines ac bella valere jubens, pacem cum Romanis init: quando, ut verbis prophetæ utar[a], gladius ac lancea, armaque omnia ferro confecta, in falcem ac ligonem conflabantur: quando item universis, in proprias urbes ac oppida, ipsosque lares cum salute remeantibus, divinus quoque Lucas, ad impensius desideratam Joannatzis solitudinem desideranter rediit: eos lem quidem ipse aut etiam majores consectans virtutis labores: ut tamen labores aliorum, ac cumprimis D ex itinere susceptos, benigna hospitalitate recreare studeret.

Quapropter etiam ubi Corinthi episcopum ad urbem regiam ascendentem, haud procul laboris inducias facere, ac paululum quiescere audisset, eum adiit, haud vacuis manibus, verum munera afferens, illa quidem exigua, magna tamen ac larga voluntate: siquidem ea maxime obtulit, quæ suppetebant, ac quibus nihil melius repositum haberet: nempe diversi generis olera, ex horto quem colebat, cum episcopo, tum comitibus clericis pariter ac viris nobilibus. A quibus etiam doctus ille, quisnam is esset, ac ubi ageret, quam-

[a] Isa. II, 4.

Digitized by Google

que vitæ rationem teneret, rem fecit viri studiosi, atque in divina amanter affecti. Fastum quippe ac dignitatis modum parvifaciens, plurimi æstimabat, ut viri pauperis, quanquam spiritualium ratione non erat pauper, tugurium viseret.

Veniens itaque, ejusque omnia lustrans, admirationi habebat, quæ reipsa admiratione digna erant : non divitias ac superbiam, sed voluntariam paupertatem ac ultro assumptam. Quapropter etiam alacris statuit, auro prosequi virum. Sic quippe moris est, ut nedum egentibus, sed et iis qui sublimiores sunt quam ut egeant, alacrius ac propensius largiamur. Jussit ergo unum aliquem erogare inter domesticos præcipuum. Verum ille accipere renuit : « Haudquaquam, inquit, domine, auri indigens accessi ; sed precum ac doctrinæ. Quid enim ad me aurum, qui sic elegerim vivere? Da ergo id quo egeo, ac cujus aeris me sitis habet, rudem me ac rusticum docens, qua oporteat ratione salutem comparare. »

Porro tristatus est valde pontifex pro doni repudiatione : non dati, sed sui potius spretionem ratus, quod ita gestum esset : ac tanquam is quidem haberet necessarium aurum, eo tamen datum repulisset, quod ejus dona displicerent. Idcirco gravi cordis dolore tactus : « Quorsum, inquit, ad eum modum, una cum dono, nos quoque repulisti ? Nam et ego fidelis sum, quanquam peccator ; episcopus, tametsi indignus. Qua ergo ratione qui in omnibus Christum imitari velis, ejus in hoc imitationem non admittis ? Nam et ille, ultro a piis volentibus oblata recipiebat, ejusque rei testes loculos habes. Omnino enim, tametsi ipse, datum munus necessarium non habeas ; at porriges indigentibus aliis. Nunc autem, quod ad te spectat, stultum quid ac irrationale fit beneficentiæ præceptum, sicque animi omnis religiosi, ac benignitate in proximos habentis, ingenuitatem lædis. Atque, ut verbo dicam, rem tollis, qua simul gravanti paupertati solatium adhiberi possit, multisque via pateat salutis. »

His auditis, haud ultra Dei homo muneris acceptionem repudiandam putavit, ut ne sibi ipse ostentationem, ac antistiti tristitiaæ immoderationem crearet. Accipit ergo unicum duntaxat nummum, ac precum divitias rependit.

Tum quæsivit ab archiepiscopo, sensu admodum contrito ac humili : « Amabo, inquit, o domine : qua nos ratione, qui propter multa peccata nostra montes colimus ac solitudines, qua, inquam, ratione, horrenda mysteria possimus percipere ? Vides enim ut nedum collecta, sed neque sacerdos suppetat. » Ille autem grate admodum percontationem accipiens : « Bene, inquit, Pater, deque bona re ac maxima interrogasti. Nam bonum quoque, ut aiunt, non bonum est, ut non bene fieri contingat. Primo igitur ac principaliter, sacerdotem adesse decet. Quod si ille necessaria omnino ratione absit, imponendum sacræ mensæ, præsanctificatorum

A καὶ πρὸς τὰ θεῖα ἐρωτικῶς ἔχοντος ἔργον ἐποίει. Κόμπον καὶ ἀξιώματος μέτρον φαῦλον εἶναι νομίσας, ἐν μεγάλῳ ἐτίθει, πένητος ἀνδρὸς, εἰ καὶ μὴ πένης ἦν τὰ πνευματικὰ, καλύβην ἰδεῖν.

Ἐλθὼν οὖν, καὶ ὄψει τὰ ἐκείνου περιλαβὼν, ἐθαύμαζεν ἃ θαυμάζειν ἀληθῶς ἄξιον· οὐ πλοῦτον καὶ περιφάνειαν, ἀλλὰ πενίαν ἐθελούσιον καὶ αὐθαίρετον· διὸ καὶ πρόθυμος κατέστη, χρυσῷ δεξιώσασθαι τὸν ἄνδρα. Καὶ γὰρ εἰώθαμεν, οὐ τοῖς δεομένοις μᾶλλον, ἀλλὰ τοῖς τοῦ δεῖσθαι ὑψηλοτέροις χαρίζεσθαι προθυμότερον. Ὁ μὲν οὖν ἐπέτρεπε δοῦναι τῷ οἰκειοτέρῳ τῶν ἀκολούθων. Ὁ δὲ τοῦτο λαβεῖν ἀνένευεν, « Οὐ χρυσίον λέγων, ὦ δέσποτα, δεόμενος προσῆλθον· ἀλλ' εὐχῶν καὶ διδασκαλίας. B Τί γὰρ πρὸς ἡμᾶς ὁ χρυσὸς, ὃς οὕτως εἱλόμην βιοῦν; Δὸς τοιγαροῦν οὗ δέομαι καὶ σφόδρα διψῶ, διδάξας τὸν ἀμαθῆ ἐμὲ καὶ ἄγροικον πῶς δεῖ με σωθῆναι. »

Ἐλυπήθη λίαν ἐπὶ τῷ ἀπαραδέκτῳ τῆς δωρεᾶς ὁ ἀρχιεπίσκοπος, οὐ τοῦ διδομένου, ἀλλ' ἑαυτοῦ μᾶλλον ὑπεροψίαν τὸ πραχθὲν ἡγησάμενος· καὶ ὡς χρῄζων αὐτός· ἀλλ' ὡς τοῖς ἐκείνου μᾶλλον μὴ εὐδοκῶν, ἀπώσασθαι. Καὶ διὰ τοῦτο πάνυ τὴν καρδίαν περιαλγὴς ὢν, « Ἵνα τί, ἔφη, οὕτως ἀπώσω μετὰ τῆς δωρεᾶς καὶ ἡμᾶς; Πιστὸς γὰρ καὶ αὐτὸς, κἂν ἁμαρτωλός· ἐπίσκοπός τε, εἰ καὶ ἀνάξιος. Πῶς οὖν ἐν πᾶσι μιμητὴς ἐθέλων εἶναι Χριστοῦ, τὴν ἐν τούτῳ μίμησιν οὐ προσίῃ; Ἐδέχετο καὶ αὐτὸς τῶν C εὐσεβῶν βουλομένων τὰς προαιρέσεις, καὶ τούτου μαρτύριον ἀψευδὲς, τὸ γλωσσόκομον. Πάντως γὰρ, εἰ καὶ σὺ μηδενὶ [γρ. μὴ δέῃ] τοῦ διδομένου, ἀλλ' ἑτέροις τοῦτο δεομένοις ὀρέξεις. Νῦν δὲ τό γε σὸν, μάταιόν τι καὶ ἀλόγιστον τῆς εὐποιίας ἡ ἐντολή· καὶ πηροῖς οὕτως εὐγένειαν γνώμης, μετὰ τοῦ φιλοθέου καὶ τὸ φιλάνθρωπον ἔχουσαν. Καὶ συνελόντα φάναι, ὑπόθεσιν ἀναιρεῖς, ὁμοῦ τε παρακαλεῖν δυναμένην πενίας βαρύτητα, καὶ ὁδὸν πολλοῖς εἰς τὸ σώζεσθαι γινομένην. »

Τούτων ὡς ἤκουσεν ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, οὐκ ἔγνω δεῖν ἐπὶ πλέον ἀπωθεῖσθαι τὴν λῆψιν, ἵνα μὴ οἴησιν ἑαυτῷ, καὶ τῷ προέδρῳ, λύπης ἀμετρίαν D ποιήσῃ. Λαμβάνει τοιγαροῦν οὐδὲν πλέον, ἢ νόμισμα, καὶ εὐχῶν ἀντιδίδωσι πλοῦτον.

Εἶτα ἤρετο τὸν ἀρχιεπίσκοπον· μεθ' ὅσης ἂν εἴποις τῆς συντριβῆς τοῦ φρονήματος· « Εἰπέ μοι, λέγων, ὦ δέσποτα, πῶς οἱ τοῖς ὄρεσι καὶ ταῖς ἐρημίαις ἡμεῖς διὰ πλῆθος ἁμαρτιῶν προσεδρεύοντες, πῶς ἂν τῶν θείων φρικτῶν μετέχοιμεν μυστηρίων; Ὁρᾷς γὰρ ὅτι μὴ συνάξεως μόνον, ἀλλὰ καὶ ἱερέως ἀπόρως ἔχομεν. » Ὁ δὲ τῆς ζητήσεως αὐτὸν καὶ λίαν ἀποδεξάμενος· « Καλῶς, ἔφη, Πάτερ, καὶ περὶ καλοῦ καὶ μεγίστου πράγματος συζητεῖς. Τὸ γὰρ καλὸν, οὐ καλὸν, φασὶν, ὅταν μὴ καλῶς γίνοιτο. Δεῖ τοιγαροῦν προηγουμένως μὲν παρεῖναι τὸν ἱερέα· ἐκείνου δὲ κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην ἀπόντος, ἐπὶ τῆς ἁγίας τραπέζης τιθέναι τῶν προηγιασμένων τὸ

Digitized by Google

σκεῦος, ἐὰν εὐκτήριον ᾖ· εἰ δὲ κελλίον, ἐπὶ σκάμνου τοῦ καθαρωτάτου. Εἶτα καλυμμάτιον ἐφαπλώσας, ἐν αὐτῷ προθήσεις τὰς ἁγίας μερίδας· καὶ θυμίαμα καύσας, τοὺς τῶν τυπικῶν ψαλμοὺς, ἢ τὸ τρισάγιον ἐπᾴσεις, μετὰ τοῦ συμβόλου τῆς πίστεως· καὶ τρὶς τὸ γόνυ κλίνας, τὰς μὲν χεῖρας συστελεῖς, μεθέξεις δὲ στόματι, τοῦ τιμίου σώματος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, λέγων τὸ Ἀμήν. Ἀντὶ δὲ νάματος, ποτήριον οἴνου πιῇ. Τὸ μέντοι ποτήριον εἰς χρείαν ἑτέρου τὸ μετὰ ταῦτα, οὐ κοινωθήσεται. Αὖθις δὲ τῷ καλυμματίῳ τὰς ἐπιλοίπους συστελεῖς μερίδας ἐν τῷ σκεύει, πᾶσαν εἰσφέρων ἀσφάλειαν, ὥστε μὴ ἐκπεσεῖν μαργαρίτην, καὶ καταπατηθῆναι. » Ἤκουσεν ὁ μέγας, καὶ χάριν ἐπὶ τούτοις διωμολόγησεν· ὁ μὲν οὖν τῆς προκειμένης ὁδοῦ ὁ ἀρχιεπίσκοπος· ὁ δὲ τῶν εὐχῶν εἴχετο, καὶ τῆς ἡσυχίας.

Σύνηθες τῷ μεγάλῳ, κατὰ τὴν τῶν Βαΐων ἑορτὴν ἅμα φωτὶ, πρὸς τὴν ἀκρώρειαν ἀνιέναι τοῦ ὄρους, τὸ θεῖον τοῦ σταυροῦ ὅπλον μετὰ χεῖρας ἔχοντα, καὶ *Κύριε, ἐλέησον* ἐπιβοῶντα. Ποτὲ γοῦν ἀνιόντι, φθονήσας ὁ τοῖς ἀγαθοῖς ἀεί ποτε βασκαίνων ἐχθρὸς, καὶ τρόπον τινὰ βουληθεὶς ἐμποδίσαι τοῦτο τῆς φιλοθέου προθέσεως, ἔχιν παρασκευάζει τοῦ χηραμοῦ ἐξελθόντα, τοῦ ποδὸς αὐτοῦ τῷ δακτύλῳ ἐνάψαι. Καὶ ὁ μὲν πονηρὸς οὕτως· ὡς ὀργάνῳ τῷ ἑρπετῷ χρησάμενος. Ὁ δ' ἀγαθὸς πῶς; καὶ οἷα διὰ τῆς ἀγαθῆς ἐνήργει ψυχῆς, ἀγαθῷ καὶ θεοφιλεῖ προσήκοντα; προσκλιθεὶς γὰρ ὁ μέγας εὐθὺς, καὶ τοῦ ποδὸς ἅμα καὶ τοῦ θηρὸς ἀψάμενος· « Μήτε σὺ ἐμὲ ἀδικήσῃς, φησὶ, μήτ' ἐγὼ σέ. Πορευθῶμεν δὲ τὴν οἰκείαν ὁδὸν ἑκάτερος· ἐπεὶ καὶ ἑνὸς ἀμφότεροι δημιουργοῦ ποιήματα, οὐ κωλύοντος καὶ μὴ βουλομένου, οὐδὲν ὅλως ἡμεῖς ἐνεργεῖν δυνάμεθα. » Οὕτως

A vasculum, siquidem est oratorium : sin autem cella, scamno mundissimo. Tum explicans velum minus, propones in eo sacras particulas ; accensoque thymiamate, typicorum psalmos, aut hymnum ter Sanctus cantabis cum Symbolo fidei : trinaque genuum flexione adorans, manus quidem contrahes (6), ore autem, sacrum pretiosi Christi ac Dei nostri corpus sumes : dicendo Amen. Loco autem sacri laticis, vini poculum bibes. Nec vero ultra calicem, in alium usum communem assumes. Rursum vero reliquas particulas in vase linteolo colliges, omnem diligentiam adhibens, ut ne margarita decidat, ac conculcetur. » Audivit magnus ille, ac pro documento gratias habuit : ac archiepiscopus quidem propositum iter, sanctus vero preces ac solitudinis quieta repetivit.

B In more, magnus ille positum habebat, ut solemni Palmarum die, prima statim luce, in montis cacumen crucis arma in manus ferens, atque illud : *Domine, miserere*, inclamans, ascenderet. Quadam ergo die ascendenti invidens, qui bonis semper hostis invidet, volensque religiosæ mentis propositum ratione quadam prohibere, viperam e suo foramine egressam, ab ejus pedis digito suspendit. At quidem ita nequam ille, utens reptili tanquam instrumento. Bonus autem quomodo, ac qualia bono mentis proposito egit, bono ac religioso homini congrua ? Statim enim se Magnus inclinans, simulque pedem ac feram præhendens : « Nec tu me, inquit, læseris, nec ego te : pergamus quisque C viam suam : quando etiam unius ambo opificis creaturæ sumus : quo prohibente ac nolente, nihil possumus operari. » Iis dictis, statim quidem vipera a

Fr. Combefisii notæ.

(6) *Manus quidem contrahes*, etc. Ritus hic, ut ore ipso, non manu ori admovens quis Eucharistiam sumat, Latinorum, quam Græcorum magis videri possit. Græci enim antiqua ac constanti traditione, Eucharistiam in manus plebi communicanti dant, confirmante synodo in Trullo. Num Corinthiorum ille episcopus docuit, quod esset e ritu suæ Ecclesiæ; quæ quia Romanæ diœcesis, in hoc quoque Ecclesiam Romanam ut matrem sequeretur? Haud certe Corinthiorum episcopus, aut ullus alius Romanæ tunc diœcesis in Oriente Trullano conventui interfuit, aut subscripsit, uti nec patriarchæ alii, D quorum diœcesibus manserunt Trullani canones obscuri · τὸ νάμα, ac sacer latex, cujus loco vini haustum adhibendum decernit, est Dominicus sanguis cujus loco, ceu quadam pia fictione, et ad quamdam integri epuli, quale Dominus instituit, repræsentationem, vini ille haustus succedit. Sic ipsi adhibemus vi feria in Parasceve, qua una solemni ritu utimur præsanctificatis, infuso de more vino calici, haustoque : sicque ad nostra fere tempora, a sumpto Dominico corpore propinatum est vini aliquid ceu in memoriam Dominici sanguinis, ac subtracti laicis molita consuetudine mystici calicis; nec solum ad oris velut ablutionem. quomodo etiamnum, nonnullos vini sorbitiunculam a sacra communione accipere video. Sic nostro codice ms. in membranis, ubi post ritum ungendi infirmum, sacra communio congruentissimo ordine, præmissa item confessione, si necesse fuerit, exhibenda præscribitur, porrecto jam Dominico corpore sub illis verbis : *Corpus Domini nostri Jesu Christi, proficiat tibi ad salutem, et non ad judicium, sed ad remedium animæ tuæ, et perducat te in vitam æternam. Amen.* Statim sequitur : « Accepta communione dans ei vinum dicat : » *Sanguis Domini nostri Jesu Christi, ad salutem sit tibi, et non ad judicium animæ tuæ, et perducat te in vitam æternam. Amen.* Id plane de ipso vino in typum, ac ἀντὶ νάματος, ut auctor loquitur, propinato : ut et Rubricæ verba indicant, ac tempus suadet quo codex scriptus est. Nec enim adeo antiquus est, ut necdum tunc utriusque speciei ritus in laicorum communione abolitus esset; adde quod ille pro infirmis nunquam obtinuit, ac nec modo obtinet apud Græcos, qui solas particulas v feria in Cœna Domini consecratas infirmis reservant, levi tantum aspersione seu infusione calicis, tunc quando consecrantur, pro inolito more intingendi ac perfundendi mysticum panem, intinctas ac infusas, postmodumque siccatas : quæ siccitas, necessarium alium usum seu vini, seu aquæ inducit, ut nimirum liquore ejusmodi emollitæ, ab infirmo commode absorberi possint. Illud καλυμμάτιον linteolum est, veluti quod Latino ritu, corporale dicimus, in quod explicatum, vel in altari, vel in scamno mundissimo, docet episcopus effundenda e præsanctificatorum vase seu pyxide particulas, exque eodem sumpta pro communione hostia, iterum in idem refundendas, nullo interim præterquam oris immediato contactu, pro sacramenti reverentia, quam Latinus ritus majorem præfert.

Digitized by Google

[illegible]

B [illegible]

C [illegible]

[illegible] ἵνα μὴ τὴν πληγὴν δείξῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν θεραπείαν ὡς τάχος ὀρέξῃ· ἄπεισιν εὐθέως καὶ τὸ χρυσίον ὑπὸ πᾶσιν ὀφθαλμοῖς ὁρῶσι, πάλιν μετακομίζει.

Cum autem eo, loco multas, ab iis qui plures quotidie ventitabant, gratamque quietem ac tranquillitatem turbabant, molestias ferret, volebat quidem inde recedere, atque ad loca magis solitaria migrare, haud tamen iis se cogitationibus obsequentiorem præbebat, qui propriæ voluntati contradicere sciret, ac nunquam temere consentire. Operæ pretium ergo duxit, ut ministrantem monachum Germanum nomine, Corinthum mitteret, ad virum virtutis laude celeberrimum; sapientem, inquam, Theophylactum, qui profanæ sapientiæ doctor, nihilominus virtutem amantibus honesti, ab operibus traderet. Ad eum itaque mittens, quærebat doceri quid facto opus haberet? hic manere, inque eum modum, plurium molestias ferre; an loca multis invia, atque paucis hominum frequentia anteferre? At ille: « Tenendum, inquit, quod optime haberet, Arsenii consilium. » Is enim « Fugere, ait

Πολλὰς δὲ τὰς ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ φέρων ὀχλήσεις, διὰ τὸ καὶ πολλοὺς εἶναι τοὺς ὁσημέραι φοιτῶντας, καὶ τὸ φιλήσυχον αὐτῷ καὶ γαληνὸν ὑποφθείροντας· ἐβούλετο μὲν ἐκεῖθεν ἀναχωρεῖν, καὶ πρὸς ἐρημικωτέρους μεταβῆναι τόπους· οὐ μὴν πειθόμενον ἑαυτὸν παρεῖχε τοῖς λογισμοῖς, ὅτι τῷ οἰκείῳ θελήματι ἀντιπίπτειν εἰδὼς, καὶ συμβαίνειν ἁπλῶς οὐδέποτε. Ταύτῃ τοι καὶ τὸν διακονούμενον αὐτῷ D μοναχὸν Γερμανὸν ὄνομα, εἰς Κόρινθον ἔγνω πέμπειν πρὸς τὸν τότε τὴν ἀρετὴν περιβόητον· Θεοφύλακτος οὗτος ἦν ὁ σοφὸς, ὃς τῆς θύραθεν σοφίας διδάσκαλος ὢν, οὐδὲν ἧττον ἀπὸ τῶν ἔργων καὶ τοῖς ἐρασταῖς τῶν καλῶν τὴν ἀρετὴν παρεδίδου. Πρὸς τοῦτον τοιγαροῦν ἐκπέμψας, τί ποιητέον ἐζήτει μαθεῖν· πότερον ἐνταῦθα μένειν καὶ οὕτω φέρειν ὑπὸ πολλῶν ὀχλούμενον· ἢ τοὺς ἀβάτους τοῖς πολλοῖς, καὶ ἀνθρώπων σπανίζοντας ἀνθελέσθαι τόπους. Ὁ δὲ, « Τὸ τοῦ θείου, ἔλεγεν, Ἀρσενίου, ἄριστα ἔχον,

Fr. Combefisii notæ.

(7) *Mittitur regius quidam.* Πέμπεταί τις βασιλικός. Vox est generalior, nec minus aut officium viri peculiare declarat. Ut quis viri proprium velit, haud multum refragabor. Fusius narrantur detectioni pecuniæ prævia, ac viri sancti vocatio, quæ malui brevitatis studio, haud ita necessaria, amputare.

Digitized by Google

κρατεῖν δεῖ· » φεύγειν γὰρ ἐκεῖνος τοὺς ἀνθρώπους ἔφη, καὶ σώζεσθαι· καὶ αὖθις, « Φεῦγε, σιώπα, ἡσύχαζε. »

Τούτων ὁ θαυμάσιος ἀκούσας Λουκᾶς, τῶν τοῦ Ἰωαννίτζου μερῶν ἀφίσταται, καὶ πρός τι χωρίον Καλάβιον οὕτως ἐπιχωρίως καλούμενον, μεταβαίνει· ὃ μὴ μόνον εὖ ἔχον ἡσυχίας, ἀλλὰ καὶ ἀέρος ἐν καλῷ κείμενον, σφόδρα ἐκεῖσε ἠσπάσατο· ἐν αὐτῷ τε διάγων ἠγάλλετο τὴν ψυχήν.

Τρίτον ἔτος ἐνταῦθα διαγενέσθαι τῷ μακαρίῳ φασίν· εἶτα τοῦ ἔθνους τῶν Τούρκων τὴν Ἑλλάδα κατατρεχόντων, εἰς τὸ πλησιάζον νησίον σὺν ἅμα τοῖς κύκλῳ χωρίοις καὶ αὐτὸς εἰσέρχεται, ὅπερ Ἀμπελὼν μὲν λέγεται· ἔστι δὲ ἐσχάτως αὐχμηρόν τε καὶ ἄνυδρον. Γίνεται οὖν τοῦτο γυμνάσιον ἀρετῆς τῷ γενναίῳ, καὶ πρόξενον καρπῶν ἀγαθῶν. Ἀπιὼν γὰρ ἑκάστης, καὶ ὕδωρ μετακομίζων, ἐδίδου τοῖς ὄχλοις. Οὐχ ὕδατος δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἴνου καὶ σιτίων ὅτε παρῆν αὐτοῖς ἐκοινώνει· ἔστι δ' ὅτε καὶ ἁλιεύων, ἰχθῦς προῖκα παρεῖχε. Τοῦ μέντοι λαοῦ περαιωθῆναι βουλομένου πρὸς τὴν Πελοπόννησον, ὡς οὐκέτι τῆς Ἑλλάδος ἐλευθερίαν τὴν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ὄψεσθαι προσδοκωμένης αὐτοῖς, ἀπεῖργεν ἐκεῖνος· « Ἐαρινὸν τὸ νέφος, ἀδελφοί, λέγων, καὶ ὅσον οὔπω διαλυθήσεται, καὶ ἡ αἰθρία φαιδρότερον ἡμῖν ἐπιλάμψει. Εἴγε δὴ καὶ μὴ τέλεον ἀνεθῇ τὰ Ἑσπέρια βαθείας ἀπώνασθαι τῆς γαλήνης, ἀλλὰ ταὐτὸν πείσετε τοῖς Ἰσραηλίταις· ὧν τὸ πρὸς κακίαν εὐχερὲς καὶ δυσκόλως ἰάσιμον, ἵνα μὴ λέγω καὶ παντελῶς ἀνίατον, ὁ πάντα εἰδὼς ἐπιστάμενος, οὐκ ἀφῆκε τὸν τοῦ Ναυῆ τὰ παρακείμενα τῇ Σιὼν ἔθνη παντάπασιν ἀπολέσαι, ἵν' ἔχοιεν ἁμαρτάνοντες ἐπὶ θύραις αὐτοῖς τοὺς σωφρονιστάς· οὐχ ὡς ἀποροῦντος ἄλλης τοῦ Θεοῦ παιδείας· ἀλλ' ὡς ἂν ἐπηρτημένην ἀεὶ τὴν μάστιγα θεωροῦντες, ἀσφαλέστερον διαζῶσιν. »

Ὁ μέντοι τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, ἐπὶ τρισὶ πάλιν χρόνοις ἐν τῷ νησίῳ τούτῳ διαζῶν ἦν, οὐ τροφῆς πολλάκις, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ ὕδατος στέρησιν ὑπομένων. Εἴ ποτε γὰρ ἀνέμων ἀγρίων ἐπιπνευσάντων, ἄπλωτος ἡ θάλασσα ἦν, μὴ ἐφιεῖσα διελθεῖν αὐτῷ καὶ ὑδρεύσασθαι, διέμενεν οὕτως ἐπὶ πολὺ τῷ δίψει διατηκόμενος. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἄλλην ὁ ἐχθρὸς αὐτῷ πληγὴν ἐξευρίσκει· ἐν γὰρ τοῖς παιδογόνοις αὐτοῦ μορίοις κνισμὸν ἐπιβάλλει, οὕτω χαλεπόν τε καὶ ἄγριον, ὡς ὀλίγου δεῖν ἐκκοπῆναι ταῦτα παρασκευάσαι. Τίς οὖν ᾗ ἐκέχρητο πρὸς τὸ

A homines, et salvari. » Ac iterum : « Fuge, tace, quiesce. »

Hæc porro ubi admirabilis Lucas audisset, abscedit ab Joannitzis partibus, atque ad locum ab incolis appellatum Calabium transit, quem ille, nedum quieti commodum, sed et aeris temperie humanis aptum usibus, plurimum illic amplectebatur, inque eo agens, animo exsultabat.

Ferunt beatum virum tres illic annos egisse : tum vero Turcorum gente (8) incursante Atticam, in vicinam se recepit exiguam insulam dictam Ampelum, una cum iis qui locum circumfusi colebant. Porro ea insula extreme squalens est, ac aquis destituta. Fit ergo illa viro strenuo gymnasium virB tutis, ac fructuum bonorum occasio. Quotidie namque abiens, ac hauriens aquam, turbis dabat. Nec aqua solum, sed et vino, et cibis, si quando aderant, impertiebat : quandoque etiam piscatus, gratis pisces præbebat. Cum autem populus in Peloponnesum vellet trajicere, ut qui Atticam a gentibus liberam visuros se nunquam sperarent, prohibuit ille : « Verni, inquit, fratres, temporis nubes est, brevique dissipabitur, ac nobis serenitas clarius illucescet. Quod si vero Hesperiæ partes (9), haud permittantur profunda frui pace, idipsum nihilominus atque Israelitis vobis accidet. Qui enim omnia novit Deus, eorum in malum pronitatem difficilemque curatu, ut ne omnino quoque insanabilem dicam, morositaC tem perspectam habens, non sivit, ut filius Nave Sioni vicinas gentes funditus deleret, quo ii peccantes, in foribus haberent qui castigarent : non quasi alia puniendi ratio minus Deo suppeteret, sed ut imminens semper flagellum contemplantes, cautius viverent. »

Dei itaque homo ad tres rursum circiter annos in eo insulæ vivens angulo, nedum sæpius cibo, sed et aqua ad potum egebat. Siquando enim foris flantibus ventis exasperatum mare, innavigabile reddebatur, trajectum negans ac adaquationem, ad multum tempus ita manebat siti contabescens. Quin aliam quoque plagam in eum hostis machinatur; nimirum, in membris genitalibus, gravem adeo ac D dirum pruritum immittit, ut parum abest quin ad exscindenda impulerit. Quod ergo remedium tanto malo curando adhibuit? Utique continuas ad Deum

Fr. Combefisii notæ.

(8) *Tum vero Turcorum gente.* Narrat perinde Curopalates, Romano imperio infestos Turcos, quem Baronius refert ann. 958, ac imperante Constant. VIII, ac forte quam Lucas redituram brevi serenitatem prænuntiat, ipsa sit, quam idem Curopal. Bolesode eorum duce converso ac baptizato, subindeque Gyla, factam narrat. Videntur hi Turcæ alii ab iis qui postmodum parvis initiis immensum crescentes, imperium Romanum in Oriente penitus exstinxerunt, eidemque in Occidente horrendas intulerunt clades, toparcharum præsertim ac regum dissidiis, majoresque, quas avertat Deus, nihil iis concordioribus, minantur. Est velut commune nomen, iis quos nomades, ac armentarios vocant, quos præcipue modo agunt Tartari, atque in iis quos Polonia vicinos jugiter infestantes habet.

(9) *Hesperiæ partes.* Quanquam Ἑσπέρια, vel Italiæ videantur partes, vel Hispaniæ, quæ est ulterior Hesperia, ac respectu Italiæ, uti Italia respectu Græciæ : hic nihilominus auctor eo nomine Græciam ipsam intelligit, ut et Peloponnesum, ut satis exponit in sequentibus ubi de Crinito dato in præfectum illi provinciæ, quem, inquit, *Deus vellet adhuc* τῶν ἑσπερίων. Nimirum comparatione ad Asiam, ac Thema in ea Orientale.

Digitized by Google

preces, ac sanctum, cujus illic erat corpus sepultum. Is illi in somnis apparens, herbam ostendit, ac ita affatur: « Per hanc quidem, medelam invenies ejus quod affligit. Cæterum perspicue noveris, fore ut patientiæ præmio, ejus certaminis gratia debito, priveris. » Tum ille a somno excitatus, haud malum se arbitrum, ejus quod conducibile esset, electione ostendit; nec ejus quod molestiam faceret, ad modicum tempus remissionem, æternæ retributioni præposuit: quin elegit sic pati, donec is qui scientiarum Dominus, destinatæ soli voluntati actionis consummationem ascribit, cum plagam, qua novit ipse ratione, curavit, tum perfecta athletæ præmia in futurum reposuit.

Tempus vero est ut de ejus inde migratione in præsentiarum dicamus; atque ut is, relicta ea insula in locum transierit, qui et morientem vidit, ejusque mo o reliquias possidet. Qui sancto viro fugæ socii fuerant, ac multam ab eo in ea insula curationem officiaque perceperant, ii utique probe gnari, quam viri spectata virtus esset, ac propinquum habere volentes, ad eum accedunt. Quid autem vel non dicentes, vel præstare negligentes, eorum quibus animus assuetis delectari solitus ac moleste omnino locorum mutationes ferens, inflecti posse videretur, ad locum adducunt, hactenus quidem ejus tantum spectatorem futurum: ac nisi ex animo videretur, ad prioris iterum loci secreta reversurum. Tum virum circumstantes: « Quandiu, aiebant, habitabis in locis maritimis, multam a navibus multamque a prætereuntibus molestiam habiturus? Vides qualis locus sit in quo stas? Quali aeris temperie? Quam delectabilis, atque ab omni turba liber, vixque non hominibus invius? Accedit aquæ limpidissimæ copia quæ satis habeat, cum ad sitis usum, tum ad irriganda olera ac plantas. Nihil tuo desiderio vel non sufficiens, vel minus dignum invenies: sed et nos ad omne ministerii obsequium promptos ac alacres habiturus es. »

Libens itaque beatus Lucas cum eorum voluntatem habuit, tum loci situm tanquam ostensum a Deo, adamavit pariter, atque in eo deinceps habitare statuit. Adhæc, aquam obnubente silva nudans limpidiorem simul ac copiosiorem manare fecit. Per singulas autem horas locum colens ac mundans, omnique arborum genere conserens, tanquam hortum pulcherrimum, nedum gustui, sed et oculis egregie placentem, ostendit. Cellulam autem, non prope hortum ac fontem, sed magis longe procul, ac inter dumeta, ut ne facile multis cognita foret, erexit. Quippe animo constitutum erat, ut inanis semper gloriæ occasiones amputaret, utque mortuus potius quam vivus, iis quibuscum versaretur, esset pariter ac putaretur.

Pothus, quem norunt omnes, qui et Atticæ præfecturam, utpote prætor concreditam habuit; is *Thebis habitans*, conjugis et ipse facto, magni

A τοιόνδε κακὸν θεραπεία; εὐχὴ συνεχής, πρὸς Θεόν τε καὶ τὸν ἐκεῖσε σαρκικῶς ἅγιον κείμενον· ὃς ὄναρ αὐτῷ ἐπιφανεὶς, βοτάνην ὑποδεικνύει· « Διὰ ταύτης, λέγων, τοῦ μὲν λυποῦντος εὑρήσεις ἴασιν· πλὴν ἀλλ' ἴσθι σαφῶς ὅτι τοῦ ἐντεῦθεν ὀφειλομένου μισθοῦ τῆς ὑπομονῆς ἀποτεύξῃ. » Εἶτα διεγερθεὶς ἐκεῖνος, οὐ κακὸς ἐφάνη περὶ τὴν αἵρεσιν τοῦ λυσιτελοῦντος διαιτητής· οὐδ' ἄνεσιν τοῦ πρὸς μικρὸν αὐτῷ διοχλήσοντος, αἰωνίας προέκρινεν ἀντιδόσεως· ἀλλ' εἵλετο πάσχειν οὕτως, ἕως ὁ τῶν γνώσεων Κύριος, καὶ προθέσει μόνῃ πράξεως συντέλειαν ἐπιγράφων, καὶ τὴν πληγὴν, ὡς οἶδεν, ἰάσατο, καὶ τελείους τῷ ἀθλητῇ τοὺς μισθοὺς εἰς τὸ μέλλον ἐταμιεύσατο.

Ὥρα δὲ καὶ περὶ τῆς αὐτοῦ μεταβάσεως νῦν εἰ-
B πεῖν· καὶ ὅπως τόδε τὸ νησίον ἀπολιπὼν, εἰς τὸν τόπον, ὃς καὶ θανόντα τοῦτον ἑώρακε, καὶ νῦν τὸ ἱερὸν αὐτοῦ πλουτεῖ λείψανον, μεταβαίνει. Οἱ τῷ ἁγίῳ τῆς φυγῆς κοινωνήσαντες, πολλῆς τε τῆς παρ' αὐτοῦ θεραπείας ἔν γε τῇ νήσῳ ταύτῃ μετεσχηκότες, οὗτοι δηλαδὴ μαθόντες οἷος ἐκεῖνος τὴν ἀρετὴν, καὶ βουλόμενοι τοῦτον ἐγγίζοντα ἔχειν, προσελθόντες, καὶ τί μὲν οὐκ εἰπόντες, τί δὲ οὐ δράσαντες τῶν πεῖσαι δυναμένων φιλοσυνήθη ψυχὴν, καὶ τὰς μεταβάσεις ἐπιεικῶς δυσχεραίνουσαν, ἀπάγουσι πρὸς τὸν τόπον, ὡς τό γε νῦν ἔχον, θεατὴν μόνον αὐτοῦ ἐσόμενον· καὶ εἰ μὴ κατὰ γνώμην δοκεῖ, πάλιν εἰς τὴν προτέραν ἐπανήξοντα παροικίαν. Εἶτα περιστάντες· « Μέχρι τίνος, ἔλεγον, ἐμφιλοχωρήσεις ταῖς
C παραλίοις, πολλοῖς μὲν τοῖς ἐκ τῶν πλοίων· πολλοῖς δὲ καὶ τῶν παραπορευομένων ὀχλούμενος τοῖς θορύβοις; Ὁρᾷς οἷος ὅδε χῶρος ἐφ' ὃν ἕστηκας; ὡς εὐκρατής, ὡς ἐπιτερπής, θορύβου τε παντὸς ἐλεύθερος, καὶ ἀνθρώποις σχεδὸν ἄβατος; Ἄλλως τε δὲ καὶ ὕδατος εὐπορῶν τοῦ καθαρωτάτου· ὁμοῦ πρός τε χρείαν δίψης, καὶ πρὸς ἀρδείαν λαχάνων καὶ φυτῶν ἱκανῶς ἔχοντος. Οὐδὲν τῆς σῆς ἐπιθυμίας ἐλλιπὲς εὑρήσεις ἢ ἀνάξιον· ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ἕξεις εὐπρόθυμόν σοι πᾶσαν ὑπηρετήσοντας λειτουργίαν.

Ἀποδεξάμενος γοῦν αὐτούς τε καὶ τῆς προθέσεως ὁ Λουκᾶς, καὶ τὸν χῶρον τῆς θέσεως ὑπὸ Θεοῦ δειχθέντα, ἠγάπησέ τε καὶ ἐν αὐτῷ παροικεῖν τὸ λοιπὸν ᾑρετίσατο. Ἔπειτα τὸ ὕδωρ τῆς παρακειμέ-
D νης ὕλης ἀπογυμνώσας, διαυγέστερον ὁμοῦ νάειν καὶ ἀφθονώτερον παρεσκεύασεν. Ὅσαι δὲ ὧραι φιλοκαλῶν καὶ καθαίρων, καὶ παντοῖα φυτεύων φυτὰ, παράδεισον οἷον ἀπέδειξεν ὡραιότατον, οὐ γεύσει μόνον, ἀλλὰ καὶ ὀφθαλμοῖς χαριζόμενα [*ἴσ.* χαριζόμενον]. Τὸ μέντοι κελλίον, οὐ πλησίον τούτου καὶ τῆς πηγῆς· ὡς ποῤῥωτάτω δὲ μᾶλλον καὶ μεταξὺ τῶν θαμνωδῶν φυτῶν ἔστησεν· ὥστε μὴ ῥᾳδίως τοῖς πολλοῖς ἐπίδηλον εἶναι. Σκοπὸς γὰρ αὐτῷ τὰς τῆς κενῆς δόξης ἀφορμὰς ἀεὶ περικόπτειν, καὶ ὡς τεθνηκὼς μᾶλλον τοῖς παροῦσιν, ἢ ζῶν εἶναί τε καὶ νομίζεσθαι.

Πόθος, ὃν ἴσασι πάντες, ὃς καὶ τὴν τῆς Ἑλλάδος ἀρχὴν οἷα στρατηγὸς ἔτυχε πιστευθείς· οὗτος ἐν Θήβαις τὰς διατριβὰς ἔχων, ἔργῳ καὶ αὐτὸς τῆς

Digitized by Google

συνοίκου τῷ μεγάλῳ [γρ. τοῦ μεγάλου] χάριτος ἐπειράθη. Ζάλης γὰρ οὐ μικρᾶς τὸ Βυζάντιον ἐχούσης, ἅτε δὴ τυραννίδος ἐπιθέσεως κατὰ τοῦ τότε βασιλεύοντος· Κωνσταντῖνος οὗτος ἦν ὁ χρηστὸς, μελετηθείσης· ἅπαντας τοὺς ὑπόνοιαν καὶ μικρὰν ὑποσχόντας ἐκεῖ συνήθροιζον.

Μετάκλητος οὖν ὁ καὶ δηλωθεὶς Πόθος ὑπὸ τῶν τῆς συζύγου γραμμάτων γίνεται· « Τὸ μηδὲν πάντα τὰ ἐν χερσὶν ἡγησάμενον, τὴν βασιλεύουσαν ὡς τάχος καταλαβεῖν. Τῷ τε γὰρ βασιλεῖ, φησὶ, περισπούδαστος ἡ σὴ παρουσία, καὶ ὁ τοῦ φιλτάτου σου παιδὸς θάνατος. » Τὴν ἄνοδον ἐπισπεύδει· [Ἴσ. κἂν ταῦτα] κατασκυθρωπὸν ἐκεῖνον ποιοῦσι, καὶ πολλὴν αὐτῷ διαμάχην τοῖς λογισμοῖς ἐμβάλλουσιν. Εἷχε μὲν αὐτὸν ὁ τοῦ παιδὸς θάνατος, καὶ ἀνελθεῖν ἤπειγεν· ἐδεδίει δὲ τὸν καιρὸν, καὶ ὑπώπτευε μήποτε κινδύνοις ἀνελθὼν περιπέσοι· καὶ μάλιστα ὅτι πρὸς βασιλέως μὲν οὐδαμῶς, παρὰ δὲ τῆς γυναικὸς μόνης ἀνελθεῖν ἐπιτέτραπτο. Οὕτως οὖν ἐπαμφοτερίζοντι, καὶ ὑπὸ δύο παθῶν, πόθου τε καὶ φόβου μεριζομένῳ, προσελθών τις τῶν ἐν τέλει, καὶ μνήμην περὶ τοῦ θείου μὲν Λουκᾶ ποιησάμενος· « Ἀλλ' εἰ τούτῳ, φησὶν, ἔλθοις εἰς ὁμιλίαν, καὶ περὶ τῶν προκειμένων ἀνακοινωνήσῃ, οὐδέν σοι τὸ λοιπὸν ἀμφίδοξον ἔσται περὶ τοῦ τί δεῖ ποιεῖν, ἀλλὰ σαφῶς περὶ τοῦ λυσιτελοῦντος εἴσῃ. »

Τοῦτο ἀκούσας ὁ στρατηγὸς, οὐ χρόνῳ καὶ ἀναβολαῖς τὸ πρᾶγμα ἐδίδου, ἀλλὰ περὶ παντὸς ἐποιεῖτο τῷ ἁγίῳ πρὸς ὄψιν ἐλθεῖν· καὶ τυχὼν ἤκουσεν οὐ λοξὰ καὶ ἀμφήριστα κατὰ τοὺς πυθίους χρησμοὺς, ἀλλὰ τὸ συνοῖσον, ἐπιδήλως καὶ καθαρῶς. Ἔλεγε γὰρ μετὰ τοῦ προσήκοντος ἤθους καὶ παραστήματος, οὔτε πρὸς ἐπίδειξιν ἀφορῶν, οὔτ' αὖθις τὴν ἐκείνου ἀρχὴν ὥς τι μέγα καὶ θεσπέσιον ἐκπληττόμενος· « Ἄνελθε κύριος στρατηγὸς εἰς Κωνσταντινούπολιν ἀλύπως καὶ ἀδεῶς, καὶ πάντα σοι τὰ σκολιὰ, Κύριος εἰς εὐθέα μεταποιήσει· ὅ τε γὰρ βασιλεὺς εὐμενέσιν ὀφθαλμοῖς ὄψεταί σε· πρὸς δὲ καὶ τιμῆς ἀξιώσει σε· τό τε παιδίον ἐῤῥωμένον αὐτὸς ὄψει, καὶ πάθους παντὸς ἐλεύθερον. » Ταῦτα ὁ στρατηγὸς ὡς ἐκ προφητικῆς καὶ θεοπνεύστου γλώττης ἀκούσας, καὶ μηδὲν ἐφ' οἷς ἀκήκοεν ὅλως ἐνδοιάσας, ὁδοῦ εἴχετο. Ἐπεὶ δὲ καὶ κατέλαβε, πάντα ἐκβεβηκότα ἰδὼν, οὐ σιωπῇ κρύπτει τὸ θαῦμα, ἀλλὰ καλὸν διήγημα πολλῶν ἀκοαῖς παραδίδωσι.

Τὸ δὲ κατὰ τὸν ἐπιφανῆ καὶ περίβλεπτον Κρινίτην, πῶς ἄν τις μὴ γραφῇ καὶ μνήμῃ παραδοὺς, ἢ φθόνου καὶ κακίας, ἢ ῥᾳθυμίας ἐκφύγῃ γραφήν. Καὶ αὐτὸς γὰρ ὁμοίως τὴν τῆς Ἑλλάδος ἀρχὴν πιστευθεὶς, καὶ πρὸς αὐτὴν ἀπιὼν, ἐπεὶ τῇ Λαρίσσῃ προσήγγισε, τῶν περὶ τοῦ ἁγίου διηγημάτων, ἢ

A illius beneficium persensit. Cum enim tempestas non modica Byzantium haberet, velut nimirum tyrannidis aggressione (10) adversus imperatorem tentata, erat is Constantinus ille bonus, omnes vel minima suspicione laborantes, illuc congregabant.

Revocatus itaque præfatus quoque Pothus litteris conjugis: « Ut quidquid in manibus negotiorum habeat, nihili faciens, quam celeriter ad urbem regiam veniat: Est enim, inquit, adventus tuus, filiique tui charissimi mors, magno studio ac curæ imperatori. » Reditum maturat; quanquam illa tristem facerent, multamque ei cogitationum pugnam ingererent. Tenebat quidem audita mors filii, obque eam reverti festinabat; timebat vero B importunum tempus, ac suspicio erat, ne in pericula redeundo incideret; atque id maxime, quod non ab imperatore, sed ab uxore sola redire jussus esset. Cum sic ergo anceps animo, duplici affectione, desiderii ac timoris, dissecaretur, accedens nobilis quispiam, ac admirabilis Lucæ mentionem faciens: « At, inquit, modo tantum cum illo congressus fueris, eique proposita exposueris, nihil amplius dubitans, quid sit facto opus, scies liquido quod expedit. »

His prætor auditis, nihil tempori ac cunctationibus concedens, omni studio in sancti conspectum venire satagebat. Idque consecutus, audivit, non C qualia ludebant oracula Pythia, lubrica quædam ac dubia, sed liquido ac clare, quod conducens erat. Ait enim congrua morum honestate, ac audacia, neque ad ostentationem respiciens, neque rursum præfecturam qua ille pollebat, ut magnum aliquid ac divinum suspiciens: « Ascende, domine prætor, tristitia omni ac metu solutus, Constantinopolim, Dominusque omnia tibi lubrica, in recta convertet. Cum enim imperator oculis te placidis aspecturus est, tum ipse sanum filium es aspecturus, atque ab omni morbo liberum. » Hæc prætor, tanquam ex prophetæ atque a Deo afflata lingua audiens, nihilque prorsus super iis addubitans, sese itineri committit. Ubi autem veniens, omnia evenisse vidit, haud silentio occultat miraculum, sed pulchram D narrationem multorum auribus tradit.

Quod autem in viri clarissimi ac illustris Criniti persona contingit, quis non scripturæ ac memoriæ consignans, vel invidiæ ac improbæ mentis, vel pigritiæ notam effugerit? Nam et ille pariter Atticæ præfectura credita, adeundi causa iter faciens, ubi Larissæ proximasset, cum eorum narrationibus,

Fr. Combefisii notæ.

(10) *Tyrannidis aggressione.* Ea videtur, qua Romanus senior in consortium imperii a Constantino allectus, ac appellatus Augustus, jamque annos plures cum eo imperium moderatus, eidem præhaberi voluit, solusque tandem imperator fieri: qui tamen improbus conatus Deo vindice, male superbo ac ingrato homini cessit: qua de re videndus Curopal. et alii. Ubi autem talia geruntur in regia, haud tutus præfectis provinciarum ad eam accessus: quos minima tunc suspicio, vel innoxios in periculum sæpius vocet capitis.

Digitized by Google

quæ de sancti rebus gestis, seu mavis miraculis, fama ferebantur, aures plenas haberet, subiit amor illius videndi, ac sermonem cum eo miscendi. Ubi itaque jam circa Thebas esset, statim mittens, illum accersivit. Ille porro sine mora missum famulum secutus, hominem mensæ discumbentem invenit. Nam erat prandii tempus. Tum illo audiente ac jubente, ipse quoque ingreditur, ac unus fit convivarum, surgitque cum aliis, ac reverti incipit, cum ita casu ferente, ne minimum quid collocutus esset, qui tanto ardore vocasset. Ea res sanctum moleste habuit, non propter ipsum; quis enim eo amplius ingloriæ amans? sed propter illum, ac venerabilem monachorum habitum ac nomen, sic in eo contemptum. Egressus ergo ad unum quemdam prætoris famulum: « Ita, inquit, vita juvet ac salus; nihil penitus subtrahens ac celans hæcce annuntia prætori: Ut quid relicta mea cellula, huc me venire fecisti? Ut quid frustra tot mihi laborum auctor exstitisti? Cur vero solitudinis amantem, urbem ingredi coegisti? Non es dignatus me alloqui; non osculum dedisti; nihil prorsus eorum præstitisti quæ viro studioso, ac tantillum pietatem colenti, præstanda videbantur. »

Hæc magnus ille dicens, jubensque iterum cuncta prætori explicari, exit ad monasterium quod in suburbio erat ad Antonium monachum. Ubi itaque universa hæc annuntiata essent, quod revera vir modestus ac humilis esset, seque male officio defunctum intelligeret, multa se negligentia in iis usum agnoscit, quæ studio curanda habuisset. Festinat ergo celeri pœnitentia sanare quod per incuriam peccatum fuisset, moxque conscenso equo, ad sanctum se confert. Ac primum quidem, fervore ac diligenter excusans, cito quoque veniam obtinet. Tum vero jubens astantes recedere, solus cum solo colloquebantur, protracto ad usque vesperam sermone.

Quid porro inde efficitur? Tanto dilectionis fervore, sancto jungitur, ut ejus anima post eum conglutinata esset, ut illud David usurpem *, nec omnino ad modicum quoque tempus ejus libens absentiam ferret. Denique, ad ejus omnes necessarios usus ac obsequia promptissime inserviebat, ac conferebat sumptus, uti plane potissima contulit, excitando insignis victoria martyris Barbaræ sacro delubro.

Quia vero etiam Byzantium redire oportebat, utpote jam fere provincia defunctum, sanctum adiens, ejus preces viæ comites accipere rogabat, ac ne is post recessum oblivioni traderet, obsecrabat. Ad quem ille: « Enimvero, inquit, haudquaquam modo urbem regiam videbis. Adhuc enim te Deus Hesperiorum cupit. » Ita fatus est. Ille autem arrepto itinere, cum jam Larissam venisset, reflectens iter, fidem dictis haud dubiam fecit. Statim enim veniens imperiale scitum, militiæ

* *III Reg. xviii, 1.*

A θαυμάτων εἰπεῖν, τὰ ὦτα ὑποπλησθ.ἱς, εἰς ἔρωτα ἦλθε τῆς ἐκείνου θέας καὶ ὁμιλίας. Ὡς οὖν ἤδη περὶ τὰς Θήβας ἦν, αὐτίκα πρὸς αὐτὸν ἐκπέμψας, μετακαλεῖται· καὶ ὡς οὐδὲν ὑπερθέμενος, τῷ πεμφθέντι συνηκολούθει. Εὑρίσκει τοιγαροῦν ἐπὶ τραπέζης αὐτὸν ἀνακεκλιμένον· ἐπεὶ καὶ ἀρίστου καιρὸς ἦν. Εἶτα μαθόντος ἐκείνου καὶ ἐπιτρέψαντος, εἴσεισι καὶ αὐτὸς, καὶ εἷς τῶν ἑστιωμένων γίνεται, καὶ ἀναστᾶσιν συνανίσταται, καὶ ὑποστροφῆς ἅπτεται· μηδὲ λόγου βραχέως, οὕτω συμβὰν, παρὰ τοῦ θερμῶς λίαν καλέσαντος καταξιωθείς. Λύπη τὸν ἅγιον ἐν τούτῳ συνέσχεν· οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ· τίς γὰρ τούτου μᾶλλον ἐραστὴς ἀδοξίας; ἀλλ' ὑπὲρ ἐκείνου, καὶ τοῦ σεβασμίου τῶν μοναχῶν σχήματος καὶ ὀνόματος, οὕτως ἐπ' αὐτῷ περιφρονουμένου. B Ἐξιὼν τοίνυν πρός τινα τῶν τῷ στρατηγῷ διακονουμένων· « Οὕτως ὤναιο, φησὶ, ζωῆς τε καὶ σωτηρίας, μηδὲν ὅλως ὑποσταλεὶς ἀπάγγειλον τάδε τῷ στρατηγῷ· τί δήποτε τὸ κελλίον ἀπολιπόντα με τὸ ἐμὸν παρεσκεύασας ἐνταῦθα καταλαβεῖν; τί δέ μοι κόπων τοσούτων πρόξενος ἐπὶ ματαίῳ κατέστης, τί δὲ τὴν πόλιν ἐλθεῖν τὸν φιλέρημον κατηνάγκασας; Οὐ λόγου με κατηξίωσας οὐκ ἀσπασμοῦ μετέδωκας, οὐκ ἄλλο τι ἔδρασας, ὧν ἔδει φιλάρετον ἄνδρα, καὶ ποσῶς εὐλαβείας μεταποιούμενον δρᾷν. »

Ταῦτα ὁ μέγας εἰπὼν, ἐπισκήψας τε αὖθις διασαφῆσαι πάντα τῷ στρατηγῷ, εἰς τὸ τοῦ προάστεος ἔξεισι σεμνεῖον πρὸς τὸν μοναχὸν Ἀντώνιον. Ἐκείνων τοιγαροῦν πάντων ἀπαγγελθέντων, ἐπεὶ C ταῖς ἀληθείαις ἐπιεικὴς καὶ μέτριος ὁ ἀνὴρ, καὶ συνῆκε μὴ τὸ δέον πεποιηκὼς, πολλὴν ἑαυτῷ κατεγίνωσκε περὶ τὰ σπουδῆς ἄξια ῥαθυμίαν. Σπεύδει γοῦν ὀξύτητι μετανοίας, τὸ δι' ἀπροσεξίαν ἁμαρτηθὲν ἰάσασθαι· καὶ ἵππου εὐθὺς ἐπιβὰς, ἐπὶ τὸν ἅγιον ἔρχεται· καὶ πρῶτα μὲν τοῦ σφάλματος, θερμὴν καὶ πεπονημένην δοὺς τὴν ἀπολογίαν, ταχείας ἀξιοῦται καὶ τῆς συγγνώμης. Ἔπειτα τοὺς παρεστῶτας ἐκχωρεῖν ἐπιτρέψας, μόνος πρὸς μόνον διελέγετο, παρατείνας ἄχρις ἑσπέρας.

Τί οὖν ἐντεῦθεν γίνεται; Συνάπτεται τῷ ἁγίῳ πρὸς ἀγάπην οὕτω θερμὴν, ὡς κεκολλῆσθαι ὀπίσω αὐτῷ τὴν ψυχὴν, ἵνα τὸ τοῦ Δαβὶδ εἴποιμι, καὶ μηδὲ βραχύ τι καιροῦ χωρὶς αὐτοῦ τὸ παράπαν εἶναι βούλεσθαι. Ἀμέλει καὶ πρὸς πᾶσαν ἐκείνου D χρείαν δηλαδὴ, καὶ ὑπηρεσίαν προθυμότατα διακονῶν ὑπῆρχε καὶ δαπανῶν· ὥσπερ οὖν καὶ ἐπὶ τῇ ἀνεγέρσει τοῦ ναοῦ τῆς καλλινίκου μάρτυρος Βαρβάρας, τὰ καιριώτατα συνεβάλλετο.

Ἐπεὶ δὲ καὶ ἀνατρέχειν ἔδει πρὸς τὸ Βυζάντιον, ἅτε καὶ τῆς ἀρχῆς αὐτῷ ἤδη πρὸς πέρας ἰούσης, προσελθὼν τῷ ἁγίῳ, εὐχάς τε ᾐτεῖτο τὰς ἐκείνου συνοδοιπόρους λαβεῖν, καὶ πρὸς τοῦ μὴ λήθῃ δοθῆναι μετὰ τὴν ἀναχώρησιν ἠξίου. Ὁ δὲ, « Ἀλλὰ σύ γε, φησὶ, τὴν βασιλεύουσαν νῦν οὐκ ὄψει· ἔτι γάρ σε τῶν Ἑσπερίων ὁ Θεὸς βούλεται. » Ὁ μὲν εἴρηκεν· ὁ δὲ τῆς ὁδοῦ ἀρξάμενος, καὶ ἤδη περὶ τὴν Λάρισσαν ὤν, ἐπίστου τὰ εἰρημένα πάλιν ἐπανιών. Γράμμα γὰρ βασιλικὸν εὐθέως

Digitized by Google

καταλαβὼν, στρατηγεῖν αὐτὸν τὴν τοῦ Πέλοπος, καὶ ἄρχειν ἐχειροτόνει· ἄξια μὲν καὶ ταῦτα θαυμάζειν.

Ἡ δέ γε περὶ τῆς Κρήτης αὐτοῦ προαγόρευσις, οὐδὲ μακρὰν ἐστιν ἀπιστίας, καίτοι πολλὴν ἔχουσα τὴν μαρτυροῦσαν ἀλήθειαν. Σχεδὸν γὰρ εἴκοσι πρότερον χρόνοις προλέγει περὶ αὐτῆς, ὅτι τε ἁλώσεται, καὶ ἐπὶ τίνος ἡ ἅλωσις ἔσται, οὕτω καθαρῶς εἰπών· « Ῥωμανὸς Κρήτην χειροῦται. » Ἐπεὶ δὲ Ῥωμανὸς ἦν ὁ πρεσβύτερος τότε τὴν βασιλείαν διέπων, ὅτε ταυτα παρ' αὐτοῦ προηγόρευτο, πυθομένου τινὸς τῶν παρόντων· « Εἰ οὗτός ἐστιν ὁ νῦν βασιλεύων; Οὐχ οὗτος, εἶπεν, ἀλλ' ἕτερος. »

Εἴρηκέ μοι Παγκράτιος μοναχὸς ὅτι συνήθως τῷ Πατρὶ φωνῆς ἄνωθεν γινομένης ἐφόδου χάριν ἐθνῶν, ὥστε πρῶτον αὐτὸν πάντων ὑποχωροῦντα κρύπτεσθαι φειδοῖ τῆς τῶν πλησιοχώρων ἁλώσεως, καθὼς αὐτὸς ἐκεῖνος εἶπεν ἐρωτηθείς. Καὶ γὰρ ὡς προφήτῃ προσεῖχον ἅπαντες· καὶ εἰ μὴ πρῶτον αὐτὸν εἶδον εἰς φυγὴν κλίναντα, οὐδεὶς ὅλως τῶν ἔργων, ἢ τῆς οἰκίας ἀφίστατο· ἀλλὰ περιεφρόνουν ὡς ψευδῆ τὴν ἀγγελίαν, καὶ ὑγιὲς οὐδὲν ἔχουσαν.

Τῆς φωνῆς οὕτω γενομένης, καὶ φυγῇ ποτε χρησαμένων ἡμῶν, ἐμοῦ τε τῷ Πατρὶ συνόντος, καὶ σπήλαιόν τι ἀμφοτέρων ὑπελθόντων ὁμοῦ, γυναῖκες ἀλώμεναι δύο, πρὸς ἡμᾶς ἔρχονται, ἡλίου ἤδη κλίναντος πρὸς δυσμάς· ἃς ὁ Πατὴρ οἰκτείρας, ἐπεὶ πρὸς τῇ φυγῇ καὶ χειμὼν ἦν, οὐκ ἔγνω δεῖν ἀπωθεῖσθαι· ἀλλὰ μεθ' ἡμῶν εἰσεδέχθησαν, καὶ προνοίας κατὰ τὸ ἐγχωροῦν ἠξιώθησαν. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὕπνου καιρὸς ἦν, ἡμᾶς τῷ ἑνὶ μέρει δοὺς, ἑαυτὸν δὲ πρὸς θάτερον ἀνακλίνας, μέσον ἀπολειφθῆναι ταύτας διὰ τὸ ψῦχος ἐπέτρεψε· καὶ διῆλθεν οὕτως ὡς μητρὶ παῖς ἐγγίζων, ἢ ὡς λίθων τινῶν ἢ ξύλων παρακειμένων, μηδὲ λογισμοῦ τινὸς αὐτὸν σαρκικοῦ μηδόλως ὑποδραμόντος· παρὰ τοσοῦτον ἁπλότης τε καὶ ἀπάθεια, τὸν ἐπὶ γῆς ἄγγελον οἷα μήτηρ ἐνεκολπώσατο.

Φίλιππος ἦν αὐτάδελφος τῷ μοναχῷ Θεοδοσίῳ, ὃς καὶ τῶν τῷ ἁγίῳ συνόντων μοναχῶν ἦν. Οὗτος τοιγαροῦν ὁ Φίλιππος, κοσμικὸς ὢν, καὶ κοσμικῷ ἀξιώματι τιμώμενος· Σπαθαρίους αὐτοὺς συνήθως καλοῦμεν· εἰώθει τῷ μεγάλῳ πυκνότερον παραβάλλειν διὰ τὴν περὶ τὸν ἀδελφὸν γνησιότητα.

Ποτὲ γοῦν αὐτοῦ κατὰ τὸ σύνηθες ἐρχομένου, βλέψας αὐτὸν ὁ μέγας, οἷς ἐκεῖνον ἔβλεψεν ὀφθαλμοῖς· « Ἑτοίμασον πρὸς τὸν Θεοδόσιον, φησὶν χαριέντως, ὅσα δὴ πρὸς ὑποδοχήν· ὁ γὰρ ἀδελφὸς ὁ σὸς μεθ' ἡμῶν ἔρχεται δειπνήσων. » Οὕτω τοῦ Πατρὸς εἰπόντος, τὸν Θεοδόσιον εὐφροσύνη τε ὁμοῦ καὶ ἔκπληξις εἶχε· καὶ παραχρῆμα λεωφόροι καὶ ἀγυιαὶ καὶ ἄμφοδοι αὐτῷ ἐσκοποῦντο τῇ προσδοκίᾳ τοῦ ἀδελφοῦ. Ἤδη δὲ οὔσης ἑσπέρας, ἐφίσταται

A ducem agere ac prætorem Peloponnesi decernit. Sunt plane hæc quoque digna admiratione.

Quod autem de Creta prædixit, parum abest ut quanquam veritatem multam contestantem habeat, ne amittat fidem. Fere enim viginti ante annis, tum capiendam prædixit, tum sub quo principe sit capienda, sic clare dicens : *Romanus Cretam subacturus est.* Quia vero Romanus senior interim, cum hæc ille prædixit, imperium administrabat, quodam astantium percontante : « Num hic ipse est, qui nunc imperat ? » respondit ille : « Non hic, sed alius (11). »

Hoc retulit Pancratius monachus, consuevisse B voce de cœlo lapsa moneri Patrem, ubi jam in procinctu gentium irruptio foret, quo primus ipse omnium recedens, ac sese occultans, vicinorum accolarum captioni caveret, uti ille ipse interrogatus confessus est. Omnes siquidem in eum ut prophetam intenti erant : ac nisi eum primum in fugam conversum vidissent, nullus omnino ab operibus aut domo absistebat, sed nuntium ut falsum spernebant, ac nihil sani habens.

Cum sic aliquando facta voce fugam arripuissemus, simulque ambo fugæ socii, ego et Pater, in speluncam quamdam clanculum ingressi fuissemus, errantes duæ feminæ ad nos penetrant, sole jam ad occasum vergente. Eas Pater miseratus, quod ad fugam, hiems quoque accederet, haud C putavit repellendas fore. Nobiscum ergo intra speluncam recepimus, eisque quam licuit curam impendimus. Ubi autem etiam somni tempus fuit, in una nos parte locans, ipseque se in altera reclinans, medias illas propter frigus relinqui præcepit : sicque transiit ac si filius matrem proprius adeat, aut tanquam lapides quidam aut stipites adjacerent, ne minima quidem subingressa carnali cogitatione : adeo nimirum simplicitas, ac summa quædam affectionum vacuitas, matris instar terrenum angelum insinuarat.

Philippus, Theodosii monachi frater erat, qui et ipse unus e monachis erat alumnis sancti. Hic itaque Philippus, cum sæcularis esset, ac sæculari polleret dignitate, spatharios moris est appellare, D haud raro magnum illum adire solebat, pro ea qua ad fratrem necessitudine habebat.

Quadam igitur die, cum is pro more veniret, videns eum magnus ille, quibus illum oculis vidisset : « Præpara, » inquit urbane ad Theodosium, « si qua sunt ad convivium necessaria ; venit enim frater tuus nobiscum cœnaturus. » Cum sic Pater dixisset, tenebant Theodosium lætitia pariter ac stupor ; actutumque, vias publicas, compita, bivia, fratris exspectatione cœpit observare. Jam itaque facto vespere, venit et ille quam magnum secum necessariorum

Fr. Combefisii notæ.

(11) *Non hic, sed alius.* Cretæ recuperationem sub Romano Juniore ac Phoca Cæsare perinde ponunt scriptores : sed ut ita clare Lucas prædixerit, argumento est spiritus in eo prophetici

Digitized by Google

apparatum ferens. Paratur itaque mensa, omnesque pariter cum sancto discumbunt. Tum vero, nihil erat mensæ appositum, quod non simili omnes ratione, ob excellens dilectionis bonum, manducandum sibi indulgerent. Ubi autem sic comedissent, eoque epulo secum invicem recreati essent : ad hæc quoque consuetum a cœna canonem absolvissent, cubitum abierunt. Ubi autem brevem degustassent somnum, statim Pater surgit. Ac alii quidem collectæ intererant : Philippum autem, frater ejus, ut qui stationis ejusmodi, laborisque, ac vigiliarum insuetum nosset, rursum se somno, ad usque absoluta cantica prooemiaca, ac versibus modulatam laudationem, quam vocant, dare jubet. Enimvero, ubi is iterum cubile repetisset, multis cogitationibus conflictari cœpit, atque ut Davidicum illud dicam : « Laborem parturire, ac parere iniquitatem[10], » edacem ac vini potatorem virum admirabilem arbitratus, quique simularet religionem. Atque id prima ratione ejus erat, qui clanculum mala semina nostris animis insevit, sed et illius modici ac ignobilis animi, qui absolute ab iis quæ parent, omnia dijudicaret, nec quidquam magnum ac sublimius cogitare posset ; nec perspiceret, eorum sumptionem quæ apposita essent, non gulositatis fuisse, sed impensioris dispensationis : partim quidem ob abundantiorem dilectionem, uti jam superius declaratum est, contempto nimirum quod deterius esset, majoris boni lucro. Quid enim ciborum abstinentia ad excellentem adeo charitatem? Partim vero, ut ab exsuperanti modestia talis videri posset, qualis illi reipsa ex multa ejus ruditate ac stultitia visus est. Quod enim hæc sic haberent, ac male Philippus conjectaret, plurimumque a veritate aberraret coram oblata visione ostendit, « testis in cœlo fidelis[11]. » Cum enim eas ille cogitationes versaret, iisque immoraretur, corripit eum somnus : atque in somnis, duos quosdam adolescentes videt. Tantus horum erat decor, ac qui ex facie splendor emicabat, qualem nec sermo explicare, nec oculi portare possint. Qui porro astabant, infenso ad eum vultu, ac amari animi indice : « Quid te ipse, inquiunt, cogitationibus conturbas? Quid in crimen insontem trahis? Tolle oculos, qui terram spectas, ac vide quantum hic promeruit honorem, qui tuo judicio seductor est, ac hypocrita, sacrumque monachorum habitum mentitur.

Tunc ille, ad eum oculos intendens, quem is ostendebat, magnum quid ac admirabile videt. Purpura quædam pretiosissima humi strata erat. Super eam autem stans magnus ille, mirabile quid ac ineffabile, cum ex forma tum ex habitu velut effulgebat, totusque reipsa lumen videbatur. Postquam autem Philippus somno solutus esset, tremore accedit ac vultu immutato, quo loco Patres collectam habebant : atque omnia explicans, tum quæ in vigilia lecto desidens animo ipse versasset, tum

[10] Psal vii, 15. [11] Psal. lxxxviii, 38.

A καὶ αὐτὸς χρειῶν ὅσην παρασκευὴν συγκεκομισμένος. Τράπεζα οὖν ἑτοιμάζεται, καὶ ὁμοῦ τῷ μεγάλῳ πάντες συναναχλίνονται. Εἶτα οὐδὲν ἦν τῶν παρακειμένων ἐκεῖ, ὃ μὴ πᾶσιν ὁμοίως βρώσιμον ἦν, διὰ τὸ τῆς ἀγάπης ἐξόχως καλόν. Φαγόντες δὲ οὕτω καὶ συμπαρακληθέντες ἀλλήλοις, πρὸς δὲ καὶ τὸν μετὰ δεῖπνον συνήθη κανόνα διατελέσαντες, πρὸς ὕπνον ἐχώρουν. Οὗπερ ὀλίγα μεταλαχόντας, ἀνίστησιν εὐθὺς ὁ Πατὴρ, καὶ τοὺς μὲν ἄλλους, ἡ σύναξις εἶχε· τῷ δέ γε Φιλίππῳ ὁ ἀδελφὸς, ἅτε δὴ γινώσκων ἀσυνήθη στάσεως τοιαύτης καὶ πόνου καὶ ἀγρυπνίας, κατακλιθῆναι αὖθις ἐπέτρεπεν, ἄχρι γοῦν καὶ τέλους τῶν προοιμιακῶν ὕμνων, καὶ τῆς οὕτω καλουμένης στιχολογίας. Πλὴν ἀλλὰ τοῦτον ἡ στρωμνὴ πάλιν λαβοῦσα, πολλοῖς ἐποίει λο-
B γισμοῖς παλαίειν· « Ὠδίνειν τε πόνον καὶ τίκτειν, τὸ τοῦ Δαβὶδ, ἀνομίαν· » φάγον εἶναι καὶ οἰνοπότην τὸν θεῖον ἄνδρα ὑπολαμβάνονται, καὶ τὸν εὐλαβῆ ὑποκρινόμενον· καὶ ἦν μὲν τοῦτο προηγουμένως, τοῦ λαθραίως τὰ πονηρὰ σπέρματα ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν διασπείραντος· ἦν δὲ καὶ σμικρᾶς ἐκείνου καὶ ἀγεννοῦς διανοίας, ὑπὸ τῶν φαινομένων ἁπλῶς πάντα διακρινούσης, καὶ μηδὲν μέγα μηδὲ ὑψηλότερον λογίσασθαι δυναμένης· μηδ' ὅτι μὴ γαστριμαργίας ἦν μηδ' ὀψοφαγίας, ἀλλ' οἰκονομίας μείζονος ἡ τῶν παρατεθέντων αὐτῷ μετάληψις· τὸ μὲν δι' ἀγάπης περιουσίαν ὡς ἤδη φθάσαντες ἐδηλώσαμεν· ἐν τῷ κέρδει τοῦ μείζονος, τοῦ ἐλάττονος περιφρονουμένου. Τί γὰρ ἀποχὴ βρωμάτων πρὸς
C ἀγάπης τοιαύτην ὑπεροχήν; Τὸ δὲ ἵνα δόξῃ μᾶλλον τοιοῦτος διὰ ταπεινοφροσύνης ὑπερβολὴν, οἷον αὐτὸν ἐκεῖνος ἐκ πολλῆς ἔδοξε παχύτητος καὶ φρενοβλαβείας. Καὶ ὅτι ταῦτα οὕτως εἶχε, καὶ κακῶς ἦν ὀνειροπολῶν ὁ Φίλιππος σφόδρα τῆς ἀληθείας ὑποπλανώμενος, αὐτοφασὶν ἔδειξε, καὶ ὁ μάρτυς ἐν οὐρανῷ πιστός. » Οὕτω γὰρ στρέφοντα καὶ ἀδολεσχοῦντα τοῖς λογισμοῖς, ὕπνος ἐκεῖνον αἱρεῖ· καὶ ὄναρ, δύο τινὰς ὁρᾷ νεανίας. Τὸ κάλλος ἐκείνων, καὶ ἡ ἐκπίπτουσα τοῦ προσώπου μαρμαρυγὴ, οὔτε λόγῳ ῥητὴ, οὔτε ὀφθαλμοῖς φορητή· οἵγε παραστάντες αὐτῷ μορφῇ δυσμενεῖ καὶ ψυχῆς πικρίαν ἀπαγγελλούσῃ, « Τί σεαυτὸν, εἶπον, ἐκταράττεις τοῖς λογισμοῖς; Τί τὸν ἀναίτιον ὑποβάλλεις αἰτίαις;
D Ἆρον ὁ κάτω βλέπων τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ ἴδε ποίας οὗτος ἠξίωται τῆς τιμῆς, ὁ παρὰ σοί γε κριτῇ, πλάνος ὢν καὶ ὑποκριτὴς, καὶ τοῦ τῶν μοναχῶν ὁσίου καταψευδόμενος σχήματος. »

Εἶτα τὸν ὀφθαλμὸν διάρας ἐκεῖνος, πρὸς ὃν αὐτὸς ὑπεδείκνυ, μέγα τι καὶ θαυμάσιον καθορᾷ. Πορφύρα τις ὑπέρτιμος ὑπὸ γῆς ἥπλωτο. Ὑπεράνω δὲ ταύτης ὁ μέγας εἱστήκει, θαυμαστὸν οἷον καὶ ἄῤῥητον ἐκ τῆς μορφῆς ἅμα καὶ περιβολῆς ἀπολάμπων, καὶ ὅλος αὐτόχρημα φῶς ὁρώμενος. Ἐπεὶ δὲ τὸν Φίλιππον ὕπνος ἀνῆκε, σύντρομος πρόσεισι καὶ ἠλλοιωμένος, ἔνθα τὴν σύναξιν οἱ Πατέρες εἶχον· καὶ πάντα διασαφίσας ὅσα τε ὕπαρ αὐτὸς ἐπὶ τῆς στρωμνῆς ἔστρεφε· καὶ ὅσα ὄναρ ὑπερφυῶς

Digitized by Google

ἐθεάσατο, καὶ συγγνώμης τυχὼν, μένει τὸ θαῦμα κηρύττων εἰσέτι· ἑαυτοῦ τε καταγινώσκων καλῶς, ἐφ' οἷς τοῦ δικαίου λίαν κακῶς κατεγίνωσκεν.

Ἡνίκα ταῖς παραλίοις χαίρειν εἰπὼν ὁ θεσπέσιος, εἰς τὸν τοῦ Σωτηρίου κατέβαλε χῶρον, καὶ τὴν ἀσκητικὴν ἐν τούτῳ καλύβην ἐπήξατο, ἕβδομον ἐν αὐτῷ διανύσας ἔτος, προέγνω μὲν τὴν μακαρίαν αὐτοῦ τελευτὴν ἐπὶ θύραις οὖσαν· γνώριμον δὲ ταύτην κατέστησεν οὐδενί· ἀλλὰ προελθὼν κέλλης ὡς ἐπί τι τῶν ἀναγκαίων, καὶ πᾶσι φίλοις, γείτοσι καὶ γνωστοῖς παραβάλλων, συντασσόμενός τε καὶ ἀσπαζόμενος ἑκάστου χείλη, ὄμματα, πρόσωπον, « Εὔχεσθε, ἀδελφοὶ, ἔφασκε, ὑπὲρ ἐμοῦ, εὔχεσθε· ἄδηλον γὰρ τὸ λο πὸν, εἰ καὶ βλέψοιμεν ἀλλήλους. » Εἶτα πάντας οὕτω περιελθόντα, καὶ εἰς τὸ ἑαυτοῦ κελλίον B ἐπανελθόντα τὸν ὅσιον, τρεῖς ἐπιζήσαντα μῆνας, πρῶτα μὲν νόσος τις ὑπέδραμε μαλακή· σφοδροτέρου δὲ ἤδη τοῦ πυρετοῦ προσβάλλοντος, ἐπεὶ ὀγδόη παρῆλθεν ἡμέρα, δῆλος κατέστη πᾶσι τοῦ σώματος χωριζόμενος, καὶ πρὸς Θεὸν, ὃν ἠγάπησε, πορευόμενος. Ὅπερ μαθόντας τοὺς τὰς κύκλῳ κώμας οἰκοῦντας, καίτοι σφοδροῦ τοῦ χειμῶνος ὄντος, καὶ χιόνος ἀμυθήτου καταπεσούσης, ὡς σχεδὸν καὶ ὁδοὺς ἀβάτους, καὶ οἰκίας ἀνεπιβάτους γενέσθαι· ὅμως οὐδὲν ἐκείνους τῆς πρὸς αὐτὸν ἐπέσχε πορείας· ἀλλὰ πανδημεὶ πάντες συνέῤῥεον, καὶ παρ' αὐτῷ μέχρι καὶ ἐννάτης ὥρας παρέμενον· οὔτε τροφῆς, οὔθ' ὑποστροφῆς ὅλως μνήμην ποιούμενοι· ἀλλ' ἵσταντο πάντες αὐτῷ προσχόντες, καὶ ὄψιν ἐκείνου C τὴν ἱλαρὰν βλέποντες, καὶ φωνῆς φιλτάτης ἀκούειν, καὶ λόγων ἐσχάτων, καὶ εὐχῆς μεταλαχεῖν ἐπιθυμοῦντες· καὶ ὑποστῆναι τὸν χωρισμὸν οὐ φέροντες· τοῦτον τέως φημὶ τὸν ἀπὸ τῆς κλίνης, ὥστε τοῦ ὁρᾷν αὐτὸν ἀφεμένους, ἐπανελθεῖν οἴκαδε· ἐπεί τοί γε τοῦ ἐσχάτου γε καὶ μετὰ θάνατον χωρισμοῦ, οἵαν ἐκεῖνοι τὴν πληγὴν ἐδέχοντο· ὅπως αὐτοῦ χάριν ἔπασχον τὰς ψυχὰς, ἐκ τῶν δακρύων ἅπερ ἀστακτὶ κατέῤῥεον, ὑπεσήμαινον· ἕως ἀσπασάμενος πάντας, ἐπευξάμενός τε τὰ ἀγαθὰ, καὶ ἄκοντας ἀφῆκε γοερὸν στένοντας, καὶ βαρέως παθαινομένους.

Τοῦ πρεσβυτέρου μέντοι Γρηγορίου προσμένοντος, πυνθάνεται παρ' αὐτοῦ τὸν καιρὸν ὁ μέγας. Τοῦ δὲ πρὸς δυσμὰς εἰπόντος εἶναι τὸν ἥλιον, γνοὺς ἐκεῖνος καὶ ἑαυτὸν ἤδη τὸν καλὸν ἀστέρα καταδυόμενον· D « Ἀπελθὼν, λέγει, τὰς ἑσπερίους ὡς τάχος ἀπόδος εὐχάς· » Ὁ δὲ πληρώσας τὸ κελευσθέν· ἔπειτα δοκῶν περὶ τοῦ τῶν ἀναγκαίων πυνθάνεσθαι, ποῦ μετὰ θάνατον αὐτῷ ἠρώτα φίλον αὐτῷ κατατεθῆναι. Τὸν δὲ δυσχερῶς πρὸς τοῦτο διατεθέντα. « Τί δέ; οὐκ αἰσχύνη φάναι σαφῆς, ἀγνοοῦντα φαίνεσθαι περὶ τούτου, ὅτι δεῖ σχοινίων ἐκδήσαντα τῶν ποδῶν, εἴς τινά με τῶν φαράγγων καταβαλεῖν; εἰ πρὸς μηδὲν ἄλλο χρήσιμον, ἀλλ' οὖν βρῶμα τοῖς θηρίοις ἐσόμενον. » Τοῦ πρεσβυτέρου δὲ πρὸς ταῦτα μηδὲν ὑποδεδοικότος, ἀλλὰ περὶ τῆς ταφῆς καὶ αὖθις μαθεῖν ἀξιοῦντος μάλα θερμῶς, ὡς καὶ δάκρυα τοῖς λόγοις συμπροϊέναι· ἤθελε γὰρ μηδὲ μετὰ θάνατον παρὰ τὴν ἐκείνου γνώμην ποιεῖν ἐκεῖνος· « Τὸν τόπον ἐν ᾧ κατά-

A quæ in somnis mirabiliter aspectasset, ac veniam consecutus, hactenus manet miraculum prædicans, seque ipse merito damnans, pro eo atque immerito justum condemnasset.

A quo tempore vir mirabilis valedicens locis maritimis ad Soterii devenit locum, atque in eo monasticæ exercitationis tugurium fixit, septimo jam decurso anno, beatam suam mortem in januis proximam prænovit; nulli tamen eam indicavit, sed cella progrediens, seu necessaria quadam ratione, amicos omnes vicinosque ac notos conveniens: valedicens, ac cujusque exosculans labia, oculos, faciem: « Orate, fratres, pro me, aiebat, orate; jam quippe deinceps incertum est, an nos mutuo viseri simus. » Cum sic ergo omnes circumquaque adiisset, B atque in cellulam reversus esset, tresque postea menses vixisset, primum quidem lentus morbus invasit. Jam vero febri vehementius incessente, cum octava jam transisset dies, liquido noverunt omnes separari a corpore, atque ad Deum proficisci, quem dilexissent. Id ubi intellexissent qui oppida circumquaque posita incolebant, quanquam erat sæva hiems, nixque immensa deciderat, ut viæ pene inviæ ac domus inaccessæ factæ essent, nihil tamen ut ne ad eum pergerent potuit prohibere: quin universim omnes confluentes, ad usque nonam apud eum manebant, nihil prorsus aut cibi memores, aut ut ad sua redirent; sed stabant omnes in eum intenti, ejusque hilarem aspectantes vultum, charis- C simam audire vocem, supremaque verba ac preces excipere cupiebant: nec separari ferebant, hactenus, inquam, a lecto jacentis, et ut ejus relicto aspectu quisque domum reverterentur. Nam suprema illa ac a morte separatio, quantum illis vulnus inferret, quanquam ejus gratia animis afficerentur, juges illæ lacrymæ ab oculis profluentes monstrabant: donec tandem amplexatus omnes, ac bona adprecatus, etiam invitos dimisit lugubriter gementes, ac diro dolore affectos.

Cum autem Gregorius presbyter mansisset, percontabatur ex eo magnus ille, tempus. Cum autem dixisset, solem ad occasum vergere, sciens ille, se D jam quoque pulchrum sidus occidere: « Abiens, inquit, quam cito vespertinas persolve preces. » Facto quod jussus erat, postmodum putans necessarium aliquid quærere, interrogabat quonam loco post mortem sepeliri juberet. Is autem rem ægre ferens: « Quid vero, inquit? Nonne palam pudet, videri hoc nescire: ut nimirum ligatis e pedibus funibus, in voraginem aliquam projicere deceat? ut siquidem ad quodvis aliud sum inutilis, at certe in escam bestiis cedam. » Verum cum presbyter, nihil ea responsione territus adhuc quoque de sepultura desiderio multo scire rogaret, ut simul cum verbis profluerent lacrymæ. Volebat enim ne quidem a morte, secus ac ille voluisset facere: « Locum, inquit, in quo jaceo, fodiens, invenies coctos late-

Digitized by Google

res, quos tollens, ad locum honeste aliquantulum componens, cura pulverem pulveri reddere : tum vero lateres in terræ extrema facie appone. Quippe, ait, Deo cordi est, ut quibus ipse arcanis novit rationibus, ad mundi usque consummationem, locum clarificet, confluentibus huc fidelium populis, ac ejus divinum nomen glorificantibus.

His ita dictis, cumque osculatus, ac qui simul aderant, ac tandem tollens in cœlum oculos, eaque verba abunde pronuntians : « In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum [11]. » beatam emisit animam.

Mane autem accersens presbyter vicinos accolas, locum fodit, ac pro facultate, honeste componit; absolutoque consueto canone, sacrum ejus corpus, ceu thesaurum quemdam in eo deponit : non avare aut sordide, ut ei soli reconditus esset, sed ut Christi amantibus ad fruendum communis cederet. Tum denique locum desuper lateribus sternens, juxta quod jussus erat, discedit.

Ubi autem, menses sex a Patris dormitione fluxissent, monachus quidam eunuchus, Paphlagonum regione oriundus, Cosmas nomine, in Italiam proficiscens (12), cum jam ad Chrysi partes venisset, aliquantula quiete recreandum corpus putavit. Dum autem dormiret, divinum quoddam ei insomnium exhibitum est. Quod ille loci incolis narrans, audivit ab eis, esse illic sistendum iter : nimirum : Deo visum est, inquiunt, ut admirabili ac juniori Lucæ inservias, eamque ob causam fecit ut hoc iter susciperes.

Is vero nihil penitus dubitans, ceu divina quadam manu trahente, ad viri sancti cellulam dirigitur; atque ubi præsens venisset, ad locum delectabilem adeo, et ad quietem compositum agnovisset, grandi perfusus gaudio, illic deinceps habitaturum se promisit Deo. Statim ergo, invenuste ac incuriose sacri pignoris thecam habere videns, mediocrem interim componendæ curam impendit; elevat enim, ac sublimem a terra tollit : tum tabulis loci exornat, cancellisque per orbem positis, ac coronis, inaccessam, ac intrectabilem facit, exceptis duntaxat, ut qui fide, ac multa veneratione eam propius adire vellent.

Post alterum deinceps annum, ejus discipuli quidam cum sanitates, haud secus ac fontanos latices illic scaturire perspicerent, bom se Patris

[11] Luc. II, 46.

A κειμαι, φησὶν, ὀρύξας, πλίνθους ὀπτὰς εὑρήσει: ἃς διάρας, καὶ τὸν χῶρον μετρίως φιλοκαλήσας, ἀποδοῦναι τὸν χοῦν τῷ χοΐ φρόντισον· εἶτα τὰς πλίνθους τῇ ἐπιφανείᾳ παράθες τῆς γῆς· μέλει γὰρ τῷ Θεῷ, φησὶ, λόγοις οἷς αὐτὸς οἶδεν ἀῤῥήτοις, δοξάσαι τὸν τόπον, ἄχρι γοῦν καὶ τῆς συντελείας, πλήθους τῶν πιστῶν ἐνταῦθα συνερχομένων, καὶ τὸ ἐκείνου θεῖον ὄνομα δοξαζόντων.

Οὕτως εἰπὼν, καὶ ἀσπασάμενος αὐτόν τε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ· καὶ τελευταῖον ὑψοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπάρας, καὶ « Εἰς χεῖράς σου, Κύριε, τὸ πνεῦμά μου παρατίθημι » ἐπειπὼν, τὴν μακαρίαν ἀφῆκε ψυχήν.

Ἕωθεν δὲ τοὺς ἐν γειτόνων χωρίτας μετακαλεσάμενος ὁ πρεσβύτερος, τὸν τόπον τε διορύττει, καὶ B ὡς οἷόν τε κοσμεῖ· τόν τε συνήθη κανόνα ἐπιτελέσας, τὸ ἱερὸν ἐν αὐτῷ κατατίθησι σῶμα, οἷόν τινα πλοῦτον· οὐ φειδωλῶς οὐδὲ μικρολόγως, ὡς ἑαυτῷ μόνῳ κεῖσθαι τὸν θησαυρόν· ἀλλ' ὥστε κοινὴν εἶναι τοῖς φιλοχρίστοις ἀπόλαυσιν. Εἶτα τοὺς πλίνθους [γρ. τοῖς πλίνθοις] ἄνωθεν ᾗ προσετάγη καταστρωσάμενος τὸ ἔδαφος, καταλείπει.

Ἐπεὶ δὲ μῆνες παρῆλθον ἓξ μετὰ τὴν τοῦ Πατρὸς κοίμησιν, μοναχός τις εὐνοῦχος, τῆς μὲν τῶν Παφλαγόνων ὁρμώμενος χώρας, Κοσμᾶς δὲ καλούμενος, καὶ πρὸς Ἰταλίαν τὴν πορείαν ποιούμενος, ὡς ἤδη τὰ τοῦ Χρυσοῦ κατείληφε μέρη, ἔγνω μικρὸν ἐκεῖ που τὸ σῶμα διαναπαῦσαι. Τούτῳ κοιμωμένῳ, θεῖός τις ἐφίσταται ὄνειρος, ὃς καὶ ἀπαγγείλας τοῖς ἐγ- C χωρίοις, ἤκουσε παρ' αὐτῶν. Ἐνταῦθα χρῆναί σε τὴν πορείαν στῆσαι, λεγόντων τῷ Θεῷ βούλημα, καί φησι, τῷ θείῳ σε καὶ νέῳ διαλειτουργῆσαι Λουκᾷ· πρὸς τοῦτό σε τὴν ὁδὸν ταύτην στείλασθαι παρεσκεύασεν.

Ὁ δὲ μηδὲν ὅλως ἐπιδοιάσας, ὥσπερ ὑπό τινος θείας χειρὸς ἑλκόμενος, πρὸς τὸ τοῦ ἁγίου ποδηγεῖται κελλίον, ἔνθα παραστὰς, καὶ τὸ ἐπιτερπὲς οἷον τοῦ τόπου, καὶ πρὸς ἡσυχίαν ἡρμοσμένον καταμαθὼν, καὶ λίαν ἡσθεὶς, τὸ λοιπὸν οἰκεῖν ἐκεῖσε τῷ Θεῷ ὑπέσχετο. Αὐτίκα γοῦν ἀκαλλῆ, καὶ ἀνεπιμέλητα τὰ περὶ τὴν ἱερὰν αὐτοῦ θήκην ἰδὼν, μετρίως τέως ἀξιοῖ τῆς φροντίδος. Ὑψοῖ τε γὰρ αὐτὴν, καὶ τῆς γῆς ὑπερανέχειν παρασκευάζει· πλαξί τε ταῖς ἐγχωρίοις κοσμεῖ, καὶ κιγκλίδας κύκλῳ περιστήσας καὶ D στεφανώσας, ἄβατον οὕτως αὐτὴν καὶ ἄψαυστον εἶναι ποιεῖ, ὅτι μὴ μόνοις τοῖς πιστῶς ἐγγίζειν αὐτῇ βουλομένοις μετὰ πολλοῦ τοῦ σεβάσματος.

Δυσὶ δ' ὕστερον χρόνοις, ἔνιοι τῶν αὐτοῦ φοιτητῶν, τὰς ἐκεῖ βλυζούσας ἰάσεις, ἴσα καὶ πηγαίοις νάμασι καθορῶντες, ἀγαθοῦ Πατρὸς οὐκ ἀγαθὰ τέκνα

Fr. Combefisii notæ.

(12) *In Italiam proficiscens.* Videatur Lucas hic totus Italus, ac Italis, seu Romanæ peculiarius sedi addictus fuisse, qui Italicorum peregrinorum, seu ab Italia, atque ut videtur, Roma redeuntium, consilio ac opera, monachum primo induerit, subindeque angelicum illum ac magnum habitum a senioribus in Italiam, ac Romam utique legatis, impetraverit, tandemque Italiam petentem monachum, tanquam Deo destinante, primum æditum ac mystam a morte, acceperit. ut vel eo titulo, Græco velut Itali sancti vita, sic excerpta, haud injucunda, Latinis nobis, ac quorum in Italia Ecclesiæ vertex residet, debet videri.

Digitized by Google

κρίναντες ἑαυτοὺς, εἰ μὴ καθάπερ τροφεῖα καὶ μετὰ τέλος ὀφθεῖεν ἀποδιδόντες αὐτῷ τὰ μετὰ τέλος προσήκοντα, παραχρῆμα πρὸς οἰκοδομὴν κελλίων, καὶ ναοῦ διανίστανται. Καὶ πρῶτα μὲν τὸν τῆς θείας μάρτυρος Βαρβάρας ναὸν ἀτέχνως ἔχοντα, σπουδῇ τελειοῦσι, κόσμον αὐτῷ περιθέντες τὸν κατὰ δύναμιν. Εἶτα καὶ οἰκίσκους ἱκανούς τε καὶ τὸ σχῆμα διαφόρους οἰκοδομοῦσι, πρός τε κοινὴν χρείαν, καὶ τῶν ἐπιξενουμένων ὑποδοχήν. Ἔπειτα καὶ αὐτὸ δὴ τὸ κελλίον, ἐν ᾧπερ ὁ τοῦ μεγάλου τάφος, τῆς προτέρας μεταβάλλουσιν ὄψεως, καὶ εἰς ἱερὸν εὐκτήριον ἐν σταυρικῷ τῷ σχήματι παγκάλως μεταποιοῦσιν· ὥστε πέρας λαβεῖν, τὸ ὑπὸ μακαρίου λεχθὲν, καὶ περὶ τοῦ τόπου δηλαδὴ τούτου, καὶ περὶ τῶν εἰς αὐτὸν εἰς πλῆθος συνερχομένων.

Γυνή τις ἀκινήτους εἶχε τὰς χεῖρας σὺν τοῖς ποσίν· ἅτινα τοῦ μὲν ὅλου σώματος ἀπηρτῆσθαι, καὶ τὴν οἰκείαν σώζειν ἐβλέπετο πῆξιν· ὅσον δὲ πρὸς ἐνέργειαν, ἀλλότρια ἦν, καὶ τὴν ἰδίαν ἕκαστον ἐξηρνεῖτο λειτουργίαν· ὥστε τὸ αὐτὰ ἦκον, θανεῖν ἐκείνην νομίζεσθαι καὶ μὴ ζῆν· καὶ τό γε εἰς προσθήκην τοῦ τοσοῦδε κακοῦ, μᾶλλον δὲ καὶ τοῦ λεχθέντος ἤδη βαρύτερον, ὅτι τὸν υἱὸν, ὃν εἰς ἀναψυχὴν ἔμελλεν ἔχειν καὶ τοῦ ἐνδέοντος ἀναπλήρωσιν, αὐτὸς οὗτος δαιμονῶν ὑπῆρχε, καὶ συνεχῶς εἰς γῆν κείμενός τε καὶ σπαραττόμενος.

Ταύτην οἱ προσήκοντες κατὰ γένος τῆς συμφορᾶς ἐλεήσαντες, καὶ οἱονεὶ φόρτον ἄψυχον ὄνῳ ἐπιβιβάσαντες καὶ περικρατοῦντες, πρὸς τὸν νέον Σιλωὰμ τὸν τοῦ μακαρίου Λουκᾶ φέρουσι τάφον, συνεπομένου δηλαδὴ ταύτῃ καὶ τοῦ υἱοῦ· ἔνθα καὶ καταλιπόντες αὐτοὺς, ἐπανήεσαν. Οἷα δὲ τὰ τοῦ Θεοῦ κρίματα! Ὑπερεῖδεν αὐτὴν ὁ ἅγιος, καὶ χρόνον ἤδη συχνὸν, τὴν ἴασιν ἀνεβάλλετο. Ἀμέλει καὶ ἡ γυνὴ καμοῦσα τῷ χρόνῳ, καὶ τὴν θεραπείαν ἀπαγορεύσασα, ὑποστρέφειν διενοεῖτο. Ἀλλ' ὢ τῆς ἀποῤῥήτου σου, Χριστὲ, χρηστότητος, καὶ τῆς περὶ αὐτὴν ἀῤῥήτου θαυματουργίας! Ὀλίγῳ πρότερον τῆς τοῦ ἁγίου θήκης πηγῇ παραπλησίως μύρον εὐῶδες ἀποβλυσάσης, ὃ νεωκόρος ἐπιμελὲς θέμενος, καὶ τοῦτο λαβὼν, εἰς μίαν τε τῶν φωταγωγῶν ἐμβαλὼν, τοῦ ἱεροῦ ταύτην ἀπήρτητε τάφου.

Τούτῳ οὖν προσεδρευούσης τῆς γυναικὸς, μεσούσης ἡμέρας, καὶ μηδενὸς ἄλλου, ὅτι μὴ τοῦ παιδὸς αὐτῇ συμπαρόντος· ἠρέμα πρὸς αὐτὴν ἐκεῖνος. Ἀλλ' ἐγὼ, φησὶν, ἀναστὰς, τὸ ἐν τῇ φωταγωγῷ ταύτῃ πιοῦμαι. Ἡ δέ γε μήτηρ ἀπεῖργε τοῦ ἐγχειρήματος, « Μὴ, τέκνον, ὀξὺς ὁ νεωκόρος, λέγουσα, καὶ μήποτε καὶ μαστίξας ἡμᾶς ἀπώσηται. » Οὔ, φησὶν, ἀλλὰ τὸ ἐνθύμημα περανῶ· καὶ ἅμα διανίστατο, καὶ τῆς φωταγωγοῦ δραξάμενος, ἐγχέει τῷ στόματι παραχρῆμα, καὶ τὸ λοιπὸν οὐδὲν ἕτερον ἦν· ἀλλ' ὁ παῖς εὐθὺς ἐκυλίετό τε καὶ ἐσπαράσσετο.

A non bonas arbitrati proles, nisi tanquam alumni, post mortem quoque, congrua a morte obsequia præstare viderentur, statim ad exstruendas cellulas ac templum excitantur. Ac primum quidem, divæ martyris Barbaræ templum minus elaboratum, cito consummant, ornatum adhibentes quam licuit maximum. Tum vero ædiculas sat multas, aliaque ac alia forma ædificant, cum ad fratrum communem usum, tum quibus hospites susciperent. Adhæc cellulam, qua magni illius sepulcrum positum erat, priori mutata specie, in sacrum oratorium in crucis efformant tum figuram pulcherrime commutant : quo finem acciperet, dictum illud a beato viro, de loco pariter, deque iis qui frequenti multitudine eo conventuri essent.

B Quædam femina manibus pariter ac pedibus immobilis erat, ut plane pendere illa a reliquo corpore, ac compagem propriam servare viderentur : quod tamen spectat ad actionem, aliena essent, suumque quodque eorum obsequium negaret : ut quod illorum erat, non vivens putaretur, sed mortua. Accedebat mali tanti cumulo, quin et illo malum gravius, ut quem illa indigentiæ supplementum ac refectionem filium habitura erat, is ipse dæmoniacus esset, ac continue allisus terræ discerperetur.

Ejus calamitatis miserti, qui genere contingebant, ac velut onus inanime imponentes asino, ac manibus tenentes, ad novum Siloe beati Lucæ C sepulcrum adducunt, sequente quoque eam filio : quos illic relinquentes, reversi sunt. Quanta vero Dei judicia? Despexit eam sanctus, atque ad longum satis tempus sanationem differebat. Denique mulier ipsa, mora fatiscens, ac spe curationis abjecta, reverti cogitabat. Enimvero, o arcanam tuam, Christe, bonitatem, ac miraculi in ea patrati ineffabilem præstantiam! Haud diu ante, viri sancti loculus fontis instar suaveolens unguentum (13) scaturierat : quod æditaus sollicite habens, ac accipiens, mittensque in unum quoddam lucernarium vasculum, sacro sepulcro appenderat.

Cum ergo mulier, ipso meridie, nemine præterquam filio præsente, eidem assisteret, ait ille D ad eam submissa voce : At ego surgens, bibam quod in hoc lucernario exsistit. Mater vero deterrebat, ne id ille attentaret : « Ne, inquiens, fili, iracundus est æditaus, ac ne nos forte plagis impositis amandaverit. » Haudquaquam, inquit, sed animi desiderium implebo ; moxque surgens, ac lucernarium capiens, statim ori infundit ; nec hactenus aliud quidquam fuit. Confestim autem cœpit volutari puer ac discerpi. Mater autem. Ac

Fr. Combefisii notæ.

(13) *Suaveolens unguentum*. Miraculum hoc, vice plurium sit. Nec enim ita unguentum manare solet, nisi monstrante Deo, esse ejusmodi sanctorum corpora, ceu fontes quosdam curationum, uti in Nicolao ac aliis μυροβλύτοις facile quisque perspexerit. Erant alia plura subnexa miracula, sed omitto causa brevitatis.

Digitized by Google

ne rogo miraculum levius aures afficiat, sed animo attenti simus, dicetur enim quod gratissimum est.

Mater itaque ceu valde dolens, ac charissimo filio opem ferre desiderio cupiens; O rem novam! O arcanum miraculum! nihil jam manus non habens, aut pedes, uti prius, sed utrisque valde efficax ac valens exhibetur. Nam saliebat pedibus, ac manibus filium fulciebat, erigebatque, jam et ipsum sobrium, atque a dæmonii dira vexatione liberum. Sic mulier duplex beneficium unius horæ momento mirabiliter consecuta, voluptate ac miraculo superantibus, haudquaquam quidnam fieret, quamve pro tanto beneficio gratiam rependeret, habebat. Quapropter alia se præstaturam desperans, ipsa a se domum se recepit.

A Ἡ δὲ μήτηρ καὶ μὴ δράμῃ τὸ θαῦμα τῆς ἀκοῆς, ἀλλὰ προσεκτέον, εἰρήσεται γὰρ ἤδη τὸ χαριέστατον.

Ἡ γοῦν μήτηρ οἷα πάντως ἀλγήσασα, καὶ τῷ φιλτάτῳ βοηθῆσαι προθυμουμένη· ὢ καινοῦ πράγματος, ὢ θαύματος ἀποῤῥήτου· οὐκέτι ἄχειρ, οὐδὲ ἄπους ἦν ὡς τὸ πρότερον, ἀλλὰ καὶ λίαν ἐνεργὴς ἐδείκνυτο πρὸς ἀμφότερα· τοῖς τε γὰρ ποσὶ ἥλατο, καὶ ταῖς χερσὶν ὑπερείδει, καὶ διανίστη τὸν παῖδα, σώφρονα καὶ αὐτὸν ἤδη, καὶ τοῦ δεινῶς θλίβοντος ἐλεύθερον δαιμονίου. Οὕτω μεγάλης καὶ διπλῆς χάριτος ἡ γυνὴ, μιᾶς ὥρας ἀπολαύσασα παραδόξως, οὐκ εἶχεν ὅ τι καὶ γένοιτο, ἡδονῇ καὶ θαύματι νικωμένη, οὐδέ τινα προσαγαγεῖν εἶχε τοιαύτης χάριτος ἀμοιβήν. Διὸ τῶν ἄλλων ἀπογνοῦσα, οἴκοθεν καὶ παρ' ἑαυτῆς ἀπεδίδου. B

ANNO DOMINI CMXLIX.

LEONIS GRAMMATICI

ANNALES.

(*Vide tomum CIX, col. 989, inter scriptores post Theophanem.*)

ANNO DOMINI CMLI.

ANONYMI

VITA S. CLEMENTIS BULGARORUM EPISCOPI.

Exstat in Appendice ad Theophylactum, tom. CXXVI.

CIRCA MEDIUM SÆCULUM X.

MOSES BAR-CEPHA

SYRUS

EPISCOPUS IN BETH-RAMAM ET BETH-CENO, AC CURATOR RERUM SACRARUM IN MOZAL HOC EST SELEUCIA PARTHORUM.

NOTITIA.

(Ex Eusebio Renaudotio in adnotatione ad Liturgiam Mosis Bar-Cepha.)

Mosis Bar-Cepha nomine Liturgia exstat in omnibus prope codicibus Syrorum Jacobitarum, inter quos celeberrima est illius memoria, tanquam insignis ex illorum Ecclesia theologi. Is est cujus opus de Paradiso

Digitized by Google

Latine interpretatus est vir doctissimus Andreas Masius, quæ versio primum typis Plantinianis edita, in Bibliothecam Patrum translata est. Sed quis fuerit aut quando vixerit Moses, neque docuit nos Masius, neque aliunde certo scire potuimus. Vixisse illum diu ante Dionysium Barsalibi perspicuum est cum is in Commentario suo ad quatuor Evangelia et alibi, illius testimonia frequenter referat : ut etiam juniorem fuisse Jacobo Edesseno, et altero Serugensi ex eo probatur, quod illorum sententias referat eodem in opere. Valde autem hallucinatus est Masius, dum illum non longe post Joannem Chrysostomum vixisse existimavit, cum Severum citet, Antiochenum scilicet Monophysitarum præcipuum. Sed gravius adhuc erravit Margarinus Binius, qui ad tempora Julii II et Pauli III illum reduxit, immani anachronismo, cum Moses ille alter Meredinensis fuerit, Mardenus a Masio ejus in Syriacis discipulo perperam appellatus. Nec meliora Possevinus. Sane eum Monophysitam fuisse constat, quales erant, quos honoris et testimonii causa appellat, Severus, Jacobus Edessenus, et alter Serugensis. Illum episcopum fuisse verisimile est, ex Liturgia quæ ipsi tribuitur : neque enim ab aliis quam ab episcopis aut patriarchis compositas aut saltem illis ascriptas liturgias Syri agnoscunt, ut ex Elencho illorum quas interpretati sumus manifestum est. Eum decimo sæculo vixisse scribit Naironus, sed nullam hujus conjecturæ suæ probationem offert.

LECTORI ANDREAS MASIUS.

Mosis hujus historiam plane me nescire fateor, nec de illo quidquam expiscari potuisse in ecclesiasticis, conciliorum, vel sanctorum narrationibus ; quibus ex fontibus, multa chronologis et historiarum scriptoribus non vulgaria haurire sæpe mihi usuvenit. Ac ne ex his quidem illius Commentariis, potui deprehendere vestigium ullum ætatis qua vixerit, nisi quod ut magnum Athanasium et Cyrillum Alexandrinum, ita et D. Chrysostomum, sine splendida ulla honoris Præfatione citat, nominatque *Joan. Monachum*, I lib. c. 1 et c. 10. *Dominum Joannem*, ejusdem libri, cap 7, et libri seu partis III, cap. 5, quibus locis meminit ejus orationum sive sermonum *de occasu mundi, de novo mundo, cur arbor vocata sit scientiæ boni et mali*, et *ad Sitigrium seu Stagirium* : et *contra eos qui putant mundum gubernari a dæmonibus*, 1 lib. cap. 22. Ac proinde his non multo posterior mihi videtur, forte non prorsum inani conjectura cum sæpius divum Mosen dicat, I part., cap. 28. Hos præterea citat scriptores ecclesiasticos et probatos auctores, ut appellat, ejusdem part., cap. 22.

D. Severi orat. 22, de Epithronio, 1 libri, cap, 7 et 11, et alteram ejusdem argumenti, 1 libr., 33. Ejusdem auctoris orat. contra Felicissimum, parte II.

D. Ephraim, sive Ephrem Syri, librum Geneseos sive de rerum ortu, sive Comment. in Genes. 1 lib., c. 1 et c. 9, quem opinor eum esse quo dominum Ephrem paradisi conditionem exsequi ait, 1 lib., cap. 7, et quem etiam quemdam illius commentarium appellat, 1 lib., c. 27.

D .Jacobum Orrohaitam, partis I cap. 14, et partis II c. 2.

D. Jacobi Sarugensis orationem de Adamo ejecto e paradiso, part. I, cap. 20, quam etiam Commentarium appellat, ejusdem partis c. 27. Ejusdem orationes de Christi passione et ascensu, non ita multum ante finem, 1 libri.

D. Jacobi Botnacensis orationem de Adamo ejecto extra paradisum, 1 lib., c. 22.

D. Julii commentarium in Evangelium Joannis.

Philoxeni Mabugæ episcopi sermonem de contemplatione arboris vitæ, I partis c. 8, 19, 22, etc. Ejusdem capitula contra Diodorum, parte III.

MOSIS BAR-CEPHA

EPISCOPI SYRI

COMMENTARIA DE PARADISO

AD IGNATIUM FRATREM.

(Interprete Andrea Masio. — *Critici sacri*, tom. II, p. 387 ed. Amstelodami.)

—

PROŒMIUM.

Posteaquam, sancte frater Ignati, absolvimus, non sine ope divina, Commentarium de sex diebus conditi orbis, minime perfectum quidem illum, neque omni ex parte absolutum, orationibus quinque :

Digitized by Google

accedimus ad tractandum de paradiso, tuæ pietatis voluntate persuasioneque inducti. In qua quidem tractatione ita quoque versabimur, ut et accurata et clara sit oratio : et singula capita inter se distincta particulatimque divisa habeantur, quo facilius lectores omnia intelligant, neque per oblivionem aliquid de sua memoria amittant : quatenus certe Deus verus qui *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* [1], conatus nostros adjuvaturus, nobisque præiturus est, et directurus dictionem nostram. Verba igitur quibus Moses propheta de paradiso dicere ortus est, hæc sunt : *Et plantaverat Dominus Deus paradisum in Eden ab initio : ibique posuit Adamum quem finxerat* [2]. Sed priusquam beati Mosis verba explicemus, pertractanda nobis sunt in hac prima Commentarii nostri parte, viginti septem argumentorum capita in quorum primo agetur : Sitne paradisus res corporata, an vero spiritalis. Secundo, ostendetur quis sit corporatus paradisus, et quis spiritalis. Tertio, probabitur consentaneum esse, ut libri Veteris Testamenti interpretentur non solum rebus ipsis, verum etiam mystice et figurate. Quarto, declarabitur, num de re ipsa corporata, an vero mystico modo paradisus primum sit explicandus. Quinto, dicetur, quo die inter illos sex dies quibus condidit Deus hanc machinam corporatam atque aspectabilem, sit conditus paradisus corporeus. Sexto, aperietur causa ob quam condidit Deus istum corporatum paradisum. Septimo, pervestigabitur, sitne paradisus in cœlo, an in terris. Octavo, expendetur, utrum paradisus sit in hoc terrarum tractu quem nos habemus, an in alio. Nono, probabitur eam terræ regionem in qua paradisus exstat, altiorem eminentioremque esse hac nostra. Decimo, agetur de regno cœlorum, in terrane sit an in cœlo. Undecimo, disseretur, qui differat regnum cœlorum a paradiso. Duodecimo, tractabitur utrum paradisus exsistat intra orbem terrarum habitabilem, an extra eum. Decimo tertio, in qua tandem regione sit paradisus. A Decimo quarto disceptabitur, quomodo homines transmiserint mare Oceanum, venerintque ex ea regione in qua paradisus est, ad hanc quam nos incolimus ; et utrum Adam habitarit apud Hierosolyma, an vero minime. Decimo quinto, disputabitur, quanta pateat paradisi amplitudo. Decimo sexto, quid sit Eden, et cur paradisus sit paradisi vocabulo appellatus. Decimo septimo, investigabitur num arbores et fructus paradisi similes fuerint iis qui in hoc nostro solo proveniunt, an vero ab his diversi. Decimo octavo, ostendetur quis sit modo paradisi usus vel quis etiam post resurrectionem mortuorum futurus. Decimo nono, declarabitur quæ fuerit arbor scientiæ et boni et mali, qua Adamo Deus interdixerat : et quamobrem appellata sit scientiæ boni et mali arbor. B Vicesimo, disputabitur quæ fuerit arbor vitæ, et cur sit vitæ dicta. Vicesimo primo, agetur de illo fluvio qui paradisum irrigabat, et de quatuor fluminibus in quæ ille scindebatur. Vicesimo secundo, dicetur quid futurum fuisset Adamo, si observasset mandatum. Vicesimo tertio, explicabitur quandiu mansissent in paradiso Adamus et Eva, priusquam illinc in regnum cœleste emigraturi fuissent, si obedivissent mandato. Vicesimo quarto, probabitur numero augendos fuisse in paradiso homines, si Adam et Eva obtemperassent legi, neque eos duos solos fuisse inibi mansuros. Vicesimo quinto, disceptabitur, an per venerem commistis corporibus prolem procreaturi fuissent tum Adam Evaque, tum istorum posteri : C an vero sine amplexibus. Vicesimo sexto, declarabitur quomodo voluptatem cepissent in paradiso Adam et Eva, ac reliqui ex ipsis nascituri. Vicesimo septimo agetur de serpente qui Evam adortus decepit. Vicesimo octavo denique, interpretabuntur ea verba, quæ beatus Moses scripta reliquit de paradiso et de iis quæ in paradiso acta sunt non quidem mystice, sed ita ut res ipsæ explicentur.

PARS PRIMA.

CAPUT PRIMUM.

Utrum sit paradisus res corporata, an vero ad intelligentiam mentis pertinens. — De paradiso, de quo B. Moses scripsit his verbis : *Plantaverat Dominus Deus paradisum in Eden ab initio*, scire laborant homines rerum cognitionis cupidi, sitne corporata res, an vero incorporea, atque spiritalis duntaxat, et sola intelligentia spectabilis. Et alii quidem ita ex corporibus constare aiunt, ut nihil habeat quod ad mentem spectet ; alii vero ita ad solam mentem pertinere putant, ut omnino incorporea res sit. Sunt etiam qui duos esse dicant paradisos, alterum corporatum, incorporeum alterum. Sed nos D adversum illos qui plane corporatum faciunt paradisum, tribus utendum rationibus putamus, quarum prima est : Si omnino corporeus est paradisus, corpus solum Adæ in ipso oblectabatur : anima vero non item. Nam corporata res non potest animum, qui spiritus est, afficere voluptate, quo fiet ut fraudis reus videri Deus possit, quippe qui quasi oblectandi Adæ gratia paradisum condiderit, et tamen non totum Adamum, sed alteram duntaxat ejus partem quæ corpore constabat, voluptate imbuerit ; alteram vero, animum scilicet voluptatis expertem reliquerit. Secunda ratio hæc est, si plane corporatus est paradisus, consequens est

[1] Joan. I, 9. [2] Gen. II, 8

Digitized by Google

ut sacra Veteris Testamenti scripta vacua sint mysticis sensis, id quod falsum esse capite tertio, volente Deo, commonstrabimus. Tertia ratio est, si paradisus nihil est nisi res corporea, conficitur eos sacrarum rerum doctores mentitos esse, qui incorporeæ ipsum etiam naturæ esse prodiderunt. Conficitur igitur ex iis quæ jam dicta sunt, paradisum haud ita corporatum esse, ut incorporei nihil habeat. Rursus eos qui ad mentis intelligentiam duntaxat pertinere aiunt paradisum, atque omnino incorporeum esse, sex istis oppugnamus argumentis. Primo, prorsus nullo affecisset voluptatis sensu Adæ corpus, sed solum animam, atque hac ratione nuper quoque usi sumus. Deinde falsa essent quæ de paradiso exstant Mosis dicta, rem corporatam notantia : cujusmodi sunt, quod plantaverat Dominus Deus paradisum in Eden ab initio; quod posuit illic Adamum quem finxerat, quod procreavit e terra omnem arborem visu expetibilem, atque in cibum idoneam, et arborem scientiæ boni et mali; quod sumpserint Adam et Eva folia ficulnea, fecerintque sibi subligacula; quod sese occultarint inter paradisi arbores, et quæ sunt alia hujus generis a Mose prodita de paradiso. Tertio, nisi habuisset paradisus res etiam corporatas in se, qui potuissent ex ipso affluere aquæ ad irrigandas terras, et ad usus humanos accommodæ? Quarto, ex iis quæ Moses Spiritu sancto afflatus scripta reliquit, certum est Adamum corpus habuisse ex luto compactum, idque collocatum fuisse a Deo in paradiso; erat ergo et locus ille in quo id corpus insistebat, corporeus. Quinto, necessum est corporatum esse paradisum, quod Enoch et Elias in eo manent, ut affirmat dominus Ephrem in eo opere, quod librum Geneseos, hoc est, de rerum ortu interpretatur, et in iis etiam sermonibus quos de paradiso conscripsit. Illi enim viri, cum corporati sint (ut qui vitæ hujus vinculis adhuc sunt colligati), consentaneum est ut in corporalibus quoque locis maneant. Sexto denique, exstat doctorum virorum auctoritas, fide dignissimorum, qua corporatum esse paradisum affirmatur. Recte igitur colligimus falsum esse illud, paradisum sub solam mentis intelligentiam cadere, atque plane ex earum rerum esse numero quæ incorporeæ sunt. Denique iis qui duos censent esse paradisos, alterum corporatum, incorporeum alterum, objicimus Mosen qui non in duobus paradisis, sed in uno collocatum Adamum; neque rursus e duobus, sed in uno ejectum a Deo scripsit. Ad hoc, Dominus noster Christus non duos paradisos, sed unicum promittebat latroni inquiens : *Hodie mecum eris in paradiso* [3]. Neque sane consentaneum est, ut ejuscemodi dictis, scriptisque oraculis fidem abrogemus; iis vero quæ neque dicta neque scripta exstant in sacris Libris, adhibeamus. Non igitur duo, sed unicus est paradisus. Atque hæc hactenus a nobis sunt contra tres illas hominum de paradiso diversas opiniones; nostra vero sententia est unum esse paradisum, non duos; cumque unum paradisum duplicis esse conditionis : corporeæ et incorporeæ, sive et ejus quæ sensu, et ejus quæ ratione intelligentiaque mentis percipitur; quæ quidem nostra sententia his argumentis potest demonstrari : Adam ex anima et corpore compositus erat, ergo et paradisum, qui pro illo oblectando conditus fuerat, duplicis item conditionis esse oportebat, ut qua esset corporeus, corpus : qua vero incorporeus, animum Adæ recrearet. Deinde beatum Ephrem duplici interpretatione exposuit librum Mosis prophetæ; quarum altera mystica est, atque arcana eruit sensa; altera res ipsas pertractat a Mose descriptas. Sed et divus Cyrillus, legales etiam cæremonias, etsi re ipsa celebrabantur, mysticum tamen quid atque arcanum continuisse testatus est. Præterea venerandi sacrarum rerum doctores partim de corporeo, alii de incorporeo paradiso sunt locuti; nec sane abs re alterutri, cum ille utriusque fuerit conditionis. Mystice enim de paradiso agit Gregorius Theologus in ea oratione quam de Christi Natalibus composuit, ubi Adamum ait colonum fuisse in paradiso, plantarum immortalium, nempe ipsarum divinarum notionum et simpliciorum et perfectorum; item arborem, fuisse meditationem animi, quantum ipse certe meditetur. Mystice item Gregorius Nyssenus in Commentario de homine, cap. 20 et 21. Similiter Philoxenus Mabugensis in sermone de meditatione quæ circa arborem vitæ versatur; ait enim arcana censa mentisque meditationes de paradiso haberi. Denique Dominus Jocobus Orrohaita eo sermone quem de Theologia edidit, ait Mosen figurate locutum esse de paradiso. Rursus de corporeo paradiso scripsit dominus Jeannes in oratione cui titulum fecit : *Cur arbor illa appellata sit arbor scientiæ boni et mali, et quid sibi velit illud Christi :* « Hodie mecum eris in paradiso, » multis enim illud astruit argumentis corporeum exstitisse paradisum : inter alia inquiens, Adami oculis aspectum, auribus auditum, animo denique observatum esse paradisum, et hujusmodi alia. Similiter dominus Severus oratione 22, de Epithronio, conficit corporeum fuisse paradisum, dum etiam ipse affirmat Adamum oculis illum intuitum esse, auribusque audivisse. Nam audivit, inquit, illa Dei ad se verba : *De omni arbore quæ in paradiso exstat, vesceris, præter arborem cognitionis boni et mali* [4] : et intueri igitur hanc potuit, vesci vero prohibebatur. Gregorius rursus Theologus, in oratione de patientia, ad hunc modum de paradiso corporeo loquitur : « Lignum adversus lignum; crucis, adversus lignum scientiæ boni et mali. » Est igitur consentaneum ut utrumque aut corporatum lignum fuerit, aut utrumque corporis expers, atque sub intelligentiam

[3] Luc. XXIII 43. [4] Gen. II, 16, 17.

Digitized by Google

Digitized by Google

quantur absurda necessum est. Primo enim Vetus Testamentum nihil nisi meras nudasque continebit historias : carebitque prorsus mysticis sancti Spiritus sensis, deinde obfirmabitur Manetis et Marcionis sententia, qui dicebant Vetus Testamentum nequaquam ab auctore Dei Christi Patre esse. Præterea nisi in illo recondita fuerint arcana sensa, unde potuere prisci patres, prophetæ, aliique sancti viri intelligere Christum olim venturum ; ex eaque re tanto affici gaudio? Denique si ita cum illis hæreticis sentimus, profecto in Judaismum incidimus ; quippe Judæi, ut qui Spiritus sancti expertes sunt, alia quam corporalia crassaque sensa nulla amplectuntur. Verum enimvero arcanis etiam modis atque mysticis explicandos esse sacros Libros, ex iis conficitur quæ modo subjicimus. Si enim quod capiendi Judæi, inque exsilium ducendi, quodque rursus liberandi reducendique in patriam essent ; quæ reipsa contingentes figuræ fuerunt : jussi sunt divini vates figuris atque typis quibusdam prædicere, quo videlicet Dei providentia jam tum agnosceretur : sicut apud Ezechielem de sumendo latere, de dividendis barbæ et capitis pilis et cubando in lateribus, videre est[6]; item apud Isaiam de amictu sacci, deque nudando corpore[7]; præterea apud Jeremiam de jugo et vinculis[8]; denique apud Oseam de ducenda uxore adultera et meretrice[9]; atque ita de aliis plurimis quæ nunc non est operæ pretium percensere : quanto magis consentaneum putabimus, in lege atque prophetis mystice figurateque illa admiranda atque præcellentissima neque unquam satis laudanda opera quæ Verbum Dei Christus, dum in carne versatur, patravit, quæque nobis in mundo illo sempiterno, cujus spe certissima fruimur, eventura promisit, esse prænuntiata! Ad hoc, tabernaculum illud exiguo duraturum tempore, quo ornatu corporeo esset exstruendum a Mose, non ante in ipso monte mysticis modis ipsi ostenderat Deus! Sane eo spectant verba illa quæ, postquam ille descendisset de monte, ad ipsum hic faciebat, inquiens : *Videto ac facito omnia ad id exemplar quod tibi in monte ostendi*[10]. Quid Gedeonis vellus[11]? Quid Elisæi hydria[12]? annon præter ipsas res quæ agebantur, alia etiam seclusa in ipsis erant sensa? quid triticum, palea, ventilabrum, quæ commemorat Joannes Baptista[13]? num pro ipsis rebus sunt accipienda, ac non potius arcanum quid per ea significare ille volebat? quin ipse etiam Dominus noster ait Abrahamum optavisse ut videret diem ipsius, ac vidisse gavisumque esse[14]; quem tamen aliter prospicere non potuit ille, quam per typum ac mysteria, quale illud fuit quod filium suum immolare jubebatur[15], ea enim victima Christi diem figurate ostendebat. Præterea Mosis serpentem æneum quem in deserto suspendit ob oculos populi[16], idem Christus interpretatur mystice de sua cruce, dum ait : *Quemadmodum in altum sustulit Moses serpentem in solitudine, ita exaltabitur Filius hominis*[17]. Rursum aquæ illæ de quibus cum Samaritana muliere colloquens ait : *Aquæ quas ego do ei, fient in ipso fontes scaturientes in vitam æternam*[18], nequaquam profecto corporatæ aquæ, sed mysticæ fuerunt. Denique Paulus quoque apostolus arcano sensu interpretatur duas Abrahæ uxores, Saram et Agarem, duorum inquiens testamentorum illas esse figuras[19]. Similiter petram illam quæ comitabatur Israelitas, profundebatque illis aquas in potum, figurate explicat quando ait[20], eam petram fuisse Christum. Ex his igitur omnibus colligere est, Veteris Testamenti libros non modo de rebus ipsis, verum etiam mystice ac figurate atque reconditioribus modis interpretari debere.

CAPUT IV.

Utra expositione mystica ne an historica sit primum interpretandus paradisus. — Igitur cum duplicis sit conditionis paradisus, consentaneum etiam est ut duplici modo interpretetur, mystice et corporate : hoc est, ut tum res ipsæ pertractentur, tum ex rebus notiones aliæ quasi per figuram intelligantur; cæterum illa interpretatio cum fundamento et parietibus recte conferatur. Cum igitur tunc demum muri immobiles consistant ubi fundamenta sunt firma, ac proinde hæc prius jacta esse quam illi exstruantur oporteat, tametsi parietes, eaque quæ paratus ædium forma, prius in animo atque cogitatione a nobis versentur quam fundamenta; congruum quoque est, ut de rebus ipsis interpretatio prior constituatur; quo, hac deinde ceu fundamento, mystica illa sustentetur nitaturque.

CAPUT V.

Quotidie inter illos sex dies quibus condidit Deus hanc aspectabilem machinam sit conditus atque consitus paradisus. — Cæterum Moses scribit, sex diebus creavisse Deum hanc machinam aspectabilem. Primo enim condidisse cœlum, terram, lucem; secundo, æthera sive firmamentum ; tertio, arbores, herbas, semina ; quarto, solem, lunam, stellasque cæteras; quinto, aves aera peragrantes, et pisces per mare natantes, ac humi quoque repentes animantes : sexto, feras, mansuetasque bestias, necnon Adamum et Evam. At paradisum esse quidem a Deo consitum commemorat, sed non quoto die : nos tamen tertio et conditum, et consitum esse ex iis verbis quæ de ipso apud Mosem habentur, intelligimus : ait enim dixisse Deum die tertio : Producat terra herbas germinantes, seminisque feraces in suo genere[21]. Nec non arbores

[6] Ezech. iv, 3. [7] Isa. xx, 2. [8] Jerem. xxvii, 2. [9] Osee i, 1. [10] Exod. xxv, 40. [11] Judic. vi, 37 seqq. [12] IV Reg. iv, 1 seqq. [13] Matth. iii, 12. [14] Joan. viii, 56. [15] Gen. xxii, 2. [16] Num xxi. 9. [17] Joan. iii, 14. [18] Joan. iv, 14. [19] Galat. iv, 24. [20] I Cor. x, 4. [21] Gen. i 11.

Digitized by Google

...sui quæque generis, etc. Paradisus A itaque ante Adamum conditus est et veluti sponso thalamus a Deo præparatus atque instructus. Nam quod Moses paradisi conditi mentionem post creatum Adamum facit, ideo fit, quod ad nondum satis explicatam de paradiso consito narrationem sibi revertendum, eamque absolvendam putavit, non autem quasi ille post conditum Adamum factus sit.

CAPUT VI.

Quam ob causam condiderit Deus paradisum compertum. — Neque vero dubium est quin et collocandi et voluptate alliciendi Adami gratia Deus paradisum condiderit, ut qui illum sibi majore cura studioque prosequendum duxit, quam ullam rerum cæterarum quæ super terram essent. B Igitur quemadmodum impensiore ipsum honore quam alias res a se creatas affecerat, sic suis ipse manibus, atque ad suam imaginem illum condere, et paradiso veluti domicilio præ cæteris honorare voluit. Itaque locum ei destinavit et consuevit ornatissimum, magnificentissimum, voluptuosissimum, et ob summam elegantiam pulchritudinemque maxime expetibilem, in quo ille versaretur habitaretque; neque permisit ut cæterorum more animantium, quæ ratione vacant, terram depasceret.

CAPUT VII.

De paradiso, super terram, an in cœlo exsistat. — Sunt qui in cœlo paradisum esse putent, eo quod divus Paulus apostolus de seipso dicat, C raptum se fuisse in tertium cœlum, et in paradisum [12]; neque enim hoc adjecturum fuisse, nisi in cœlo esset paradisus. Verum nos ad ea respondemus, duo fuisse visa illa in quæ Paulus raptus est; non unicum, cum ipsus dicat: *Veniam ad visa atque ad patefactiones Domini* [13]; non autem ad visum et ad patefactionem. Neque vero desunt etiam nobis Scripturæ loci quibus convincamus diversas fuisse duas illas patefactiones; et priore quidem in cœlum, altera vero in paradisum fuisse sublatum Paulum. Nos igitur super terram esse paradisum statuimus, idque his argumentis: *Consevit*, inquit, *Dominus Deus paradisum in Eden ab initio* [14]; sive pridem: Eden vero locum vo- D casse videtur, non qui supra cœlum esset, sed in terris. Præterea idem Moses affirmat quatuor flumina e paradiso profluxisse, Tigridem, Euphratem, Gihonem, et Phisonem: quæ si e cœlo delapsa essent, excavassent utique atque vasto hiatu ipsam terram aperuissent, quippe quæ sustinere nequivisset molem tantam, quanta aquæ ex loco tam sublimi præcipites (et quidem dies noctesque continuato cursu) absque ulla intermissione ipsam pressissent. quare e terra promanasse illa flumina necesse est, et proinde paradisum quoque terrestrem fuisse. Ad hæc Dominus noster ait ad latronem: Profecto dico tibi, *Hodie eris mecum in paradiso* [15]. Non autem dixit in cœlo, quia neque ipsa Domini anima (simul atque a corpore dissociata est) cœlum conscendit, sed die tertio rursum corpus subiit neque latro quoque eo die in cœlum potuit evadere, cum dicat Christus neminem conscendisse in cœlum præter eum qui descendisset de cœlo, Filium hominis, qui esset in cœlo [16]. Fuit igitur paradisus, non in cœlo, sed in terris. Insuper corporatæ arbores, quales revera in paradiso exstabant ex ligno concretæ, e terra satæ pullulant, non autem supra cœlum nascuntur. Denique Patrum auctoritate, cui fides negari non potest, satis comprobatur terrestrem fuisse paradisum. Nam dominus Joannes in ea oratione qua disserit cur arbor illa sit vocata scientiæ boni et mali, scribit in hanc sententiam: Si regnum cœli promisit nobis Dominus noster, latronem vero in paradisum modo subvexit, sane conficitur non satisfecisse ipsum latroni. Item dominus Severus, oratione 22, de Epitronio sic scribit: Ea quæ nobis promissa sunt, ipsum sunt cœli regnum; non autem quæ in paradiso percipiatur voluptas. Aliud igitur paradisum, aliud regnum cœleste esse, palam faciunt hi Patres. Postremo Ephrem, in eo libro, quo paradisi conditionem exsequitur, diserte asserit terrestrem esse. Igitur perspicuum est in terris esse paradisum, non in cœlo.

CAPUT VIII.

Utrum paradisus in hoc terrarum tractu quem nos incolimus exsisteret, an in alio quopiam. — Jam vero posteaquam ostendimus in terris fuisse paradisum, indagandum nobis superest, an in his terrarum regionibus quas nos mortales habemus, an in aliis quibusdam exstiterit. Cæterum statuimus terram unam omnino esse, atque unius universam ejusdemque naturæ; eamque terram in qua paradisus exsistebat, diversam quidem esse ab hac nostra, verum non natura ipsaque sui materia, sed raritate et densitudine. Dividamus igitur terram in duas maximas partes, quarum altera paradisi terra, altera extra paradisum vocetur: illa subtilis, sincera, pura, hæc quæ a nobis colitur, crassa, materiata, impura, confusa sit. Jam vero concipito animo tuo hasce quatuor res: cœlum superius illud spiritibus angelisque frequentatum; deinde quod illo inferius est, firmamentumque a nobis vocari solet; postea eam terram quæ paradisi est; demum eam terram quæ est extra paradisum: deinde ita existimata, quemadmodum id quod firmamentum vocari diximus, præcellentia quadam subtilitatis cœlo illi sublimiori spiritibusque dicato cedit; ac rursum eadem paradisum superat et crassiorem et magis materiatum; ita et paradisum dignitate puritateque inferiorem quidem esse firmamento; sed terra, quæ extra ipsum est, præstantiorem. Fit itaque ut cœlum

[12] II Cor. XII, 2. [13] ibid. 1. [14] Gen. II, 8. [15] Luc XXIII, 43. [16] Joan. III, 13.

Digitized by Google

illud beatorum spirituum domicilium præcellentius sit firmamento; firmamentum, paradiso; paradisus ea terra quam nos habitamus. Est igitur alia paradisi terra, alia hæc nostra; sed ita, ut non natura, verum materiæ subtilitate excellentiaque differant. Sed potest id etiam hoc argumento a rerum natura petito demonstrari. Conditus enim Adamus non in hoc crasso densæque pleno materiæ loco qui extra paradisum est, collocatus a Deo est, nondum enim deliquerat atque peccarat; neque rursus positus est in illis præcellentibus locis, cœlo vel firmamento, nihil enim adhuc boni patrarat : sed quod consentaneum erat, collocavit ipsum Deus in eo loco qui inter utrosque illos medio se habebat modo; hoc est, paradiso : hic enim ut non tam purus putusque est quam firmamentum, ita rursus non tam crassa coactaque materie constat, atque hæc nostra quæ extra paradisum est, terra. Et vero, eo consilio videtur ejusmodi medio loco ab opifice Deo ille positus esse, ut si morigerus observaret jussa, subveheretur in firmamentum locum præcellentiorem purioremque paradiso : sin autem mandatis non pareret, sed delinqueret, atque ab ea quam sibi suus effector imperavisset, lege deflecteret, conjiceretur in hanc exsecrabilem, crassam ac densam terram quam nos extra paradisum nunc habitamus. Quin paradisum fuisse medio loco testatur etiam Philoxenus Mabugæ episcopus in eo sermone quem de contemplatione arboris vitæ conscripsit his verbis : Sic consitus a Deo paradisus est, ut medium occupet locum; quidquid enim superius est, aut cœlum est aut cœlo consentaneum : rursum quidquid inferius, vel terra est vel ad terram pertinet. Quippe qualis erat conditio compositioque hominis, talem oportebat esse et locum in quo erat ille ponendus; illa vero ejus erat modi, ut in hominis esset posita arbitrio et boni et mali electio : jam vero qui sic se habet, is inter utrumque medius est, nec ex bono totus, nec rursum totus ex malo conflatus, sed pro suopte arbitrio ad utrumvis juxta se habens. At ea quidem erat Adæ conditio, eademque cognitio arboris boni et mali : quare et ejusmodi erat quoque paradisi ratio in medio scilicet collocati, ut supra ipsum essent corporaturæ materiæque expertes spiritus qui sola ratione intelliguntur, et quidquid extra omnem compositionem est : infra vero illum bestiæ et pecudes, cæteraque ratione carentia. Ipse vero paradisus inter hæc et illa medius maneret atque hac ratione cum hominis constitutione congrueret, qui et ipse ex anima simul et corpore constabat. Hactenus ille. Animadvertis igitur doctorem istum perspicua ratione ostendisse paradisum in medio esse positum; neque tam subtili tenuitate dotatum quam ea quæ supra ipsum exsistunt, neque rursus ea crassitudine materiæ qua illa composita sunt quæ infra ipsum habentur. Non ergo in hac quam nos habitamus terra paradisus exstitit, sed in alia; non quidem ipsa sua natura differente, sed tenuitate genuinaque puritate. Ait enim : Objiciat nobis hic aliquis fieri non posse (cum terra omnis unius ejusdemque naturæ sit atque essentiæ) ut altera ejus pars subtilis, pura, sincera; altera vero crassa, impura, mista, confusaque esse queat. Sed nos respondemus, fieri omnino id posse : quippe in aquis quæ sunt ejusdem essentiæ omnes, alias tamen limpidas, alias turbidas; quasdam dulces potuque suaves; alias amaras, atque in potum ineptas : item in aere, alium crassum densumque, alium liquidum, naturalique temperatum puritate; rursus alium salubri atque amœna temperie, alium noxia intemperie ingratoque odore experimur : denique ipsa etiam corporis nostri membra omnia quidem, unius atque ejusdem naturæ esse nemo negaverit; et tamen oculus lucidus est atque liquidus, manus vero crassa et materiata compage constat; itaque et in terræ partibus idem usu venit, ut scilicet altera esset pura puta et omnis excrementi vacua, ac tenuis subtilisque, qualis erat illa paradisi; altera vero crassa, mista, excrementosa, cujusmodi est hæc quæ extra paradisum a nobis habetur. Nam et in oleo hoc ipsum deprehendis et in vino : etsi enim unis etiam hæc constent essentiis, tamen partium aliæ liquidiores defecatioresque ac veluti magis percolatæ, quales sunt a fundo remotiores, aliæ rursus turbidiores, feculentioresque atque omnino impuriores esse cernuntur; eæ nempe quæ a fundo propius absunt.

CAPUT IX.

Eam terra in qua est paradisus hac nostra sublimiorem esse. — Illud insuper asserimus, eam terram in qua est paradisus altiorem multo sublimioremque exsistere hac quam nos colimus; id enim ita se habere, indicio sunt quatuor illa grandia flumina quæ, orta, in paradisi terra per hanc nostram ab illa diversam feruntur. Nisi enim illa terra altior exstaret, fieri non posset, ut ea flumina illinc præcipiti cursu sub mare magnum delata, tandem per hanc a nobis cultam regionem erumpentia spargerentur. Certum igitur est, ea flumina, quia e sublimi loco promanant, ipsa sua præcipiti fluxione coacta strictaque, et proinde cum impetu delata sub terram et magnum mare rapi, atque ob ipsum eum impetum, quo sunt delapsa, rursus prosilire in hac nostra terra, per eamque fluere. Nam quatuor illa flumina (Tigrim, inquam, Euphratem, Gihonem, et Phisonem) sub mare ferri, atque in hac demum quam nos habitamus terra prodire, testatur etiam dominus Ephræm Commentariis in Genesim; et cum eo alii. Clarum igitur ex his est, eam terram in qua situs est paradisus multo eminentiorem sublimioremque esse hac quam nos occupamus.

CAPUT X.

De regno cœlesti in quo justi voluptate afficientur, sitne in terris an supra cœlum. — Regnum porro cœleste illud quod justorum deliciis destinatum est

Digitized by Google

posteaquam revixerint mortales, ut ait Dominus noster, non esse in terris, sed supra cœlum (hoc est, supra firmamentum), quod proxime supra nos est, multis argumentis comprobatur. Primo enim ipsum vocabulum hoc arguit, quo cœleste regnum, non terrestre a Domino appellatum est : deinde idem ille Dominus dixit *Vado parare vobis locum* [27]. Et : *Ubi ego sum, illic et minister meus erit.* Jam vero dubium nullum est, quin Christus vere in cœlum conscenderit. Præterea divus Paulus scribit in hæc verba : *Vos autem accessistis ad montem Sion, et ad civitatem Dei vivi, ad Jerusalem quæ est in cœlo, et ad cœtus myriadum angelorum atque ad Ecclesiam primogenitorum qui scripti sunt in cœlo* [28]. Et alibi : *Scimus enim quod quamvis domus hæc nostra quæ in terris est*, corpus nempe, *dissolvatur, structuram tamen habeamus quæ a Deo est, domum non constructam manibus in cœlo sempiternam* [29]. Ad hoc Joannes monachus, sermone priore quem de mundo novo scripsit, sic ait : Enimvero regnum illud cœleste Christi, non erat sub firmamento, sed supra cœlum, ubi potestatum ordines exsistunt. Liquet igitur cœleste regnum in quo beati voluptate fruentur postquam revixerint, supra cœlum (hoc est firmamentum) id quod supra nos apparet, positum esse.

CAPUT XI.

Aliud esse regnum cœleste, aliud paradisum. — Est vero inter cœleste regnum et paradisum magna admodum differentia atque diversitas. Nam regnum cœleste supra cœli firmamentum est, at paradisus sub firmamento in terris : ad hoc, regnum cœleste spiritale est; paradisus vero et ad corpus et ad spiritum spectat, ut superius comprobavimus. Deinde cœlestis regni voluptas ea est quæ ex Deo cum beatis angelis capitur; paradisi vero deliciæ ex arboribus amœnis atque desiderabilibus, nec non ex ingenti illo flumine habentur. Præterea regnum cœleste *nec oculus vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis ascendit*, ut apostolorum princeps Paulus ait [30]; sed paradisus et Adæ et Evæ oculis aspectus est, auribusque auditus, et subiit in ipsorum animos. Insuper cum in lege, tum in Evangelio distinguuntur : in lege enim beatus Moses in eo libro quem Genesim (hoc est, *de rerum ortu*) vocamus, de paradiso locutus est, eumque suis notis descripsit; de cœli autem regno non verbum quidem fecit. Rursus in Evangelio Dominus noster, ejusque discipuli et Joannes Baptista concionantes, adhortati sunt mortales ad pœnitentiam, quia in propinquo esset regnum cœleste [31]; sed paradisum esse vicinum non dixere. Denique hoc quoque inter illa discrimen est, quod post resurrectionem conscensuri sint justi ad cœleste regnum, atque illic in summa voluptate acturi, juxta verax Domini promissum; in paradisum vero post resurrectionem nemo ingredietur, sed mansurus est ille cultoribus vacuus. Postremo diversa inter se esse regnum cœli et paradisum, affirmant etiam doctores, quos honoris causa nomino : dominus Joannes quidem in ea oratione, cui titulus est, Cur arbor illa scientiæ boni et mali appellata sit; et quid sibi velit illud Christi ad latronem, *Hodie mecum eris in paradiso* [32] : Severus vero, oratione 22 Epithronii, ut superius (2) ostendimus.

CAPUT XII.

Utrum in hoc terrarum orbe quem mortales habitant an extra eum sit paradisus. — Philosophorum profanorum, imo nonnullorum etiam ecclesiasticorum doctorum sententia est, elementa ipsa alterum in altero esse, atque alterum ab altero circumdari : terram enim ab ipsa aqua, aquam ab aere, aerem ab igne contineri (de qua re nos quoque dilucide egimus in eo libro quem de sex diebus conscripsimus), et proinde existimant mare Oceanum totam ambire terram, non secus atque coronam caput, aut cingulum lumbos; ita ut ab extrema Oceani parte nulla prorsus terra sit, sed aer ei oræ ex omni regione circumfusus. At alii opinantur, amplecti quidem mare Oceanum hunc habitabilem orbem, quantus est, ut corona caput, vel zona corpus cingit; et tamen ultra extremam illam Oceani oram superesse eam terram, in qua consitus fuit paradisus. Itaque putant hi paradisum extra hunc a mortalibus frequentatum orbem exstitisse; quod sane suis argumentis posse comprobari videtur. Nemo enim unquam regulorum eo profectus paradisum conspexit : qui si intra eam mundi partem quæ ab hominibus habitatur positus esset, procul dubio reges qui id facere potuissent visum eum ivissent : a qua re tamen omnes adhuc, ob eam ut videtur quam modo dixi causam, abstinuere. Ait enim, qui in hac sunt sententia, aiunt mare illud quod inter hanc nostram et illam terram interfluit, innavigabile esse, ideoque neminem regum illuc trajecisse. Alii vero illi qui elementa ambiri alterum ab altero, atque Oceani aquas universam omnino circumdare terram putant, ut nullum supersit solum ultra mare, paradisum intra mare quidem positum esse aiunt, verum ob montes difficillimos et penitus invios qui inter illum et nos exsistunt, neminem mortalium illuc accessisse. Conficitur itaque ex his, paradisum extra eum terræ orbem quem homines colimus, situm esse.

CAPUT XIII.

In qua mundi regione positus sit paradisus. — Sed quærat aliquis, in quanam mundi regione positus sit paradisus : versus Orientem, an Occidentem, ad Meridiem, an Septentrionem? Huic

[27] Joan. XIV, 2. [28] Hebr. XII, 22, 23. [29] II Cor. V, 1. [30] I Cor. II, 9. [31] Matth. III, 1. [32] Luc. XXIII, 43.

(2) *Supra cap.* 7 sub finem.

Digitized by Google

respondemus, Basilium quidem et ejus fratrem A Gregorium Nyssenum, atque præter hos dominum Severum, compluresque alios opinari paradisum ad Orientalem terræ regionem exstare. Basilius enim sermone super illud Pauli [33], *In omni re gratias agite*, ad hunc modum scribit : « Ideo ad Orientem versi inter orandum stetimus, ut oculos nostros ad contemplandum paradisum assuefaceremus, eoque locum nostrum pristinum requireremus. Gregorius vero Nyssenus, sermone quem in Orationem Dominicam composuit, sic ait : Convertimus nos ad Orientem, non ideo modo quod illic Deus sit aspectabilis, qui ubique est, neque ullo particulari loco omnino continetur cum omnem ex æquo occupet, sed quia locus noster pristinus in Oriente est : de ea vita loquor quam B in paradiso agitabamus, ex quo deinde excidimus ; conservat enim Deus paradisum in Eden, in Oriente. Cum igitur ad Orientem dirigimus oculorum nostrorum aciem, atque casum (3) nostrum quo ex beatissimis illis locis excidimus, revocamus in animos nostros, merito hanc tuam precationem tibi offerimus, etc. Denique dominus Severus, oratione qua disserit cur versi ad Orientem adoremus, hæc prodidit : Quia paradisus in Oriente est, et illinc sumus egressi, atque ad locum nostrum antiquum reverti speramus, etc. Sunt etiam qui hinc constare existiment, paradisum in Oriente esse, quia qui templa aut ædes construere volunt ad Orientem spectantia, ita describunt, ut ad solem in mense C Nisan Orientem obversa sit fabrica, nimirum quia illo mense sol supra paradisi locum oriatur. Et horum alii quidem diem decimum quintum mensis Nisan observant, quasi eo solis radii recte ex orientalibus fenestris prosiliant; alii vero quartum, eoque id fieri putant, quod sol eo sit die creatus, et cursum suum occeperit. Verum Ephræm dicit paradisum universam ambire terram, atque ultra Oceanum ita positum esse ut totum terrarum orbem ab omni circumdet regione, non aliter atque lunæ orbis lunam cingit. Sunt autem hæc ejus fere verba, quibus in ea sua disputatione utitur : Quia procul extra conspectum dissitus est paradisus, neque tam acuta inest oculis nostris acies, ut illum assequi possimus; si de ipso periculum D facere velis, facile contuleris cum circulo lunam ambiente, atque ita intellectu comprehenderis : nam ita ille et mare et terram intra se complectitur.

CAPUT XIV.

Quomodo trajecerint primi parentes ex paradisi terra in hanc terram. Et habitaritne Adamus in regione Hierosolymorum, annon. — Quidam eorum doctorum, qui censent paradisum ultra Oceanum esse positum, dixere primos homines ex illa paradiso affini terra in hanc nostram per vadosum mare pedibus commeasse, cum essent staturæ procerissimæ ; atque hoc tum ex Athanasio tum e Cyrillo comprobare nituntur, qui inter alia scribunt, habitationem primam post paradisum fuisse Adamo in Judæa : præterea ipsum, posteaquam per plurimas regiones vagatus in aliis atque aliis habitasset locis, tandem sub vitæ finem venisse in montem Jebus, ibique sepultum esse; certum est autem Jebus esse Jerusalem. Et vero dominus Jacobus Orrohaita tradit etiam Noam illic habitasse, atque in regione Sodomorum plantasse illas cedros ex quibus arcam construxit : quam arcam cum esset una cum liberis suis conscensurus impendente diluvio, secum in eam intulisse ossa Adami, eaque deinde post diluvium arca egressum, suis filiis distribuisse, prout orbem terrarum inter illos habitandum partiebatur. Verbi gratia : Calvariam Adami dedisse primogenito suo Sem, et terram assignasse ei Judæam, atque ita posteritatem Sem, cum ei Judæam ceu suam hæreditatem venisset, illam Adæ Calvariam quæ sibi illius ossibus ex paterna distributione obvenerat, in Adæ sepulcro quod alioqui jam tum illic exstabat, reposuisse. Sed alii existimant, inde ex quo deliquerat Adamus, eque paradiso fuerat eliminatus : usque ad diluvium, mortales omnes mansisse in ea terra quæ trans Oceanum circum paradisum exstabat : hanc vero quam nos jam habemus terram ad id usque tempus vacuam prorsus hominum fuisse desertamque ; illosque omnes diluvio obrutos propter vitæ impuritatem periisse, uno Noa viro justo cum tribus liberis atque conjugibus superstite, ut reliqui tum fuerint soli octo mortales. Cæterum Noam cedros in illa quæ ultra Oceanum est terra sevisse, atque ex illis arcam illic struxisse ; eaque vectos octo illos homines, cum a diluvio servati essent, ex illa paradisi regione in hanc nostram pervenisse : non autem pedibus maris vadum transmisisse. Qui hanc sententiam tuentur, Ephræm auctorem laudant, qui in suis Commentariis sic scriptum reliquit : « Et ejecit eum ex eo (paradisum intellige) assignavitque ipsi non procul ab eo. Benignitas atque gratia scopus est perpetuus Deo ; ejus etiam rei apud inferos vestigia exstant. Habitationem dederat ipsi in paradiso, sed prævaricatus est : rursus ergo extrusit paradiso, sed in propinquo collocavit. Sed et hic perditissimi homines deliquerunt, et qui juxta paradisum habitarent, indigni evaserunt : arcæ igitur imperavit, ea in Armeniam illos portavit. » Hactenus Ephræm. Quæ si sic se habent, verumque est, Adæ Calvariam in Jebus (hoc est, Jerusalem) sepultam, et Christi crucem in eam defixam fuisse : certum quoque erit, Noam asportasse ossa Adami ex altera illa terra, eum-

[33] I Thess. v, 18.

(3) Alias *exitum*.

que, ubi in hanc nostram trajecisset, filio suo primogenito Sem caput dedisse : hujusque posteritatem illud in Jebus (utpote sua ipsorum possessione) sepelivisse. Hæc igitur ab illis dicuntur qui opinantur paradisum ultra mare Oceanum exsistere ; at illorum qui putant paradisum intra Oceanum esse positum, neque nos mari sed inviis et haud penetrabilibus montibus ab illo prohiberi, partim dicunt Adæ nepotes pedibus ex illa regione in hanc nostram commeasse, partim vero oberrante arca illinc esse huc delatos.

CAPUT XV.

Quam sit amplum paradisi spatium. — Sive autem paradisus in regione modo Orientali positus est, ut dixere Basilius, Gregorius, Severus et complures alii, necessum est spatiosum admodum atque amplum fuisse ; ei enim rei fidem facit ingens illud flumen quo rigabatur. Nam si hoc, ubi paradisum satis abluit, in quatuor grandes fluvios dissecatur, qui magnam orbis hujus quem nos colimus partem suo cursu alluunt, maximum profecto, amplissimum atque profundissimum, ut sit consentaneum est, antequam in quatuor illos diductum atque dispertitum sit grandes fluvios. Jam vero ex fluminis magnitudine conficitur, paradisum qui illo rigatur amplissimum quoque esse. Sin vero (quæ Ephræmi sententia est) omnem undique terram nostram cum Oceano ambit paradisus, profecto nihil prorsus dubitationis reliquum est, quin sit amplissimus patentissimusque.

CAPUT XVI.

Quid sit Eden, et cur paradisus vocetur paradisus. — Eden Hebræis voluptatis significationem habet, et credibile est Græcos suam ἡδονὴ inde formasse. — Cæterum Eden locus est amplus ac spatiosus, sic dictus, quod delicatus, ac multis variisque arboribus exornatus sit. Paradisus vero appellatur paradisus quod locus sit cultus plurimis pulcherrimisque plantis, cum odoratu tum gustatu jucundis, planeque congruus, appositus, accommodatus, ut sit domicilium sedesque et amœnitas hominum ; nam hujuscemodi locum consueverunt mortales appellare paradisum. Quare beatus Moyses quoque Jordanis etiam regionem, quia amœna atque spectabilis esset id temporis, paradisum nominavit. Porro ut regio Eden cunctas reliquas præcellit terras ; ita et ea ejus pars, in qua situs est paradisus, cætera omnia quæ Eden complectitur loca superat : neque enim in Eden ullum est solum præstantius eo in quo paradisus est consitus.

CAPUT XVII.

An fuerint arbores fructusque paradisi quales hæc nostra terra fert, an his dissimiles. — Illud porro affirmamus quoque, neque arbores, neque

A fructus paradisi (etsi arbores fructusque appellentur) tales omnino fuisse, quales hic apud nos progignuntur ; sed longe his præcellentiores, elegantiores, majores. Nam ut ita statuamus, hisce inducimur rationibus. Primum illi fructus non fuere exsecrationi divinæ obnoxii neque damnati, ut hi nostri ; deinde si in hac nostra detestabili terra atque infelice, alia loca, aliis, præstantiores arbores et fructus meliores fuerunt ; quanto magis existimandum fuerit, arbores fructusque paradisi his nostris multo præcellentiores melioresque fuisse ! Et vero hanc nostram sententiam approbat etiam Philoxenus, ea oratione quam de arbore vitæ scriptam reliquit ; nam de paradiso, ejusque plantis verba faciens ait : Nequaquam subjectæ
B sunt exsecrationi atque damnationi ; hæ enim in eam modo terram pronuntiatæ sunt, quæ extra paradisum est, post violatam ab Adamo legem, ita ut ab ipsis paradisus maneret immunis, sicut in hanc usque diem quoque immunis liberque est, eoque et delicatissimæ et speciosissimæ arbores in ipso etiam exstant.

CAPUT XVIII.

Cui vel nunc, vel post resurrectionem usui serviat paradisus. — Sed solent quidam disciplinarum studiosi quærere, quis sit vel jam nunc paradisi usus, vel quis olim futurus, postquam mortales cum corporibus revixerint (1). His nos respondemus, eo fuisse creatum primo consitumque ab opifice
C Deo paradisum, ut Adam cum suis in ipso habitaret. Qui ubi contra Conditoris sui imperium peccassent, eliminati inde pulsique sunt. Ex illo porro tempore usque ad Christi adventum versati sunt in paradiso Enoch atque Elias ; at vero post Christi regis adventum, huic præterea rei servit ut in ipso habitent animæ hominum justorum piorumque, atque eorum qui per corporis sui cruciatus Christi fidem comprobarunt quique fideles Deum amarunt, exutæ corporibus usque ad resurrectionis diem : quod in eo sermone ostendimus, quem de anima fecimus. Nam latronis animam eo subvexit Dominus, dicebat enim ad ipsum : *Profecto dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.* Porro
D post diem resurrectionis, nullus prorsus ejus futurus est usus, sed supervacaneus manebit et vacuus. Jam vero ne quis per conjecturam hæc a nobis dicta putet, libet nonnullis id affirmare rationibus. Primo constat alia etiam spiritus dicata loca, cujusmodi sunt ea ex quibus diabolus cum suis copiis excidit, vacua adhuc manere atque supervacanea : ad hoc pars cœli dimidia ea quam justi post resurrectionem incolent, adhuc vacua est ; præterea ipse terrarum orbis universum tantisper dum linguæ dividerentur, desolatus per hominum infrequentiam manebat, præter unam Babyloniæ

(1) Cave auctorem istum errore Græcorum quorumdam implicitum, sanctorum animas ante judicii diem in terrestri paradiso detineri. Vide librum fratris Thomæ Mabiendæ, theologi, ordinis Prædicatorum, de paradiso, c. 9.

Digitized by Google

regionem in quam multi convenerant mortales : A insuper hacce etiam tempestate plurima sunt in orbe loca quæ neque ab hominibus neque ab angelis incoluntur, plurima item maria innavigabilia. Denique post resurrectionem nihil erit opus aut sole, aut luna, aut stellis cæteris, vel ullis omnino animantibus, serpentibus, avibus. Postremo post resurrectionem nullus justorum mansurus est in terris, quippe qui supra firmamentum conscendent, sed soli illic relinquentur et moraturi sunt impii. Ut ergo in his omnibus cum ita sese habeant, nihil absurdum aut dissentaneum, nihil mutilum aut hians esse dicimus : ita neque in eo, quod paradisus post resurrectionem nullis usibus serviet, quidquam deforme aut hiulcum inesse statueris. B Insuper reges sæpe maximis sumptibus magna extruunt ædificia, quæ postquam ipsorum usui fecere satis, vacua deinde relinquuntur, et tamen minime temere, aut inconsiderate illa structa existimantur : quis igitur Deum prudentissimum rerum dispensatorem inconsiderantiæ arguat, qui cum paradisum condidisset Adami gratia, eumque in illo collocasset, ut cum voluptate haberet, peccantem inde ejecit, vacuumque illum reliquit?

CAPUT XIX.

Cujusmodi fuerit arbor scientiæ boni et mali, quam interdixerat Adamo Deus, et quæ sit ratio ejus nominis. — Beatus Moses primo libro scripsit in hanc sententiam : C *Et præcepit Dominus Deus Adæ, dixitque ei : De omnibus arboribus paradisi edendo edes : ut de arbore scientiæ boni et mali ne edas ; nam quo die de hac edes, mortem oppetes* [34]. Et paulo post : *Et accepit mulier de fructibus arboris, editque, ac dedit etiam viro suo, qui et ipse edit* [35]. Hic tria se offerunt disquirenda, quorum primum est, cur arbor illa appellata sit scientiæ boni et mali ; alterum, quid sit bonum, et quid malum ; tertium, cujus generis fuerit illa arbor. Igitur quod ad primum attinet, hoc est, vocabuli rationem, dicimus minime appellatam esse arborem scientiæ boni et mali, quod ipsa esset prædita cognitione qua inter bonum et malum posset dijudicare, neque etiam quod ipsa ejus rei scientiam in Adamum contulerit. D Nam illiusmodi cognitionis expertem penitus fuisse arborem vel hinc intelligas, quod ne bruta quidem (necdum rationali) anima fuerit prædita : nam si bruta, mactanda primum fuisset ut cætera animantia, antequam de ea potuissent edere primi parentes ; rationali vero omnino caruisse certissimum est, cum nulla facultate rebus pro arbitrio utendi dotata fuerit, neque aliquam a Conditore legem acceperit, qualem iis ille imposuit quæ ratione donavit. Quare si per neutram dictarum animarum vivebat arbor illa, colligitur neque scientiam in se ullam habuisse qua bonum posset a malo discernere. Quod porro nullam ipsa cognitionem Adamo dederit, certum est, quandoquidem ille alioqui jam ante fuerat scientia boni malique ornatus : compositus enim erat ex anima rationali quæ boni malique judicio pollet. Ad hoc, lex imperabatur Adamo, qualis non nisi iis qui inter bonum et malum norunt discrimen, recte imponitur : nam alioqui (quod absit!) habuisset ille quod de Deo quereretur, qui legem sibi omnis prorsus judicii experti præscripsisset. Insuper nisi illiusmodi scientia jam tum fuisset imbutus Adam, qui potuisset nomina animantibus indere? qui agnoscere Evam uxorem suam, atque de ea dicere : *Hoc jam os ex ossibus meis, et caro de carne mea* [36], etc. Denique divinitatis desiderio tangebatur Adam, atque ejus adipiscendæ causa de arbore illa gustabat : quare necessum est boni malique cognitionem in ipso fuisse, qui divinitatis præstantiam dignitatemque intelligebat, eamque affectabat. Insuper considerat ipsum Deus ad imaginem similitudinemque suam, et omnium quæ viverent, absolutissimum fecerat. Eum vero qui talis a Deo fuerat conditus, quis negel, judicio (hoc est, boni malique cognitione) dotatum fuisse? Nam quod cacodæmonis fuit fraude seductus, non boni malique ignoratione evenit ; sed quia suæ ipsæ cupiditati, pellectus, indulsit. Nam etiam nunc qui peccant, nequaquam ut omnis cognitionis vacui peccant, cur enim tales condemnarentur? sed a suo ipsorum affectu seducuntur. Postremo fieri non potuit ut arbor eo Adamum imbueret, quo ipsa carebat. Perficitur ergo ex iis quæ adhuc dicta sunt, non ideo arborem scientiæ boni et mali vocatam esse, quod vel ullam ipsa boni a malo distinguendi peritiam habuerit ; vel Adamo de se edenti scientiam ejusmodi accommodaverit. Sed cur demum id nominis sortita sit prius quam expediamus, dicendum est ; quid boni, quidque mali vocabulis sit intelligendum. Bonum igitur, est ipsa obedientia ; malum vero, contrarium obedientiæ vitium, rebellio. Nam obedientiam bonum esse ostendunt illa legis verba : *Dilige Dominum Deum tuum* [37] ; ex amore enim atque charitate obedientia nascitur. Est igitur bonum obedientia. Rursus malum esse rebellionem probant illa Dei verba : *Duo mala fecit populus meus ; me dereliquerunt, fontem aquæ vivæ, et profecti foderunt sibi fossas effractas quæ non possunt continere in se aquas* [38]. Jam vero dicimus, arborem scientiæ boni et mali illam esse appellatam, quia per eam, reipsa facto periculo, Adamus agnovit bonum et malum. At enim dices, hinc colligi, Adamum fuisse cariturum boni et mali cognitione, nisi de illa arbore gustasset. Sed respondemus, scivisse quidem Adamum obedientiam bonum esse, et rebellionem malum, ut qui esset ad Dei similitudinem conditus, et ratione

[34] Gen. II, 16, 17. [35] Gen. III 6. [36] Gen. II, 2, 23. [37] Deut. VI, 5. [38] Jerem. II 13.

Digitized by Google

pollens, facultateque rerum quas animo concepisset dijudicandarum : verumtamen id ipsum post, per experientiam quoque rei didicisse, ubi contigisset atque gustasset vetitos fructus. Sicut et Cain non ignorabat quidem rem malam esse homicidium, priusquam id perpetrasset; verum deinde clarius hoc ipsum per experientiam rei didicit homicidio admisso, cum fugaci mobilitate esset multatus. Quin et nos quoque novimus ea quæ mala sunt, antequam mala designemus : verum ubi jam ipsa patravimus, tum reipsa intelligimus mala esse; et quidem multo certius, tum cum meritam ob illa pœnam pendimus. Denique quemadmodum malum esse morbum non nescimus longe antequam ægrotamus, et tamen facto periculo hoc ipsum propius penitusque agnoscimus cum morbo vexamur; et ut sanitatem omnes norunt bonam esse etiam quando ea carent, cæterum ubi fruuntur sanitate, jam cujusmodi et quantum bonum sit, per experientiam certius intelligunt : ita et Adamus sciebat quidem, antequam de vetita arbore gustasset, bonam esse obedientiam, malamque rebellionem; verum cum rebellasset, hoc ipsum experientia magistra rectius agnovit. Qua enim sententia de paradisi bonis dejectus, atque in hanc damnatam terram relegatus est, eamdem per periculum didicit quantum bonum esset obedientia, et quantum contra malum rebellio. Igitur vocata est arbor scientiæ boni et mali, quia Adamus per ipsam expertus est quid esset bonum et quid malum, atque reipsa agnovit obedientiam esse bonum, malum vero rebellionem. Sed enim, dicet aliquis, demus Adamum per illam arborem esse expertum quid bonum et quid malum esset, non proinde justa ratio ea videtur, ob quam arbor ipsa scientiæ boni et mali vocaretur, quæ scientiam in se nullam haberet. Respondemus eum esse morem sacrarum Litterarum, ut et locis et temporibus earum rerum accommodent nomina, quæ rebus ipsis in locis et temporibus illis evenientibus debentur. Sic puteum quemdam *jurgii* appellarunt, cum puteus non jurgasset sed de puteo ipso inter se contendissent pastores [39]. Et rursus alium *puteum juramenti*, non quasi ipse juratus esset, sed quia de ipso facta fuerant juramenta [40]. Similiter cumulum quemdam lapidum vocarunt *cumulum testimonii* [41], qui nullum potuit dicere testimonium, sed quia apud ipsum peracta fuerat contestatio inter Jacob et Labam. Denique Jacob Bethel nominavit *exercitum Dei* [42], cum locus ipse haud esset exercitus Dei, verum quia in eo loco exercitum Dei ille vidisset. Ad eumdem igitur modum arbor illa cognominata est scientiæ boni et mali, non quod ipsa vel in se talem scientiam habuerit aut eam in Adamo effecerit, qua hic jam ante pollebat, sed quia per eam arborem est ille reipsa expertus, atque (ut ita dicam) efficienter

A edoctus quid esset bonum et quid malum, quippe in ea arbore positum erat periculum et obedientiæ et rebellionis Adami, atque per eam clare agnovit ille boni malique rationem ipso rei effectu, didicitque quantum esset boni in observando Dei mandato positum, et quantum contra mali in prævaricando. Parere enim præcepto bonum; non parere, malum appellavit Scriptura. Hæc igitur de nominis ratione dicta satis sunto; jam reliquum est ut expendamus cujus illa generis arbor fuerit. Sunt quidam qui existiment non fuisse arborem id de quo gustavit Adam, sed venereum amplexum quo cum uxore ille corpus miscuit; eamque ob rem aiunt partum mulieris esse per Dei sententiam doloribus factum obnoxium; neque aliud voluisse
B illud præceptum, Ne edatis de illa arbore, quam, Non coeatis, sed sancte et absque omni Venere vivatis; et : Quo die de illa edetis, mortem moriemini, id esse quo die corpora miscebitis. Verum hanc sententiam minime veram esse vel id satis arguit quod integra virginitate pulsi sint illi paradiso. Censent ergo alii frumentum fuisse hanc arborem, atque ideo Christum quoque suum corpus in pane dedisse : ut qua re contractum esset debitum, eadem et exsolveretur. Rursus alii vitem fuisse contendunt, et idcirco sanguinem suum dedisse Christum in vino pro expianda primorum parentum noxa. Sed nos hæc vera non esse putamus; frumentum enim seges, non arbor dicitur,
C ut neque vitis. Igitur Philoxenus Mabugensis, oratione de arbore vitæ, et multi alii existimant ficum fuisse eam arborem, qua, cum esset Adamo interdictum, non abstinuit. Huic sententiæ nos quoque ut vero similiori subscribimus. Credibile enim est, simul atque de ea arbore edissent, pudore correptos, ex eo quod proxime ad manum erat, subligacula sibi comparavisse quibus sua obvelarent pudenda, ea vero ex ficulneis foliis fuisse facta testatur ipsa Scriptura [43]. Neque enim simile veri potest existimari, ipsos prætermissa ea arbore quæ proxima erat, ad aliam longiuscule dissitam festinasse; ex cujus foliis concinnatis subligaculis suam contegerent nuditatem. Et ergo ficus arbor illa scientiæ boni et mali; qua non vesci cum essent
D jussi, non paruerunt edicto. Sunt tamen qui velint haudquaquam ficum fuisse, sed potius arborem quampiam novi generis atque inusitati, longe reliquis præstantiorem; cujus fructibus interdictum fuerit Adamo : idque hac colligunt ratione, quia peccarit Adam edendo et multatus sit. Nam vulgari (inquiunt) fructu vescendo, neque peccavisset ille, neque pœnam commeruisset. Verum ad hæc respondemus : Cum res aliqua lege prohibita est, non rei vel præstantiam dignitatemque vel utilitatem atque indignitatem, dum aut editur aut omittitur quidquam, referre aut ad peccatum aut ad justitiam vel ad pœnam præmiumve, sed ipsam

[39] Gen. xiii, 7. [40] Gen. xxi, 29 32. [41] Gen. xxxi, 47. [42] Gen. xxxii, 30. [43] Gen. iii, 7.

Digitized by Google

solam hic spectari obedientiam et rebellionem. Verbi causa : Divi Machabæi cum a porcina carne sese abstinerent, eamque ob rem plurima tolerarent mala, non ipsam spectabant suillam carnem, eaque ceu vili et contemptibili cibo abstinebant : sed divinum versabant animo præceptum, quod modis omnibus sibi observandum, neque ullo pacto transiliendum statuebant [44]. Et martyres tormenta plurima sunt perpessi quia de hostiis deorum gustare recusabant; non quod cibi illius rationem haberent qui ex victimis parabatur, sed ne sua ipsorum adversus Deum conscientia pollueretur. Sic divus Paulus permittit nobis ut cibis nullo cum discrimine vescamur, tantisper dum quales sint ignoramus; verum conscios jubet abstinere, nimirum quia non in ipsis cibis, sed in eorum qui his vescuntur conscientia, res sita est [45]. Itaque Adam non ex arboris de qua gustavit pretio dignitateve agnovit delictum suum, sed ex ipsa sua rebellione; punitusque est plane non pro gustati cibi natura, sed propter violatam legem. Quippe in observanda aut violanda lege, omnis justitia consistit atque injustitia; non autem in ea re de qua lex ipsa lata est. Fuit igitur ficus arbor illa scientiæ boni et mali, de qua vescebatur Adamus. Hic rursus objiciet aliquis : Si mortem attulit Adæ gustata arbor, merito pro homicida habenda Deique hoste est; cum hic Adamum condiderit vitaque donarit, illa perdiderit et vitam eripuerit. Sed ad hoc facile respondetur, non arboren sed rebellionem attulisse mortem Adamo. Nam et in lege scribitur : *Qui maledictis usus fuerit in patrem aut matrem moriatur* [46]. Nemo tamen dixerit ipsa maledicta, ei qui ipsis parentem insectatur, mortem infligere, animamque ejus a corpore divellere : sed impietatem, illi esse mortis causam. Ad hoc, in Horeb, mors præstituebatur populo, quisquis oram montis Sinai contingeret [47] : haudquaquam tamen existimandum est, a monte Sinai quemquam occisum esse, sed potius a præcepto violato. Denique si rex aliquis, civitate hac aut illa, alicui sub supplicio capitali interdixerit, accidat porro ut is ea civitate non abstineat, ac proinde capite puniatur a rege : quis illum dixerit a civitate interfectum esse, ac non potius sua ipsum rebellione periisse? Neque vero manna Israelitarum, quod Sabbati nocte servatum non putrescebat, reliquis vero noctibus corrumpebatur; vel ipsa Sabbati nox servabat, vel cæteræ perdebant : sed ex observato violatoque præcepto res tota pendebat [48]. Non igitur Adamo vel arbor, vel gustatus fructus mortem peperit, sed ipsa rebellio.

Cæterum Philoxenus Mabugensis in ea est sententia, ut putet neque arborem illam fructumve gustatum attulisse mortem primis parentibus : si enim, inquit, esca sic illos enecasset, ut herbæ lethales solent interimere eos a quibus vorantur : soli illi, vel tum, cum vescebantur, vel post oppetivissent mortem. Neque rursus ob solam rebellionem illos mortem incurrisse : quandoquidem David tribus modis prævaricatus, per adulterium, per iram, per homicidium, non tamen punitus est, sed delictorum gratiam a Deo consecutus : verum divinitatis affectationem fuisse illis causam mortis. Simul atque enim (inquit) ad Evam dixisset serpens : *Eritis sicut dii, scientes boni et mali* [49], si de illa arbore gustaveritis, evestigio illa, maxima cum aviditate, accepto fructu vescebatur : quare existimandum non est, cibi illius sapore illectam Evam violasse imperium Dei, sed quod speraret se deam fore, divinitatemque affectaret, et ipsam edisse et viro porrexisse. Sed neque Adamum aut fructu ciboque illo inescatum transilivisse præceptum, cum essent in paradiso plurimæ arbores aliæ quibus sibi libidinem (si ea ipsum tanta tenuisset) exsatiare potuisset, aut omnino ullius escæ gratia, spreto atque neglecto Deo conditore suo, obtemperavisse insidioso dæmoni : sed perculsum etiam ipsum divinitatis ambitione prævaricatum esse, deque vetita arbore edisse. Nisi enim illa affectione perturbatum animum habuisset, inquit, facile hæc atque hujusmodi alia opposuisset uxori argumenta : Cur non serpens qui nobis divinitatem ex arbore gustata promittit, ipse prior edit, deusque evasit? Jam vero neque te, ut edisti, deam factam video : qui possim ergo ipse divinitatem sperare si edam? Et, qui valeat arbor, quæ etiam spiritu caret, deos efficere qui se vescantur? quasi vero suum ipsa superet effectorem! Verum nihil tale respondit ille uxori, neque cum ipsa est ea de re argumentatus : nimirum qui etiam ipse divinitatis cupidine victus per vecordiam tenebatur. Efficitur itaque, neque arborem arborisve fructum vel escam, neque rebellionem attulisse primis nostris parentibus exitium, sed ipsum eorum animum quo prævaricabantur, hoc est, ipsam divinitatis ambitionem. Nam eadem ambitione diabolus quoque cum suis copiis deliquit : dicebat enim : *Ponam sedem meam supra stellas Dei, et ero similis Altissimo* [50]; atque ob hoc ipsum peccatum cœlo deturbati præcipitatique sunt illi.

Hactenus Philoxenus. Sed nos dicimus, ipsam prævaricationem fuisse causam mortis Adamo, idque duabus rationibus comprobamus, quarum ex Dei verbo sumpta hæc est. Dicebat enim Deus Adamo : *Quo die comederis tu de arbore, mortem oppetes* [51]. Altera hæc est : Si divinitatis spe oblata, dæmon non quivisset Adamum atque Evam seducere, procul dubio immortalitate promissa impulisset ad prævaricandum; atque ita quovis tandem modo illi incidissent in mortem violato Dei imperio, quam ipse fuerat eis comminatus; fregisse ergo præceptum Dei, fuit ipsis exitii causa. Sed cur,

[44] II Mach. vi et vii; Levit. xi; Deut. xiv. [45] I Cor. x, 25 seqq. [46] Exod. xxi, 17. [47] Exod. xix, 12. [48] Exod. xvi, 14 seqq.; Num. xi, 7; Deut. viii, 16. [49] Gen. iii, 5. [50] Isa. xiv, 14. [51] Gen. ii, 17.

Digitized by Google

inquiunt, imposuit Deus Adamo legem, quam præsciebat ipsum non esse observaturum? Profecto nisi lex illi fuisset data, in multo majus malum incidisset, quam incidit Satan : præsertim cum in tam regali versaretur palatio, ipso paradiso omnibus deliciis affluente, imperata est ergo illi lex cui non erat obsecundaturus, ne in majus malum prolaberetur, quam data lege ruit. Sunt vero aliæ complures rationes præscribendæ illius legis : quas, volente Deo, post sumus explicaturi.

Verum enimvero quærat aliquis, cur Adami peccatum quod quidem non videbatur gravissimum durissima sit pœna consecuta, ipsa mors. Huic primo respondemus, magis illum admisisse flagitium, quam pependisse pœnam : multiplici enim noxarum genere rebellio illa constabat, inscientia, errore, superbia, incredulitate, calumnia, contemptu denique. Inscientia quidem, quia jumentis, bestiisque similis evasit, qui alioqui sapientia atque ratione pollebat. Errore vero, quippe insidiosi impostoris sui verbis seductus est. Superbia quoque, nam divinitatem affectabat. Insuper incredulitate, non credebat enim eventura ea quæ sibi suus conditor Deus erat interminatus. Calumniis denique, ut quibus ille suum est insectatus parentem. Postremo etiam contemptu; nam imperatam sibi legem vilipendit, sprevit, neglexit. Neque enim sceleris illius existimatione spectandus est cibus quem sumpsit, sed quod spreto suo effectore Deo, hujus jussa violarit : contra vero insidiosi hostis sui verba magni fecerit; id vero in rationem vocandum est, inde flagitium. Illud magnum fuit et gravissima pœna piandum non in Adæ caput solum, sed in omnem prorsus posteritatem propagata. Sicut et *Esau*, qui (ut ait Apostolus [81]) *non invenit locum pœnitentiæ ;* non sane, quia rem quampiam inusitatam comedisset (lentes enim modo ederat), sed quod esset suæ obsecundatus cupiditati, auctoremque suum Deum contempsisset.

CAPUT XX.

Quæ fuerit arbor illa vitæ in medio paradiso et cur vitæ arbor sit vocata. Scriptum est in libro Geneseos : *Et procreaverat Dominus Deus e terra omnem arborem visu appetibilem, et in cibum pulchram; ipsam etiam arborem vitæ in medio paradiso, et arborem scientiæ boni et mali* [82], etc. De arbore scientiæ boni et mali satis a nobis jam dictum est, superest igitur ut de arbore vitæ nunc disseramus, de qua duo hæc veniunt disquirenda : cur vitæ arbor vocetur, et cujusmodi arbor ipsa sit. Sunt autem qui ideo vitæ arborem appellatam putent quod ea esset ipsius conditio atque natura ut vitam immortalem iis conciliaret qui se vescerentur; enim vero hi arborem scientiæ boni et mali, pari quoque ratione dictam volunt, quia cognitionem boni malique iis pareret qui ipsam ederent, cibumque ex ea caperent; nam Deum, per eum cibum qui ex illa arbore esset, in animas eorum qui illo alerentur, vim quamdam efficaciamque indere divinam, a cæteris animæ viribus diversam; sicut carnis ac vini alia est in humano corpore efficientia, alia leguminum : quævis divina efficacitasque bonum a malo secernat. Eadem igitur etiam ratione arborem vitæ vocatam, quia vitam immortalem suppeditaret iis qui ex ipsa cibum nutrimentumque caperent; idque divina quapiam efficientia. Hanc sententiam firmat Numysius philosophus Christianus sic scribens : *En Adam evasit qualis unus e nobis ad cognoscendum bonum et malum; ne igitur extendat manum suam et sumat de arbore vitæ, vescaturque, et vivat perpetuo* [83]. Non hæc dicebat Deus per odium atque invidiam, sed quia indignus esset Adamus qui vitam sempiternam consequeretur, quippe contra quem jam ante lata fuerat sententia : *In pulverem reverteris* [84]. Semovit itaque illum ab arbore vitæ, ne de illa cibum sumeret : qui cibus divino decreto illi esset adversus. Hæc ille philosophus, quibus satis innuit existimare se, ejusmodi fuisse eam arborem ut vitam daret iis qui ipsam gustarent. Dominus vero Jacobus Sarugensis, oratione sua de ejecto Adamo ex paradiso, dicit fieri posse ut arbor illa vitam allatura fuerit immortalem Adamo si de ea edisset, propterea quod mysterium Christi in illa lateret, ac proinde occulta quadam efficientia ipsius fructus ramique pollerent, cum Christus ipse suapte natura vita sit, ac ubicunque ille adest in propinquo, illinc longe absit mors. Et vero hanc sententiam ait Philoxenus Mabugensis se nolle oppugnare, cum credat Deo omnia esse factu facilia. Cæterum alii doctores, quos nos libentius sequimur, aiunt, haud ideo quod vitam ipsa conciliaret vescentibus, vocatam esse vitæ arborem (perinde enim rudis ac stulti ingenii esse, existimare arborem ullam boni malique cognitionem largiri posse iis a quibus ederetur : et esse arborem, qua si vescare, evadas immortalis), sed ob id, hoc illi nomen a Deo datum esse, quo Adamus ad parendum præscriptæ sibi legi animaretur. Nam cum soleat quævis lex duabus fere muniri rebus, pœnæ scilicet denuntiatione, et præmii pollicitatione, quarum illa prævaricationem, hæc observationem comitetur (neque enim minus deberi videtur præmium iis qui obtemperant, quam multa iis qui rebellant) lataque a Deo lex esset, ne Adam de ea arbore quæ scientiæ boni et mali dicebatur, gustaret, et prævaricanti pœna prostituta ipsa mors : *Qua enim die*, inquit, *de illa ederis, mortem obibis;* reliquum erat, ut præmium etiam promitteretur observanti legem. Itaque Deus commonstrata alia arbore quæ in meditullio paradisi sata, magno exstabat insignis decore, vitæ eam appellavit, quasi diceret : Si ab illa arbore scientiæ boni et mali te continueris, legique meæ obtemperaveris, en tibi arborem vitæ de qua edes, vivesque in perpe

[81] Hebr. XII, 17. [82] Gen. II, 9. [83] Gen. III, 22. [84] ibid. 19.

Digitized by Google

tuum. Pro cohortando igitur Adamo ad obsequendum legi, vocata est arbor illa vitæ arbor, ut quantum mortis nomine a rebellando deterreretur, tantum vitæ vocabulo ad parendum impelleretur; eaque gratia præmium quoque plane ex adverso pœnæ responderet, et vita morti. Hanc sententiam probat etiam divus Severus, oratione 33, de epithronio, ubi de cruce Christi loquens ait : Altera vero illa (vitæ arborem dico) gloriam Adæ paritura erat, nisi ille intempestivi cupidine cibi victus, non paruisset edicto. etc. At enim quæret aliquis, cur non potius regnum, aut incorrupta immutabilisque conditio vitæ promissa sit Adæ, si foret morigerus. Sed respondemus capacem illum perfectæ disciplinæ, simul atque conditus erat, esse non potuisse (4*). Si enim post universam illam legis et prophetarum doctrinam, Judæorum quidam in Sadducæorum, ut vocant, sectam prolapsi sunt, mortuorumque resurrectionem et alia sana dogmata negarunt : quanto magis existimandum fuerit Adamum, in ipso statim creationis suæ rudimento, incapacem fuisse absolutæ illius doctrinæ qua persuaderi quivisset, manere aliquod sublime præmium eos qui Deum amarent, præceptorumque ejus observantes essent; ipsum nempe cœleste regnum? Profecto ut filios nostros quos tenellos ad ludum litterarium mittimus erudiendos, quia ingenio adhuc rudi sunt, et nondum absoluto, non hujuscemodi verbis prosequimur : I, da operam litteris, ut in virum prudentem atque doctum, et popularium tuorum primatem evadas : sed meris blanditiis ad frequentandum ludum discendasque litteras cohortamur, et inducimus : ita Adamo quoque Deus, recens a se conditio legem præscribebat, per quam se revereri disceret, eamque legem si transiliret, mortem denuntiabat : sin observaret, concessurum se ipsi promittebat arborem vitæ, de qua ubi gustasset, adeptus immortalitatem victurus esset vitam sempiternam. Non ergo rudi adhuc et indocili homini dicebat? Daturus sum tibi jussibus meis parenti cœleste regnum ; sed arborem veluti digito ostendebat amœna specie appetibilem, fructuque comptam suo, quam vitæ arborem vocabat, morigeroque illi promittebat fore ut ea vesceretur et evaderet immortalis. Neque est quod quis hæc miretur in Adamo, quando ipsis etiam Judæis post omnifaria legis præcepta atque instituta, non cœleste regnum a Deo promissum est, si dictis ejus obsecundarent, sed terra lacte melleque affluens, et arborum fructuumque ferax, quales sunt mali punicæ, oleæ, palmæ, etc. Quid igitur mirum si Adamo, cui nuper adeo legem imposuerat, edulem arborem ostendit, quam vitæ appellavit, ea promissione adjecta, ut si in obsequio

A duraret, hac gustata evaderet immortalis? Igitur ex iis quæ jam dicta sunt, clarum est, ideo vitæ nomen a Deo arbori illi esse inditum, ut eo non minus Adamum ad observandam jam tum præscriptam a se legem animaret atque propensum redderet, quam paulo ante mortis nomine a rebellando deterruerat. Sed hæc de nominis ratione satis sunto. Quod porro restat, cujus ea arbor generis fuerit, neminem adhuc doctorum omnium legimus qui qualis reipsa atque adeo corporis habitu fuerit, explicarit ; nam qui mystice interpretarentur invenimus complures, et nos quoque Deo freti, quando in operis hujus progressu paradisum figurare explicabimus, ea quæ ad arcana hujus arboris sensa spectant, exponemus. Ingenue igitur fatemur non-

B dum didicisse nos qualisnam arbor fuerit quæ vitæ vocabatur, interim corporatam revera exstitisse certo persuasi sumus, ipsumque vocabulum ex creationis libro didiscimus, quod pro incitando Adamo ad obedientiam datum illi esse jam demonstravimus : verum speciem ipsam, et fructus quales fuerint, quibusque compta fuerit frondibus, nondum discendo sumus assecuti.

CAPUT XXI.

De fluvio qui paradisum rigabat, et de quatuor fluviis qui ex illo diducebantur. — Porro de flumine quod paradisum irrigat, hæc scripta nobis reliquit divus Moses : *Et flumen egrediebatur ex Eden ad irrigandum paradisum, atque inde divisum evasit in quatuor capita*[34]. Est autem a nobis jam

C dictum capite 16. Eden esse regionem spatiosam, amplam, amœnam, variam. Paradisum vero locum esse, pulchris, fructuosis, præstantibus, laudabilibusque arboribus, præ quibusvis aliis in tota Eden locis ornatum : Paradisum enim ejus regionis quæ Eden dicitur, partem esse inter alias omnes præstantissimam, laudabilissimam, atque cultoribus suis commodissimam. Igitur illud flumen revera ingens, amplum, copiosum, insigne, ex terra Eden scaturiens atque promanans, in medium penetrat paradisum, eumque universum irrigat; quo perluto, finditur in quatuor deinde fluvios, et ipsos grandes, qui ab illo diducti, simul atque paradisum reliquere, sub ipsa maris Oceani vada dela-

D buntur; atque inde rursus in hac a nobis habitata emergunt terra. Neque vero hæc nobis ipsi fingimus sed tanquam Mosis prophetæ verbis consentanea pronuntiamus, quæ sancto Spiritu auctore scripta sunt. Nam flumen illud ex terra Eden originem ducere, atque profluere his verbis affirmat : *Flumen egrediebatur ex Eden.* Rursus quod paradisum perluat atque irriget, his : *Ad irrigandum paradisum.* Præterea derivationem illam quam ingentes fluvios fieri diximus, irrigato jam tum paradiso ;

[34] Gen. II, 10.

(4*) Fallitur Bar-Cepha. Nam vera theologia docet Adamum conditum a Deo in statu perfectarum scientiarum et cognitionum, tam naturalium quam supernaturalium, quæ principem et caput humani generis decebat S. Thom. I p. q. 94 art. 3.

Digitized by Google

hæc verba significant : *Et illinc funditur, et evadit in 4 capita :* denique cum addit Moses unius fluvii nomen esse Phison, eumque circuire universam terram Hevila ; alterius vero Gehon, qui pervadat totam regionem Æthiopiæ ; tertium porro Diclat appellari, eumque contra Attur ire ; denique quartum vocari Euphratem : satis indicat quatuor eos fluvios, posteaquam paradisum reliquerunt, sub terram delapsos, tandem in hoc a nobis culto orbe prorumpere, scaturireque. Ea igitur quæ tum de uno illo flumine, tum de quatuor aliis ab illo derivatis diximus cum Mosis divini hominis sententia congruunt. Sed urgebit aliquis : Qui possit fieri ut quatuor illi fluvii paradiso egressi præcipitentur sub Oceani vada, atque inde tandem in hac nostra terra erumpant? Huic primo respondemus, ea quæ a nobis fieri non posse existimantur, facilia esse Deo : illum vero quem diximus quatuor fluviorum cursum, atque ejus generis alia, divinum esse opus, non humanum. Deinde hoc quoque responsum volumus, paradisum multo sublimiore positum esse regione, atque hæc nostra exstet terra ; eoque fieri ut illinc per præcipitium delabantur fluvii tanto cum impetu, quantum verbis exprimere non possis, eoque impetu impulsi, pressique sub oceani vada rapiantur, unde rursus prosiliant ebulliantque in hoc a nobis culto orbe. Nam qui aquas in sublime ducere, atque ex altis erectisque canalibus veluti siphonibus profundere laborant, ii ex longo intervallo cataractam sive præcipitium ipsis quoddam alta devexitate abruptum atque difficile comparant, per quod deturbatæ magno cum impetu sub terram condantur : sub qua postquam coactæ, atque suo ipsarum impetu pressæ aliquousque fluxere, tandem per canales illos magna vi qua ex præcipiti illo casu urgentur, sursum emicant. Hæc ita se habere dominus etiam Ephræm, et cum eo doctores alii affirmant : quare nos quoque libenter assentimur. Cæterum quod ad saporem spectat, idemne illis aquis maneat apud nos, qui fuerat in paradiso, an minime : nos pronuntiare non dubitamus, in paradiso esse gustatu gratissimas suavissimasque, inde autem progressas, plurimum suavitatis amittere, acredinis vero contrahere, cum illud paradisi solum læta Dei precatione beatum et felix sit ; at hoc nostrum contra, exsecratione infelix et triste. Quantum igitur interest inter eum fontem cui benedicunt omnes, et eum quem nemo non detestatur ; tantum differt suavitate atque amœnitate, illorum fluviorum sapor quem in paradiso, ab eo quem apud nos obtinent. Nam si nostrates aquæ, unius ejusdemque naturæ cum sint, pro soli indole

A per quod fluunt, dulciores, amariores, insulsiores, salsiores evadunt, cur non existimabimus illos quoque fluvios tantisper dum per beatissimum ac felicissimum locum paradisum fluunt, jucundissimo atque suavissimo sapore esse ; in hoc vero exsecrabilis nostræ tractu terræ de illa suavitate plurimum remittere? Porro beatus Moses et nomina illorum quatuor fluviorum, et loca per quæ feruntur, aliaque eodem spectantia diserte explicavit, ut quæ illa ætate non ignota essent : ait enim : *Nomen unius Phison, qui perlabitur universam terram Havilæ, illic est aurum, et ejus regionis aurum præstans est ; illic Bedolach, gemmæque Berilli ;* quasi dicat : Unus illorum quatuor fluviorum Phison (5) vocatur, qui ubi ab ingenti illo

B flumine medium perluente paradisum derivatus est, atque in terram sub Oceani vade se recepit, rursus prosilit, emicat, scaturitque in Occidua mundi regione, unde Septentrionalem petens, totam Indorum ditionem alluit (hæc enim Havilæ nomine significatur), ac tandem in mare desinit. Græce Phison Diiobis vocatur. Ferunt autem pleramque ripæ hujus fluvii arenam atque etiam alvei præstante auro abundare, et gemmis pretiosis ; nam vox Hebræa, *Bedolah*, margaritas significat. Secundi fluvii nomen est Gehon. Is peragrat universam terram Chus, id. est, Æthiopiæ ; hic a nonnullis etiam Sichor (6) appellatur. Græci Nilum vocant : qui a magno flumine digressus, atque sub maris

C fundum delapsus, prosilit tandem ebullitque in plaga meridionali, atque universam Æthiopum regionem peragrans, demum in Adriam exoneratur (7) ; quod mare Ægypti fines alluit. Tertius fluvius Diclat, hoc est, Tigris, contra Attur (8) fluit. Quartus est Perath, id est, Euphrates. Et hi quoque duo, ab illo grandiore diducti, et sub mare mersi prodeunt tandem in medio hoc nostro orbe vicinis inter se fontibus perluitque Diclat orientalem Mesopotamiæ regionem ; quem, ut Perath tractu vicino aliquandiu comitatus est, labuntur ambo in magnum mare australæ Bosræ (9).

CAPUT XXII.

Tria loca pro Adamo condita a Deo — Solent quidam percontari, quid Adamo Evæque futurum

D fuisset, si impositam sibi a Deo legem in paradiso non fregissent. His respondemus, subvehendos fuisse ex paradiso supra hoc cœli firmamentum quod supra nos positum intuemur, atque in cœlesti regno voluptate incredibili et immortalitate prorsus beandos ; hoc enim præmii atque pretii pro observata lege dandum illis fuisse. Tria enim loca condiderat pro Adamo Deus : cœlum, paradi-

(5) Unde hoc nomen habeat nescire me fateor, infra autem habet *Dijabis*, cap. 28.

(6) Sichor vox est Hebraica significans *nigrum* ac *rubidum*. Quod autem Nilus etiam a veteribus μέλας dictus sit testatur Plutarchus libello *De fluminibus*.

(7) Melius, in Mediterraneum, cap. 28.

(8) Ascur, infra. Tigrin etiam hodie Syri *Diclat* vulgo vocant ; et Plinius affine vocabulo *Diglitum* appellatum memorat, qua lenior fluit, lib. VI, cap. 27.

(9) Bosram aiunt Syri urbem esse ad sinum Persicum, alioqui Amos II, in Idumea recensetur et apud Jeremiam, c. 48, in Moabitide.

Digitized by Google

sum, et hanc quæ extra paradisum est terram : idque hac justissima ratione scilicet ut illum a se effectum oblectaret in paradiso, simul et periculum faceret, morigerusne foret in observanda lege, an rebellis : et morigero quidem præmium culti præcepti daretur regnum cœleste, in quo ex paradiso sustolleretur, ut ibi omnis expers mortalitatis in summa voluptate vitam agitaret; rebellis vero atque prævaricator e paradiso in hanc maledictam terram detruderetur. Nam et angeli jussa peragunt, divinæque voluntati obsequentes sunt, non absque spe præmii quod ipsis dabitur post generalem mortalium resurrectionem (10) : igitur si angeli ea cum spe Dei cultum exsequuntur, Adam quoque atque Eva cum omni sua posteritate legi divinæ in paradiso hac spe paruissent, virtutemque excoluissent, quod inde ad cœli regnum essent evehendi. Efficitur ergo ut quemadmodum abjecti sunt in hanc detestabilem terram propter suum peccatum legemque Dei violatam, ita si legis observantes mansissent, futurum fuisse, ut cœleste regnum conscenderent, atque inibi in deliciis perpetuum degerent ævum. Hæc ita esse testatur Gregorius Theologus ea oratione quam scripsit in Dominicam novam, his verbis : Si mansissemus id quod eramus, legemque Dei observassemus, id facti essemus quod non fueramus, per accessum nimirum ad lignum vitæ post lignum scientiæ. Sed quid facti ? facti immortales, atque ad Deum propius admissi. Philoxenus præterea oratione de contemplatione ligni vitæ sic scribit : Deus non solum per naturæ instinctum et Scripturæ auctoritatem ducit nos in agnitionem mysteriorum crucis, sed per ipsum etiam quem conseruit paradisum, quæ prima fuit generis nostri habitatio. Nam ut angelorum sedes est cœlum, dæmonum vero post ipsorum casum aer (nimirum medio positus loco); insuper animantium brutorum et hominum post violatam legem, hæc terra in qua nunc versamur; denique piscium et natatilium omnium aquæ; postremo animæ corpus in quod primum est inspirata : sic quoque destinatus fuerat paradisus ut esset hominum, priusquam peccassent, domicilium. Cum porro in eo leve atque observatu facile mandatum accepisset Adamus, si cui paruisset, in cœlum illinc evehendus erat : illo spreto, Deique neglecto verbo, non modo caruit cœlo, quod sibi alioqui cum incorporeis illis copiis commune futurum fuisset; verum etiam paradiso, qui medius erat locus, per ignominiam dejectus est in hanc terram peccato obnoxiam, ut in ea cum brutis pecudibus versaretur. Præterea dominus Joannes oratione contra eos qui mundum gubernari a dæmonibus putant, scriptum reliquit in hanc sententiam : Si ejiciendus erat Adam de paradiso, cur ab initio donatus est a Deo paradiso ? nostra certe causa hæc ita evenire oportebat. Nam si primi illi

A parentes nostri cavissent sibi atque Dominum suum agnovissent, ejusque paruissent jussis, et animi modestiam humilitatemque retinuissent, nequaquam amisissent id quo præditi fuerant decus atque ornamentum. Denique dominus Jacobus Botnanensis, oratione de ejecto Adamo extra paradisum, hæc scripta reliquit : Condiderat Deus Adamum, non quo paradiso pelleret, sed ut paradisum veluti jure hæreditario possideret, in eoque dominaretur, eo hominem finxerat, quippe cujus gratia etiam mundum ipsum creaverat : quamobrem simul atque conditus est, incolere paradisum cœpit, quando adhuc nulla nuptiarum mentio erat. Tum mox subjicit : Et ut in paradiso, ita in cœlo quoque victuri erant in suavissima cum Deo consuetudine, atque

B familiaritate, etc. Colligitur itaque ex his sanctorum Patrum atque probatorum auctorum dictis, Adamum et Evam, si mandati divini observantes mansissent neque deliquissent sustollendos fuisse in cœleste regnum supra firmamentum, ubi prorsus immortalitate donati, in sempiterna vixissent voluptate. Quin hoc ipsum rationi æque certe consentaneum est; ut enim propter violatæ legis peccatum paradiso eliminati sunt, atque in hanc maledictam detrusi terram, ita si divinis jussis obtemperavissent, eoque justi effecti fuissent, hoc erant præmio afficiendi; scilicet ut ex paradiso in cœleste regnum emigrarent, quo inde ab orbe condito ipsis fuerat paratum, ut ait Dominus, ad Adæ et Evæ posteritatem.

C

CAPUT XXIII.

Quandiu in paradiso mansissent priusquam ad cœleste regnum traducendi fuissent, si non deliquissent primi parentes. — Sed jam quæstio oritur de temporis spatio quantisper scilicet in paradiso fuissent commoraturi primi nostri parentes, antequam ad cœleste regnum emigrassent, si paruissent divinæ legi. Tantisper sane dum pro divina benedictione : *Crescite et multiplicamini*, aucti prole atque multiplicati homines numerum æquassent Satanæ et earum copiarum quæ cum ipso exciderant cœlo. Eo enim numero expleto, qui numerus in Dei cognitione fuit definitus, elapsoque jam tum justo tempore; traducturus erat ipsos Deus in regnum cœleste. Ejus enim rei gratia tam

D spatiosum, amplum, capacem condiderat paradisum, ut universæ posteritati Adæ satis in ipso esset loci ad morandum. In hac etiam sententia est Gregorius Theologus dum ait mundum superiorem, expleri debere; vocat enim mundum superiorem, ipsas cœlestes copias, quarum numerum, diaboli et ejus sociorum casu diminutum, censet instaurandum esse atque supplendum, ascitis totidem in illorum qui excidere locum; hoc est, traductis in cœleste regnum hominibus. Gregorius quoque Nyssænus Commentario de compositione hominis, capit. 18, ad hunc modum scribit : Sed modus ille multipli-

(10) Caute lege : nihil enim præmii essentialis angelis obvenit aut accrescet post generalem hominum resurrectionem, nisi tantum accidentale Vide Sixtum lib. v, *Biblioth.*, annot. 126.

Digitized by Google

candi qui in angelorum natura est, in iis etiam qui paulum diminuti sunt ab angelis (hoc est, in hominibus) viam suam exercuisset ad multiplicandum genus humanum usque ad definitum Opificis consilio numerum.

CAPUT XXIV.

Adamum et Evam non solos in paradiso mansuros fuisse, sed sobole multa augendos, si mandatum Dei non violassent.—Solent porro hoc etiam quærere (11), qui rerum cognoscendarum desiderio tenentur; fuissent ne primi parentes soli in paradiso moraturi, si legem observassent; an vero sobole procreata nihilominus crevissent numero homines. Quibus responsum volumus generaturos, maximoque numero multiplicandos fuisse: idque vel ex ipsa benedictione qua ipsos prosecutus fuerat Deus constare, cum diceret: *Crescite et multiplicamini, terramque replete et eam subigite.* Ea enim verba cum simul cum fausta precatione mandatum contineant; quis ambigat, quin Dei et apprecatio et mandatum prorsus præstanda fuerint? Conficitur itaque, Adamum et Evam sobolem numerosam propagaturos fuisse; neque solus illos paradisum habitaturos, si obedientes mansissent.

CAPUT XXV.

Cæterum, quod quæri solet, per Venereumne complexum operam liberis gignendis daturi fuissent homines in paradiso, an absque nuptiis: dicimus, ut ipsa nostra natura arcano conditoris sui Dei consilio scite fecundatur, augetur, multiplicatur; ita universum quoque humanum genus fecundandum, augendum, multiplicandum fuisse, et quidem absque concubitu. Nam et angeli multi evaserunt quidem, sed absque nuptiis, et Adam atque Eva sine Venere nati fuerant; ad hoc, etiam nunc videre est multa animalium genera absque coitu propagari, quale est vermium genus, et culicum, aliaque complura. Hanc sententiam approbat quoque Gregorius Nyssæus, Commentariis de hominis compositione, capit. 18, inquiens: Aiunt quidam, si nullus fuisset in paradiso complexus, humanas animas in magno numero futuras non fuisse. Nos vero dicimus hominem ante peccatum admissum quasi angelum fuisse, sed per peccatum ruisse; ipsa enim resurrectio reditus est ad pristinam conditionem. Ergo si post resurrectionem erimus veluti angeli, consequitur tales quoque fuisse ante peccatum. Atqui angeli non junguntur amplexu; ergo neque homines juncti fuissent nisi peccassent: sed sicut angeli absque nuptiis millies mille sunt, et myriades myriadum numero superant, ita nos quoque, nisi angelicus ille status in nobis mutatus fuisset connubio ad nostri multiplicationem minime opus habuissemus,

A sed idem ille modus quo angelorum natura multiplicata est in humano genere quod *Paululum ab angelis minutum est* [87], efficax fuisset, ut ad eum augesceret numerum qui Dei consilio definitus erat. Quod si quis vero quærat procreandarum animarum absque nuptiis rationem modumque, is vicissim nobis dicat, quo sol sistant modo angeli, sic enim homines sine complexu fuissent multiplicati ut angeli. Idem Nyssæus, cap. 14. ejus operis, sic habet: Si me interrogaveris, qui potuissent tot hominum millia procreari, si concubitus nullus fuisset, ego mutuum ex te petam, qui sit prognatus Adam, qui Eva, quando nullæ intervenerat nuptiæ! Quid ergo? ad eumne modum, quo illi sunt effecti, nascituri erant deinceps omnes mortales? Sane genituræ
B modus talisne an alius fuerit futurus, id jam mihi non est explicandum: hoc enim modo quæritur, connubione opus fuisset Deo ad humanum genus multiplicandum in terris, an minime. Hactenus ex Nyssæo. Sed et dominus Jacobus de Botnam: Ex quibus (inquit) quæso nuptiis editus est Adam? quos passus ipse dolores ut Evam pareret? Millies angelorum millia stant coram Deo, nec tamen eorum ullus utero gestatus, aut gravida alvo cum doloribus in lucem editus est: multo ergo magis existimandum est opificem Deum homines absque nuptiis procreaturum fuisse, sicut primos quoque illos parentes, e quibus universa hæc generis humani posteritas nata est, procreavit. Et paulo in-
C ferius: Quid ergo, dicito mihi, Abrahamo profuitne concubitus ad procreandam sobolem? Minime sane: quippe qui tot annis operam frustra huic dedisset, hisce apud Deum verbis etiam tum usus est: *Domine, quid mihi daturus es qui liberis careo?* Igitur ut tunc ex mortuo effeti senis illius corpore edidit Deus tam multa hominum millia: ita si inde ab initio Dei præceptis acquievissent Adamus uxorque Eva, atque ab arbore appetenda se abstinuissent; non defuisset Deo fecundandi generis humani ratio. Conficitur ergo ex iis quæ adhuc dicta sunt, homines in paradiso absque ullo nuptiali complexu reipsa fetificaturos fuisse, sed eo modo quem solus opifex Deus novit.

CAPUT XXVI.

D Sicut autem absque concubitu fuissent prognati, auctique numero homines in paradiso, ita in vera voluptate, atque infinitis partibus majore quam est ea qua hodie mortales fruuntur maxima, illic ætatem agitassent, utpote omnis laboris, perturbationis, molestiæ, doloris, morbi denique atque ægritudinis expertes. Edissent enim de paradisi arboribus, et suavissimum ex maximo illo dulcissimoque paradisi flumine potum bibissent absque omni inter se dissidio rixave; qualem angeli ipsi, et qualem

[87] Psal. VIII, 5; Hebr. II, 7.

(11) Caute lege hoc caput, nam dissonat a communi sensu theologorum docentium in statu innocentiæ futuram fuisse hominum generationem per commistionem maris et femin. Vide S. Thom. I, p. q. 98, art. 2, ejusque interpretes Bannes, Cumel, Valentiam, Molinam, et Sixtum Senen. Jem. lib. V, *Bibl.* annot. 20.

Digitized by Google

Adamus cum Eva ante factam legem, vitam viventes in perfecta pace, charitate, concordia. Quippe his quibus jam mortales fruimur voluptatibus, sua cuique molestia cohæret, veluti cibo largiori cruditatis malum, potui copiosiori nausea, bonæ valetudini adversa, robori imbecillitas, bonæ formæ deformitas; atque in aliis quoque. At in paradiso nulla fuisset ejuscemodi rerum vicissitudo; mera enim illic voluptas fuisset, molestiæ vero prorsus nullæ, ut quæ post violatum Dei mandatum tandem enatæ sint. Majoribus ergo deliciis ex cibo potuque illic affecti fuissent, quam quibus hodie mortales demulcentur.

CAPUT XXVII.

De serpente qui Evam adortus decepit. — Porro de serpente sic locutus est divus Moses : *Et serpens callidior erat omnibus animantibus agri, quæ condiderat Dominus Deus ; dixitque serpens mulieri : Vere dixit Deus, ne vesceremini de omnibus paradisi* [58]. Hic decem nobis expendendæ atque examinandæ quæstiones occurrunt, quarum prima est fueritne corporatus serpens ita ut oculis esset aspectabilis qui cum muliere colloquebatur, an vero Satan corporati serpentis speciem præ se ferens, illam sit affatus; an denique Satan intra serpentem latens, verba illa ad mulierem fecerit. Sane dominus Ephræm quodam suo commentario ait corporatum serpentem fuisse, qui mulierem allocutus est : Satanam enim a Deo petivisse, ut serpenti sermonis facultatem concederet ad tentandum Adamum; sicut opes Jobi quoque sibi permitti postulavit, quo de ejus patientia faceret periculum. Ex quo consequitur, ita illi corporeo serpenti sermonis usum fuisse datum, ut asinæ Balaam; imo vero non solam elocutionem, verum etiam intellectum illi serpenti inditum fuisse affirmat Ephræm, cum Deus ipsum ut intelligentem sit affatus his maledictis perstringens : *Pulverem edes, et super ventrem tuum ambulabis* [59]. Cyrillus vero, oratione tertia adversus Julianum perfugam, ait ipsum Satanam se in serpente transformasse, atque ita cum muliere collocutum esse; ac proinde ipsum quoque sub serpentis persona divinis maledictis esse perculsum. Existimat enim Cyrillus, dæmonem posse pro arbitrio aut serpentis aut alius animalis speciem quam voluerit sumere. At dominus Jacobus Satugensis, commentario suo de pulso Adamo extra paradisum, dicit, Satanam se incorporatum atque aspectabilem anguem insinuasse, et inde cum muliere esse collocutum : quam opinionem nos etiam approbamus atque amplectimur. Hanc enim veram esse vel id arguit, quod paradisus duplex erat; corporeus et spiritalis, ut magnis rationibus est a nobis demonstratum : Adam item Evaque duplicis et compositæ fuere naturæ, quippe qui ex corpore constarent et anima; quare serpentem quoque duplicem fuisse existimandum est :

A corporeum quidem, si ipsum aspectabilem anguem; spiritalem vero, si sensum omnem effugientem Satanam qui intra illum latebat atque inde verba faciebat consideres. Altera quæstio est. Ex generene reptilium, an vero cæterorum animantium fuerit ille serpens, in quem se Satanam insinuasse, atque ita cum muliere collocutum diximus? Existimamus vero ex bestiarum non repentium numero fuisse, idque his ducti argumentis. Primo Moses ait serpentem fuisse astutiorem omnibus bestiis; non autem dixit, omnibus reptilibus. Et paulo post ipse Deus ad serpentem verba rursus faciens : *Maledictus* (inquit) *præ omni bestia agri, et præ omni animali, et præ omnibus reptilibus*, dictum non est. Ad hoc, Adamus in ipso initio nomina bestiis avibusque

B indiderat, ut testatur Scriptura, non etiam reptilibus : ac proinde Eva a viro edocta bestiarum nomine serpentem, quod ex bestiarum genere esset, *Hevio*; hoc est, bestiæ nomine appellavit; quod nomen ab Adamo didicerat scilicet. Erat igitur serpens ex bestiarum genere, non autem eorum animantium quæ reptilia dicuntur. Quæstio tertia est : An pedes habuerit serpens; et, si habuit pedes; bipesne, an vero quadrupes fuerit? Ad hanc quæstionem respondemus, quadrupedem fuisse, cum ex bestiarum genere (Mose teste) fuerit; easque animantes, quas bestias solemus vocare, quadrupedes esse videamus. Et vero dominus Ephræm dum hæc in suis Commentariis explicat, inter alia ait : Itane volebas, ut Adam amitteret gloriam

C suam; serpens vero ne pedibus quidem multaretur? Erat ergo quadrupes anguis : sed quia fuit Satanæ organum, et inhæsit ipsi divina exsecratio, ex bestia factus est reptile animal, et cum ante pedibus gradiretur, deinceps prono ventre prorepsit : sicut et Satan, quia prævaricatus fuerat, ex angelo evaserat dæmonium; et ut uxor Lot, quia respexit, ex muliere quæ ante erat, transformata est in statuam salis. Quarta quæstio est, si Satanas in anguem se insinuavit, atque ex eo ipse ad Evam verba fecit; cur id a Mose scriptum non sit, sed solius anguis facta mentio. Hic respondemus : Mosem rei gestæ scriptorem, non interpretem egisse : ac proinde qualis quæque res visa est, talem ab ipso esse de-

D scriptam, non item explicatum qui se revera haberet. Eva autem serpentem videbat, serpentem secum loquentem audiebat : hoc igitur ipsum Moses suo scripto prodidit, quemadmodum alibi tres illos quos videbat Abrahamus, viros appellavit, cum viri non essent. Ad hoc, si divus Paulus, qui tanto temporis intervallo Mosem secutus est, cum res jam tum explicatæ essent, serpenti non Satanæ imposturam attribuit, inquiens : *Vereor sicut serpens decepit Evam* [60], etc., cur non merito Moses, qui tam multis ætatibus Paulum præcessit, fraudem serpenti ascripsisse videatur? Scriptoris enim est, res gestas narrare; at interpretis munus, a scriptore

[58] Gen. III, 1. [59] Gen. III, 14. [60] II Cor. II, 3.

Digitized by Google

prodita explicare : ac proinde Moses, qui scriptor non interpres esse voluit, recte narravit serpentem cum Eva collocutum esse, non autem dixit Satanam intra serpentem fuisse occultatum. Quæstio quinta est, quamobrem Satanas Adamum cum uxore seduxerit. Nos existimamus causam Satanæ fuisse invidiam qua illos prosequebatur ; nam cum ille sublimi sua dignitate gloriaque excidisset, videretque porro Adamum ex luto conformatum, ad imaginem tamen similitudinemque Dei factum esse, atque omnium rerum quæ in terris essent imperio potitum ; præterea paradisum deliciis omnibus plenum incolentem, atque angelicarum copiarum fruentem societate, se vero contra deturbatum atque dejectum, maxima permotus adversus Adamum et Evam invidia, ipsos seduxit. Nimirum hujuscemodi cogitationibus exagitatus est : Ego qui spiritalis sum, exsulo ; at Adam qui corporeus est, intro est receptus : ego profligatus omnique gloria exutus ; ille gloria indutus vestitusque : ego in imo, ille in summo : ego apud bestias, ille apud angelos : ego in vasta solitudine, ille inter amœnissimas paradisi arbores versatur. Hujuscemodi, inquam, cogitationes ad prosequendos illos invidia fallendosque ipsum impulerunt : quippe intelligebat ex eo quod sibi acciderat, si peccaret Adam, futurum ut rueret sicut ipse prior ceciderat : atque ex peccato, horum plane alterum Adamo eventurum esse, ut vel moreretur, pro lata jam ante sententia, *Quo die comederis de illa, mortem oppetes* ; vel paradiso expelleretur, atque deinde sobole procreata multiplicaretur secundum faustam illam apprecationem qua Deus ad illos usus dixerat : *Crescite et multiplicamini* ; hoc vero si illi contingeret, tum fore ut ipse et in illum ipsum, et in illius omnem posteritatem imperium exerceret. Igitur ad illum fallendum percitus est mera invidia. Sexta quæstio est, cur non apparuerit Satan primis parentibus humana specie, vel divina (quali Dominus noster in monte), aut figura majorum bestiarum, quales sunt cameli, elephantes, et ejusce generis aliæ : aut denique cur non suo ipsius proprio atque nativo habitu, sed organo opus habuerit. Sane humana specie non apparuit, quod sciret Evam non ignorare alium, præter se suumque maritum hominem nullum esse ; neque vero Deus ipsi permittebat ut hominem simularet, ne justam haberet Eva erroris sui excusationem, conspicata hominem sibi similem a quo falleretur. Porro divina, vel majorum bestiarum figura non apparuit, quod hæ species nimio metu concussissent perturbassentque mulierem, nedum ad auscultandum verbis suis induxissent. Sua denique ipsius naturali specie non est illam adortus, quia magis etiam consternata ipsa fuisset si ejus qui videndi sensum falleret verba audisset ; eoque mi- A nus obsecuta fuisset dictis. Igitur, ut suæ fraudi locus esset verbisque fides, induit corporatum illud organum, serpentem, eoque habitu visendum se exhibuit. Septima quæstio est, cur præ cæteris bestiis anguem sibi Satanas in organum delegerit. Hujus rei causas multas esse dicimus Primo enim nullum erat angue animal ad fallendum astutius ; id quod divus Moses quoque his verbis significat : *Et serpens erat callidior omni bestia agri.* Nam et animantium alia vafritie excellunt, ut vulpes ; alia, rudi simplicitate sunt, ut oves. Deinde cum anguis lethali veneno plenum animal, consentaneum erat, ut vel propter naturæ congruentiam, mortiferum suum toxicum commisceret Satanas cum serpentis veneno. Tertio, ut idem usuveniret B Satanæ quod filio illi prodigo : is enim postquam summo honore excidisset, in eas redactus est vitæ miserias ut porcos pascere cogeretur [61] : sic scilicet Satan ex sua delapsus gloria, in anguem se insinuavit. Quarto, ut cum esset aliquando anguis super ventrem suum prorepturus ; id ipsum, humi serpere, diaboli qui in angue latuerat, nobis casum ob oculos poneret. Denique ita natura comparatum est serpentum genus, ut occulta quædam veluti fraterna indolis conjunctio ipsi cum dæmonibus intercedat (12), etsi ea nos lateat. Octava quæstio est, cur permiserit Deus Satanæ et serpenti in paradisum introire : imo vero Satanæ, Adamum cum uxore fallere. Ad hanc quæstionem respondemus, varias ob res permissa illa esse. Permisit enim, C dum Satanæ libertatem non impedivit quominus suopte arbitrio uteretur, sicut neque Oziam prohibuit a sanctissimis adytis, ne pro voluptate in ea penetraret. Præterea sivit Deus illa evenire, quo ostenderet, quemadmodum fieri potuit ut Adamum sui imaginem similitudinemque de terra aboleret ; ita rursus se huic ipsi permisisse ut posset per superbiam atque fastum affectare divinam majestatem. Insuper ut ne nihil esset cum quo Adami libertas arbitrii posset decertare : denique ut periculum fieret de Adamo observansne mandati divini esset, an minime. Erant igitur cum arbor ipsa, tum Satanas atque serpens ad explorandam Adæ arbitrii libertatem accommodata instrumenta. Nona D quæstio hujusmodi est : Cur angui maledixerit Deus, qui nullum scelus patrarat, Satanæ vero flagitii reo noxioque nihil mali imprecatus sit ? neque enim libero utebatur anguis arbitrio, ut posset se Satanæ pro instrumento non præstare. Ad hæc dicimus detestatum esse anguem ut hoc ipsum Satanæ molestum accideret, qui illo utebatur instrumento ; veluti si quis musicum instrumentum confringat, quo eum qui illo canebat excruciet : equum nimirum graviter prostravit, ut sessorem simul consterneret ; navemque subvertit, ut nau-

[61] Luc. xv, 11 seqq.

(12) Caute lege ; nam similitudo quædam indolis, non fraterna conjunctio inest colubro cum diabolo.

Digitized by Google

tam multaret. Serpentem ergo maledictis feriit A Deus, ut Satanam dolore angeret qui in serpente loquebatur; sicut et legionem afflixit perdendo porcos [60]: simul atque enim Satanas conspexit anguem amissis pedibus humi volutari, acerbo angore excruciatus est. Præterea ideo quoque maledixit serpenti, quod Adamo atque Evæ peccandi causa exstitisset; sicut jumentum lapidibus obruebatur cum quo corpus miscuerat homo [61], eo quod causa mali fuisset; scriptum est enim: *En malum venit, sed væ illi per quem venit* [62]. Ad hæc ita maledixit serpenti propter Satanam, ut terræ propter Adamum. Insuper hac etiam de causa maledixit serpenti, quo Adam Evaque (ubi viderent quantam sustineret serpens ex divina maledictione multam, pedibus orbus atque super ventrem proreptans) animadverterent B atque intelligerent in quam gravem incidissent errorem, quantumque flagitium admisissent serpenti obtemperantes: ac proinde in posterum magno metu continerentur. Sed juvet apud eos qui hanc movent quæstionem hac mutuum quæstione uti: Itane vos, serpentis vindicandi gratia quæritis cur exsecratione perstrictus sit qui arbitrio libero minime donatus mali nil patrarat? dicite, quæso, vicissim mihi, cur feræ, jumenta, volucres diluvio periere, quæ non deliquerunt? aut quid meruere oves, bovesque et aves quæ quotidie insontes ad sacrificia debebantur? Quid commiserant pecora Job, quæ innoxia cum essent, igni sunt tradita devoranda? Cur Christus legioni permisit porcos in C mari suffocandos, qui non peccarant? Cur sacrificabantur, offerebanturque columbæ ac turtures pro expiandis peccatis quorum ipsæ expertes erant? Cur ovis pro populi redemptione immolabatur, aut hœdus mactabatur pro ecclesiæ impietate, vel bos pro sacerdote improbo, cum neque ovis, neque hœdus, neque bos deliquissent? Cur contumeliis, imo etiam morte affecti sunt pro populo prophetæ innocentissimi? Quid Christus? nonne supplicium crucis sustinuit pro nostris peccatis? Cur ergo serpentis multam suggillatis? Numquid æquius esse duceretis si Adamum Deus maledictione multasset, serpentem vero interim ab omni noxa liberum atque impunem habuisset? Destituendusne tibi videbatur Adamus tanta gloria, tantoque honore, anguis D vero ne pedibus quidem mutilandus? Sed jam dicent: Cur saltem non etiam Satanam simul est exsecratus cum serpente? verum respondemus Deum idcirco non maledixisse Satanæ (13), ne Adamus Evaque animadverterent spiritum aliquem non aspectabilem esse, eoque in multo majores raperentur errores: neque enim adhuc sciebant aliquid esse præter Deum, quod oculis cerni posset: ad hæc propter Hebræorum quoque imbecillitatem noluit Moses spiritum intra anguem latentem prodere; ne scilicet illi adversariam Deo potestatem esse ullam opinarentur, quæ majoribus freta viribus posset aliquid invito agere Deo. Nam ideo etiam angelorum nulla est a Mose facta mentio ad Agaris usque ætatem, ne Judæi suspicarentur plures esse deos. Insuper quamvis non aperte maledixit Satanæ Deus, tamen occulte atque abscondite id ab illo maxime actum esse affirmamus. Dum enim expresse anguem exsecrabatur, tacite Satanam maledictis perstringebat; quod post probabimus, Deo juvante. Hanc enim Satanæ maledictionem clare arguunt illa Christi verba in Evangelio: *Quia princeps mundi hujus jam judicatus est* [63]. Et alibi: *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus.* Decima quæstio est cur Moses serpentem scripserit astutiorem fuisse bestiis agri, non autem prudentiorem. Ad hanc respondemus prudentiam virtuti affinem esse; astum vero, vitiis. Et sunt inter bestias aliæ hebetiores, aliæ callidiores; neque hic Moyses anguem, hominum comparatione, callidissimum pronuntiavit, sed cum cæteris collatum bestiis, hominibus vero propria sapientia prudentiaque tribui solet, qui alioqui non solum cæteras animantes, sed ipsos etiam angues astu atque solertia longe anteeunt.

CAPUT XXVIII.

(13*) Scripsit autem beatus Moses de paradiso ad hunc modum: *Et plantaverat Dominus Deus paradisum in Eden ab initio* [64]. Et si paradisus ante Adamum conditus esset tamen Moses creato jam Adamo agit de consito paradiso, nimirum quia revertitur ad superiorem historiam. Nam cum ab iis de quibus in sex diebus loquebatur, nondum perfecta narratione digressus fuerit, redit nunc ad absolvendam illam narrationem, eaque ratione agit hic, post creatum Adamum, de paradiso qui alioqui ante illum fuerat conditus. Jam vero quid sit paradisus, et cur a Deo consitus, quo item die, et ubi locorum, in terrane an in cœlo, et in qua tandem mundi regione positus, tum quæ huc spectant alia supra sunt a nobis suis disceptata rationibus. Cæterum Eden locus est amœnus atque omnis generis arboribus varius, in quo loco Deus paradisum consuevit atque disposuit. Hæc enim verba: *Et plantaverat Dominus Deus paradisum*, aperte ostendunt, nequaquam ab homine illum esse consitum dispositumque, perinde ac Noe vineam plantavit, aut ut jam conserunt mortales paradisos, hortosque; sed Deum ipsum, suo ipsius studio et mandato illum plantasse sicut ait Psaltes David de Deo verba faciens: *Et cedri Libani quas planta-*

[60] Matth. XIII, 31, 32. [61] Levit. XX, 15. [62] Matth. XVIII, 6. [63] Joan. XVI, 11. [64] Gen. II, 8.

(13) Temere ista astruit Bar-Cepha cum certum sit Adamum in paradiso excellenti quadam cognitione novisse substantias spiritales, id est Angelos S. Thom. 1 part. q. 94, art. 2 ad finem corporis art.

(13*) Hoc capite verba Mosis de paradiso, rebusque eo spectantibus: non mystico sensu, sed ipsis accommodata rebus explicantur.

Digitized by Google

sit [65]. Et vero hinc etiam constat, paradisum ab ipso Deo esse plantatum, quod Scriptura dicat, *ab initio*. Sequitur apud Mosen : *Et posuit illic Adamum quem finxerat*. Quod ait : *Et posuit illic Adamum*, argumentum est gloriæ quam Deus Adamo attribuit, dum ipsum collocaret in paradiso variis arboribus amœno, ut se inibi ipse oblectaret, neque sivit in terris, more cæterorum animantium quæ ratione carent, pabulum carpere. Quod porro additur : *Quem finxerat* (14), in hæc nos sensa ducit primo ex sola terra Deum non condidisse Adami corpus, sed ex quatuor elementis finxisse atque composuisse (certe figlina absque aqua non fit) deinde non ita solo verbo progenuisse Adami corpus ex terra, sicut ex hac solo suo jussu herbas produxerat, animaliaque cætera, atque ex aquis varia piscium genera; sed suis illud manibus finxisse atque conformasse, quæ res amplissima sane, hominem præ reliquis rebus, gloria a Deo ornatum ostendit. Præterea Adamum non utero conceptum partuque deinde editum esse, ut hodie homines procreari videmus; Dei manibus conditum exstitisse. Insuper ut jumentorum et ferarum, eorumque quæ volatu et quæ natatu utuntur animantium corpora simul et animas ex terra et aquis condiderat, quæ omnia ratione carent; non sic Adamum etiam effecisse, sed hujus corpus quidem ex humo composuisse, cæterum animam ex nihilo creavisse. Denique non eum fuisse ab initio hominum, populorum, nationum turbam in terra quam hodie videtis; sed Deum primo finxisse personam unam (ipsum dico Adamum) deinde ex illa formasse mulierem; atque ita deinceps per virum et feminam procreatum esse genus humanum : atque hæc omnia intelligimus ex verbo illo : *Finxerat*, quo usus est Moses.

Quo habitu Deus apparuerit Adamo et Evæ. — Sed enim operæ pretium fuerit cognoscere quo habitu apparuerit Deus Adamo, sive dum ipsius corpus fingeret, sive dum legem ipsi imponeret, sive quando ex ipsius costa ablata conderet Evam, sive denique ubi in paradiso obambulans suam illis vocem ingereret, inclinante die. Philoxeni Mabugensis sententia est, priusquam deliquisset Adam adversus Dei mandatum, Deum neque per angelum neque per rem aliquam corporatam illi apparuisse, sed ipsum sese illi repræsentasse; non quod corporis sui sensibus, Adam, apparentem Deum percipere posset, sed mentis intelligentia. Nam etsi habitabat quidem intra corpus Adami anima, tamen non secus atque incorporei angeli, ea cernere illam quivisse, quæ supra omne corpus materiemque corporatam feruntur : itaque cum integri etiam tum essent animæ Adami sensus, neque abs peccato contaminati, Deum se mentis illius oculis

A ingessisse, suamque vocem ipsius intelligentiæ repræsentasse, quando, ut dictum est, fieri non potuit, ut in corporis sensum aliquem, apparens Deus incurreret. Sed aliorum opinio est, Deum se corporis Adami sensibus corporaliter (ut sic dicam) obtulisse, eo quod, hac modo ratione, neque præterea alia ulla assequi ille mente posset divinas apparitiones easque intelligere : ipsum enim illius conditorem Deum, sese ad ejus humilitatem demisisse, ipsique ita apparuisse, cæteroquin immensum; unde consequens est, hi ut ulterius dicant, Deum humana eaque regia et prorsus augustissima specie se Adamo exhibuisse aspectabilem et quanquam neque manus habeat, neque pedes, aut vultum, vel os, tamen demittentem se quasi his omnibus

B esset præditus, ab Adamo visum esse, atque ita manibus suis illum formasse, quod (ut diximus) ad ejus qui formabatur gloriam dignitatemque spectat. Sed expendat suo judicio lector has duas opiniones; ac utram malit, altera omissa, retineat. Porro fuere ex hæreticis qui dicerent duos Adamos a Deo creatos fuisse; idque ex eo colligi, quod Moses duorum meminerit, dicens alterum die sexto conditum esse, alterum hic post diem sextum : ad illum enim spectare ea verba : *Et finxit Dominus Deus Adamum pulverem e terra*. At hunc, neque ex pulvere dicere Mosen, sed simpliciter, Adamum illic posuisse quem finxerat. Sed nos illis respondemus : Ex eo quod ante dixerat

C Moses Adamum die sexto esse creatum, deinde, omissa illa narratione, etiam tum imperfecta, transivit ad mentionem diei septimæ, unde rursus, ad absolvendam illam ante cœptam historiam, revertitur haudquaquam consentaneum esse ut existimemus duos a Deo effectos fuisse Adamos, sed unicum. Nam idem quoque de bestiis, de arboribus, de paradiso, et flumine hunc rigante fecit. Cum enim historiam illarum rerum nondum perfectam reliquisset, hic jam redit ad eam absolvendam. Præterea hoc quoque illis respondemus, neque Mosen, neque quemquam prophetarum, aut apostolorum, vel evangelistarum unquam memorasse, duos a Deo creatos effectosque fuisse Adamos, sed unum solum. Porro sciendum est, Vetus Testamentum pluribus

D translationibus ex Hebræa in Græcam linguam esse transpositum : Syrice vero redditum esse una quidem interpretatione ex ipso Hebræo, altera vero ex Græco. Cæterum quæ fuerit tam multarum translationum causa, et quæ inter ipsas cæteris probior existimari debeat, cum aliis ejus generis argumentis disseruimus in eo libro quem *De sex diebus* præmisimus. Igitur in ea Græca traductione quæ est Septuaginta interpretum, sic scripta exstant illa Mosis verba : *Et plantaverat Dominus Deus paradisum in Eden ab oriente, et posuit illic hominem*

[65] Psal. ciii, 16.

(14) Quod verti *finxerat*, est verbum *Cabal*, quod plane respondet Græco πλάττεις.

Digitized by Google

finxerat. Orientem igitur appellant illi interpretes, eam terrarum regionem ex qua sol oboritur; nam in illo tractu orientalis plantaverat collocaveratque paradisum, ut Basilius, et ejus frater Gregorius attestantur, et Dominus Severus quoque. Quod vero ad ipsum nomen attinet, quo illi LXX interpretes hic Adam vocant (vocant enim Bar-Noso [15]), tria sunt vocabula quibus fere Scriptura et hoc loco et superius utitur pro Adami appellatione; Noso, Bar-Noso, Adam. Et Noso quidem vocat, dum ait : *Faciamus Noso* (id est hominem) *ad imaginem nostram secundum similitudinem nostram*; Adam vero dum dicit : *Et creavit Deus Adam ad imaginem suam : Et posuit illic Adam quem formaverat*. Denique Bar-Noso, hic (sequamur LXX interpretum translationem). *Posuit illic Bar-Noso* (id est, filium hominis) *quem finxerat*. Atque hæc tria nomina inter se ita differunt, ut Noso proprie universum genus hominum ostendat; Bar-Noso vero eum qui ex homine prognatus sit, hoc est, filium hominis significet : et Noso quidem pluraliter, Bar-Noso vero singulariter (ut sic dicam) accipiantur, spectentque; Noso fere ad ipsam speciem, Bar-Noso vero ad individua. Porro de voce Adam dicunt apud nos Syros plerique appellationem esse particularem hominis, personamque unam repræsentare : verum alii existimant, apud Hebræos nomen esse specificum, et totum genus humanum sua notione amplecti, sicut antehac diximus in Commentario nostro de sex diebus. Rursus alii sunt, qui putant nomen Adam sumptum esse ex ipso hominis corpore, et ei proprie impositum esse eo quod ex terra quæ Adamotho dicitur confirmatum sit : Noso vero ad animam peculiariter spectare. Cæterum quid sibi velit illud terræ vocabulum, Adamotho, illic quoque a nobis est explicatum.

Dei 14 beneficia in Adamum. — Verum enimvero operæ pretium est ut expendas hic accurate apud animum tuum, quam multis modis cohonestaverit Deus Adamum. Primo enim cum in rerum natura prorsus non esset, procreavit, efficitque ipsum ex nihilo ut aliquid esset. Deinde ad suam ipsius imaginem et similitudinem condidit. Tertio, cum ipsius longe præstantior esset natura quam cui manus vocisque usus attribui deberet, tamen illum et manibus suis finxisse, et voce affatus esse dici voluit. Quarto, conditum ratione ornavit, qua cæteris animantibus illa carentibus præstaret. Quinto, sui cognitione ipsum dignatus est. Sexto, admisit ipsum veluti in suam familiaritatem, ut ea sese pro arbitrio oblectaret, meditationibus contemplationibusque divinis vacans atque indulgens. Septimo, immortalitatem promisit. Octavo, maxima ipsum sapientia imbuit. Nono, prophetiæ dona in ipsum contulit, propnetam enim fuisse Adam vel hinc constat quod per vaticinium dixerit : *Hæc jam caro de carne mea et os de osse meo, hæc vocabitur mulier*, etc. Decimo, auxit ipsum sacerdotii munere; nam fuisse sacerdotem, ex Davidis psalmistæ verbis cognoscitur, dum veluti loquentem Adamum cum Deo inducens ait : *Finxisti me et posuisti super manum tuam* [66]; sacerdotium enim manuum impositione confertur, sicut et baptismus. Undecimo, regia atque principali ipsum donatione amplificavit; ait enim : *Et dominamini piscibus maris, et volucribus cæli*. Duodecimo, ita ipsum comparavit, ut animo atque intelligentia sua angelis esset familiaris. Decimo tertio, condidit ipsum corpore levi atque expedito, non autem gravi quale demum evasit post violatam legem. Decimo quarto denique, posuit ipsum in paradiso, ut inibi oblectaretur neque cum cæteris animalibus mentis expertibus in terra nascendo reliquit : *Et enasci fecerat Dominus Deus e terra omnem arborem ipso aspectu expetendam, et pulchram ad vescendum*; die scilicet tertio produxerat Dominus eas arbores ex terra, cum diceret : *Producat terra herbam viridem semen fœtificans, et arborem fructiferam*, etc. Verum hic ad priorem illam narrationem regreditur, ipsam absoluturus quin ipse etiam paradisus die illo tertio consitus fuerat. Cæterum Deo attribuit Moses illa verba : *Et enasci fecerat arbores*, ut intelligeremus non ab homine satas fuisse, ut Noe vitem sevit, aut alias arbores, alii; sed ipsius Dei cura ac nutu præceptoque exstitisse, juxta illud Psalmistæ : *Et cedri Libani quas plantavit* [67]. Sed videri possunt verba potius ad hunc modum esse legenda : *Omnem arborem pulchram ad spectandum, et exspectandam ad vescendum*, pulchritudo enim ad videndi sensum pertinet, appetitus vero ad cibum spectat. Verum consuevit Scriptura appetentiam referre ad oculos, quale est illud Joannis evangelistæ in Epistola : *Omne quod est in mundo, concupiscentia corporis est, et concupiscentia oculorum* [68]. *Et arborem vitæ in medio paradiso, et arborem scientiæ boni et mali*. Duas ait Dominum enasci fecisse arbores in medio paradiso, alteram vitæ, alteram scientiæ. Videndum igitur qui fieri potuerit, ut duæ arbores in ipso exstarent paradisi meditullio : unam enim solam posse medium obtinere locum nemo negaverit, at duæ ut simul medio quopiam loco exsistant, non fas est. Sunt igitur qui dicant unicam fuisse in ipso medio consitam, eam quæ vitæ vocatur, alteram vero quæ appellatur scientiæ juxta illam vitæ exstitisse satam. Sed his objicimus ipsam Scripturam; quæ verba illa : *In medio paradiso*, ad utramque arborem accommodat, non autem ad eam quæ vitæ est, solam. Hoc enim inde

[66] Psal. CXXXVIII, 16. [67] Psal. CIII, 16. [68] I Joan. II, 16.

(15) Apud LXX in Græco est. ἀνθρώπου quod Sirus interpres, quem auctor sequitur, reddit illic *Barnoso*.

cognoscitur, quod Eva ad serpentem diceret : *De fructu arboris quæ est in medio paradiso, nolite comedere, ait Deus.* Erat enim arbor scientiæ, ea qua illis fuerat interdictum, non arbor vitæ. Conficitur ergo ad utramque arborem pertinere quod dicitur ; *In medio paradiso.* Igitur Gregorius Nyssenus dicit duas hasce arbores spiritales fuisse, solaque ratione potuisse intelligi, quales non duas modo, sed plurimas uno eodemque loco medio esse posse, nemo dubitaverit. Nam animi nostri vis facile ea conjungit quæ alioqui vel a plurimis simul comprehendi nequeant. At nos dicimus arbores illas corporatas exstitisse ; idque nuper ostendimus, atque utrasque in paradisi medio quidem fuisse positas sed non ut in uno eodemque particulari loco, qui locus fuerit paradisi meditullium. Nam id haud fieri potuit, et si in eo altera exstabat, alteram extra eum locum fuisse necessum est, cum profani etiam philosophi affirment impossibile esse ut duo corpora contineantur uno particulari loco simul : sed ita ambas fuisse in medio paradiso, ut quis utramvis dicere recte posset, respectu extremarum paradisi partium fuisse in medio paradiso. Medium igitur in contextu ita accipiendum est, non ut particularem aliquem locum significet, sed quasi dicat, cum paradisus frequentissimus esset variis arboribus atque plantis, hasce duas arbores non in ejus angulo quopiam satas fuisse, sed in medio paradiso inter alias arbores exstitisse. Sed et hoc scire operæ pretium fuerit, num duæ istæ arbores, altera juxta alteram positæ exstiterint, an seorsim : de hac re nos pronuntiamus, juxta positas fuisse. Neque enim dixit Scriptura de Adamo : Ne forte adeat arborem vitæ, capiatque de ea, ac vescatur, et vivat perpetuo ; sed habet ad hunc modum : *Ne forte extendat manum suam, et capiat.* Is vero qui manum suam ad rem quampiam protendit, necessum est ut ei rei proximus astet. Præterea hinc credibile est, ei loco, in quo Adamo certamen et lucta erat adversus arborem scientiæ, proximam exstitisse arborem vitæ, ceu victoriæ præmium : ut si vicisset per continentiam neque edisset de hac, mox permissa fuisset ipsi illa altera gustanda, quippe solet victori palma in promptu esse. Insuper illud quoque quæri potest, cur Deus produxerit duas illas arbores in medio paradiso, ac non potius in quopiam ejus angulo. Hic respondemus, ideo id factum esse quia in medio paradiso habitaturus erat Adam, accepto Dei imperio de edendis fructibus arboris scientiæ boni et mali. Cæterum qualisnam fuerit arbor vitæ, et cur sic sit dicta, deinde qualis arbor scientiæ boni et mali, et quamobrem eo nomine appellata, una cum aliis ejus generis rationibus supra a nobis satis explicatum : *Et fluvius egrediebatur ex Eden ut rigaret paradisum.* Et

A locus erat magnus atque amplus, cui id nominis dabatur, propterea quod amœnus et multarum arborum varietate spectabilis esset : hujus pars ea quæ cæteras omnes pulchritudine atque decore anteibat, paradisus dicebatur accommodatissimus ad habitationem oblectationemque hominum. Sed quanta fuerit hujus amplitudo, satis arguit fluvius ille magnus, qui ex ipso affluebat, et postquam elapsus esset dividebatur in quatuor flumina ; si enim fluvius ipse magnus erat, manifestum est paradisum quem rigabat, magnum spatiosumque fuisse : *Et illinc dividebatur, et evasit in quatuor capita.* Postquam is fluvius rigasset paradisum, diductus divisusque est in quatuor fluvios quos Moses (quia ipsius sæculo noti erant)
B suis et nominibus, et locis describit, inquiens : *Nomen unius Phison, is est qui circuit universam terram Havilæ.* Nomen igitur unius horum quatuor fluviorum est Phison ; sive, ut Græcus vocat, Dijabis : qui fluvius postquam avulsus ab illo majore et primario paradisum pelluente, in terramque demersus est, sub ipsis etiam Oceani vadis fluit, donec ebulliens prorumpat in occidentem, unde versus septentrionem regyrans delabitur per universam regionem Indorum (quam vocat Moses terram Havilæ), ac tandem desinit in mare Indicum. Sunt autem qui putent Phison appellatum esse a verbo *Phas* (16), propterea quod cesset a fluctu aspectabili, quippe qui sub multis pelagis majorem cursus sui partem peragat. *Et ibi est aurum, et aurum*
C *ejus terræ præstans est; ibi Bedolath, et lapides Berilli.* Ferunt in pleraque hujus fluminis arena atque in ipsa ripa, aurum probum admirandasque margaritas ubertim reperiri. Hebræum enim, Bedolath, *gemmas* vocat ; Berillos vero, lapides pretiosos. Alii, Bedolath, candidas uniones significare existimant ; Berillos vero, sardos, topazios, et cæteras id genus gemmas. *Et nomen fluvii secundi Gihon; is est qui circuit omnem terram Chus.* Secundus fluvius nomen habet Gihon. Græcus Nilum appellat : alii Sichor vocant. Et hic quoque fluvius, ut separatus est ab illo majore, sub Oceanum descendit, donec scaturigine evomitur in plaga Australi, atque gyrans perluit terram Chussiorum
D (Ethiopas vocamus) et Ægyptiorum, tandemque desinit in mare Adriaticum, quod est apud Ægyptum. Cæterum nomen Gihonis obtinuit a fluendo cum inundatione ; hac enim, ripa sua supergrediens, irrigat terras sibi circumjacentes. *Et nomen fluvii tertii Diklat, qui it adversus Assur. Quartus denique fluvius est Perath.* Diklat appellatus est tertius fluvius, quod impetuosus ac rapidus sursum deorsum feratur quasi homo violentus ac fervidus qui ad perrumpendas angustias aliquas nunc se subrigit, nunc demittit. Quartus denique fluvius dicitur Perath, quia fecundissimus est. Et hi quoque duo

(16) Phison, superius cap. 21, dixit Græce vocari *Dijabis* per quartam vocalem in secunda syllaba. Phas, *cessare* significat Syris.

Digitized by Google

fluvii simul atque derivati sunt ab illo principaliore A flumine : absorpti sub Oceanum, tandem prosiliunt in medio terrarum orbe, fontibus non procul inter se dissipatis ac prolapsi desinunt in mare Australe ipsius Bosræ. Porro Assur vocat regionem Attur et Ninevitarum ac Bethgarme, aliaque circumquaque his adjacentia loca. Sed enim quærunt hic homines, qui possit fieri ut hi quatuor fluvii veniant e paradiso, et absorpti sub Oceanum intra terræ viscera meent, ac tandem emergant, effundanturque in hac nostra terra! Verum hanc quæstionem, et ejus generis alias jam satis dissolvimus. Porro Moses, explicata narratione earum rerum quæ ad paradisi laudem magnificentiamque : item earum quæ ad flumen ingens quo ille rigatur : denique ad sedulitatem Dei conditoris illius atque satoris spectant : B transit ad dicendum de inducto Adamo in paradisum his verbis : *Et accepit Dominus Deus Adamum, et posuit ipsum in paradiso Eden*. Quo habitu apparuerit Deus Adamo, diximus nuper. Jam vero hoc videndum est, unde, et quo sustulerit ipsum quando Scriptura ait : *Et accepit Dominus Deus Adamum*. Igitur quidam putant ex Jerusalem sublatum transtulisse in paradisum : nam in Jerusalem formatum esse, ubi et mortem etiam obierit. Alii vero existimant, ex loco humiliore atque viliore sustulisse in locum sublimem magnificumque, et veluti creatum a se regem induxisse in regalem sedem. Sed quonam illum modo sustulit? Respondent nonnulli, id quod Scriptura ait : *Et accepit*, nihil aliud sibi velle quam Deum dixisse ad illum : Abi, ipsumque C continuo profectum esse. Sed his objiciunt alii, incertum fuisse Adamo, unde, et quo abire deberet. Quibus illi respondent, ipsi in mentem venisse unde et quo abeundum sibi, atque ubi habitandum esset, sicuti visa prophetis solent evenire. Verum alii malunt existimare, Deum Adamo humana specie apparuisse, ipsumque apprehensum transportasse in paradisum. Sed dices : sive per mentis visionem, sive per humanam figuram illi apparuerit; atque ita transtulerit, magno fuisse opus temporis spatio ad iter hoc conficiendum. Igitur nostra sententia est, Deum formasse Adamum extra paradisum, atque illinc arreptum sustulisse in paradisum, ibique dimisisse ; cæterum eo accepisse modo, quo et D Enoch, et Philippum. Nam ut de Enoch scriptum exstat : *Et tulit ipsum Deus* [69]; itemque Philippo : *Et Spiritus Domini rapuit ipsum* [70] : sic et dicimus Adamum esse a Deo raptum ex eo loco quo fuerat formatus, atque in paradisum transpositum. *Dimisitque ipsum in paradiso Eden, ut eum coleret et custodiret*. Eo quod dicit : *Et dimisit ipsum in paradiso*, declarat Deum sublato Adamo non ostendisse modo paradisi pulchritudinem magnificentiamque, et mox inde abripuisse, sed inibi relicto, facultatem manendi seque oblectandi permisisse ut in loco illius ipsius gratia condito concinnatoque : nam quod

illic haud diu mansit, sua, non Effectoris sui culpa evenit. Quod porro sequitur: *Ut eum coleret et custodiret*, quanam sententia erit accipiendum? Nunquid paradisus cultore egebat, in quo silvosa senticosaque materies non succrescebat? hæc enim postea per exsecrationem cœpit in ea terra, quæ extra paradisum erat, enasci. Præterea qui potuit cultore opus habere paradisus, omnis generis arboribus abundans? denique quomodo coluisset, quando neque sarcula, neque scopæ, aut alterius generis instrumenta culturæ facta erant. Similiter quorum habebat custodia opus paradisus, cum nulli usquam exsisterent egeni homines? Quid ergo sibi volunt illa verba: *Ut coleret et custodiret?* Respondemus non id significare fodiendas illi fuisse scrobes in quibus plantas consereret, ut Noe vineam, aut laboriosis ipsum instrumentis operando molestiam ullam subire debuisse, sed in eo positum fuisse cultum illum ut inibi locum sibi pro habitatione aptaret, viasque ac semitas quibus commode posset obambulare, complanaret, ne scilicet otiosus esset: quando ex otio plurima enascantur mala, juxta illud Sapientis cujusdam : Otium malum est, et fraudem parit pigritia. Et divus Paulus dicit : *Nisi aliud quam otium agentes* [71]. Et alibi ait, quasdam feminas non solum otiosas esse, verum etiam quarumdam malarum rerum occasionem dare [72]. Cæterum, quod de custodiendo paradiso dictum est, id ad arcendas inde bestias spectat; paradisi enim vineæ hortique alii quando ab hominibus deserti manent, conculcantur, opprimunturque a feris. Igitur et colere et custodire, ad curam habitationis Adami spectat; neque enim ad exiguum duntaxat tempus datum fuerat ei illud domicilium in quo maneret, sed ad diuturnum longumque. Insuper huc quoque cultus ille et custodia pertinent, ut esset Adamus vigil et cautus; agnosceretque parentem suum ex ipsis plantis fructibusque paradisi, ceu colonus plantarum immortalium : hoc est divinarum cogitationum, ut ait Gregorius Theologus. Denique illis colendi custodiendique verbis ostenditur etiam, longe aliter homines vitam suam instituere debere quam pecudes rationis expertes degant : hæ enim ad colendum custodiendumque paradisum minime sunt destinatæ; sed homo est illius cultor et custos designatus, eaque re plurimum iste ab illis differt, quod ipsum quoque dum hominem propriis manibus formaret Deus, ostendere voluit. Porro postquam de introducto in paradisum Adamo disseruit, et cur eum Deus illuc intulisset, explicavit, digreditur ad dicendum de lege illi imposita his verbis : *Et præcepit Dominus Deus Adamo, dixitque ipsi : De omnibus arboribus quæ sunt in paradiso, edendo edes; at de arbore scientiæ boni et mali non edes de ipsa*. Hoc igitur est præceptum, hæc lex quam Deus Adamo imposuit, ne ederet de arbore scientiæ. Sed jam in disquisitionem venit, quot modis dicatur

[69] Gen. v, 24. [70] Act. viii, 39. [71] II Thess. iii, 11. [72] I Tim. v, 13.

Digitized by Google

legis vocabulum, et cujusnam generis lex imperata A fuerit Adamo, denique cur ullam illi Deus legem statuerit. Dicimus igitur legem duobus dici modis, universaliter, et particulariter: verbi gratia, universalis lex est cognitio illa naturalis quæ nobis insita est, et vis ingenii qua judicamus bonum a malo: eam enim indidit Deus omnium hominum animis, laudans ipsos, si quod bonum est id operentur, et vicissim culpans damnansque si malum patrent, quantumvis occulte ea peragantur. Nam et in gentium, ut ait Paulus, *cordibus scripta lex est, et est ipsis sua conscientia testis* [73], etc. Ejus generis est illud Domini dictum: *Sicut vultis vos ut faciant vobis homines, sic facite etiam vos ipsis* [74]. Particularis lex autem est, qualis ea quam Deus præscribebat ipsis Noachitis, ne vescerentur sanguine [75]; B item qualis imposita erat Judæorum Nazaræis, de non bibendo vino, aut sicera, neque admovenda capiti novacula [76], quales denique Judæorum statutæ fuere sacerdotibus, de rebus, aliis omittendis, aliis agendis. Cum igitur legis vocabulo duobus utamur modis, et particulariter, et universaliter, respondemus ad alteram quæstionem, non fuisse legem universalem sed particularem illam; ne gustaret de arbore scientiæ; soli enim Adamo ejusque conjugi eam imperaverat Deus non etiam universo generi humano. Jam superest ut et hoc disquiramus, qua de causa dederit Deus Adamo legem. Censemus autem ob bene multas causas id factum a Deo esse. Primo enim, ut sciret se Dominum C conditoremque habere qui sibi eam legem imperavisset, nam dominorum est leges sancire, deinde ut se creatum effectumque agnosceret: quippe lex creaturis atque effectis statui solet, ut ait David: *Statue ipsis legislatorem, ut sciant gentes se homines esse* [76*]. Ad hoc, ut intelligeret libertatem sibi facultatemque arbitrii a Deo datam esse cum ab illo conderetur; neque enim legem ipsi imposuisset particularem et quæ ex voluntate penderet, ne de arbore ederet scientiæ, nisi ante libertate potestateque arbitrii proprii ipsum donasset, qua si vellet observaret legem, sin nollet, non observaret. Præterea legem ideo posuit Adamo Deus, ut libero ipsius arbitrio esset materies et veluti clibanus quo probaretur, sicut ait Gregorius Theologus (17): D Dedit (inquiens) legem, materiem libero arbitrio. Sicut enim per ligna periculum fit de arte fabri lignarii, an probe atque exacte eam teneat, an minime, item per aurum argentumque de aurifabri arte: ita per legem Adamo constitutam probatum est ipsius liberum arbitrium, compertumque libertatem ipsius remissam solutamque esse ac magis propendere ad prævaricandum peccandumque. Nam valuisset quidem observare legem, et tamen non observavit, qualis sane facultas brutis animantibus quæ ratione vacant, haudquaquam est concessa. Postremo ob hoc quoque lata est Adamo lex a Deo, ut ille sciret atque intelligeret, alterum Deo superesse sæculum in quo dignum pretium solvet utrisque et iis qui observant et iis qui violant leges. Sed pergunt quærere nonnulli ulterius, cur legem tulerit Deus Adamo quam præsciret ipsum non esse observaturum. Ad hoc primo respondemus non ideo conditorem Deum legem Adamo imperavisse, ut eam observaret, neque rursus, ut violaret (quo vestra hæc quæstio spectat cum dicitis: Cur, quam præsciret illum legem non præstituro, præceperit), sed eas ob causas quas nuper commemoravimus. Quippe aliud est observare, aliud non observare legem, et aliud scire se habere creatorem, seque esse creatum et præditum arbitrii libertate, hujusque generis cætera cognoscere. Præterea dicimus: Sicut præscivit illum non observaturum legem, ita præscivit quoque futurum ut postquam legem ille transilivisset et per peccatum cecidisset, ipse veniret, redimeret, sublevaret illum a casu peccati. Insuper legem ideo tulit (etsi violatam iri non ignoraret) quo intelligeretur, ipsum esse Dominum, qui condendarum legum haberet potestatem, Adamum vero creaturam, et eum qui merito legibus parere deberet. Præterea quo constaret liberum arbitrium eis peculiariter concessum esse rebus creatis quæ ratione pollent, ut penes ipsas esset vel servare vel frangere leges. Ad hæc sancivit legem Deus jam tum præsciens futurum ut violaretur, quo ea obsequiosi a rebellibus secernerentur, amicique ab hostibus, et legum cultores a prævaricatoribus, atque cum illorum virtus, tum horum vitiositas manifestaria fieret, cognosceretur que: sublata enim lege, nullum inter utrosque discrimen fuerit. Et vero hanc etiam ob rem lata a Deo lex est, quam tamen non nesciebat transiliendam, ne ut nesciremus ipsum merito jure iis qui legi parerent retribuere delicias mundi, contraque rebellibus ærumnas mundi. Præterea ut ii qui ratione utuntur, intelligerent quod alium ille habeat mundum in quo merita in quemque conferet præmia. Denique non alia ratione præscripsit illam Adamo legem, quam sciebat ipsum transgressurum, atque post aliis mortalibus fidei leges, non nescius plurimos fore incredulos.

Cur lex particularis præter naturalem Adamo posita sit. — Ulterius quærunt, cum esset Adamus naturali lege informatus quæ in conscientiæ judicio posita est bonum, a malo distinguente, cur hanc alteram particularem etiam Deus ipsi imperaverit, ne ederet de arbore scientiæ? Hic respondemus, id factum esse quo illustrior esset bonitas Creatoris Adami, ut qui non sivit ipsum rebus majoribus animum suum occupare: deinde ne per errorem

[73] Rom. II, 15. [74] Matth. VII, 12. [75] Gen. IX, 4. [76] Num. VI, 2. [76*] Psal. IX, 21.

(17) Oratione in Natali Christi.

Digitized by Google

ille existimaret, se rerum conditarum esse dominum, neque supra se dominum alium esse. Nam, verbi gratia, cum animadvertisset omnia illa quæ sub aspectum cadunt sua causa esse effecta a Deo, seque naturali præditum ab illo cognitione, atque omne genus delicias sibi absque ullo molesto labore in promptu esse, denique res aspectabiles sibi servientes quasi ancillas, et, ut semel dicam, cum vidisset omnia illa bona quibus absque molestia aut cura oblectabatur : facile ipsius animus ex his rebus per arrogantiam confidentiamque mutatus sibi persuasisset, res omnes quæ conditæ essent, ad se spectare, neque alius dominationi esse subjectas : nisi hanc alteram a Deo legem accepisset, de non gustanda arbore, quæ perpetuo ipsis observata oculis in memoriam mentemque ipsi revocaret servilem humilemque suam conditionem, seque habere Dominum a quo ejusmodi lex de arbore sibi esset imposita, atque eas ipsas creaturas quæ sibi serviunt, ad illum suum spectare Dominum. Nam si cum legem haberet naturalem, et insuper hanc de arbore, quæ veluti adjutrix illius esset, tamen deliquit suapte voluntate, atque seductus est : quanto magis peccasset lapsusque esset, si hæc de arbore lex posita ipsi non fuisset? Rursus, si præter illam naturalem legem non etiam hanc interdictæ arboris accepisset, musitassent morosi homines, cur non dedisset illi Deus legem aliam, eaque subsidium attulisset priusquam laberetur per peccatum? Recte igitur Deus Adamo, antequam peccaret, hanc legem de arbore scientiæ imposuit, licet præterea naturali lege informatus esset. Quin hoc insuper scire convenit, non jam tum inquinato Adamo positam esse a Deo legem, sed adhuc puro proboque et veluti ab omni vitiositate percolato; sic enim ipsum condiderat. Ad hæc illud etiam quæritur, cur Deus Adamo legem de arbore illa imperaverit, et non de alia re quavis. Respondemus autem : Quo cognosceretur illius amor erga suum parentem Deum. Omnis enim lex vel ad amorem in Deum, vel ad amorem adversus proximum spectat : jam vero nulli adhuc homines usquam erant, ut mandare Adamo posset ne occideret, aut ne committeret adulterium, vel ne furtum faceret, et quæ sunt hujus generis alia. Illiusmodi enim præceptis nullus tunc locus esse potuit, quando nulli erant alii homines, ideoque legem de arbore ferebat, qua observanda pietas Adami adversus suum Conditorem agnosceretur.

Cur de cibi concupiscentia lex Adamo posita sit. — Denique et illud solet quæri, cur Deus legem Adamo imperaverit, quæ ad cibi concupiscentiam spectaret, non ad aliam rem quampiam. Potuisset enim illi lata lege mandare ut quosdam nominatim præscriptos dies jejunus aut precibus vacans transigeret, vel se uno eodemque loco per eos immotus contineret, aut hujusmodi aliud quidpiam agendum omittendumve. Ad eam quæstionem respondemus, eam concupiscentiam quæ circa cibum versatur primum esse animi nostri affectum, eoque recte primam primo homini Adamo legem de illa esse impositam. Sed ut clarius evadat quod dicimus, multi et varii sunt affectus quibus nostra libertas impellitur, quorum omnium præcipua, et veluti radix est concupiscentia. Hæc porro trifariam dividitur : nam aut ad ventris ingluviem pertinet, aut ad opum pecuniarumque avaritiam, aut ad gloriæ ambitionem. His enim tribus affectionum generibus comprehensæ tenentur omnes pravæ cupiditates : et his adortus est quidem Satanas Dominum nostrum in deserto et in urbe; verum, succubuit. Cæterum ventris cupiditas, reliquis duabus violentior difficiliorque mortalibus incumbit : quod vel hinc constat, quia absque pecunia et gloria vivere homines possunt : at sine cibo non possunt sicut apud Jeremiam prophetam scriptum exstat : *Dederunt res suas pretiosas pro cibo, ut instaurarent animam suam* [77]. Neque enim adversum nos facit illud Domini nostri dictum : *Non in solo pane vivit homo* [78]. Igitur quoniam gula, prima est in nobis perturbatio animi, consentaneum erat, ut primæ legis Adamo primo homini ferendæ esset occasio. Et vero quia per ventris ingluviem, cibique appetentiam Satanas Adamum vicerat, idcirco et Christus inde victoriam suam adversus illum in deserto est auspicatus cum illi diceret, ut est apud divum Matthæum : *Si Filius Dei es, dicito ut lapides isti panes fiant* [79]. Porro sunt qui Deum culpent, quod Adamum condiderit cibi avidum ac voracem : et interim, lege lata, a cibo cohibuerit. Sed nos ad hæc dicimus, nullam hic in Deum creatorem posse culpam conferri, sed in ipsum Adamum justissime, cujus rationem audi : Cupidine quæ est in nobis, est quatenus libere uti permittitur, est etiam ubi coercenda cohibendaque est. Ea igitur pars illius quæ nostro usui permissa est, culpa vacat, neque lege inhibetur : qualis est, ut edamus, ut bibamus, ut dormiamus, atque hujus generis alia faciamus. Refrenanda vero coercendaque illa est, quam lex vetat exerceri; veluti si quis gulosus sit, aut ebriosus, vel scortator et hujusmodi aliis vitiis deditus. Conficitur ergo, Deum Adamo legem illam perscripsisse, non ut prorsus nihil ederet, sed ut de una illa arbore non ederet. Nam si nulla illi per eam legem re vesci licuisset, culpandus revera fuisset Deus legislator, qui illam ita condiderat ut edendo vitam sustinere deberet. At quando ab unica ipsum duntaxat arbore prohibuit, neque id vel per invidiam vel per odium ; sed ut ex ejus legis observatione causam haberet permittendi deinde ipsi gustare vitæ arborem, quo vita deinceps frui sempiterna posset : haud insons sane videri ille debet qui non satiaverit suam cupiditatem ab reliquis arboribus; neque unicam illam vitarit, qua

[77] Thren. I, 11. [78] Matth. IV, 4. [79] ibid. 3.

Digitized by Google

fuerat sibi interdictum. Nam ut cæteræ omnes vetitæ fuissent, solaque una concessa, nulla tamen ipsum subegisset necessitas de reliquarum una quapiam gustare, quanto minus cum omnes præter solam unam permissæ essent, ulla ipsum compulit vis eam unam arborem vetitam attingere. Certum igitur ex his evadit, culpam in Adamo inhærere, non in ipsius effectore Deo. Sed et illud disquirendum est: soline Adamo legem imperaverit Deus, an vero etiam cæteris rebus dum ipsas conderet, suas cuique leges dederit? Dicimus autem, omnibus rebus esse positas leges: ratione præditis, et rationis expertibus, mortalibus, et immortalibus; animatis, et inanimatis; quæ sensu percipiuntur, et quæ sensum omnem effugiunt. Nam, (verbi gratia), angelis primam legem dabat cum ipsos crearet, adversus quam prævaricatur Satan, cum suis copiis lapsus est; deinde alteram illis rursum dabat legem, ut res natura corporatas administrarent, atque hæc inferiora et cognoscerent et gubernarent; ipsa scilicet naturæ elementa et quæ ex elementis composita sunt corpora, ut ait Philoxenus sermone de arbore vitæ. Similiter et cœlo et terræ legem posuit, ut in rerum natura perdurarent, ut ait David: *Stabilivit terram supra fulcra sua* [90]. Rursus soli et lunæ cæterisque stellis suas præscripsit leges, quibus motus ipsorum æqualitas regitur, dum nunc accedunt propius, nunc recedunt; juxta illud ejusdem Davidis: *Statuit ipsam in sæculum sæculi, legem dedit, et non præteribit* [91]. Denique et mare suam a Deo legem accepit, ipsam arenam; ad quam dum inundans atque procurrens pertingit, sistitur neque ipsam præterit. Quin et herbis, seminibus, arboribus lex data est, ut pullulent, augescantque. Postremo animantia omnia quæ ratione carent, generali hac lege informavit, ut res sensu suo percipere et motu sese agitare queant. Cæterum leonibus particulariter audaciam pro lege dedit; leporibus, timiditatem; pantheris, unguenti amorem; vulpibus, fraudulentiam atque astuciam; agnis, puram simplicitatem; aquilis, sævam rapacitatem; columbis, innocentiam; atque ita de cæteris legibus particularibus quæ a Deo bestiarum, avium, reptilium denique naturis sunt impositæ, sicut prolixe antehac in eo libro quem de sex diebus fecimus, a nobis est ostensum. Denique interrogari solet, quibus in rebus differant eæ leges quas Deus imposuit animantibus rationis expertibus, rebusque aliis corporatis, quæ et anima et sensu carent, ab illis legibus quas hominibus præscripsit et aliis creaturis ratione præditis. Ad hoc respondemus, plurimis eas inter se modis differre. Nam legum quæ hominibus latæ sunt, in ipsa voluntate posita est observatio; earum vero legum custodia quæ nec anima nec sensu præditis rebus impositæ sunt, in ipsa earum natura est sita. Tum homines doctrina formantur ad præstandas leges quas debent; at ea quæ ratione et quæ anima carent, naturæ impetu atque efficientia ducuntur ut legibus suis obsequantur. Ad hæc: homines, si volunt, servant; si nolunt non servant suas leges: pendent enim ex libero hominum arbitrio. At aliter se habent earum rerum leges, quæ ratione et quæ sensu vacant; neque enim leo, et audax et timidus esse potest; neque lepus, pavidus et impavidus, sed una audacia leonum est, pavor vero solus leporum. Neque ut leo non sit audax, vel lepus non fugax fieri potest. Consentaneum igitur est, hæc si suis legibus pareant, non ideo digna esse præmio, quando nulla arbitrii libertate pollent, sed naturæ vinculis constricta tenentur: nos vero vel observare, vel violare leges nobis imperatas quimus. Postremo hoc etiam addendum huc duximus, nobis insuper esse inditas etiam leges, illis legibus creaturarum ratione et sensu carentium similes. Verbi gratia; oculis nostris insita est a Deo lex videndi, auribus, audiendi; palato, gustandi; naribus, odorandi; ventriculo, concoquendi; atque ita cæteris membris suas indidit rerum Opifex efficacitates pro legibus: *Quia quo die comedes de ea, morte morieris.* Hæc oratio minas terroremque continet, ut qua Deus Adamo, si prævaricaretur et de arbore illa ederet, obnuntiavit periculum. Sed quæritur, qua de causa illi sit interminans. Facilis est responsio, ut a violanda lege, illiusmodi minis, et pœnæ periculo cohiberetur, quam sibi delinquenti præsto adfuturam præsciret. Leges enim per tres causas fere observantur: aut per amorem quo legislatorem prosequimur, aut per præmii spem quod parentibus nobis propositum est, aut denique per metum pœnæ quæ peccantibus est præstituta. Huc igitur spectat illa comminatio qua usus Deus ait: *Quo die comedes de ea, morte morieris*; ut si ille prioribus duabus causis haud induceretur ad parendum, postrema saltem hæc (supplicii metu dico) in officio ipsum contineret. Nam et illud quoque intelligimus, ut pœnam minatus est peccanti Deus, ita et præmium esse pollicitum obsequenti, quamvis hoc neque dixerit neque scripserit divus Moses, sed contentus pœnæ meminisse, de præmio tacuerit. Promiserat enim, si positæ legi pareret, permissurum se illi ut de arbore vitæ ederet, atque ita vitam viveret sempiternam, immortalisque evaderet, idque hinc constat, quod ubi edisset Adamus de arbore scientiæ, dixerit Deus: *Ne forte extendat manum suam, et sumat de arbore vitæ, edatque ac vivat in perpetuo*: præterea, quod morte ut pœnæ opposita si ex adverso vita æterna quasi præmium, et mortali conditioni quam minabatur Deus immortalis, qua n promittebat. Porro, ubi de lege quam Adamo imperaverat Deus locutus est Moses, progreditur ad dicendum de concinnata formataque Eva, deque bestiarum et pecudum procreatione, et de nominibus quibus has appellavit Adam, inquiens: *Et ait Dominus Deus: Non est bonum Adamum esse solum,*

[90] Psal. CIII, 5. [91] Psal. CXLVIII, 6.

Digitized by Google

Cur Adamo creato non dixerit Deus bonum esse quod fecisset. — Sunt ex interpretibus qui dicant ea verba a Deo pronuntiata esse voce quæ in audiendi sensum caderet, ad erudiendum Adamum docendumque quod Deus creator sit, ipse vero cum uxore rebusque aliis quæ usquam essent, creaturæ. Cæterum cur cum finxisset Deus Adamum non dixerit, videre se id quod condidisset esse bonum, sicut de reliquis rebus a se effectis dixisse memoratur; duplicem existimamus esse causam: alteram, quia hic dicturus erat non esse bonum, parum enim illa duo inter se consentanea fuissent; alteram, quia in libertate arbitrii Adæ positum erat, ut aut bonus aut non bonus esset: *Non est*, inquit, *bonum, Adamum esse solum.* Quid igitur facto opus est ut faciat ei adjutorium? Nam si id quod non est bonum rejiciendum est, illud sane quod bonum est, plane ut constituatur convenit; negatio enim si falsa sit, affirmationem esse veram necessum est; sunt enim illa sibi inter se ex diametro opposita: *Faciam ipsi adjutorium qualis ipse est.* Nuper dicebat Deus: *Faciamus hominem*; hic vero dicit: *Faciam.* Nimirum illud nobis oraculum numero plurali prodit tres sacrosanctas personas, hoc vero, singulari, unam essentiam: ut ex his duobus oraculis intelligamus, Deum esse unam essentiam, et tres personas. Ad hoc, supra de formatione Adami agens dicebat: *Faciamus hominem ad imaginem nostram*, quo significaret per verbum numeri pluralis, consultationem quamdam deliberationemque, idque ad ejus, qui formandus erat, dignitatem spectabat, ut qui non conderetur absque verbo et consilio deliberationeque Dei, contra atque bestiæ rationis expertes quæ solo jussu exstiterunt: hic vero, ubi de formanda Eva tractatur, ait: *Faciam.* Et hæc variantia, complures habet rationes. Primo enim ostendit, unam esse viri feminæque naturam; deinde Dei studium adversus Adamum et Evam explicat clarius; ad hoc, prodit Evæ conditionem minime supervacaneam esse. Insuper docet Deo non tandem aliquando in mentem venisse de conformanda Eva, sed in ipso statim initio simul atque Adamum conderet. Et hæc quidem sensa ex verbo, *Faciam*, commentando elicere possumus. Porro cum adjutorii vocabulum variis usurpetur modis, illud quæritur, qua in re adjuvare debuerit Eva Adamum; hoc est femina virum. Statuimus autem in plurimis. Primo in procreandis liberis, hoc est, utero gestandis. Præterea in educanda prole prognata. Insuper ut ad virum spectat ea quibus opus est colligere comportareque aliunde domum, ita feminæ est, domi omnia ordinare, atque ut in promptu sint disponere administrareque. Adhæc, femina ut in lætis ita et in adversis ferendis sociam se viro præstare, unaque onera omnia subire debet. Denique et in reverendo, colendoque Numine, et in aliarum virtutum exercitio virum ipsa adjuvat: nam ut Paulus ait: *Christi salus, et viris et feminis ex æquo est communis* [24]. Quod porro addit: *Qualis ipse est*, perinde est ac si dicat, quæ eadem naturæ conditione cum viro prædita sit, non autem quæ ut bestia vel jumentum, operam illi præstet, quæ humana carent indole. Præterea paritatem quoque naturæ, illa verba, et consimilitudinem in utroque sexu ostendunt, ita ut neutrius, vel præstantior vel desertior existimari debeat. Denique cum tribus fere modis, eos qui alios adjuvant distinguere soleamus (aut enim major opem fert minori, aut minor majorem juvat, aut æqualis æquali operam commodat; verbi gratia, interdum rex opitulatur humilis conditionis viro, et etiam ubi pauper subsidio est diviti, sæpe quoque vir princeps principi viro, aut plebeius plebeio suppetias venit) possunt addita videri verba illa: *Qualis ipse est*, ut æqualem æquali auxilio esse intelligamus, dum Eva Adamum adjuvat. Quod si vero quis objiciat, Evam Adamo plus angustiarum quam opis attulisse: ei respondebimus, culpam ejus rei non in Evæ conditorem Deum, sed in ipsam Evam esse conferendam. Sicut hodie videmus multas feminas triste viris suis connubium reddere; sed id illarum ipsarum vitio fieri, non autem ipsarum opifici Deo hoc crimini posse verti. Nam et manus nostræ eo effectæ sunt, ut quæ proba sunt ea agant, jam si ipsis ad patranda mala utamur, erit sane nostra ea culpa, non conditoris illarum Dei: et oculos nostros formavit Deus ut viderent quæ recta sunt teste Davide, si tamen ad ea quæ impura sunt ipsos intendamus, quis id effectori Deo ac non potius nostræ vitiositati ascribat? *Et formaverat Dominus Deus e terra omnem volucrem cœli.* Non jam formasse Deum alios animantes, aliasque volucres post superiores affirmat, sed de illis ipsis prorsus hic agitur, atque ad eadem effecta, redit oratio, quod ideo sit, ut intelligamus Adamum solum et absque ullo adjutorio quod consimilis esset cum ipso naturæ, formatum primo fuisse, cum bestiæ, jumenta, aves gemino sexu simul condita essent. Cæterum formandi verbum hic non ita accipiendum est quasi ex terra sint coagmentata animantia, feræ, aves; hæc enim ipsa produxit natura, sicut et reptilia progenuere aquæ, ut ante est a Mose dictum: sed ideo formandi sive fingendi verbo utitur Scriptura, ut sciamus non solam terram illa procreavisse, quod Mosis verba: *Producat terra animam viventem, jumenta, et reptilia*, etc., videbantur sonare; sed ex terræ simul et aquarum coagulo enata esse, aut ex quatuor potius elementis. Nam ex his, ut Adami, ita cæterorum quoque animantium, ferarum, avium, reptilium corpora sunt composita; sed illius corpus, Dei ipsius est manibus informatum, horum

[24] Galat. III, 28.

Digitized by Google

vero corpora non manibus, sed solo jussu Dei coaluerunt. *Et duxit ea ad Adamum.* Unde adduxit feras, jumenta, aves, ad Adamum? nimirum e montibus, solitudinibus, aliisque locis passim collecta, solo nutu suo ad Adamum egit, sicut ad Noe quoque diluvii tempore. Nam ut hic, ita volente Deo, nihil sibi ab illorum feritate metuebat, ita neque Adamus, eo quod adhuc non deliquisset adversus Dei mandatum : imo vero ipsa Adamum reverebantur, pavebantque ac tremebant ad ipsius conspectum. Sed et hoc animadvertendum est, hic prorsus atque omnino effectum dari quod ante dixerat Deus ad homines. *Dominamini piscibus maris et volucribus cœli, omnique animanti terræ.* Et rursus : *Dominamini piscibus maris*, etc. Quod autem illa ad Adamum, non Adamus ad illa ducitur, amplificandæ dignitatis causa fit; quasi res possessæ transferantur ad possessorem, aut mancipia ducantur ad Dominum : ostenditur enim, illa obsequium debere Adamo, ejusque causa esse condita. *Ut videret quibus illa appellaret nominibus.* Non hæc eo dicuntur, quasi Deus illorum nomina ex Adamo discere opus habuerit, sed vulgari hominum more loquitur Moses; quippe solemus quæ alioqui nobis etiam perspectissima sunt, ea tamen proponere aliis ut ipsorum sententiam quoque de illis audiamus : Deus enim ab omni æternitate cuncta novit priusquam exsistant. *Et quodcumque appellaverit Adamus animam viventem, id erit ipsi nomen.* Cum dicit, *appellaverit*, ostendit nomina illis esse ab Adamo indita. Cum porro addit *Animam viventem*, arguit ea modo id temporis ad Adamum producta esse, quæ animali anima (ut sic dicam) fuere prædita. Denique cum dicit : *Id erit ipsi nomen*, demonstrat, ea singulorum esse nomina quæ ipsis sunt ab Adamo posita. Conficitur itaque, pisces, reptilia, arbores, semina, virgulta, herbas, cæteraque ex terra nascentia, et res præterea alias inanimas, non hoc loco neque hac vice nomina sua ab Adamo accepisse, sed alio post tempore, neque enim illa omnia potuere una cum feris, jumentis, volucribus ad Adamum adduci, atque hæc prima est de illis verbis doctorum sententia. Cæterum alii sic existimant, dicta illa Mosis non eo spectare quasi Adamus nomina jumentis, feris, volucribus posuerit, sed ad imperium Adami, quod ei ea simul universo generi humano in illa datum est, pertinere. Nam penes quos est rerum quarumdam dominium, ii quibus volunt nominibus res eas censent, sicut possesor ea quæ possidet. Quid enim alioqui profuisset, inquiunt, hanc aut illam bestiam volucremve hoc vel illo nomine nuncupasse, quod nomen neque ipsæ agnoscere quivissent, neque eo sæculo ullus mortalium ab Adamo discere? Ad hoc videmus singulas gentes sua quaque lingua sermoneque ac vocabulis propriis, animantes avesque nominare;

A non Adami autem lingua, nominibusque ab ipso datis uti : unde conficitur, illa Mosis verba ad imperium quod Adæ ejusque posteritati in feras, jumenta, volucres a Deo concessum fuerat, spectare; ut pro illo, quibus collibitum esset nominibus, ea appellare posset. Est et tertia sententia eorum, qui verba illa referunt ad ipsam rationem qua Deus humanum genus ornavit; ea enim dum homo utitur appositis, et feras, et volucres cæterasque res creatas, nominibus appellare potest : *Et imposuit Adam nomina omni animali, et omni volucri cœli, et omni bestiæ agri.* Quidam putant Adamum, voce quæ sensu percipi audirique posset pronuntiata, singulis animantium speciebus volucrumque nomina indidisse, cum editiore colliculo terræ pro paradiso B insidentem angustaque amictum majestate et splendore quem habitu præ se ferebat, et solis radios superantem; illa submissis capitibus prona, neque præ nimio decore quo ille splendebat, intueri ipsum audientia singulatim præterirent, suisque ab illo appellarentur ex ordine nominibus (nam neque Israelitæ quiverunt Mosis vultum inspicere ob fulgorem quo collucebat [53] neque nos valemus oculorum aciem intendere in solem propter resplendens jubar quo circumdatus est) veluti verbi gratia, cum taurum ille nomine cieret, audito nomine suo taurus transibat coram illo, capite demisso, neque obtueri ipsum potens : similiter nominatim citatus equus agnoscebat nomen, præteribatque dejecta C cervice, neque Adami conspectum sustinens : atque ita de nuncupato asino, aliisque singulis animalium et bestiarum volucrumque speciebus. Sed dicet aliquis : Unde didicerat Adamus, quo genus quodque nomine esset vocandum. Ad hoc respondent, quibus hæc interpretatio placet Spiritus sancti fretum gratia, instinctu, atque efficientia; illum propriis appellasse quæque vocabulis : quippe sicut apostoli impulsi sunt ad loquendum aliis linguis, pro eo ac Spiritus sanctus suggerebat ipsis ut loquerentur [53*], ita etiam Adamum ab ejusdem sancti Spiritus benignitate efficacitateque accepisse et scientiam et vocem et orationem, atque ita singulis animalium generibus sua attribuisse nomina. Porro iisdem illis ab Adamo positis nominibus usam esse D universam hominum posteritatem usque ad illud tempus quo sunt confusæ linguæ : et sicut ille feminam vocabat mulierem, et Evam, ita omnes illius sæculi feminas ad confusas linguas usque appellatas esse mulieres, et Evas; quando etiam hodie multi mortalium iis utuntur vocabulis, quæ sunt ab Adamo primum prodita. At alii interpretum, ut nuper ostensum a nobis est, dicere malunt, Mosen significare illis verbis, imperium Adamo ejusque posteritati concessum, pro quo nomina animantibus cunctis rebusque aliis imponere possint. Alii vero existimant, hæc ad ipsam rationem spectare, qua donati ab opifice Deo homines, suis res quasque

[53] Exod. XXXIV, 29. [53*] Act. II, 4.

Digitized by Google

vocabulis queunt appellare : *Et Adamo non inveniebatur adjutorium qualis ipsius erat.* Haudquaquam existimanda sunt hæc verba pro responso data esse cuipiam : quis enim interrogare potuisset num Adamus haberet subsidium sibi simile, quando præter illum etiam tum nemo erat hominum ? Verum spectant ad cognoscendum discrimen inter Adæ conditionem et cæterorum animantium ratione carentium in eo positum quod in his mas et femina pari ortu simul exstiterint ; in genere vero humano Adam solus conditus sit, et deinde ex ipso femina.

Qualis fuerit Adami somnus. — *Et immisit Dominus Deus in Adamum quietem, et obdormivit.* Notandum est, pro quiete in Græco ἔκστασιν : hoc est, mentis stuporem, esse scriptum ; in Hebræo vero somnum. Cæterum eo quod ait, Deum misisse in Adamum, quietem sive mentis stuporem, arguitur, non naturæ necessitudine somnum illum Adamo accessisse, sed Deo conciliante. Qualis vero fuerit illa quies, aut ἔκστασις, si quis quærat, respondemus haud similem consuetis illis fuisse quibus ut solemus, naturæ indulgentes. Primum enim eo sopore immisso, obduxit Deus Adami mentem a rebus omnibus quæ visu vel alio quovis sensu percipi possint, atque ita somno eo affecit ut illarum rerum prorsus nullam sentiret : nimirum ipsius cogitationes penitus ab occupationibus rerum mundanarum omnibus ita collegit ut alio mentem suam ille, quam in seipsum ac circa sese, non intenderet aut verteret : deinde revelationem ipsi indidit, qua veluti divina quapiam efficientia, sic ille comparabatur, ut per animæ suæ motus viresque, videret atque audiret cuncta quæ seipso ac circa se agebantur. Permisit enim ipsi ut non aliter apud animum suum versaret reputaretque ac certus redderetur quod costa sibi eximebatur atque in mulierem concinnabatur, quam si oculis auribusque corporeis usus rem ipsam vidisset et audivisset. Nam eo captu animi, qui videndi audiendique sensibus responderet, ideo ipsum infirmavit Deus quo penitus cordi ipsius fixa hæreret mentique certa constaret res illa quæ agebatur ; intelligeretque ille se non fantasia quapiam atque vana imaginatione seductum a vero esse, sed rem ipsam percepisse : non aliter atque nobis accidit, qui dum oculis aliquid cernimus auribusque audimus, vere nos quod res est didicisse scimus : sunt enim duo illi sensus (visum dico, auditumque) in omni re certissimi veritatis testes. Et vero ut hic cum Adamo, ita alias cum sanctis prophetis agebat quoque Deus quando ipsorum pectora divinis suis revelationibus illustrabat : ante omnia enim abducebat ipsorum mentes cogitationesque ab omnibus rebus spectabilibus aut in quemvis alium sensum cadentibus atque materiatis, et plane ab omni mundanarum rerum occupatione : quo, mentis agitationibus animique cogitationibus intente contemplarentur ea quæ apud se gerebantur : eaque non aliter intelligerent quam quæ oculis auribusque corporeis coram fieri viderent atque audirent, deinde radiis divinarum revelationum pectora ipsorum collustrabat : revelationum (inquam) earum rerum quæ aut eventuræ erant, aut jam tum acciderant. Verum illiusmodi revelationes divinæ et Spiritus sancti efficaces actiones, prophetis vigilantibus contingebant ; at Adamo dormienti obvenit sacra illa revelatiorei quæ circa illum agebatur in condenda ex ipso Eva. Fuit igitur ea sive quies sive ἔκστασις, qua Deus Adamum devinciebat quando ipsius detractam corpori conformabat Evam, illi similis sacræ visioni qua Abraham cernebat lampadem ignis incedentem inter frusta [84], qua Ezechiel invectos Cherubinos [85], qua Isaïas Deum sedentem in sede sublimi Seraphinosque stantes circum ipsum [86] ; denique qua Petrus descendens e cœlo velum contuebatur [87]. Atque hæc hactenus de quiete sive exstasi, quam Deus Adamo injiciebat, dicta a nobis sunto. Illud porro quod scribitur, *dormivisse Adamum*, ostendit ipsum adhuc ignarum quid rei esset somnus, se nudum humi abjecisse, atque stertuisse, sed indutum interim gloria, splendentemque solis in morem .Porro in disquisitionem autem hic venit, num per insomnium viderit costam quæ sibi subtrahebatur, atque conformabatur in feminam, an vero reipsa eam costam intuitus sit? Respondemus vero, cum minime costam ipsam revera aspexisse, cum dormierit : neque etiam per insomnium (quanquam non negandum sit esse quædam insomnia vera, cujusmodi fuere illa quæ Josepho evenerunt et Pharaoni, item Danieli et Nabuchodonosori, atque etiam Josepho Mariæ sponso, denique uxori Pilati, compluraque alia hujus generis) sed per divinam revelationem, cum somno tamen interim esset ipse occupatus. Cæterum divinæ revelationes non uno omnes modo hominibus offerri solent : sed partim repræsentatis rebus ipsis, aliæ per insomnia : denique nonnullæ etiam neque per res ipsas neque per insomnia, sed per animæ sensus, occlusis scilicet sensibus corporis : sicut nobis usuvenit,dum clausis oculis obturatisque auribus cogitationem nostram ita intendimus in rem quampiam remotam, ut neque audiamus illos qui nos ex propinquo alloquuntur, neque videamus. Sunt autem revelationes, quæ per res fiunt, cujusmodi fuit illud Mosis visum, quo ignem rubumque ipsum, et cætera videbat [88] ; eæ vero quæ per somnia, quales fuere, Josephi et Pharaonis [89], atque Danielis et Nabuchodonosoris [90]. Quæ neque reipsa, neque per insomnium accidunt, illius sunt generis cujus erant quas videbat Abraham, Isaac, Petrus, et hoc loco Adam.

Cur Adamo dormienti potius quam vigilanti erepta costa. — Solet et illud quæri, cur non vigilanti Adamo, sed dormienti costam Deus subtraxerit ? Atqui si vigilanti exemisset, horum ipsi evenisset

[84] Gen. xv, 17. [85] Ezech x, 1 [86] Isa. vi, 2. [87] Act. x, 11. [88] Exod. iii, 2. [89] Gen. xxxvii, et xli. [90] Dan. ii, 1.

Digitized by Google

alterutrum, ut aut doloris sensu aliquo afficeretur A in auferenda costa; aut nullo. Jam vero si doluisset, odium adversus conjugem suam Evam concepisset: sin nullo tactus fuisset dolore, existimasset falsam duntaxat imaginationem fuisse eam quæ de Evæ conditione suo animo obversabatur, neque reipsa et vere accedisse. Imbuit igitur illum somno Deus ne quid doloris sentiret dum costam amitteret: rursusque effecit ut intellectus sui motu, costam sibi adimi, inque Evam concinnari viderit: quo ea res ipsius animo impressa fixaque penitus mente hæreret, neque falsa rei imago existimaretur; hæc vero animi intelligentia atque notio ex divina est orta revelatione, et instinctu. Igitur non naturalem somnum et usitatum illum immisit Adamo Deus, quo effectum est ne sentiret B dolorem, ægreque haberet dum sibi costa demeretur: ex quo dolore subinde in memoriam sibi recurrente, hostis adversus eam mulierem fieri potuisset, quæ ab ipso Deo erat conformata, sed ea ipsum quiete, sive exstasi devinxit, in qua scire posset atque intelligere, illud rem ipsam esse, quod in se, et circum se agebatur a Deo, nullo tamen interim doloris sensu tactus. Ad hæc sciendum est, quod prophetis, cum imbuerentur divinis revelationibus dabatur simul mentis contemplativa vis quædam, qua sacras illas revelationes penitus intuerentur atque expenderent: qua contemplationis vi alioqui non semper sed solo illiusmodi revelationum tempore mens ipsorum illustrata ma- C nebat, auferebatur vero ea ab ipsis post revelationes sed remanente interim fixa in ipsorum mente, vera contemplativæ illius virtutis memoria, etiam posteaquam evanuissent ipsæ revelationes simul cum vi illa contemplativa. Ita enim accidit Abraham, exstasi correpto [91], Elisæo visum videnti [92], item Isaiæ cum cerneret Deum sedentem super solium [93]; præterea Ezechieli intuenti Cherubinos invectos [94], denique Petro contemplanti velum [95]. Igitur sic Adamus quoque affectus erat cum quietem sive exstasim ipsi immisisset Deus: apparuit enim ei Deus, dataque est ipsi simul vis ea mentis contemplativa qua cernebat eximi e suo corpore costam et feminam formari: sed postquam abscessit ab ipso revelatio, atque ablata simul D est mentis illa vis contemplativa, mansit tamen nihilominus firma in ipsius animo, rei de se gestæ vera recordatio.

Cur Eva non etiam ut Adamus ex pulvere formata sit. — Et accepit unam e costis ipsius, clausitque carne ejus locum. Cur ex ipso Adamo formaverit Deus Evam, et non ex terræ pulvere finxerit sicut ipsum Adamum variæ sunt causæ. Prima, ut una eademque radix, et nascendi principium esset omnibus hominibus ipse Adam. Altera ne dicerent contentiosi homines, alium fuisse Adami, alium Evæ conditorem, sed fateri cogerentur, ab uno eodemque Deo ambos esse formatos. Tertia, ut arctiore constringeret amore virum et feminam, eo quod hæc ex illo esset orta. Quarta, ut effectum redderetur quod Moses de Adamo dicit: *Masculum et feminam creavit ipsos.* Quinta denique ne femina principatum affectaret, qui viri est. Quæri porro potest, cur Deus Evam non sumpserit ex parte corporis Adami anteriore, aut infima, aut posteriore, aut denique suprema, sed ex medio corpore. Dicimus vero ex anteriore parte acceptam non esse, ne vellet potior haberi virumque imperio premere; neque rursus ex posteriore, ne viro esset contemptui: ex capite vero ablatam non esse, ne primas quæ viro debentur femina sibi vindicaret; et vero neque ex ultima parte corporis formatam esse, ne vir feminam multo se inferiorem humilioremque æstimaret; sed ex medio corpore, ut mediocri apud virum dignatione haberetur. Solet ulterius hoc etiam quæri, cur e sinistra potius corporis parte, quam dextra sit ablata; possumusque respondere, ideo e dextra parte sumptam non esse ne cum viro conferri æquarique se vellet; duas vero esse rationes, cur e sinistro latere sit formata: alteram, ut sit viro obsequiosa ejusque imperio obtemperans; alteram, ut sciatur infirmoris eam naturæ esse. Nam sinistrum latus dextro imbecillius est; neque enim sese potest absque dextri auxilio subrigere, ut neque femina se absque viro sustentare valet. Et vero sinistrum arguere imbecillitatem, vel ipsa animantium natura monstrat quorum omnium sinistra pars imbecillior est quam dextra. Est itaque in feminis temperamentum corporis frigidius, imbecillius, crudius, ut in parte animantium sinistra. Quin inter ipsos viros reperias cujus dextrum latus sit calidum, vegetumque sinistrum vero, frigidum ac flaccidum. Ad hæc masculus in dextro latere concipitur, femella in sinistro. At enim ex ipsa imbecillitate quam in sexu feminino palam cernimus, satis arguere liceat, Evam e sinistro Adami latere, ut minus valido, esse acceptam. Porro cur costam et non aliam corporis partem Adamo detraxerit Deus, quam concinnaret in feminam, plurimas habemus rationes; nam cum in costa et carnem et ossa, et nervos, et sanguinem invenire sit; ex ipsa, ut perfecto absolutoque membro, perfectam numerisque omnibus absolutam esse formatam feminam recte colligitur. Præterea eo etiam significatum est, ita feminam protectore viro opus habere sub cujus umbra tuta lateat, ut costæ brachiis contectæ proteguntur. Denique eodem spectat quoque mysterium perfossi lateris Domini nostri in cruce, ex quo profluxit sanguis et aqua, ut hac renascerentur fideles per baptismum, illo vero expiarentur. Ideo enim lancea Domini nostri latus pertusum est, ut lueret expiaretque feminæ illius scelus, quæ ex latere viri per costam fuerat enata. Porro ideo explevit carne locum exemptæ costæ, ne dolore afficeretur experrectus Adam, eo quod parte

[91] Gen. xv, 1 seqq. [92] IV Reg. vi, 17. [93] Isa. vi, 1 seqq. [94] Ezech. x, 4. [95] Act. x, 11.

Digitized by Google

ea corporis esset mutilus; simultatemque adversus detractam sibi partem conciperet. Et vero duo sunt, quæ expedite Deus peregit in Adami corpore : alterum quod costam absque dolore exemit, alterum quod pro costa carnem suffecit; et quidem neutrum horum sentiente Adamo, rem tamen ipsam intelligente atque cognoscente per divinam revelationem, quam mentis contemplatione intuebatur. *Et concinnavit Dominus Deus e costa quam sumpserat ex Adamo feminam.* Hæc non sunt a Deo tribus diversis peracta vicibus; neque id dicit Moses, sumpsisse Deum primo costam, post explevisse locum ejus carne, ac tunc demum concinnasse feminam : verum subito, et oculi brevissima nictatione exempta est costa, suffectaque caro, et conformata femina. Nam si intra oculi momentum resurget universum genus humanum, ut divus Paulus ait, [66], multo facilius intelligere possumus, simul illa tria apud Adamum a Deo peracta esse : verum quando non potuit Moses simul omnia hæc verbo uno complecti atque enuntiare et describere, coactus est ex ordine dicere Deum cepisse costam, et costæ loco carnem supposuisse, ac feminam concinnasse. Rursus quæritur, cur Moses de Adamo usurpet, *Gebal*, hoc est, fingendi sive subigendi verbum; at de Eva, *Tacan*, hoc est, concinnandi. Respondemus, fingendi subigendive vocabulum luto convenire, ex quo Adam formatus est; subigi enim lutum debet, ut quidpiam ex ipso fiat; at costa cum jam tum subacto ex luto formata exsisteret, sola concinnitudine opus habebat, ut in feminam evaderet.

Cur non dixerit Moses, inspiratam in faciem Evæ, animam, ut de Adamo dixit — Jam vero, hoc quoque interrogari potest, cur non sit dictum de Eva, quod insufflaverit Deus in ipsam animam, sicut de Adamo scriptum est : *Et insufflavit in faciem ipsius animam vitalem.* Respondemus nequaquam eo istud factum esse quod Eva non fuerit prædita rationali anima perinde ac Adamus aut non composita ex corpore et anima, ut ille, neque vero etiam quasi anima ex corpore nascatur, sicut os ex osse et caro ex carne : sed duabus de causis illud prætermissum in historia esse, quarum altera est, cum ante esset de Adamo explicatum, humanam naturam ex corpore et anima in ipsius faciem insufflata constare, minime erat necessarium idem de Eva hic repetere; altera, quia cum costam temperasset Deus rebus omnibus quibus opus erat conformassetque in feminam, dubium esse non potuit quin simul animam in ipsius faciem inspirasset, idque vel hinc intelligitur quod et si alio modo Adam alio Eva orti sunt (Adam enim ex luto factus est, Eva vero ex Adamo concinnata, atque Adam, non generatus exstitit; Eva vero ex Adamo est producta) tamen consimilis prorsus ambo sunt naturæ parique compositione naturali constant, quæ est corporis et animæ commistio. *Et adduxit ipsam ad Adamum.* Unde, et quo duxit illam? Sane non ex uno loco ad alterum : sed cum ante in rerum natura non fuisset, produxit in rerum naturam. Cæterum ideo dicitur ad Adamum ducta esse, quia ejus gratia ipsam condiderat, concinnaratque Deus; ait enim Scriptura : *Faciam ipsi adminiculum qualis ipse est.* Sed non est, ut ab ipso ablata fuerat rudis atque informis costa, ita et restituta; verum jam concinnata effectaque femina. *Et ait Adam : Hac vice os de ossibus meis, et caro de carne mea.* Hic vaticinantis Adami verba nobis prodit divus Moses; nam qui sopore atque quiete obrutus jacebat, animæ vero suæ interim agitationibus mentisque contemplatione rem ipsam quæ in eximenda costa concinnandaque Eva agebatur, considerabat; subito experrectus, cum eam ipsam mulierem quam per somnium conformari animadverterat, coram se stantem vigil inveniret : divina sancti Spiritus gratia impulsus vaticinabatur, inquiens : *Hac vice os de ossibus meis, et caro de carne mea.* Quod ait : *Hac vice,* ad illius temporis spectat discrimen, quo Deus bestias ac jumenta volucresque ad illum egerat, imponendorum nominum causa. Perinde ac si Deo dicat Adamus : Quam nunc ad me adduxisti mulierem, longe alia est atque fuere animantia illa quibus ad me actis nomina indidi; neque enim illa ex me sumpta, aut meæ fuerant naturæ; at hæc os est ex ossibus meis, et caro ex carne mea, hoc est, ex meipso accepta est, meæque est penitus naturæ particeps : una quippe eademque natura constamus ego illaque. Cæterum duabus id orationibus sciebat Adamus quod hic pronuntiabat, et mentis suæ contemplatione qua dormiens cernebat, et Spiritus sancti benigna efficientia qua intus, illustrabatur. Sed animadvertendum est Adamum quoque ex Evæ compositura suam ipsius intellexisse agnovisseque : cum enim per animi sui contemplationem intueretur Creatorem eum qui Evam condebat efficiebatque, agnoscebat simul et suam ipse conditionem et eum qui se creavisset (18) : sicut etiam angeli cum viderent animas Adami et Evæ a Deo creari præditas ratione et intelligentia, et immortales, hoc est, sibi similes, tunc demum intelligebant, qua ipsi essent conditione naturæ creati, et a quo opifice. Possumus etiam aliter verba illa : *Hac vice os*, etc., in sententiam interpretari : Hac duntaxat vice mulier ita formatur, ut sit os ex ossibus meis, et caro ex carne mea; in posterum vero non sic formabuntur mulieres, sed per maris cum femina connubium procreabuntur. *Hæc vocabitur mulier, quia e viro accepta est.* Videtur quidem hæc oratio hunc præ se ferre sensum, quod ideo dicta sit mulier quia ex viro sumpta est, cum tamen propter legi-

[66] I Cor. xv, 52.

(18) Errat plane Bar Cepha, nam plenissima rerum humanarum supernaturaliumque cognitione qua imbutus fuit Adam recte originem suæ novit. S. Thomas, I part. q. 99, art. 5.

Digitized by Google

timum cum viro conjugium mulier appellatur. Nam si inde quod sumpta sit ex viro, hoc nominis sortiatur plane aut cæteras mulieres omnes ex suis maritis acceptas fateri oportebit, aut earum nullam mulieris nomine dignam esse. Quod autem vocabulo feminas nuncupemus ob legitimas cum maribus nuptias, ipse nos usus docet quo eas consuevimus solas sic appellare quibus legitimum intercessit cum viris matrimonium. Quin divus Paulus quoque ubi virginem secernit a muliere, ostendit eam quæ non est secundum legem nupta viro mulierem vocari non oportere [17], sed eam quæ legitimis nuptiis cum viro sociata sit. Insuper, hanc esse illorum verborum sententiam, ipsius Adami quæ subsequuntur verba arguunt: *Propterea relinquet vir patrem suum et matrem, et adhærebit mulieri suæ.* Nam nisi legitimo nuptiarum vinculo conjuncta fuisset sibi sua femina, plane non vocasset eam suam mulierem sive uxorem. Denique sunt quidam interpretum, qui, *Itto*, hoc est, mulierem sive uxorem vocatam tradant illam hoc etymo; quasi ipsa ad maritum suum dixerit: *Atta Ta Zaedi*, hoc est, *tu accede ad me*, nimirum si velis mihi rite sociari, paterque liberorum fieri conservandi generis humani gratia. Conficitur itaque his omnibus, ideo Evam dictam esse *Itto*, hoc est, mulierem sive uxorem, quia lege viro conjuncta erat, omnesque ac solas feminas rite nuptas illo nomine dignas esse, atque in eam sententiam Adami verba illa esse explicanda, quantumvis aliam præ se ferant. Verumenimvero sunt qui dicant, duo ista nomina, viri et mulieris, inter se convenire in lingua Hebræa, quam Syra, aut Græca, aut Armeniaca, aut denique alia quavis. In illa enim virum, *Is;* mulierem, *Issa* enuntiari, quod perinde est ac si Syrus, ut virum, *Gabro*, ita mulierem *Gabirto* vocet (19), de qua re nos, volente Deo, dicturi sumus in eo Commentario, quem scribere constituimus in reliqua libri Geneseos capita, si vita superet, erit enim ejus tractandæ congruus locus ubi ad illa verba perventum fuerit: *Et erat omnis terra linguæ unius et sermonis ejusdem. Ideo relinquet vir patrem suum et matrem suam, et adhærebit uxori* (sive mulieri) *suæ.* Jam diximus, ex his verbis facile intelligi, mulieris nomen a legitima conjunctione qua viro sociatur, dictum esse. Nam eo spectat quod hic dicit, virum ita mulieri mutuum cohærere debere, ut patrem matremque sibi præ illa deserendos statuat. *Et erunt ambo caro una.* Multis modis vir et uxor una caro censentur: per conjugii necessitudinem, per sobolem ambobus communem; denique eo etiam quod parentis filiique ratio ex ipsa muliere pendeat atque ex ea constituatur, quantum ad ipsa corpora quæ progignuntur, pertinet. Ex connubio enim viri mulierisque fit ut concipiat pariatque mulier: jam vero per conceptum partumque parentes et filii efficiuntur. Porro certum est, Adamum hæc verba per vaticinium ex divinis revelationibus pronuntiasse. Nam illa ipsa Christus in Evangelio quasi ex Dei Patris persona dicta profert [18]: quandoquidem prophetarum verba, etsi ex ipsorum oribus emanarint, tamen ut ab ipso Deo pronuntiata accipimus; Dei enim ipsius organa, prophetæ habendi sunt. Cæterum quæri potest, cur de viro dicat Scriptura, quod relinquere debeat patrem matremque, et adhærere uxori: quando ipsæ potius mulieres, patre, ac matre, familiaque, ac rebus suis omnibus relictis, ad viros accedunt ipsisque adhærent. Ad hoc respondendum est, multis id rationibus fieri: et quia vir mulieris caput est, et quia ille per conjugium liber primum evadit solviturque patria potestate in qua tantisper erat dum uxorem duceret: ea enim ducta ipse fit paterfamilias. Et quia non parentem esse sed corpora miscere, tempore prius est; neque enim quia parentes sunt, venere utuntur, sed quia hac usi sunt parentes fiunt. Nam Adam et Eva priusquam mutuis amplexibus consociati essent, haudquaquam parentes dicebantur, verum ubi connubio cohæsissent filiosque procreassent, tum demum parentes sunt merito cognominati. Porro posteaquam de condita Eva locutus est Moses, procedit ad explicandum quomodo vitam agitaverint suam primi parentes his verbis; *Et erant ambo nudi, Adam et uxor ipsius, neque pudebat ipsos.* Sed cur non pudebat? Non profecto quia pueruli essent, aut quia rustica simplicitate atque imprudentia; fuere enim a Deo effecti ætate juvenili, non puerili, et prudentes, non stolidi aut inurbani; sed ideo pudore non afficiebantur de sua nuditate, quia adhuc non peccarant neque deliquerant, eoque nulla animum cogitatio subibat esse aliquam in nuditate culpam. Præterea amicti erant gloria, atque idcirco non verecundabantur: sicut enim Mosis faciem gloria contectam intueri non potuerunt Israelitæ [19], et ut in solem stola gloriæ vestitum mortales oculorum aciem intendere nequeunt; præterea ut corpus Domini coopertum gloria, solem ipsum fulgore candoreque superabat cum in montem se recepisset [1-20], denique ut ipsius divinitatis vestimentum spectabile non est; ita Adam Evaque quia vestiti erant gloria, nihil verecundabantur. Nam nuditas ea de qua hic Moses agit, ad vestem spectat non item ad gloriam qua etiam tum contecti erant. Insuper est ubi nuditas pudoris sensum generet; est etiam ubi nulla verecundiæ cogitatio animum ob nuditatem subeat. Illius exemplum habemus in Adamo atque Eva, qui posteaquam deliquissent, existimabant suam sibi nuditatem pudori esse debere; hujus vero in puerulis, quos nihil pudet esse nudos; idem accidit, cum res ipsa pudorem in se nullum habet, veluti cum quis secreto, et absque testibus, se vestibus exuit; fit hoc etiam longa consuetudine magistra, sicut iis evenit qui assidue in balneis nudi versantur. Denique ubi rei

[17] I Cor. VII, 1 seqq. [18] Matth. XIX, 4, 5. [19] Exod. XXXIV, 29. [1-20] Matth. XVII, 1 seqq.

(19) Vel si Latinus virum dicat hominem; mulierem vero, hominem.

Digitized by Google

A necessitas quædam incumbit, veluti si quis ulcere laboret in ea corporis parte quam alioqui absque pudore non retegat; ipsa tamen necessitate adactus, eam exuto pudore, medico aperit. Duas igitur ob res non verecundabantur Adam et Eva cum essent nudi; et quia amicti erant gloria, et quia adhuc non deliquerant. Nam et in futuro mundo sublatus erit omnis pudor ex hominibus, qui ex nuditate possit gigni; tum quia vestiti erunt gloria quali erat indutus Adamus atque ipsius uxor Eva inter arbores antequam violassent mandatum; tum quia ipsa pudoris causa, peccatum dissolutum erit irritumque. Cæterum divus Moses dum perseverat, Adamum Evamque nihil puduisse suæ nuditatis (20): confert id sæculum quo ea scribebat, cum B eo quo illi fuere procreati a Deo, quasi dicat: Non ut jam videtis homines ob nuditatem pudore affici, ita Adamo Evæque accidit; neque enim illos puduit ob duas quæ dictæ jam sunt rationes. Porro absoluto sermone de creato Adamo Evaque, et de vitæ ipsorum instituto, pergit divus Moses commemorare fraudem qua seducti sunt a recto, nimirum ut nos doceat ex quanta libertate in quam gravem delapsi servitutem per peccatum, inquiens: *Et serpens astutior erat omni bestia agri, quam effecerat Dominus Deus.* Num de corporato serpente hic agat divus Moses, an vero de Satana qui serpenti similis apparuerit; et, si Satanas in serpentis corpus se insinuerat, cujus generis fuerit is serpens; C præterea pedesne habuerit an minime ille serpens; et quæ huc spectant alia, pridem sunt a nobis diligenter pertractata. Commemoravimus etiam cur serpentem astutiorem dixerit, non prudentiorem cunctis bestiis agri. De his enim omnibus egimus, cap. 27, quæstionibus decem in medium propositis.

An Satanas audiverit Deum Adamo præcipientem ne comederet. — *Et ait serpens ad mulierem: Vere dixit Deus, ne comederetis de omnibus arboribus paradisi.* Dubitari potest, an audierit diabolus mandatum legemque, quæ Deus Adamo imperaverat: cumque minime ignoraret quod res erat, dixerit ad feminam: *Vere ait Deus, ne comederetis*, etc., an vero suspicans modo legem illi a Deo positam fuisse, mulierisque animum tentans, illa ad ipsam verba D fecerit Dominus. Ephrem, aliique interpretes complures censent Satanam audivisse mandatum quod Adamo dabatur: ejusque conscium accessisse interrogasseque feminam illis verbis: *Verene ait Deus*, etc., quo per eam interrogationem sibi caparet colloquendi ansam. Philoxenus vero et Theodorus Nestorianus multique cum his alii dicere malunt, Satanam non audiisse legem dum Adamo imponebatur, sed conjectura atque suspicione præscriptæ cujuspiam legis ductum, mulierem adortum esse ut ex ea interrogata disceret qualisnam lata lex esset, atque inde captato fallendi argumento adversus ipsam abuteretur. Nos porro putamus, cujusque harum duarum sectarum sententiam versari in tribus hisce quæstionibus: utrum condita sit Eva simul cum Adamo, an post; deinde, acceperitne una cum Adamo mandatum illud ab ipso Deo, an vero post ab Adamo: denique sitne per vocem quæ in sensum caderet, data lex ea a Deo, an vero absque voce menti impressa, cognoscibilisque reddita: ac proinde censemus has quæstiones accurate expendendas esse priusquam de illis sententiis recte possis existimare.

Historiæ Adami ordo. — Igitur Dominus Ephrem et qui cum ipso sentiunt interpretes alii ipso freti Scripturæ tenore serieque ducti, dicunt primo Adamum esse conditum extra paradisum, et deinde in paradisum introductum accepisse a Deo mandatum ne vesceretur arbore cognitionis, post indidisse nomina animantibus, ac tunc demum conformatam esse Evam ex ipsius corpore, atque de præcepto edoctam ab ipso Adamo voce ejusmodi quæ audiri posset, eamque vocem exaudisse Satanam cum ad uxorem loqueretur Adamus; itaque Satanam mandati minime ignarum, sed bene conscium aggressum esse Evam, eamque pacate interrogasse: *Verene dixit Deus; Ne comederetis de arboribus paradisi?* nimirum ut ea sibi interrogatione aditum ad colloquium pararet. Theodorus vero et ejus sectatores aiunt, simul Adamum esse conditum et Evam ipsi detractam eodem quo creatus erat loco, atque hanc una inde in paradisum cum illo esse subductam, unaque legem accepisse ab ipso Deo; non quidem voce quæ audiendi sensum moveret, latam, sed menti ipsorum impressam consignatamque quodam cognoscendi modo. Nam simul utrique legem hanc imperavisse Deum, vel inde se comprobare satis posse putant, quod scriptum sit: *Masculum et feminam creavit eos*; item: *Dominamini piscibus maris, et volucribus cœli*, quæ plurali numero dicta sunt. Præterea, quia Eva ob fractam legem magis etiam culpabatur quam Adam. Neque vero absurdum est, si hæc aut illa quæ ad Adamum modo locutus videri potest Deus, ea sub Adæ persona ad utrumque ipsorum dicta putemus. Nam quod scriptum est in Psalmo: *Beatus vir qui non ambulavit in via impiorum* [81]; profecto ad utrumque sexum sub solius viri nomine spectat. Et quæ in ecclesiasticis consiliis cœtibusque, de viris disceptamus constituimusque, sane ad feminas ex æquo pertinent. Cæterum quod non voce exaudiri posset, latam esse legem aiunt; sed quodam revelationis modo immissam in ipsorum animos, simile esse dicunt illis visis quæ prophetis apparent. Nam simul inditam fuisse illorum mentibus vim quamdam intelligendi ac veluti intuendi atque ita certo cognoscendi id

[81] Psal. I, 1.

(20) Caute lege, nam Adam non habuit corpus gloriosum ut beati in patria sed forsan intelligito bonum illud splendidum status innocentiæ, quo ex nuditate corporum nullus oriebatur rubor, quale quoque erit in patria.

Digitized by Google

A quod jubebantur, nulla intercedente voce quæ audiendi sensum moveret; cum serpens, quando de lege lata interrogabat, perperam ipsa legis verba retulerit, nimirum quia non legem ipsam auditam, cum ferretur, tenebat, sed suspiciens conjectabat modo, ut qui cum videret animantia passim capere pabulum, Adamum vero Evamque etsi corpore constarent, nondum tamen vesci, facile venerit in suspicionem, imperatam his esse legem quampiam qua vescendi modus aliquis esset præscriptus. His ergo inducuntur isti rationibus, ut putent dæmonem ignarum mandati, mulierem illa interrogatione esse adortum, quod ex ipsa legem disceret, eaque cognita, et iis quibus imperata erat et ipsi legislatori insultaret. Esto autem judicium penes B lectorem, utram harum duarum opinionem approbet; potest enim in utravis acquiescere. Cæterum Satanæ verba illa in ipso statim exordio, Dei verbis adversantur; mandarat enim Deus Adæ atque uxori ut de omnibus arboribus paradisi vescerentur (21), sed de sola arbore scientiæ boni et mali non vescerentur. At ille contra : *Vere* (inquit) *dixit Deus : Ne de arboribus paradisi vesceremini*, quæ oratio prorsus cum Dei oratione pugnat. Videtur vero in ipso sermonis initio dæmon ideo verba sua ad multas arbores extendisse, ut occasionem sibi compararet in progressu unam illam vetitam arborem calumniandi. Nam cujus studia in universum omnia improba sunt atque perversa, haud mirum est si ab improbitate auspicetur : *Et ait mulier ad* C *serpentem : De fructibus arborum paradisi omnium comedimus, de fructibus arboris quæ est in meditullio paradisi dixit Deus : Ne edatis de ea, neque tangatis eam, ne moriamini.* Non, inquit, o serpens, jussi sumus ab omnibus abstinere arboribus, ut tu dixisti, sed ab una sola quæ in paradisi medio exstat; interminatusque est nobis Deus futurum ut moriamur, si de hac ederimus. Cæterum existimandum est, mulierem non modo arborem in medio sitam paradiso apud serpentem nominasse, sed addidisse etiam, *scientiæ boni et mali*, tametsi hoc Moses prætererit; credibile enim est, ipsam mandati verba omnia recitasse, inter quæ etiam illa sunt : *Et ait serpens ad mulierem : Non mortem mo-* D *riemini, sed novit Deus quod quo die ederitis de ea, aperientur oculi vestri, et eritis sicut dii scientes boni et mali.* Cum ait serpens : *Non morte moriemini*, audet Dei verbum contemnere, falsique arguere : dixerat enim ille morituros nisi ab illa arbore abstinerent, et simul submovet metum mortis quo ab ea gustanda illi abstinebant. Cætera verba eo spectant, ut persuadeat Deum per invidiam ea illis arbore interdixisse; nempe ne dii fierent, qualis ipse esset.

Nimirum ut princeps solet non facile atque amice ferre æquales suos principes, ita neque Deum deos pati alios posse; præterea ut incitet ad vescendum vetito fructu, quasi dicat : Non modo non moriemini, verum etiam plurimum crescetis, quippe in deos evasuri qualis ille conditor vester est. Nam in ipso fructu, interque ramos illius arboris latet divinitatis vis, ita ut quisquis vescatur, ille pro deo fiat, bonique ac mali gnarus. Per oculos autem aperiendos, cognitionis acumen, perspicacitatem, atque boni malique experientiam pollicetur. Denique quod deos fore, numero multitudinis, promittit; hoc facit, ut ipsorum animis inserat opinionem, non maximum numen esse eum Deum qui ne de arbore illa ederent, interminatus fuerat, sed esse etiam deos alios illi pares. Præterea ut improbam illam existimationem, quam esset aliquando gentibus persuasurus, complures deos esse in orbe; ab ipso statim initio, primorum parentum auribus instillaret, atque ita ad omne malum genus humanum averteret. Quapropter recte admodum Satanas ille etiam diabolus (22) est appellatus. Satanas quidem, et quia ipse a Deo recessit, et quia mortales a Deo abducit ut sectentur eos qui iram pariant; diabolus vero, hoc est, calumniator, quia Deum per calumniam culpabat apud Adamum et Evam, quasi per causam invidiæ interminatum ne de arbore illa gustarent; et quia vicissim homines traducit apud Deum, ut de Job scriptum exstat. De hoc enim sic apud Deum verba faciebat : *Extende manum tuam, et tange carnem ipsius, num in faciem tuam maledicat tibi* [23] ? Denique quia persuadere mortalibus laborat Deo ipsos curæ non esse. Cum lex omnis aut ad prohibendum peccatum, aut ad promovendam justitiam pertineat; atque vel formidine pœnæ quæ rebellantibus, vel spe præmii quod parentibus præstitutum est, observetur. Serpens iste, hoc est diabolus, eo quod ait : *Non moriemini etiam si ederitis*, pœnæ metum submovere conatur, quo illi prohibebantur a transgrediendo legem Dei. Rursus dum addit : *Eritis sicut dii*, maximæ etiam mercedis spe lactat, si vescantur fructibus a Deo vetitis. Est vero existimandum Evam neque ita accepisse verba serpentis sive diaboli, tanquam quæ disputari possent; alioqui enim multis illi modis, aut uno saltem quopiam respondissent; neque rursus ceu dubia et ambigua, nam ita quoque non defuisset ipsi quod contra diceret; potuisset enim respondere : Unde tu nosti hoc mysterium? Sane qui arborem consevit, major te est. Præterea, quid sibi vult quod meos oculos apertum iri ais gustato fructu, quando etiam nunc neque lippiunt, neque clausi sunt? Nam nisi aperti

[23] Job 1, 11, 11.

(21) Superius auctor citat : *Ne de omnibus arboribus paradisi*, etc., cum signo universali, ut est in Hebræo.

(22) Verbum, *Sot* Syris et Chaldæis significat, *recedere, deflectere*, unde hic deducit Satanæ nomen, quod verius ab Hebræo *Satan* venit. Sane Syri, *Ochalcarzo*, eodem etymo vocant quo Græci, διαβολόν.

Digitized by Google

essent, qui possem ego te aspicere, serpentemque te agnoscere : tum illud, quod boni malique peritos fore nos asseveras, nisi ego jam nunc quid bonum et quid malum sit intelligam, qui possim scire consilium tuum esse probum, aut divinitatem bonam, mortem vero malam? Ad hæc, illud etiam objicere quivisset : Si vera narras, abi tu, et prior aufer de arbore illa ac vescere, ut aperiantur tibi oculi fiasque deus sciens boni et mali, tum deinde ego quoque accedens vescar. At cum horum nihil illi responderit, satis colligere est, neque ut disputabilia neque ut incerta serpentis verba ab Eva esse accepta : neque enim præ imprudentia aut infantia, hæc tacuit; quippe quæ ratione prudentiaque in ipso suo ortu prædita fuerat, et si parumper adversus illum argumentata fuisset, victrix evasisset : sed ita illius verba accepisse, tanquam quæ procul dubio vera essent. Nam per dæmonis nequitiam simul cum illis verbis : *Et eritis sicut dii*, injectum est ipsi desiderium arboris gustandæ, incensaque est cupidine divinitatis. Solet enim peccatum, mentem eorum qui ejus sunt studiosi, captivam sibi mancipare.

D. Mariæ et Evæ comparatio. — Tu vero, lector, hic mihi Mariam apud tuum animum contendito paulisper cum Eva; atque illius quidem fortitudinem, hujus vero socordiam ac ignaviam animadvertito. Maria enim quæ sæpissime audierat promissum esse a Deo patribus, nasciturum Christum, neque ignorabat quæ de ea re essent vaticinati prophetæ, cum ejus nuntii gratia ad ipsam venisset angelus specie humana, dixissetque : *Concipies et paries* [81]; nequaquam subito fidem illius verbis adhibuit, eo quod inauditum antea esset, virginem peperisse; sed cum ipso, disceptando rem expendere occœpit, dicens : *Quomodo fieri potest ut hoc eveniat, quando vir mihi notus non est?* sive, *virum non cognosco* [82]? ut alia habent exemplaria. Ad hoc, abiit visum etiam illud signum quod angelus dederat, quo de ipsius verbis inde certior fieret; gravidam scilicet Elisabetham, sterilem alioqui anum. At Eva quæ nunquam audierat, Deum invidia laborare, aut se diis pares futuros si de vetita arbore gustarent, simul atque loquebatur cum ipsa, non jam humana aliquis specie apparens sed serpens, nihil disputat de arbore, sed divinitatis ambitione incenditur, vilipenditque Dei mandatum, quare consentanee de ea dictum est a divo Mose : *Et vidit mulier quod pulchra esset arbor ad vescendum, et expetibilis oculis, atque desiderabilis spectatu.* Viderat quidem femina arborem illam etiam prius quam illam serpens adiisset, neque enim poterat lege inhiberi ipsi arbor non visa. Quod vero Moses jam ait, *vidisse mulierem quod pulchra esset arbor ad vescendum*, et quæ sequuntur alia, ostendit alio modo ante dæmonis accessum visam ab illa fuisse arborem, alio post. Ante enim

A simpliciter intuita ipsam fuerat; at posteaquam a serpente decepta est, atque ad fidem hujus verbis habendam inducta, tum demum vidit arborem esse pulchram ad vescendum, et spectatu expetibilem, quippe immoderato dissolutoque appetitu tunc arborem aspexerat; solet enim hujuscemodi cupidinis immoderatio, si quando animum invasit, ea in quæ intenditur, omnium pulcherrima gravissimaque ducere; sicuti evenire videmus iis qui improbo feminæ alicujus amore detinentur; ea enim, etiam si sæpe sit fœdissima deformissimaque, tamen bene pulchra ac venusta in illorum oculis habetur, adeo ut illorum cæcitas iis sit ostentui qui ab ea permotione animi adversus illam feminam vacui sunt. Igitur quia mulieri, cupido illius

B arboris per serpentis fraudem jam injecta erat, ait Moses, *ipsam vidisse arborem quod pulchra esset ad vescendum*, etc. Sed ut res magis illustretur, dicimus, tribus omnino vicibus alio atque alio modo Evam vidisse illam arborem. Primo quidem, quando lege eam velabat Deus; iterum a Satana in fraudem illiciebatur ipsa; tertio postquam de illa edisset. Et primo quidem simpliciter intuitam esse ut cæterarum arborum unam quamlibet. Secundo vero non simpliciter aspexisse, sed cum cupidine qua jam tum tenebatur, quaque censebat omnium pulcherrimam esse; sicut Thamar formosissima videbatur in oculis Ammonis amore ejus impediti. Tertio denique, simul atque gustasset, tum vero

C demum pro valde fœda diraque habuisse : sicuti etiam Ammon sororem suam Thamar, ut violaverat, invisam habebat; quamvis enim una eademque manebat ipsius Thamar forma ante et post admissum stuprum, tamen quam prius frater ob venustatem adamarat, postquam per peccatum esset abusus, odio prosequebatur [83]. Itaque arbor illa quæ pari pulchritudine fuit cum de ipsa ferretur lex et cum esset dæmoni fraudis materia, ac denique post decerptum gustatumque a muliere fructum; tamen primo neque pulchra neque fœda visa primis nostris parentibus est, mox vero pulcherrima, sed postremo plane detestabilis est habita postquam peccatum per ipsam admisere. Vidit igitur quod pulchra commodaque esset ad

D vescendum præ cæteris paradisi quibuslibet arboribus, eoque acriore in ipsam appetitu rapta est quam in cæterarum aliquam; non quod arbor ipsa, sed quia feminæ animus esset mutatus per serpentis fraudem, qui muliebri crudelitate atque effreni libidine ipsam agebat præcipitem ad eam arborem. Cæterum aptior videri possit verborum structura, si sic legatur : *Et vidit mulier quod pulchra esset arbor oculis, et expetibilis ad vescendum*; pulchritudo enim ad spectandi sensum pertinet, ut appetitus ad cibum. Sed hoc alibi jam a nobis est tractatum. Est vero et hoc animadvertendum ex illis verbis : *Et vidit mulier*, etc., colligi ipsam non

[81] Luc. I, 31. [82] Ibid. 34. [83] II Reg. XIII, 1 seqq.

Digitized by Google

subito ac propere de arbore gustasse, sed multa prius secum meditatam : atque cum illam, juxta insistens ob oculos haberet : aspectantem, alia atque alia animo voluisse : *Et accepit de fructibus ipsius et edit.*

Cur Eva ante vocatum Adamum gustaverit de arbore scientiæ. — Quærat aliquis, cur non vocarit Adamum, ut is prior ederet? nimirum transformari ipsa prior cupiebat in deum, virumque suum divinitate antevenire qui se humanitate præcesserat, quo hac ratione administrationem rerum præ illo atque imperium obtineret : existimabat enim simul atque gustaret, evestigio in deam se transformatum iri pro fallacis serpentis consilio. Rursum quæri potest, quamobrem non sunt aperti mulieris oculi, agnoveritque suam ipsa nuditatem B mox ubi edisset eum fructum, sicut accidit utrique postquam edissent ambo. Hujus rei hæc reddenda est ratio : si illa simul atque prior edisset, verecundiæ sensu fuisset perculsa, metuisset Adamus atque abstinuisset, neque tamen ea sibi abstinentia justitiæ laudem ullam meruisset, ut qui non divinæ legis reverentia et respectu sed per uxoris pudorem fuisset cohibitus. Igitur quando certamen ex æquo ad utrumque spectabat, faciendumque erat periculum de utriusque simul indole ac voluntate; distulit Deus Evæ verecundiam, effecitque ne ipsam simul cum gustato fructu puderet nuditatis. *Et dedit etiam viro suo secum, et comedit.* Existimandumne est hic mulierem simpliciter viro C porrexisse, virum vero edisse, cum neque illa verbum ullum ad ipsum faceret, neque ipse rursus apud illam de eo cibo disquireret? Sane nos censemus et virum de cibo disquisivisse, et mulierem ipsi tum ea verba retulisse quod serpens dæmon sibi dixerat, tum alia præterea ex suo ingenio adjecisse quæ ad persuadendum Adamum facere putaret : idque his rationibus demonstrari posse existimamus. Primo enim cum ante violatam legem, magnæ curæ fuerit utrique ne quid adversus Dei jussa committerent, non potuit profecto Eva porrigendo modo cibum vetitum neque verbum ullum addendo inducere Adamum ad vescendum, nihil prorsus de eo quod porrigebatur, disquirentem : deinde si simpliciter acceptum cibum edisset, D ignarus cæteroqui quamobrem ederet, a quo ante jussus fuerat abstinere, nulla meruisset culpa notari ob id quod simpliciter atque inscienter inconsiderateque fecisset : cum vero culpatum constet propterea quod edisset, facile intelligimus rem ipsam ante ab ipso atque uxore fuisse accurate expensam. Postremo si Eva mulier usa est verbis adversus serpentem, dixitque : *Lege Dei interdictum nobis est ea arbore*, quanto magis existimandum est Adamum curiose prius de cibo quem uxor porrigebat inquisivisse, quam gustaret : uxorem vero et ea respondisse quæ a serpente

A acceperat, futurum ut non solum non morerentur, verum etiam deorum similes evaderent, et alia insuper affinxisse quibus maritum ad vescendum pelliceret, atque ita utrumque edisse, facinusque pessimum admisisse. Quin dominus Ephrem scribit, Evam multa pollicitatione sollicitasse virum, atque ad vescendum induxisse, cæterum Mosen, quibus usa ipsa sit verbis, prætermisisse, cum esset contentus docuisse nos feminam viro causam violandæ legis fuisse, eo quod vetitos fructus ipsi edendos subministrarit, et simul animos edendi addiderit : serpentis vero verba litteris prodidisse, ut cum intelligeremus ipsum esse generis nostri communem hostem, eoque insidias improbitatemque ipsius, evitandi, major nobis cautio esset. Porro quæ fuerit arbor de qua ederunt Adam et Eva, et quemnam fructum gustarint, supra est a nobis pertractatum. Ad hæc illud etiam operæ pretium fuerit animadvertisse : cum quisquis re aliqua vescitur, aut famis necessitate impelli, aut rei ejus libidine effrenataque cupiditate; Adamum nulla fame cogente, sed libidine suadente, de illa arbore edisse, ac proinde ei concupiscentiæ cohæsisse peccatum. Nam ut apostolorum quidam ait : *Concupiscentia concipit et parit peccatum* [14]. Si enim non per libidinem, sed ut qui nutrimento opus haberet, edisset, de cæteris edisset arboribus sibi in pastum permissis, non de ea autem quæ sola sibi fuerat vetita : itaque fames extra noxam futura erat, cum concupiscentia cum peccato conjuncta sit; quippe hanc ciborum luxuries comitatur, qui vero ingluviei indulgent, ad venerem proni fiunt, utpote gulosi, ventri mancipati, projecti denique ad ebriositatem, quæ vitia atque maxima sunt. Veneris porro comites sunt scortari, adulterari, cum maribus corpus commiscere : quæ et ipsa flagitia sunt. *Et aperti sunt oculi amborum.*

Mosis et serpentis dicta de aperiendis primorum parentum oculis. — Sunt qui temere atque etiam impudenter dicant, jam nunc illud evenire quod serpens (hoc est Satanas) fore prædixerat; nempe si Adam Evaque ederent de illa arbore, apertum iri ipsorum oculos : id enim hic narrat Moses post gustatum cibum vetitum ipsis accidisse. Verum nos respondemus, aliter Mosen, aliter serpentem de aperiendis oculis esse locutos. Serpens enim volebat oculorum apertura significare futurum ut acri atque perspicaci essent ingenio, bonumque ac malum perinde ac dii possent dignoscere; at Moses apertis oculis nihil aliud vult, quam suæ ipsos nuditatis sibi conscios esse factos : hoc est, pudore verecundiaque affectos. *Et cognoverunt quod nudi essent :* hoc est, puduit ipsos suæ nuditatis. Cum enim peccatum detraxisset ipsis vestem gloriæ qua adhuc fuerant amicti, denudati sunt, puduitque illos violatæ legis, atque amissa omni fiducia qua ante pollebant peccatoque jam corpus ipsorum

[14] Jac. I, 15.

Digitized by Google

occupante, cœperunt erubescere ob nuditatem, A metuque concuti ac pavere. Nam ante admissum scelus, gustatamque arborem, nulla verecundia tenebantur ob nuditatem, idque duabus de causis: et quia amicti erant gloria, et quia nulla pudoris cogitatio animos ipsorum subibat priusquam peccassent. At postquam facinus commisere, Deus ipsos gloria illa exuit, et simul pudoris sensum indidit ut eo perstringeretur peccatum, ejusque impetus ac fervor restringeretur. Igitur quod ait: *Cognoverunt*, perinde est ac si dicat: *Pudore affecti sunt*. Porro si quærat aliquis, ad quænam corporis membra potissimum spectaverit iste pudor, dicimus ad genitalia membra; idque hanc ob rem, quia cum acrior vehementiorque sit iste cæteris omnibus affectibus (quippe qui in animantibus rationis exper- B tibus quoque dominetur) voluit rerum opifex Deus primum pudore effrenem illum atque indomitum fervorem cohibere. Insuper id quoque observatu dignum est, primos parentes antequam deliquissent, et animum ingenio et corpus gloria excultum comptumque habuisse, postea vero quam peccaverant, exutos quidem esse corporis gloria, cæterum animi intelligentiam retinuisse: nimirum ut per hanc agnoscerent suum peccatum, atque pœnitentia ducerentur; hinc enim evenit, ut simul atque facinus fecissent, agnoverint suam nuditatem, erubuerintque, ac horrore tremoreque correpti mortem expaverint, ante sibi per minas denuntiatam. Unde et Jacobus Sarugensis ad hunc modum C scribit: Peccatum initio supra modum placet; at in fine luctum parit patranti. Cum enim primi parentes cupiditate ferrentur in illam arborem, de ipsa edendi; et Deum ipsum et legem, præ illa parvi pendebant: ubi edissent, nudatique erubuissent, odio ipsam sunt prosecuti; memoresque illius præcepti: *Quo die ederitis morte moriemini*, pavore expalluerunt. *Et conglutinaverunt folia ficulnea, feceruntque sibi subligacula*. Nimirum folia foliis consociantes, cincti formam quamdam concinnabant; vestis genus parum decens atque infirmum etiam, utpote quod solis vi arefactum facile emarceret dilabereturque, et quo neque satis pro voluntate et commode neque diu multumque uti possent. Credibile est autem Evam ejusmodi D subligaculum priorem fecisse, suaque eo pudenda velasse, utpote quæ prior legem violaverat, Adamoque nuditatis causa fuerat; tum etiam illius consilio factum esse ut iste folia indueret, quia marito suo vestem olim ipsa contextura esset. Sed cur non aptarunt suis oculis velamen ex illis foliis, aut manicas manibus, vel caligas pedibus tegendis? aut denique cur non alio modo alia corporis membra affecerunt, sed solis genitalibus contegendis subligacula compararunt? Ad hoc facilis est responsio. Quia verecundiam primum his partibus indidit Deus, ideo consentaneum erat ut prima cinctis obducta contegerentur. Sed cur verecundia his partibus a Deo est insita, ac non potius auri, quæ serpentis consilium auscultavit; aut oculo, qui arboris pulchritudine, victus est; aut manibus, quæ fructus decerpsere; aut ori quod voravit, aut denique ventri, qui excepit? Hic respondemus; cum is affectus qui circa membra genitalia versatur, pertinacior difficiliorque sit cæteris omnibus animi perturbationibus quæ in nobis sunt, opus erat verecundia tanquam freno injecto quo peccatum ea in parte cohiberetur: et simul ut nos ipsi ad habendum odio peccatum induceremur, ut ex quo illiusmodi verecundia in nobis nata sit. Et vero cum arbitrii nostri libertas non satis valeret sola hunc affectum domare, atque ad se referendum adigere; adjunxit ei Deus verecundiam, quo saltem communi utriusque opera cohiberetur, excinderetur que: arbitrii quidem liberi judicio, in anima; verecundiæ vero frenis, in corpore. Quippe multos mortales pudor atque verecundia magis deterret prohibetque a patrando eo quod improbum est, quam legis aut judicii subeundi metus; estque ejus rei argumentum, quod bruta animantia quæ omni pudore vacant, prorsus non refrenant libidinis suæ impetum quo in feminas rapiuntur victa ab ingenita suæ ipsorum naturæ, cupiditate. At homines etiam si non minore atque illa libidinis vi urgeantur, tamen ab ea explenda, pudore quo apud alios homines verecundantur, revocari videmus, adeo ut ne legitimo quidem connubio propalam utantur sicut aliis rebus, sed latentes tectique. Conficitur itaque, verecundiæ affectum ideo ab rerum opifice Deo inditum esse genitalibus hominum potius quam aliis membris, ut peccatum in illis partibus moderetur; simulque id nobis invisum faciat, nosque ab ipso admittendo deterreat; ut ex quo ipsa verecundia in nostris animis orta.

Cur Deus siverit Adamum peccare. Arbitrii libertas. — Sunt qui hic interrogent, cur Deus Adamum a peccando non absterruerit? Nos respondemus id nequaquam eo factum esse quod ejus faciundi facultas Deo defuerit, sed ne vim afferret libertati arbitrii Adæ, eamve opprimeret. Deinde frustra legem illi præscripsisset si insuper a peccando coercuisset, veluti manu injecta. Præterea ideo etiam noluit illum a flagitio admittendo arcere, ut gratiam præmiumque demereri posset tanquam qui sua ipse voluntate a scelere patrando esset retentus, non autem per vim impeditus. Ad hæc quo imbecillitatem suam agnoscerent primi nostri parentes, neque per vanam gloriam elati præcipites ruerent, sicut Satanas. Nam quod scientes peccassent, conscios reddidit suæ ipsos infirmitatis, atque ut humiliter de se ipsi sentirent, effecit. Denique ut cum suapte sponte deliquissent, atque e paradiso excidissent in hunc mundum rebus adversis molestisque refertissimum, facta utriusque mundi inter se collatione, illum omnibus bonis et gaudio plenum apud mentem suam semper versarent: nam nisi experientia

Digitized by Google

cognitum hunc alterum habuissent, nunquam ille quantum huic præstet, exacte intellexissent. Postremo, ut dum subinde a peccato interpellaretur Adami Evæque voluntas, erudirentur ipsi ad peccati odium atque fugam, tanquam ejus a quo ingentes accepissent calamitates; atque ea doctrina ab illis ad nos usque propagaretur, quasi manu tradita. Enimvero quoties peccandi occasio sese nobis offert, præsto adsunt nobis leges quas Deus nobis imperavit ut ipsis coerceamur a patrando peccato. Quin legibus ipsis etiam subsidium addidit eam quæ doctorum verbis fit redargutionem, ut si quando flagitium admiserimus, tum latis legibus, tum ea etiam increpatione qua peccata verbis perstringuntur, indicamur ad pœnitentiam, dignique reddamur quibus fiat admissorum gratia. Sicut Paulus suum Timotheum scripto hortatur ut simul cum legibus jam tum positis redarguat etiam atque reprehendat peccatores, quo sua peccata agnoscant et pœnitudine ducantur [87]. Ad hunc etiam modum cum primis parentibus actum est. Cum enim ipsis obrepsisset peccatum, ipse Deus eos verbis reprehendit; cumque pœnitere se admissi flagitii ostenderent, quadantenus ignovit; quando non quo die ederunt de vetita arbore, eodem et vita defuncti sunt, sicut per minas ipsis obnuntiatum fuerat. Sed jam alia oboritur quæstio; cur non sit mortuus Adam quo die edit fructum vetitum sicut interminatus ipsi fuerat Deus? Sed priusquam ad hanc respondeamus, operæ pretium fuerit illorum hominum argutias dissolvere qui hoc loco aiunt serpentis (hoc est, Satanæ) verba rata fieri, quibus prædixerat non morituros etiamsi vescerentur prohibitis fructibus: Dei vero irrita falsaque qui eodem cum patrato facinore die morituros minatus fuerat. Atqui haudquaquam mentitus est Deus, sed præstitutam pœnam misericordia mitigavit. Solet enim ille maxima gravissimaque supplicia minari, ut sibi caveant mortales, verum deinde illa per suam misericordiam moderari, lenioraque sumere. Nam et Ninivitis cum interminatus esset exitium, illi vero ab inceptis revocati pœniterent, nulla ipsos multa affecit [88]. Ezechiæ quoque cum moriturum neque victurum pronuntiasset, eumque peccati sui pœnituisset, impendenti pœnæ jam addicto gratiam fecit [89]; et tamen nemo, ob hæc mendacii Deum accusaverit. Sic igitur etiam cum Adamo et Eva egit. Præmonuit enim ne de illa arbore ederent, simulque minas addidit fore ut nisi parerent, eodem die mortem oppeterent: cum porro jam præceptum violassent atque peccassent, miseratus ipsos est culpamque remisit, et supplicium ita est moderatus ut eo ipso die mortem non obierint quo impositam sibi legem fregerant. Imo vero adversus Ninivitas totum omnino supplicium reddidit irritum; at primos hosce nostros parentes parte duntaxat pœnæ absolvit, hoc est, ne eo ipso die morerentur; cæteroqui non sustulit prorsus mortem. Non est itaque falsi insimulandus Deus qui per illam misericordiam venia dignatus est nostros primos parentes, meritamque pœnam partim remisit, neque eo ipso quo dixerat die peremit. Sunt quidem qui Dei verba sic tutentur ut obiisse mortem illos contendant quo die deliquerunt: non quidem corporis mortem sed animi, quæ ex peccato nascatur. Verum frustra est hæc excusatio, quando non mortem animæ sed corporis, hoc est, quæ ipsam animam a corpore dissociaret, interminatus illis fuerat Deus. Jam vero illud restat dicere, cur non obierit Adam quo die edit fructum lege prohibitum, ut minæ futurum denuntiarunt, sed extenderit postea vitam suam ad novies centesimum et tricesimum annum. Hujus rei variæ sunt causæ. Potuit enim Deus illius misereri, commeritamque pœnam, si non omnem, at partim saltem remittere; qui magna quidem duraque minari, at minora mollioraque infligere solet ut nobis Ninivitæ exemplo fuere. Deinde si illi mox cum admisso peccato vita defuncti fuissent, nulla relinquebatur propagandi generis humani origo. Præterea illa Dei benedictio: *Crescite et multiplicamini*, præcesserat diras istas minas: *Quo die ederitis, mortem moriemini.* Insuper dilata est mors peccantis Adæ, ne si justo initio mors imperium suum auspicata esset in genus humanum, prorsus hoc indissolubile deinceps obtinuisset. Justum autem fuisset mortis imperii principium, si Adam, qui violata lege deliquerat, primus morte concidisset; at enim posteaquam ille primus est morte exstinctus qui præ cæteris mortalibus Deo placebat et omnino morte indignus erat, atque ita improbo principio mors suam occepit tyrannidem; merito ea tyrannis olim dissolvenda fuit per Christum qui suo illam adventu viribus cassam reddidit. Hinc dominus Ephrem in illud Dei dictum: *Sanguis Abel clamat ad me ex terra* [90], sicut scriptum reliquit: Ululat mors in suo initio ostendens quem sit habitura finem. Præterea etiam si non illico peccantem Adamum morte multaverit Deus, tamen mortalem esse, et a se olim perimendum jam tum ostendit his verbis: *Pulvis es, et in pulverem reverteris.* Denique cum ille gustata arbore vetita, pœna obnoxius factus esset, habuit ipsum Deus pro mortuo, etiamsi vivus esse videretur. Si enim divus Paulus apostolus eos qui mortui sunt, recte vocat dormientes propter certissimam resurrectionis spem, cur non Adamus posteaquam peccato mancipatus atque noxæ deditus esset, perinde atque ob noxam mortuus vocari debuit?

Adam quomodo mortuus eo die quo de arbore scientiæ gustavit. — Hinc est quod dominus Julius Commentario suo in Evangelium Joannis, ait:

[87] I Tim. I, 3 seqq. [88] Jonæ III, 2 seqq. [89] IV Reg. xx, 1 seqq. [90] Gen. IV, 10.

Digitized by Google

Adam itaque eo die mortem obiit, quo die de arbore prohibita edit, eo quo sic haberet sententia : *Quo die comederis de arbore, morieris.* Atqui vivebat etiam tum. Qui ergo potuit mortuus esse, sane per sententiam ipsam atque per patratum facinus, jam tum mortuus erat. Nam simul atque se quis subjectum culpæ fecit, supplicia quodammodo patitur, tametsi adhuc non reipsa ductus, sed per solam pronuntiatam sententiam judicatus est. Et dominus Ephrem ubi iterum tractat locum illum de Adamo vescente fructus vetitos, morienteque eo ipso die, scriptum reliquit in hanc sententiam : Sicut qui sanus est, priusquam incidat in morbum, bona fruitur valetudine quæ morbo potior est : verum ubi lethalis eum inivit ægritudo, jam in mortis potestate esse censetur etiamsi complures dies ægrotus transigat prius quam moriatur : ita et Adam felicem atque incolumem vitam agitabat in paradiso priusquam peccaret, at ubi admisisset peccatum, sententiæ obnoxius factus est, et proinde pro eo æstimatus qui mortis exsecrationi imperioque subjectus esset. Itaque multis pressus miseriis, tanquam perpetuo lethalem sustinens morbum, ad ipsam usque mortem perrexit. Rursus sicuti si quis alium mortifero vulnere sauciet, quantumvis ille post acceptam plagam multos superstes maneat dies, tamen perinde ac si mox ubi percussus fuerat obiisset, sic vindicant judices eam cædem : ita quo die vulnus excepit Adam, ab eo die censetur judicatus obiisse, ut qui inde usque dum moreretur, lethali morbo et ægritudine fuerit implicitus. Igitur etsi reipsa non oppetiverit mortem Adamus simul ut fructum edit, tamen pro mortuo habitus est eo quod capitali culpa se obstrinxisset, atque jam tum per sententiam noxæ deditus esset. Sed dices : Cur non prorsus abolevit Deus mortem quam pro maxima sua misericordia non intulerat eo die quo peccaverat Adamus? Atqui ejus rei multæ possunt reddi causæ. Abolita enim prorsus morte, hujus quoque mundi compositio frustra fuisset, imo sæculum etiam quod futurum vocamus. Ad hoc, sublata mors simul sustulisset adventum Filii Dei. Præterea peccatum Adami et Evæ atque omnis posteritatis, immortale futurum fuisset, ut est peccatum diaboli. Denique ideo reliqua mors fuit, ut primi parentes animum adverterent ad suum ipsorum facinus, et animi pœnitudine afficerentur : neque mortis securi et suis seducti erroribus peccata levia ducerent, atque ita omnibus flagitiis advescerent. Hanc enim ob rem Deus non simpliciter ad Adamum Evamque accedebat in paradiso, sed maximo cum terrore, ut ait Moses : *Et audiverunt vocem Domini Dei gradientis in paradiso, inclinante die.* Sæpe quidem alias apparuerat Deus Adæ et Evæ : primo cum Adamum conderet, conformaret, componeret, erigeret; secundo, cum lege imperata vetaret ne de arbore cognitionis ederet; tertio cum Evam illi

A detraheret, secundum sententiam quam dominum Ephrem et qui hunc sequuntur, pro Scripturæ tenore amplexos esse supra demonstravimus. Porro sive per contemplationem quamdam apparuerit tunc illis, ut Philoxenum existimare diximus, sive ita ut ipsos eorum sensus forma corporea moveret, ut illi volunt; sane cujuscunque hæc modi res fuerit, pacate ac blande illis vicibus apparuerat ipsis; at jam ita plane se repræsentat, ut suis illi sensibus percipiant, nimirum humana specie formidabilis, turbidus, difficilis, et quasi peregre adveniens, iraque tumens, furensque, et suo incessu concutiens terram, atque adeo ipsas paradisi arbores pressis vestigiis tremefaciens : hujusmodi, inquam, habitu hic nunc videtur ab illis; nimirum ut
B pavidi confiteantur sua delicta, atque illius misericordiam veniamque implorent : eo enim spectat quod ambulantis vocem audiisse dicuntur. Quippe voluit audiri ab ipsis suum incessum, et ipse ceu corporatus spectari humana forma, ut præ motu festinarent ad ejus gratiam ignoscentiamque. Cæterum diei inclinationem vocat Scriptura tempus illud diei quod circiter hora nona est post meridiem, sole ad occasum spectante. Sed enim Hebræos aiunt, pro inclinatione diei dicere spiritum sive ventum diei. Cæterum quod ad inclinatum usque diem distulit se exhibere, id eo fecit ut spatium haberent interea, quantum patrassent facinus animo secum agitandi. Sed et hoc disce-
C ptandum est, de quo hic die agat Moses.

Quo die Deus primos parentes paradiso eliminaverit. — Sunt autem qui dicant, die eo quo conditi fuere primi parentes; illo die enim et peccasse ipsos lege violata, qui dies erat sextus. Secundum hos, uno eodemque die creatus est Adam et conformata Eva, lataque lex et violata, atque primi parentes ob hoc tantum facinus objurgati et paradiso eliminati. Sed aliorum sententia est, alio die creatos illos esse, alio peccasse, hic vero, de eo loqui Mosen, quo peccarunt. Præter hos alii putant, hunc diem neque eum fuisse in quo fuerant formati Adam et Eva, neque eum in quo peccaverunt, sed post illos, alium; neque enim satis consentaneam esse ut hæc tanta uno accidisse die
D existimentur. Sed nos hæc inferius, Deo volente, explicabimus dilucidius. *Et occultabatur Adam et uxor ipsius a conspectu Domini Dei inter arbores paradisi.* Fugiebant igitur tum a Deo qui vocem incessus sui, ipsorum auribus ingesserat; tum ab arbore de qua improbe ederant, atque in locis densis frequentibusque multa variaque arbore abscondebant se, nimirum quia et peccati sibi conscii erant et nudi, hoc est, quia horrebant conspectum Dei, et quia verecundabantur. *Et vocabat Dominus Deus Adamum et dicebat ei : Ubi es Adam?* Jam diximus corporata atque humana figura Deum hic apparuisse primis parentibus, ipsosque voce quæ audiendi sensum movebat, compellasse. Solet autem dictum illud : *Ubi es*

Digitized by Google

multis usurpari modis; nam est, quando qui nescit ubi is sit quem vocat dicit, *Ubi es?* Est etiam cum qui alterum interrogat: *Ubi es?* Non nescit ubi locorum sit; veluti cum aliquem procul a nobis agentem, cujus opera indigemus, sic interpellamus: *Ubi es?* Denique utimur quoque ea interrogatione cum cuipiam suum errorem in memoriam adducere volumus; nam illud: *Ubi es?* perinde tunc valet ac si dicamus: Vide quo impietatis recideris! Postremo animos addere cuipiam, atque manum ad audendum porrigere volentes, dicimus: *Ubi es?* Ad hæc de re amissa quam quærimus, usurpamus quoque hoc dictum. Igitur dum Deus Adamum interrogaret, ubinam esset, non quidem id ignorabat; ut neque cum ex Cain quæreret: *Ubi est frater tuus* [61]? Neque cum ex Mose: *Quid hoc est quod manu tenes* [62]? Aut ex Jeremia: *Quid vides* [63]? aut denique ex Satana: *Unde venis* [64]? sed habent illiusmodi interrogationes suas causas, sicut et illæ Filii in Novo Testamento, dum ait ad discipulos suos: *Quot panes habetis* [65]! et rursus: *Quem dicunt homines esse Filium hominis* [66]? et: *Simon, reges terræ a quo capiunt tributum et censum* [67]? et ad Legionem: *Quid est nomen tuum* [68]? denique ad Judæos: *Ubi posuisti illum* [69]? Lazarum scilicet. Hæc enim et hujus generis alia quæ interrogavit Christus, non ignarus sed probe conscius interrogavit, utpote Deus qui omnia videt novitque: verum justis de causis, hisce et aliis interrogationibus usus est: Pater quidem, in Veteri; Filius vero in Novo Testamento. Quamvis enim dominus Severus, et Philoxenus multis in locis affirment Filium fuisse qui et in Veteri et Novo Testamento mortalibus apparuit seque exhibuit conspiciendum (Severus enim, in eo sermone quem de Genitrice Dei composuit, ait: Verbum enim Dei Patris erat quod super sublimem montem Sinai descendebat, ut ferret legem mundo, etc.; alii tamen probatæ doctrinæ magistri existimare malunt, Deum Patrem in Veteri (23), Filium vero in Novo apparuisse. Sed tua esto, lector, existimatio, utrum horum verius sit quodque magis probaveris, id amplectitor retinetoque quando utrumvis probabile est credibile: una est enim eademque Patris, et Filii et Spiritus sancti natura, ac voluntas una, unaque operatio; sed tres personæ distinctæ. Igitur ut eo unde digressi sumus, redeat oratio, non propter ignorationem, sed alias ob causas quærebat ex Adamo Deus, ubinam esset; nimirum ut ipsi suum errorem ob oculos poneret, perinde ac si diceret: Quomodo agis, Adame? apertosne oculos habes, ut te habiturum promisit serpens? an etiam num cæcus es contra atque ille est pollicitus? ubi es? Deinde: Locum jam obtines pro serpentis promis-

A sis, an sub imperio es quod ille tibi minime prædixit? Ubi es? magnæne fiducia pollens, apertam frontem sustollis, an pudore confusum vultum dejicis? Ubi es? cur me non, ut soles, aperte intueris, sed in latebras te a me subducis? Deinde ut ipsa interrogatione animum illi redderet ad colloquendum, atque ad pœnitentiam invitaret; ad hoc ut ostenderet se ita Adamum quærere, ut pater amissum filium, sollicite investigat. Atque hæc posteriora duo inde comprobantur, quod non quasi supplicium de illis sumpturus se jam ipsi exhibuerit in primo hoc congressu, alioqui enim non tam blande suo illum nomine nuncupasset. Est enim hæc illi Paulinæ similis interpellatio: *Saule, cur me persequeris* [70]? cur non perdendi ipsius causa se illi offerret Jesus,
B nomineque compellaret, sed ut ad sermonem excusationemque provocaret. Tum etiam si per causam perdendi illis apparuisset, utique perdidisset; vel aquis, ut prisca Noe sæcula [71], vel igne, ut Sodomitas [72], vel terra dehiscente, ut Dathanam et Abironem [73]; erant enim ejusmodi exitio primi parentes quoque jam tum digni, quippe qui salutari doctrina rejecta, perniciosam fuerant amplexi, et eam quæ cum Dei verbo prorsum pugnabat. Dixerat enim Deus: *Morte moriemini qua die ederitis de arbore;* ille vero alter: *Non moriemini.*

Dei expostulationes cum primis parentibus. — Neque vero multa Deo defuissent quæ adversus illos potuisset dicere, si expostulare tanquam cum
C hostibus libuisset, quale est illud: An non ego, improbe Adame, te condidi ex terra ad meam imaginem et similitudinem, meisque te manibus conformavi, et uxorem dedi vitæ tuæ subsidium? annon in paradiso te collocavi omnibus deliciis referto? annon caput imperatoremque te rerum omnium quæ in terris sunt, constitui? quid est ergo cur me criminareris, columniatorique aures præberes? Verum prorsus non infremuit, sed suaviter ac blande appellans: *Adame,* inquit, *ubi es?* nimirum ut colloquendi fiduciam ipsi faceret: ostenderetque se illum non jam insolito aspectu vocare. Quapropter ipsa etiam voce animatus Adamus respondit dicens: *Vocem tuam audivi in paradiso, et vidi quod nudus essem, atque occultavi me.* Duas
D reddit Adamus se occultandi rationes: alteram, quia timuerit: hoc enim sibi vult *vocem tuam,* id est, strepitum incessus tui, audivi in paradiso; alteram, quia puduerit illum nuditatis. Sed hæc Adæ apologia excusatione plane improbata est, cum et metus ille et ipsa nuditas ob violatam a se legem evenerint. *Et ait ad illum Dominus: Quis ostendit tibi quod nudus sis?* Neque hoc interrogat ut ignarus, sed ut per culpæ confessionem illum inducat ad reprehensionem libenter suaviterque admittendam. Quasi dicat: Fuisti quidem semper nudus, neque

[61] Gen. IV, 9. [62] Exod. IV, 2. [63] Jerem. I, 13. [64] Job I, 7. [65] Matth. XV, 34. [66] Matth. XVI, 13. [67] Matth. XVII, 24. [68] Marc. V, 9. [69] Joan. XI, 34. [70] Act. IX, 4. [71] Gen. 7, 1 seqq. [72] Gen. XIX, 24.25. [73] Num. XVI, 1 seqq.

(23) Christum Abrahæ visum et collocutum, Gen. XIII disputat Justinus martyr in colloquio cum Tryphone; Euseb. *Eccles. Hist.*, XI, lib. II de Vita Constantini; lib. III. 50 et 51, et plerique alii.

Digitized by Google

tamen te ejus puduit ante hac, quid est ergo quod nunc adeo erubescas, atque timeas? *Num de arbore de qua jusseram ne ederes, edisti?* Etiam nunc pergit pacate cum illo colloqui, quasi conjectura quapiam modo fretus illud dicat: *Num de arbore,* etc. Est autem hic animadvertendum ex ascriptis, aut duobus punctulis, aut uno solo, ad illud: *Ne ederes,* orationem hanc vel affirmative, per interrogationem efferri posse. Cæterum dominus Ephrem et qui cum ipso sentiunt, ex his et similibus verbis singulariter ad Adamum factis confici putant, soli Adamo imperatam a Deo legem esse, eamque ipsum deinde Evæ uxori retulisse; verum alii respondent, Deum sub Adæ persona cum Eva quoque colloqui, pro Scripturæ more: *Beatus vir* (inquit David) *qui non ambulavit per viam improborum* [74]. Quis vero non hic eam beatitudinem æque ad mulieres spectare dicat? nimirum ideo viri personа libentius utitur Scriptura, quod vir mulieris caput sit: *Et ait Adam: Mulier quam attribuisti mihi ipsa dedit mihi de arbore, et comedi.* Prorsus vana est et inanis etiam hæc Adami defensio; quippe qua minime præ se fert demissum humiliatumque animum, sed in ipsum quodammodo Deum culpam avertit, quasi dicat: Mulier quam tu apud me esse voluisti, ea mihi causa fuit transiliendi legem, illaque arbore vescendi. Sed adversus hæc, multa a Deo ad illum arguendum dici potuissent; verbi gratia: Non quia mulierem ego tibi adjunxi, justa tibi ratio erat ut ei auscultans, mea jussa violares. Tum si me accusas quia uxorem tibi dedi, cur non etiam, quia te condidi? nisi enim te creassem non peccasses, quia tibi oculos indidi sine quibus non eras arborem visurus? quia manus tibi apposui, sine quibus non decerpsisses vetitos fructus? quia os tibi dedi, sine quo non edisses? frustra igitur illa excusas, cum eam mulierem quam tibi sociam dedi, ita comparaverim ut tibi esset in manu, atque subjecta; non autem ut te tuasque actiones regeret, gubernaretque. His, inquam, atque hujusmodi aliis verbis expostulare cum illo potuisset jure Deus: verum omnibus abstinuit, quia non accusationibus perterrere hominem, sed patrati facinoris pœnitentia revocare cupiebat; quare mox quæstionem ad mulierem convertit; sic enim sequitur: *Et ait Dominus ad mulierem: Quid hoc est quod fecisti?* Rursus eum muliere quoque non acerbe atque iracunde, sed sedate et blande loquitur Deus, ac quasi nescius interrogat ob easdem rationes quas nuper de Adamo interrogato protulimus: *Et ait mulier: Serpens decepit me, et comedi.* Mulier enim omnia serpenti ascribit, non Satanæ, eo quod serpentem quidem qui se interpellaverat, nosceret, at Satanam intra serpentem occultatum, a quo omnis impostura processerat, ignoraret. *Et ait Dominus ad serpentem: Quia fecisti hoc, maledictus es præ omni animante, et præ omni bestia agri.*

Cur Deus serpentem non interrogaverit.—Nulla igitur apud serpentem, hoc est, Satanam, utitur interrogatione, qua ad se excusandum ille provocetur, ac ita tandem judicetur condemneturque, sicuti apud Adamum et Evam usus fuerat. Cujus hanc putamus reddi posse rationem; quia Adamo uxorique locus erat pœnitentiæ, ac in serpentis dæmonisque arbitrio non erat ut pœnitere posset. Porro multa hic quæri solent, cujusmodi sunt: Præditusne fandi facultate a Deo, serpens locutus sit, an Satanas intra serpentem latens, cum ille hunc suopte arbitrio subterfugere nequiret, ut non ipsi pro instrumento esset. Ad hoc, cur non exsecratus sit Deus Satanam, ut serpentem. Præterea, cur Moses, cum hunc librum multis post sæculis conscripserit, quando jam tum satis cognitus erat mortalibus Satanas, non clare dixerit Satanam fuisse qui intra serpentem loquebatur? sed non has et hujus generis alias quæstiones altius investigatas dissolvimus (cap. 27). Verum quando sunt qui illam: Cur non exsecratus sit Deus Satanam sicuti serpentem, iterum atque iterum urgent, nos præterea quæ ante respondimus hoc etiam addere hic voluimus, Deum non minus maledixisse Satanæ non aspectabili quam serpenti qui oculis cernebatur, atque perinde inhæsisse exsecrationem mystice arcanoque modo, illi ut huic aperte et in ipso corpore; quod cujusmodi sit velim te apud tuum animum pensitare. Habebat enim Deus serpentem veluti medium inter Satanam primosque parentes intervenientem; nam sicuti hi per serpentem seducti sunt, ita ille per serpentem exsecratione perstrictus est; et ut serpens fuit Satanæ instrumentum illiciendi primos parentes ad peccandum, ita personam quoque gessit sub qua Deus Satanam est detestatus. Utrique igitur, et Satanas et serpens divinam exsecrationem sunt passi. Nam ut ad serpentem dictum est: *Maledictus es præ omni bestia et animante, ex quorum numero tu es,* ita adversus Satanam pronuntiatum esse existimandum est: Maledictus es præ omnibus copiis spiritualibus atque angelicis ex quarum genere tu es. Animalium enim nomine vocari in Scriptura sacra copias angelicas, aperte arguunt ea animalia quæ vidit Ezechiel [75] et sæpe alibi Satanam animal appellatum esse in sacris Litteris notum est. Sed cur auspicatus est exsecrationem Deus a Satana? nimirum quia ille primus admisit peccatum prima est merito detestatione percussus. Cæterum serpentem ex animalium genere fuisse, non autem reptilium (quod quidem autumavere, cum dicat: *Maledictus præ omni animante* memoravimus etiam cap. XXII. *Et super ventrem tuum gradieris.* Quasi dicat: Amissurus es pedes tuos quibus ad pravitatem cucurristi, ambulabisque ac repes super ventrem tuum, quia ventrem primorum parentum inescasti. Pedibus igitur serpens ante exsecrationem incedebat, ut cætera animantium genera, post vero,

[74] Psal. I, 1. [75] Ezech. II, 15.

illis amissis, proserpere cœpit ac ventre promoveri. Et hæc quidem aperte ad ipsum spectant serpentem, cæterum Satanæ sic accommodetur eadem ista exsecratio: Quoniam spirituale munus tuum, quo fungebaris in cœlo una cum reliquis copiis angelicis quæ in sublimi versantur, deseruisti atque amisisti, adhoc primos parentes seduxisti, non erit tibi in cœlo ut ante habitatio sed humi incedes, prorepesque, malis studiis addictus: *Et pulverem comedes omnibus diebus vitæ tuæ*. Nempe, in pulverem redegisti primos parentes, pulvere igitur vesceris tota vita. Objiciunt quidam, qui possit illud consistere, quod ait: *Pulverem comedes*; quando videmus serpentes vermiculis in aqua degentibus pasci, atque passerculos quoque, columbasque, et hujus generis alia vorare. Sed etiam si hæc quoque devorant, interim absque pulvere vitam sustentare nequeunt. Et vero licet Adamo dictum sit: *In sudore faciei tuæ comedes panem tuum*, tamen carne vescitur etiam, et terræ frugibus, fructibusque aliis. Sed hæc ad ipsum serpentem pertinent, eademque vero possunt ad Satanam in hanc sententiam dicta videri: Priusquam delabereris, divinis oblectabare meditationibus, atque cœlestibus, sed postquam te præcipitem dedisti atque descendisti, totus terrenis humilibusque studiis deditus eris, atque ad perficiendam nequitiam tuam cogitationes tuas omnes exercebis. *Et inimicitias ponam inter te et mulierem, et inter semen tuum et semen ejus*. Quoniam, inquit, adversus mulierem fuisti amicus fraudulentus, atque inimicitias sevisti ei cum Deo, ego inter te et ipsam, interque tuum semen et ipsius semen, inimicitiæ quoque ut constent efficiam.

Serpentum inimicitiæ cum hominibus mystice quid. — Certe factos a Deo nobis inimicos serpentes, res ipsa docet; neque enim anguem ullum aspicere sustinemus, ut nobis non caveamus ab ipso, seu hoste nostro; nosque non comparemus ad pugnam ut illum perimamus, tanquam eum qui nos lædere cupiat. Hæc eadem ad Satanam sic transferantur: Te, Satana, adhuc ea cura studiumque exercuit, ut primos parentes una cum ipsorum posteritate amicos facere tu tibi posses: ego vero jam efficio, ut perpetuo hostilia omnia sint inter te atque illos. *Et ipsum conteret caput tuum*. Quia per superbiam elatum fuit caput tuum, et improbe locutum est, semen feminæ (hoc est, qui ex ea nascetur) conculcabit caput tuum, teque perdet. Præterea quia tu Adamum atque Evam de gradu dignitatis quem quasi principes obtinebant, dejecisti: semen posteritasque ipsorum, tuum caput vicissim conculcabit, et te interficiet. Sed cur caput illius præ reliquis membris attritum iri dicit? Nimirum quia contrito mortuoque capite in anguium genere, totum corpus exstinctum est. *Et tu illud feries in calce ipsius*. Quia calcibus suis properarunt primi parentes ad arborem prohibitam, tu seminis ipsorum calces feries. Sed et ideo dicit angues percussuros calces hominum, quia cum pedibus careant, et ventrem serpant, neque se subrigere dum cæduntur, aliasque superiores corporis partes invadere possunt, ipsa calcanea lancinant. Sed de Satana interpretari possunt verba ad hunc modum: Homines dum per virtutes vitam agant, facile discutiunt irritosque reddunt vafros tuos conatus, quos tu primarios atque insuperabiles esse putabas. Observabis tu quidem illorum calces, ut ipsos subvertere atque in peccata præcipitare possis: verum nihil efficies, nisi sua ipsi sponte atque suapte voluntate se tibi prodant. Sed et hoc sensu recte accipiantur ea verba: Tu, dæmon, observas calcanea hominum, hoc est, ipsorum dicta factaque, ut in peccata dejicere, atque a Deo procul ipsos abducere queas; verum Christus ubi advenit, nobis exemit hunc tui metum, secundum illa ipsius verba: *Dedi vobis potestatem calcandi serpentes, et scorpiones, omneque robur adversarium* [76]. Cæterum ex his verbis intelligere est, non ad solum corporatum serpentem, verum etiam ad Satanam pertinuisse divinam exsecrationem; quando non sola capita serpentum ferimus, dum perimere ipsos volumus, sed reliquum etiam corpus; neque rursus anguis solos calces hominum percutit, sed alias etiam quas potest corporis partes.

Deus Satanæ simul et serpenti maledixit. — Si vero quis denique quærat, cur Deus serpenti simul et Satanæ maledixerit, respondebimus: quia uterque exsecratione dignus erat, pro maximo, quod patrarant ambo, maleficio; deinde ut primi parentes, audita ea tam dura detestatione divina, ad pœnitudinem revocarentur; nam si pœnituissent veniamque implorassent, licet ea re neque mortem effugissent neque paradisum retinuissent, tamen diras illas Dei evitassent quas memorat Moses: *Per dolores atque angores parietis, per dolores et sudores faciei panes comedetis*. Postquam vero jam serpentem et Satanam maledictio perstrinxit, Deus convertit sermonem ad mulierem his verbis: *Et ad mulierem ait: Multiplicando multiplicabo dolores tuos, et conceptus tuos, et in angoribus paries filios*. Non jam dicit, eos fetus quos aut concipiet aut edet mulier, fore maledictos. Nam pridem bene precatus illis fuerat, dixeratque: *Crescite et multiplicamini*: Sed feres, inquit, uterum non sine dolore, producesque ipsos tuos fetus per ærumnas. Videre est enim feminas variis doloribus affici quando uterum gerunt, et rursus duris torqueri angoribus dum pariunt; id quod etiam memorat Dominus noster, dicens: *Mulier cum parit, dolorem habet* [77]. Neque enim quisquam mortalium satis existimare potest, quam difficiles durosque sustineat mulier dolores atque ærumnas in partu, præter ipsas feminas. Et quidem audivi mulierem cum diceret, earum quæ pariunt, pupillas oculorum præ nimio doloris sensu adeo obfuscari, ut nihil cernant. Et hæc quidem de ea anxietudine quam dum uterum gerunt, dumque pariunt, tolerant feminæ, dicta sunt: quod si vero universum illud tempus reputes

[76] Luc. x, 19. [77] Joan. xvi, 21.

Digitized by Google

quod a concepto fetu ad morientem usque hominem extenditur; tum sane intelligas, mulierem multis difficultatibus, doloribus, ærumnis subjectam esse pro ipsa Dei exsecratione; nam editum infantem laboriosissima cura excipit, deinde per summam molestiam atque angorem educat, ad postremum anxio ululatu morientem deflet. Igitur quia noluisti, inquit, o mulier, in paradiso liberos parere immortales absque omni dolore, jam ipsos paritura es per maximos cruciatus atque miserias, posteaquam peccatum admisisti. Et quia divino quodam modo deos edere cupivisti absque ullo doloris sensu, serpentis auscultans verbis; jam humano more homines procreabis per acerbissimum dolorem. *Et ad virum tuum respicies.*

Respectus mulieris ad virum — Quasi dicat: Quia cupivisti ut vir tuus te observaret atque ex te penderet perinde ac si in tua manu posita essent quibus ille ad vitæ usum opus haberet, eoque illum in fructu gustando antevenisti, ideo tu viri tui observans eris, ut tuis ipse necessitudinibus faciat satis. *Et ipse dominabitur tui :* Optavisti quidem caput esse viri tui, imperioque in illum potiri, atque ideo de arbore pro serpentis consilio edisti; at ille contra in te imperium exercebit, tibique pro capite erit. *Et ad Adam dixit : Quia auscultasti voci uxoris tuæ edisti de arbore de qua jussi tibi dixique ne ederes; maledicta terra propter te.* Dominus Ephrem cum suis vult idcirco legem Adamo revocari hic in memoriam, quia ei uni a Deo fuerat præscripta; ab ipso vero deinde, uxori exposita. Verum, ut jam aliquoties memoravimus, alii existimare malunt sub Adæ persona ad Evam quoque legis verba fieri. Igitur quia, inquit, non meæ voci sed feminæ auscultasti; maledicta terra propter te.

Cur Deus terram, non autem Adamum sit exsecratus. — Nimirum non est exsecratus Deus Adamum ipsum, quo suæ ipse imagini honorem conservaret: tum etiam quia ex Adamo nascituri erant multi mortales probi justique, ut prophetæ atque apostoli, ne per illum hi quoque exsecrabiles atque detestabiles haberentur : sed maledixit terræ propter illum, quippe ex qua ipse esset procreatus. Itaque conservata est humano generi illibata ex ea benedictio quæ ante peccatum facta fuerat, quamvis dolores atque calamitates plurimæ accesserint. *Per dolores comedes eam omnibus diebus vitæ tuæ.* Quia existimasti te deorum more in terra mansurum, perque quietem et otium vitam agitaturum : tu contra, per dolores, labores et ærumnas, perque culturam difficilem vesceris frugibus terræ. Nam ne reges quidem absque molestia et cultura, terræ muneribus frui possunt : atque hoc ipsum est quod Ecclesiastes ait : *Rex agrum colit* (24) : quippe si non suis, at aliorum certe manibus agros subigunt reges. Observandum porro est terræ vocabulum

A hic pro iis quæ ex terra nascuntur, acceptum esse : *Spinas et carduos proferet tibi :* quos, nisi tu peccasses, illa productura non fuerat. Conficitur ergo hæc post detestationem orta esse, vel fortasse spinas et carduos vocat laboriosum terræ cultum, quem ipsa flagitat; quasi dicat : Magnis durisque laboribus constabunt tibi terræ fructus. Vel hoc dicit, sæpe eventurum ut non ea quæ excepit semina, reddat, sed pro illis sentes tribulosque. *Et comedes herbas agri.* Pro gratissimis arborum paradisi fructibus quos tibi edendos concesseram, vesceris herbis pecudum more, eo quod adversus legem meam feceris : *Et cum sudore faciei tuæ comedes panem.* Tu qui deus esse voluisti, serpentis consilio auscultans, cum sudore faciei tuæ, hoc

B est, aspero et difficili labore duraque cultura quæres victum. Etsi enim quis rex sit aut alioqui opibus magnis pollens, dum alios in cultura exercet, ipse quoque non sine sudore faciei suæ vescitur pane. *Donec revertare in terram ex qua acceptus es, quia pulvis es, et in pulverem redibis.* Quasi dicat : Postquam ærumnosam laboriosamque toleraveris vitam, sicut prædixi, moriturus deinde es, atque in id dissolveris quod ante fueras. Animadvertendum hic est Adamum ante hoc oraculum : *Quia pulvis es,* nescivisse, ex pulvere se esse conformatum, genusque suum unde esset, ignorasse. Igitur hisce verbis multarum rerum commonefacit Adamum Deus. Primo enim docet

C ipsius corpus ex pulvere fictum esse; et simul redarguit etiam quasi dicat : Qui potuisti affectare divinitatem, ut plueres, ut fontes dispensares, ut pelagis imperares, totius ex pulvere compositus cum sis? Rursus sicut conditionem Adami mirifice extulerat dum ipsum crearet, ut quem se ad suam ipsius imaginem similitudinemque fingere diceret : ita, ut affectavit divinitatem pro fallacis serpentis consilio, illam eamdem ad terram usque deprimit, demonstrans ex pulvere constare. Præterea ostendit, quæ cum quibus ille commutarit. Insuper docet, quantis ipsum malis implicaverit peccatum, atque ideo hoc prosequendum odio esse fugiendumque merito. Denique monet si imperatam ille observasset legem, non obrumpendam fuisse ipsius

D vitam sed immortalitate donandam ex Dei liberalitate, sicut ait Gregorius Theologus (25) : Si perdurassemus, id quod non fueramus, facti fuissemus; nunc vero postquam legem transilivit, morti obnoxium esse factum dissolvendumque in terram unde traxit originem. *Et vocavit Adam, nomen uxoris suæ Evam, eo quod ipsa esset mater omnis viventis.* Observavit quidem divus Moses adhuc in rerum gestarum narratione, ordinem seriemque temporum quibus quæque actæ sunt; at quod hic jam narrat, num ordine suo narret dubitari potest. Quippe est, ubi res sui quasque

(24) Eccle. v, vers. 8, est ad verbum : *Rex agro servit,* sive, *agro servus est factus :* Vulgata tamen editio longe alio sensu legit : *insuper universæ terræ rex imperat servienti*, quod nisi de divina providentia dictum meo judicio, intelligi non potest.

(25) Hoc Gregorii dictum supra explicatius habes.

Digitized by Google

locis describat; est etiam ubi hoc illi modo curæ A est ut id quod gestum est, commemoret neque per silentium transmittat, cætero qui in tempore quo actum est, observando nihil sollicitus. Enimvero, aut quando costa sibi subtrahebatur atque in mulierem concinnabatur, appellabat Adamus uxorem per vaticinium duobus nominibus : *Itto*, scilicet (hoc est, mulierem, sive uxorem et Evam). Illo, quia viro cohæreret per legitimum connubium, ut ante est a nobis explicatum : hoc, quia mater esset futura omnis viventis. Aut hoc loco nomen Evæ ipsi eam ob causam indidit postquam a Deo prolapsa damnataque per sententiam esset dolorum in partu ferendorum, aut denique postquam ejecti sunt ambo e paradiso, Evam appellare cœpit quia viventium matrem videret. Jam vero si vel primo B vel postremo tempore hoc nomen ab Adamo datum est uxori, neglecta est a Mose temporis ratio; sin medio, accurate observata est. Cæterum, viventium vocabulo hic soli homines non etiam bruta animalia significantur, sicuti illic quoque : *Effundam spiritum meum super omnem carnem*[79]; de hominibus solis, non de pecudibus loquitur Scriptura. Sed enim sciendum est, vi quadam fatidica atque divino instinctu Adamum appellasse uxorem suam Evam, sed ea verba quæ subjiciuntur : *Eo quod ipsa esset mater omnis viventis*, non Adami sed Mosis esse, Evæ vocabulum ea interpretatione explicantis. Sed dices : Cur non perinde Adamum scripsit Moses esse patrem omnis viventis, sicut Evam prodidit esse matrem? Respondemus, quia C vir, dum rem cum muliere habet, semen injicit neque vita neque forma præditum, at femina, exceptum illud, postquam in suo utero infantis formam induit atque in humanam figuram conformatum est, tum demum non quale vir injecerat, sed vivens partu edit. Merito ergo mater omnis viventis Eva appellatur a Mose. Adhoc : Adam sumptus fuit, cum esset pulvis vitæ expers ac deinde divino statu vitam, animamque accepit; Eva quoque jam tum inanimis costa, detracta fuit Adamo; post vero dum a Deo concinnaretur, vitam est adepta atque animam : at mortales reliqui alio modo nascituri erant, nempe ex femina, et absoluti viventes. Recte igitur etiam ob hanc rem vocata est Eva mater omnis viventis. Sed et hoc quæri potest : Adamus, D quando morte damnatum se a Deo esse moriturumque intelligebat, cur augusto et felici illo nomine uxorem vocarit, quo mater omnis viventis futura significabatur, quod plane divinæ illi sententiæ adversum esse videri poterat? Ad hæc dicimus, Adamum illam adversum se prolatam mortis sententiam accepisse quidem per nota accusatoria sibi iniusta, sed interea Deum pro sua misericordia in illis mentem eam indidisse opinionem ut jam tum existimaret genus humanum in vita permansurum esse super terram, procreataque ex concubitu viri ac mulieris sobole auctum iri, et per hanc causam specioso illo nomine uxorem vocasse Evam, hoc est, omnis viventis matrem. Supra memoravimus tria esse nomina, quibus Adam in hoc libro appelletur *Noso*, hoc est vir, et *Bar-noso*, filius viri : ac denique *Adam*, quasi dicas, homo : ubi quantum ipsa inter se distent, etiam explicavimus. Jam vero Evam quoque duobus vocatam nominibus intelligimus; nempe *Itto* (hoc est, mulierem sive uxorem) et Evam : quorum illud, ad universam feminarum speciem accommodatur; hoc, unius personæ propria est appellatio. *Et fecit Dominus Deus Adamo atque uxori ipsius tunicas pelliceas, et vestivit ipsos.* Quinque sunt quæ se hic nobis explicanda offerunt : nempe cur induerit Deus Adamum et Evam, tunicas, deinde quales fuerint hæ tunicæ; tertium, unde comparatæ; quartum, cur sint appellatæ *Chutinitæ*; quod idem est ac si dicas, gossipinas sive xylinas vestes; quintum, cur opus habuerint veste, mortales.

Cur Deus vestierit primos parentes. — Cur igitur illos tunicis vestiret, dicimus summam Dei erga ipsos misericordiam in causa fuisse. Quippe cum Deus colloquium cum primis parentibus longius haberet, atque ad Adamum inter alia diceret : *Quis significavit tibi quod nudus esses?* similiter alia atque alia ad feminam et serpentem ver' faceret, interea arefacta ea quibus se illi contexerant, folia ficulnea defluere cœperunt. Cum itaque nudati jam tum illi pudore afficerentur, non erat consentaneum divinæ misericordiæ, nudos prorsus eliminare paradiso. Miseratus ergo ipsorum conditionem, pro sua clementia ipsis opem tulit, factisque tunicis nuditatem velavit. Præterea voluit ipsos vestibus indutos, a cæteris animantibus brutis segregare; denique nuditatem seu libidinis illecebram putavit tegendam.

Quales fuerint primorum parentum vestes.— Quod vero ad ipsas tunicas attinet, cujusnam modi res fuerint, Gregorius Theologus quodam loco fuisse ait cortices arborum, quo ipsis Deus in mentem miserit ceu idoneos ex quibus sibi vestis quamdam formam aptarent, eque ea amicirent, sicut ante ex foliis ficulneis fecerant subligacula. At idem, oratione quam scripsit de Natalibus Christi, dicit eas tunicas fuisse carnem crassiorem, ignavioremque qua sumus contecti. Gregorius vero Nyssænus scribit, tunicas eas fuisse libidinem; coitum, conceptum, partum, educationem qua minutatim augescimus, alimentum, morbum, iracundiam, mortem denique; his enim omnibus malis illos indutos esse simul atque donis Spiritus sancti sunt exspoliati. Huic Philoxenus Mabugensis fere subscribit, dum ait eas tunicas fuisse curas, corruptionem, morbos, dolores, anxietates, metum; et in summa, quæcunque primis parentibus post violatam legem acciderunt, cum ante iis non fuissent obnoxii, et a

[79] Joel II, 28.

Digitized by Google

quibus nos quoque post resurrectionem erimus immunes: quippe per has tunicas significari maximam illam mutationem quæ illorum evenit corporibus post admissum peccatum. At Athanasius, oratione de cruce, et dominus Ephrem ubi hunc locum interpretatur, aiunt has tunicas ex animantium pellibus confectas fuisse. Denique dominus Jacobus Sarugensis dicit vestis quoddam genus fuisse, quod quia tactu crassum densumque erat, tunicæ pelliceæ fuerit appellatum.

Unde sumpserit Deus primorum parentum vestes. — De tertio, unde fuerint tunicæ illæ comparatæ, Gregorius Theologus, et cum eo alii qui arborum cortices fuisse volunt; arbores deglubiisse Adamum et Evam dicunt: cæterum Mosem ideo factas esse a Deo dicere, quia hic illis in mentem immisit ut arborum corticibus se vestirent. At Gregorius Nyssænus et Philoxenus, quorum sententiam nuper recitavimus, aiunt ea mala primos parentes (quia peccati, a Deo damnati essent) invasisse; idque esse quod Moses scribit, Deum induisse illos eas tunicas. Denique Athanasius et dominus Ephrem, qui animalium pelles fuisse autumant, dicunt, mactatis eas pecudibus detraxisse primos parentes atque concinnasse in vestem Dei nutu. Postremo dominus Jacobus Sarugensis dicit, Deum ea indumenta ex nihilo creavisse. Scribit enim in hæc verba: Contexuit tunicas ex nihilo, et vestivit ipsos. Et rursus: Quia, inquit, tactu rudes et crassæ erant, appellavit pelles; attexuit autem ipsas paulatim corporibus ipsorum, suo nutu atque ita dum non sentiunt induuntur tunicis, sed eas jam vestiti vident tandem. Porro nos cum Athanasio, atque domino Ephrem censemus animalium pelles fuisse. Si vero id redarguere quis conetur, quia nullum animal jugulari adhuc potuerit, quando e singulis generibus par unicum conditum fuerat, eoque sine generis unius interitu nullum animal mactatum fuisset; negamus unicum duntaxat par in animalium generibus singulis fuisse effectum, neque enim hoc sacris Litteris proditum est. Enimvero Deus qui permisit Adami arbitrio ut peccare posset, opusque haberet indumento, creaverat complura animalia; cumque ille violata lege peccasset humana se specie primis parentibus ostendens, induit ipsos pelles, solo ejus nutu pecudibus detractas; atque verbo, in tunicas conformatas. Et vero dominus Ephrem ait fortasse coram illis jugulatas esse pecudes, ut earum carnes ipsi vescerentur, coriisque nuditatem suam cooperirent, denique ex ipsarum morte se quoque mortalia habere corpora intelligerent. Est porro et hoc notandum, esse ex interpretum numero qui dicat, inde ab Adamo et Eva cunctos mortales pellibus animantium vestitos fuisse ad inventam usque ab hominibus texendi artem. De quarto dicimus, eas vestes appellatas esse a Mose, *chutinitas* (26), quia ipsius ætate, hoc vocabulo hominum amicula significabantur, ut videre est de veste Job, Joseph, Thamar, denique Domini nostri Jesu Christi; usus est igitur sui sæculi vocabulo Moses. Quintum ac postremum erat, cur opus fuerit mortalibus veste, hic dicimus, ut augustiore atque elegantiore cultu essent, eoque a brutis animantibus differrent; tum etiam ut armati essent adversus frigora, et æstum; adhæc, ut laterent libidinis irritamenta. *Et ait Dominus Deus: En Adam factus est ut unus e nobis in cognoscendo bono et malo.* Contemptim et ironice hæc a Deo dicuntur de Adamo qui dæmonis fallacibus verbis auscultans captus fuerat; sicut David inducit Deum despicientem gentes quæ adversum se insurrexerant: *Qui sedet*, inquiens, *in cœlis deridebit, et Dominus illudet ipsis* [79]. Nam per illusionem, atque deridens, ait accidisse Adamo quidquid Satanas ipsi promiserat: ut qui jam similis deorum cuipiam factus sit; scilicet qui quæ bona malaque sunt, cognita habeat. Cæterum usurpat pluralem numerum, *ut unus e nobis*, inquiens, sive propter Trinitatis sacrosanctum mysterium, sive quia diabolus itidem plurali numero dixerat: *Eritis sicut dii, scientes boni et mali.* Possunt etiam hæc verba pro ea consuetudine dicta accipi, qua solent homines domini servos suos acerbe alloqui, si quando contumaces conferre se per temeritatem cum ipsis audent. Dicunt enim: En jam mihi par evasisti. Adversum enim jussa effectoris sui Dei Adamus fecerat, cupiveratque illi æqualis evadere. Tale etiam illud Christi est ad Judam proditorem: *Cujus rei causa venisti, socie mi* [80]*?* Possunt præterea in hanc quoque interpretari sententiam: Adam postquam edit de arbore vetita, ipsa rei experientia didicit quid bonum esset et quid malum, sicut et Deus illa cognita habet; non quidem hic per experientiam, sed ut is qui omnia novit, præterita, præsentia, futura. Adamus enim priusquam fructum quo sibi interdictum erat, gustasset, per solam cogitationem intelligebat quid bonum esset, quidque malum, post vero per ipsam etiam experientiam; sed Deus exactissime atque intime omnia cognoscit cum sit conditor effectorque omnium. Denique ita possumus intelligere dicta ista, ac si Deus ipse accuset voluntatem arbitriumque Adami qui affectaverit Deus esse, quod fieri prorsus nequiret; nam mortalium nemo per tantas virtutes vitam agere potest, ut Dei naturam assequatur. Erit itaque hic verborum sensus: En Adam cupivit quidem esse qualis unus nostrum, verum neque factus est, ac neque etiam ut fiat fas est. Itaque illud: *En factus est*, perinde erit ac si negative dicas: Non est factus ut unus nostrum. *Jam vero*,

[79] Psal. II, 40. [80] Matth. XXVI, 50.

(26) Syri vocant tunicam, *Cuthnitho*, ab Hebræo vocabulo, *Cetoneth*, sive *Cuttoneth*, a quo et Græcum χιτὼν natum est, ut ego certe conjicio.

Digitized by Google

fortassis extendat manum suam et sumat de arbore vitæ et edat ac vivat in æternum. Hic causa profertur, cur non sit relictus Adamus in paradiso postquam adversum legem Dei fecisset, deliquissetque; estque hic collatio arboris vitæ cum arbore scientiæ; quasi dicat Deus : Sicut protendit manum, sumpsitque de arbore scientiæ et comedit, qua interdixeram ei, protensurus est manum, sumpturusque etiam de arbore vitæ atque esurus, ac proinde victurus in perpetuum si in paradiso relinquatur. Nam si vetitam arborem tangere, vescique ausus est, quanto magis non vetitam contingere, edereque audebit? Porro illud : *Ne fortassis*, non accipiendum est quasi dubie dictum a Deo quem nihil omnium latet, sive præteritum, sive præsens, sive futurum : quippe enim ut rem certissimam affirmat sumpturum illum de arbore vitæ, comesturumque, atque perpetuo victurum nisi paradiso ejiciatur. Cæterum quænam fuerit illa vitæ arbor, et cur eo nomine appellata, ante commemoravimus; ubi illud quoque diximus qua de causa interdixerit Deus Adamo, arbore vitæ. *Et immisit ipsum Dominus Deus extra paradisum Eden, ut coleret terram ex qua sumptus fuerat.*

Adam ejectus e paradiso — Supra memoratum est, Dominum accepisse Adamum, atque in paradisum misisse, hic vero emisisse narratur extra paradisum : quasi dicat, eum quodam impetu abs se propulisse atque eliminasse, neque comitatum esse abeuntem, quippe ex jucundissima quiete, qualis intra paradisum fuerat amandabat ipsum ad colendam terram, asperam sane ac difficilem operam, ut quæ prorsus omni otio ac requie careat. Addit porro : *Ex qua sumptus fuerat*, quia de ea terra ad quam exercendum remittitur acceptus fuerat pulvis fingendo conformandoque Adæ corpori, ut ante est memoratum his verbis :*Et finxit Dominus Deus Adamum pulverem de terra.* Ac rursus : *Donec revertare in terram de qua sumptus es. Et eliminavit ipsum Dominus Deus* : nimirum extra paradisum, quem alioqui illius oblectandi gratia condiderat. Existimant nonnulli, Deum, quod Adamum prohibuit a gustanda vitæ arbore et paradiso ejecit, denique quod morti addixit, iratum fecisse : verum nos contra per Dei misericordiam atque curam illa facta esse dicimus; quamvis enim contraria inter se videantur, inducere in paradisum et ejicere, tamen utrumque juxta divinæ clementiæ opus et curam quam erga genus humanum gerebat fuisse, ex his cognoscas licet ; idcirco enim prohibitus est ab arbore vitæ ne quid inde quod cum divina sententia pugnaret, accideret, verbumque Dei falsum haberetur. Comminatus enim fuerat Deus moriturum illum quo degustaret de arbore scientiæ, igitur si post hanc gustatam, etiam de arbore vitæ edisset, aut falso nomine ista vitæ arbor appellata a Deo fuisset, aut mendaces fuissent illæ ejus minæ. Ad hoc, si ad arborem vitæ fuisset admissus, ut nec vitæ ita neque dolorum ærumnarumque quibus hæc fuisset plena, unquam finem assecutus fuisset ; jam enim pronuntiaverat Deus, cum doloribus anxietatibusque illum victurum : quare si æterna fuisset ea vita, fuissent et miseriæ immortales. Præterea ideo etiam ab arbore vitæ illum coercuit ne immortalitatem adeptus, per confidentiam agitaret omnem vitam, sed animum ad pœnitentiam induceret, hancque curam haberet donec tandem de vitæ arbore posset edere, ipso Christo qui vitæ arbor est mystico sensu. Denique ipsius pravitas perpetua esset, cujusmodi est diaboli.

Cur e paradiso ejectus Adam. — De hisce igitur causis prohibitus est Adam ab arbore vitæ. Cæterum aliæ sunt, cur paradiso sit eliminatus. Nempe æquum non erat ut locum obtineret sacrum, posteaquam illum lege violata, per peccatum profanasset, et erat illud tantum delictum, hoc exsilio dignum. Præterea erudiendus erat, perperam se, contemptis Dei jussis, obsecutum esse consilio fraudulenti hostis, atque edisse de vetita arbore. Insuper dum ille ejicitur, verbum Dei ratum fit, quo prædixerat ipsum ea die moriturum qua ederet de arbore scientiæ; contra vero mendacii arguitur dæmon qui spem illi atque fiduciam fecerat fore ut Deus evaderet si vesceretur ; quippe non modo non evasit in Deum, sed ipso etiam paradiso extorris factus est. Adhæc, si in paradiso mansisset suspectum fortassis invidiæ Deum habuisset, qui sibi vitæ arboris esca interdixisset. Denique dum solum vertit, intelligit tandem in quanta felicitate versatus sit priusquam peccaret; et rursus in quam multas miserias præcipitatus sit, eo quod adversum Dei legem fecerit. Postremo idcirco est paradiso ejectus, ut peccatum suum agnosceret, sedulamque operam pœnitentiæ daret, et supplex a Deo contenderet, ut se in pristinum restitueret locum. Conficitur itaque ex his quæ jam commemoravimus, nequaquam per iram prohibitum illum a Deo esse ab arbore vitæ neque paradiso ejectum, vel morti etiam addictum ; sed ex mera Dei misericordia, et sollicita ejus cura. Sed enim sint hæc, dicet aliquis, ita cum Adamo acta ab ipso Deo, ut illi prodessent; at labores, dolores, sudor faciei, in quæ mala illum conjecit paradiso pulsum, quas tandem commoditates, utilitatesve afferre illi potuere? Respondemus, Deum non frustra quietem illi nullam concessisse, ut est humanum ingenium ; nam si tantis condemnati malis non desinimus peccare, quid non patrassemus in otio deliciisque vitam agitare permissi? Certe hujus rei exempla nobis suppeditant homines, qui otiosi ac desides atque a labore et molestiis vacui molliter ac delicate agunt. Otium porro, desidiam, delicias mala esse, certissimis Scripturæ testimoniis comprobatur. Nam libro secundo (27) scriptum est : *Consedit populus ad eden-*

(27) Syri libros Mosis ex ordine numeris notant sæpius quam nominibus.

Digitized by Google

dum, et ad bibendum, surrexitque ad ludendum[81]. Et in libro quinto : *Pinguis factus est Israel, et calcitravit* [82]. Et quidam ex sapientibus scriptum reliquit : *Malum est otium, atque pigritia fraudem parit* [83]. Contra vero, labores, turbulentaque exercitia bona esse, attestatur David, cum de Israelitis loquens ait : *Cum occideret ipsos, quærebant eum, et convertebantur, atque maturabant ad ipsum* [84]. Et alibi : *Bene*, inquit, *mihi est, quod sim humiliatus, ut discam mandata tua* [85]. Et Deus per Jeremiam ad civitatem Jerusalem : *Per plagas*, inquit, *erudita es, o Jerusalem* [86]. Rursum Paulus : *Datus est*, ait, *mihi stimulus in carnem meam, angelus Satanæ, ne efferar* [87]. Conficitur itaque, homini ex usu fuisse quod doloribus, laboribusque, et sudoribus obnoxius est redditus a Deo, postquam eliminatus esset paradiso? *Et versari fecit ad orientem paradisi ipsius Eden, Cherub, et aciem gladii versatilis, ad custodiendum iter arboris vitæ*. In Hebræo est : *Et manere fecit ab oriente paradisi Cherubim*. Græcum vero habet : *Et collocavit Cherub, et gladium flammeum ad custodiendum iter arboris vitæ*. Significatur autem his verbis, custodiam Cherub et aciem gladii collocatam fuisse a Deo ad latus orientale duntaxat paradisi, quasi ex ea parte solum prohibere Adamum voluerit non item ab aliis lateribus. Quippe existimandum est, ab ortu solis portam fuisse aditumque patuisse in paradisum ; atque illac introductum, illacque rursus exactum Adamum esse ; inde etiam semitam fuisse ductam in medium paradisum ubi sita erat vitæ arbor, atque ideo ne rursus aliquando Adam, illac se intro reciperet, custodiam ibi esse collatam. Cæterum cur custodiendam vitæ arborem, arcendumque ab ea Adamum voluerit Deus, ante est a nobis dictum ; quo hoc etiam addendum putamus, eo quoque spectasse custodiam ut intelligeret Adamus prorsus præclusum sibi aditum esse per peccatum, eoque pertinaciore, hoc odio prosequeretur, majoreque cura vitandum sibi in posterum putaret quasi fontem tantorum malorum, in quæ mala ex vitæ ante peccatum actæ, cum ea in qua nunc versetur, comparatione facile intelligeret. Præterea magnifica illa custodia (Cherub dico, et aciem gladii versatilis) ob oculos nobis ponit præcellentem arboris vitæ dignitatem. Quod vero versatilem gladium dixit, perpetua cum agitatione huc illud vibratum esse significat, corusco fulgore inde emicante quo obtuentium oculi non sine horrore perstringeretur. Superest ut de Cherub et gladio videamus, cujusmodi res fuerint. Dominus Jacob Sarugensis ea oratione quam de Passione, et rursus ea quam de Ascensu scripsit ; et cum eo alii dicunt custodem paradisi Cherub fuisse unum quempiam ex cœlestibus angelis incorporeum ; aciem vero gladii versatilis fuisse figuram quamdam igneæ lanceæ quam Cherub manu tenens atque coruscans, proterrebat primos parentes a paradiso, arcebatque ab arbore vitæ. Cæterum lanceæ formam inde arguunt, quod eo mystice spectasse videatur lancea illa quam Christus suo latere excepit : quasi jam tum erepta esset de manu Cherub, illa lancea, patefactaque ad arborem vitæ via. Alii dicunt aciem gladii vocatam esse, non ferrum neque ignem, sed figuram quamdam ensis, quæ ignea specie collucere atque fulgere videbatur ; Cherub vero non cœlestem aliquem spiritum atque incorporeum angelorum fuisse, sed spectrum quoddam vehemens ; idque Cherub nomine vocatum esse, quia soleat Scriptura quæ magnis viribus magnaque vehementia pollent, ea hoc nomine vocitare quale est illud : *Qui equitavit super Cherubos, et volavit* [88], significat enim Deum magna vi advenisse, et veluti insidentem Cherubis apparuisse, hoc est, potenter exercuisse imperium. Secundum hos habent ista Mosis verba hunc sensum, quod Deus constituerit spectrum quoddam vehemens ac terribile pro foribus inque ipso aditu paradisi specie animantis cujuspiam, deterrendi coercendique Adami causa. Afferunt autem hi suæ sententiæ hanc rationem : Nomen, inquiunt, Cherub ad juvenile quoddam robur proprie spectat, ac proinde Cherubini spiritus Deo viciniores assistunt, nec ad terras demittuntur ; neque enim Scriptura iis procurationem aliquam in terris assignat, sed angeli sunt qui ad terram ablegantur, resque in ea administrant et dispensant. Verum priores illi, inter quos dominum Jacobum Sarugensem esse diximus, negant hanc esse nominis Cherub notionem ; imo ordinem quemdam cœlestium spirituum non aspectabilium significare hoc vocabulum aiunt ; quales apparuerunt Ezechieli [89], et quorum simulacra quædam erant in adytis tabernaculi posita, itaque geniorum cœlestium aliquem potius fuisse autumant ipsum Cherub, qui genii cœlestes dolent si quando peccent mortales (28), ac rursus gaudio afficiuntur cum illos delictorum pœnitet, ut ait Dominus. Erat igitur Cherub custos paradisi, cœlestium spirituum unus aliquis tenens lanceam igneam, eamque vibrans atque coruscans, et primos parentes deterrens ab excessu, ut sensit dominus Jacobus Sarugensis, et plerique cum eo ejusdem sectæ viri.

Sed jam et locus, et tempus postulant, ut disputando investigemus, unone eodemque die an pluribus hæc omnia gesta sint : creatus Adam, immissus in paradisum, lata lex, indita nomina bestiis et volucribus, condita Eva, decepti per serpentem primi parentes, violata lex, vindicatum in noxios

[81] Exod. XXXII, 6. [82] Deut. XXXII, 15. [83] Prov. XII, 11 ; XXVIII, 19. [84] Psal. LXXVII, 34. [85] Psal. CXVIII, 71. [86] Jer. VI, 8. [87] II Cor. XII, 7. [88] Psal. XVII, 11. [89] Ezech. I, 13 seqq.

(28) Caute lege ; nam angeli proprie non dolent aut tristantur de peccatis hominum, S. Thom. I part. quæst. 113, art. 7, sed tantum metaphorice cum universe salutem nostram cupiant.

Digitized by Google

ejectique denique illi extra paradisum. De hac re ita sentit Philoxenus, oratione quam scripsit de arbore vitæ, et dominus Ephrem Commentariis in Genesim, atque etiam dominus Jacobus Sarugensis, oratione de Passione, et cum his alii, omnia hæc eodem uno die qui sextus erat a condito cœlo terraque, acta atque confecta esse : ejusque rei, duo faciunt argumenta : alterum, quod adhuc nihil edissent Adam uxorque; nam si vescentes ante vidisset serpens, minime dixisset ad Evam : *Verene jussit Deus, ne ederetis de omni arbore paradisi ?* Jam vero si multo ante conditi fuissent, nequivissent adhuc absque fame et cibo vitam tolerare. Alterum petitum est ex iis quæ passus est Dominus noster Christus ; ea enim emendando Adami delicto, exacte tenore respondere aiunt. Verbi gratia : Sexto, inquiunt, die creatus est Adam, eodem excruciatus est Dominus noster, in ejus diei initio ille est ex luto compositus, hic item ad tribunal raptus ; hora illius diei tertia inductus est in paradisum, et Servator noster tertia hora extractus est ex urbe Jerusalem, humeris crucem suam bajulans ; et quo tempore Adam manus protendit ad decerpendos fructus negatos, eodem Christus suas distendit super lignum. Rursus a sexta ad nonam horam exutus est Adam sua gloria, noxæque deditus, itaque et ob crucem Christi. Sol a sexta ad nonam, amisso splendore obscuratus est, atque universa creatura luctu cooperata, quasi refricata pristini Adæ casus memoria. Elapsa deinde nona hora, dissipatæ atque abactæ sunt tenebræ; qua re significabatur soluta jam tum esse ea mala quæ genus humanum circumdederant, atque occuparant propter legem Dei ab Adamo violatam. Insuper quo tempore confossus Dominus noster lancea, eodem a Cherub custode paradisi et arboris vitæ ablata est lancea. Denique qua hora pulsus est paradiso Adamus a Deo, eadem prorsus a Christo immissa est in paradisum anima latronis (29) : ac proinde quo tempore dæmon videns ejectum paradiso Adamum gavisus est, eodem et doluit cum cerneret latronis animam in paradisum reductam. Quippe cum Christi anima in cruce esset a corpore separata, ipsa divinitas simpliciter, neque corpus neque animam deseruit, sed et una cum corpore sepulcrum subiit ; et simul cum anima inferos correxit, atque ad eas animas quæ inibi tenebantur concionem habuit sicut ait Petrus apostolus in sua epistola [80]. Itaque anima Christi eas animas quæ in se credebant, ab inferis sustulit, subvectaque induxit cum latronis anima in paradisum unde expulsus fuerat Adamus.

Adamum eodem die creatum et e paradiso ejectum non fuisse. — Verum sententia aliorum doctorum est, nequaquam uno die omnia illa esse peracta : non quia non potuerit Deus tam brevi ea spatio conficere, cujus potentia prorsus voluntati respondet, sed quia non satis consentaneum videtur ea sic acta esse. Et vero si Adam etiam tum nullum paradisi fructum gustasset præter vetitum illum, neque satis adhuc aut locum ipsum, aut ejus delicias expertus, solum vertisset : qui potuisset per comparationem ex ejus terræ unde exciderat felicitate, eam, in quam detrudebatur, duram, horridam, atque infelicem existimare? Sed dices : Audivere vocem Dei gradientis per paradisum die jam tum inclinato, pulsi ergo sunt eo die. Atqui Scriptura non dicit, eum fuisse diem quo conditus fuerat Adamus. Pari ergo confeceris ratione, eodem die et Joannem Baptistam et Christum venisse, quandoquidem historiæ series, eis diebus quibus apparuit ille, hujus diem subjungit. Sed neque illud satis firmum est argumentum, cur præpropera festinatione conturbemus rerum gestarum seriem, atque unius ejusdemque diei spatio tam multa concludamus, quod de Christi cruciatibus allatum est. Nam ut libentes fatemur, Christum die sexto emendasse atque expiasse quæ ab Adamo admissa fuerant, ita fieri potuisse contendimus ut Adamus, cum die conditi orbis sexto esset creatus atque eodem etiam deliquisset, alio die sexto, pro ea dierum serie quâ recurrentes recensentur, sui flagitii condemnatus a Deo sit atque eliminatus paradiso. Enimvero quis credat (cum amplissimum esset paradisi spatium) uno die Adamum esse egressum ad imponenda animantibus nomina, eodemque revertisse in medium paradisum, hoc est, multorum dierum iter confecisse? Eodem etiam exemptam ipsi costam esse, et in mulierem transformatam, eodem de vetita arbore ambos edisse paradisoque esse extrusos? Sane, et exire, et reverti, et præterea tantis aliis interesse rebus, haud est pro unius diei spatio; et quidem non integri sed a diluculo ad nonam duntaxat horam usque, ut illi aiunt. Denique dicimus, haud verisimile videri, eodem die et conditum esse Adamum et animantibus sua cum indidisse nomina. Nam si quo tempore sunt procreata animalia, eodem simul et nomina Adamus dedisset : profecto non memoraret Scriptura, Deum illa ad Adamum adduxisse. Neque enim ante eum diem quo creatus est Adam illa fuere orta, sed eo ipso quo Adamus, etiam illa sunt procreata ; quare parum congruenter ipsa dicantur eodem uno cum Adamo die in dissitis regionibus orta, et simul ad Adamum acta esse ; quamvis id in volucres quadrare possit, quippe quæ jam ante fuerant enatæ. Quod enim memorantur animalia ad Adamum a Deo esse adducta, significat variis alioqui locis illa procreata dispersaque agitasse. Verumenimvero liberum esto lectori, utram velit harum duarum inter se adversariarum opinionum amplecti atque retinere.

[80] I Petr. III, 19.

(29) Non in terrestrem paradisum immissa est latronis anima, sed in gloriam.

Digitized by Google

Nam certa earum rerum cognitio in futuro demum sæculo iis absolute continget, qui antea virtutis exercitiis se ipsi hic a peccati tenebris perpurgaverint.

Quanto tempore Adam vixerit in paradiso. — Jam vero hoc quoque expediamus: quanto tempore manserit Adam in paradiso. Hic quidam existimant triginta annos ibibi fuisse, nempe quot Dominus noster in mundo egit pro expiando illius scelere: ut quamdiu primi homines magnificentia paradisi sunt potiti, tamdiu iste mundi hujus humilitatem toleraverit. Alii putant, quadraginta diebus Adamum illic hæsisse; eoque Christum dies totidem jejunium duravisse, nimirum ut hujus jejunium remedio esset illorum ingluviei per quam admisere peccatum in paradiso. Sed dominus Ephrem, Philoxenus, et D. Jacobus Sarugensis aiunt, Adamum A in paradiso commoratum esse horas non amplius sex; a tertia scilicet, ad nonam usque diei sexti; idque tribus rationibus demonstrare nituntur: quarum prima est, quia multo facilius decipi potuit Adamus in ipso statim initio quam si longiore tempore paradisum incoluisset; altera, quoniam si diutius apud animum suum meditando expendisset imperatam sibi legem, cautior factus fuisset; verum quando exiguum ille temporis spatium egit, simul ut mandatum a Deo acceperat, fraudem etiam sibi facile fieri passus est. Tertia, credibile est, Deum, quem paradiso pulsurus erat, eum haud longo tempore tanta felicitate frui sivisse ne nimirum excruciaretur; sed mollius minusque ægre ferret, se tantis deliciis spoliari; solet enim B Deus clementer castigationem exercere. Atque hic finis esto primi commentarii.

PARS POSTERIOR.

—

PROŒMIUM.

Col. Superioris Commentarii, pie Ignati, primo capite, disserendo ostendimus, paradisum duplicis esse conditionis, corporeæ et spiritalis; atque ad id comprobandum adduximus argumenta firmissima: C tum ab ipsa rerum natura petita, tum eorum virorum auctoritate nixa qui fidem in iis rebus merentur. Prosecuti porro illic sumus corporatum paradisum, quæque eo cum spectarent, memoratu digna esse videbantur: explicantes, non modo res ipsas sed nomina etiam rerum, pro tenore eorum verborum quibus divus Moses in describendo paradiso usus est. Jam vero in hoc secundo Commentario constituimus, adjuvante operam nostram Spiritu sancto qui omnia perscrutatur etiam arcana atque intima Dei, de eodem paradiso disserere mystice, et, ut sic dicam, spiritualiter: ut quemadmodum ipse paradisus duplex est, ita a nobis duplici modo tractetur. Consentaneum porro est, ut in hujus quoque secundi sermonis principio, ipsa septem capita quibus totum opus a nobis absolvetur, summatim proponamus. Primo igitur capite ostenditur, D qua ratione inducti sint doctores Ecclesiæ, ut de paradiso mystice loquerentur; et quibus vocabulis appellaverint mysticum paradisum. Secundo capite explicabitur, quid sit paradisus mysticus. Tertio, quænam sit terra mystica. Quarto, quales fuerint arbores atque plantæ in hoc mystico paradiso. Quinto quæ fuerit arbor scientiæ boni et mali in hoc paradiso mystico sata. Sexto, quæ fuerit arbor vitæ in hoc paradiso mystico. Septimo, exponentur mystice verba Mosis quæ de paradiso scripta ille reliquit.

CAPUT PRIMUM.

Variæ sententiæ Doctorum Ecclesiasticorum de paradiso mystico. — Doctores Ecclesiæ sacræ, qui præcipui, certissimæque fidei habentur, alias atque alias opiniones habuere de paradiso mystico. Quidam enim ipsorum sacrosanctam Ecclesiam existimaverunt mysticum paradisum esse: atque hujus figuram mysticam fuisse olim corporatum illum paradisum in quo erat Adamus. Alii paradisum mysticum fecerunt eam Christi doctrinam quam baptizatus divulgabat, cujusmodi sunt illa: Ne irascaris tuo fratri gratuito: Ne intuearis feminam per cupidinem: *Si quis percusserit maxillam tuam, dexteram obverte ei alteram quoque: Vade, vende quidquid habes, et dato pauperibus*[*], et hujus generis alia. Rursum alii putant, mysticum paradisum esse animæ typum, arboresque in illo satas, animæ facinora per virtutem facta significare; hi, quatuor paradisi flumina ad quatuor animæ virtutes naturaliter accommodant: nempe ad eam quæ rationalis partis animæ propria est, et prudentia vocatur, et ad temperantiam: item ad eam quæ animosam sive irascibilem partem animæ spectat, atque nunc fortitudo, nunc lenitas mansuetudove appellatur, denique ad justitiam: hæc enim quatuor, cæteras animæ virtutes omnes veluti rigant, fovent, augent. Sunt præterea qui arbitrentur, mysticum paradisum esse sensus quosdam figuratos sive parabolicos (ut vocamus) aut anagogicos: ea enim quæ a Mose de paradiso dicta sunt, partim de rebus ipsis quæ vocabulis subjectæ sunt, accipienda esse: partim vero per similitudinem aliter accommodanda. Verbi gratia, quod ait Dominus

[*] Matth. v, 12, 27, 39; xix, 21.

Deum formasse Adamum, et quæ sunt hujus generis, de rebus ipsis esse intelligenda dicunt : illud vero, quod Dominus Deus conseverit paradisum in Eden ab initio, alio sensu esse accipiendum quam verba ipsa ostendunt ; nempe Deum comparuisse spiritualem quamdam atque felicem vivendi rationem, etc. Præter hos sunt qui velint, mysticum paradisum esse ipsum corporatum paradisum, dum cum animo contemplamur spirituali ratione. Postremo sunt alii doctores quorum sententiæ nos quoque subscribimus, qui ipsum paradisum duplicis conditionis esse aiunt, partim enim ex rebus corporatis, partim ex spiritualibus constare; sicut et ipse Adam cujus gratia ille conditus erat, ex corpore et anima sive spiritu fuerat compositus, corporatasque paradisi partes esse arbores, plantas, et ejuscemodi res alias, partes vero spirituales, vitam beatam atque secundum virtutem actam, etc., sicut prioris Commentarii secundo capite explicavimus.

CAPUT II.

Quæ res sit paradisus mysticus. — Paradisus spiritualis sive mysticus, vita est spiritualis quæ animo agitatur, plena summæ temperantiæ atque sanctitatis, et perpetuis meditationibus rerum divinarum earumque quæ sunt a Deo conditæ, addicta, atque omnino vita beata et angelica, procul ab omnibus animi perturbationibus, anxietatibus, suspiriis, luctu remota, atque cum gaudio, lætitia, exsultatione conjuncta, itaque pollens potensque ut radios atque splendorem divinarum notionum concipere queat, quippe qui in hoc paradiso versantur, in summa vivunt beatitudine, atque creatorem Deum ejusque creaturas, mente contemplantes oblectantur. Nam et supernæ copiæ angelicæ illic habitant, et Adam Evaque, antequam adversum Dei mandatum fecissent, ibidem morabantur.

CAPUT III.

Qualis fuerit terra mystici paradisi. — Terra mystici paradisi fuit animus et mens Adami, hoc est, hominis inibi agentis. Nam inde pullulant atque oriuntur meditationes non modo rerum spectabilium, sed et earum quoque quæ nullo sensu percipi queunt.

CAPUT IV.

Quales arbores et plantæ in paradiso. — Igitur hujusmodi cogitationes meditationesque ex animis et hominum et angelorum, quasi arbores e terra, procreatæ, arbores et plantæ paradisi mystici haud absurde dicuntur.

CAPUT V.

De arbore scientiæ boni et mali in paradiso mystico. — Quidam e numero doctorum Ecclesiæ dicunt, arborem scientiæ boni et mali mysticam et in mystico paradiso consitam, esse animi motum quemdam quo homo ceu peculiari mentis suæ indole inclinatur, eo enim sentiri, quæ inter malum bonumque est differentia : quantisper enim hæc Adæ animi vis sibi constabat, tota in unum suum Creatorem inventa, jugique contemplatione ei alligata, tantisper in solo bono ille versabatur, idque unum sentiebat, verum postquam illa inde mota est, sese que demisit, sensit etiam alterum illud, id est, ipsum malum. Alii autumant scientiæ boni et mali arborem fuisse typum legis Mosaicæ, ut et reliquas paradisi arbores, singulorum ejus legis præceptorum figuras, eo quod lex Mosaica inter bonum malumque dijudicet; eosque qui bene agunt, bonis, et qui male, malis afficiat; atque ideo hanc arborem juxta vitæ arborem sitam fuisse, ut nisi quis ipsam prius legem coluisset, hoc est, legis mandata observasset, ad vitæ arborem pertingere nequiret, id est ad eam libertatem quæ apud Christum est, quando ipse etiam Redemptor noster tantisper dum legem observabat, libertatem suæ vitæ genere minime præ se ferebat. At nos definimus arborem scientiæ boni et mali mysticam esse cognitionem et meditationem quæ circa Deum rerum omnium conditorem versatur ; scientiamque boni, esse eam cognitionem quæ unum solum Deum agnoscit atque profitetur : mali vero quæ multos esse deos putat, atque hac Adamum Evamque per dæmonis consilium fuisse distentos. Insuper hoc quoque dicimus, eam commentationem pro iis qui pollent atque exercitati sunt meditatione rerum divinarum, scientiam boni et vocari et esse, pro iis vero qui neque satis firmi sunt neque exercitati, et tamen audent de Deo altius commentari, appellandam esse scientiam mali.

CAPUT VI.

De arbore vitæ mystica. — Sunt inter doctores Ecclesiæ, qui arborem vitæ mystice dicant esse humanæ mentis proprietatem, quæ cum iis cogitationibus quæ circa unum suum effectorem versantur, alligata est, neque huc illuc circumagitur aut in alias res requirit, præterquam in solum Conditorem suum, sicut etiam sancti angeli solius Creatoris sui meditationibus distinentur. Horum sententia est, Adamum, simul atque creatus esset flatumque Conditoris sui excepisset, ad Deum rapi cœpisse a quo effectus fuerat, atque in hac una contemplatione totum fuisse mansisseque horas non amplius tres, tantisper scilicet dum legem imperatam transiliret, ita ut interea nullam de rebus aliis cogitationem cum illa miscuerit. Igitur hi meditationem eam mentis quæ de uno suo Parente Deo agitatur, proprietatem mentis vocant. Est itaque his arbor vitæ mystica, sacer ille gradus in quo per baptismum collocamur, matrem mysticam qua iterum gignimur ad vitam. Alii dicunt hanc arborem vitæ spiritualem, esse novum vitæ genus quod repræsentavit Dominus noster inde ex quo baptizatus fuit usque dum cruci esset affixus ; de quo genere vitæ dictum est : *Convertimini per pœnitentiam, propinquat regnum cœli* [24].

[24] Matth. III, 2.

Digitized by Google

Atque hanc vitam, inquiunt, agimus postquam per A baptismum, veterem exuimus hominem : estque ea ceu quædam figura ejus novæ vitæ quæ in regno cœli nobis est promissa. Alii porro vitæ arborem mysticam definiunt, immunitatem libertatemque quam dedit nobis Christus a constitutionibus et pœnis legis. Lex enim delinquentibus pœnam præstituerat, a qua nos asseruit Christus qui de hac libertate his verbis est concionatus : *Redite per pœnitentiam, propinquat regnum cœli.* Rursum alii aiunt, arborem vitæ esse hominem novum qui per baptismum natus est. Alii, hominem novum qui, observatis Dei jussis, exuit vitia quæ vocantur vetus homo, induitque virtutes quæ novus homo appellantur. Alii, mortem esse volunt spiritualem quæ nascitur ex securitate, observandis Dei mandatis B comparata. Alii meditationem quæ Christi personam contemplatur, quia per ea conditæ sunt omnes naturæ participes vitæ atque rationis. Alii crucem Christi putant arborem vitæ dici quia ex ea promanant omnia bona spiritualia, abolito peccato atque exsecratione. Alii sacram aram in qua administrantur divina sacramenta. Alii denique, corpus et sanguinem Christi Dei nostri arborem vitæ vocari putant. Sed enim non post has et inter has sententias, nostram quoque proferentes, statuimus arborem vitæ mysticam esse meditationem atque cognitionem qua profitemur sacrosanctam Trinitatem, hoc est, unum esse Deum, et tres personas sanctas, sive unitatem in Trinitate, C et Trinitatem in unitate. De hac porro arbore non comederunt Adam et Eva, neque ad eam accedere sive de ea cogitare quiverunt, ut qui adhuc non satis pollebant, potentesque ad id non erant : at nos Christiani, non quidem ipsi satis pollentes, sed per Christum, illustratum hoc arcanum et amplectimur et profitemur. Cæterum existimandum est multitudinem dissimilitudinemque harum inter se interpretationum quas de arbore vitæ adduximus, argumento esse quam sit res ipsa explicatu difficilis : alioqui enim tam multis variisque verbis ad eam enucleandam minime opus fuisset.

CAPUT VII.

Complectitur interpretationem mysticam verborum Mosis de paradiso. — Scripsit divus Moses de D paradiso in hæc verba : *Et plantavit Dominus Deus paradisum in Eden, ab initio.* In his verbis, paradiso vocabulo, vita significatur spiritualis, hoc est, quæ secundum animam agitur, et beata. Plantare vero idem est quod facere, sive instituere. Hoc itaque dicit Moses, Dominum Deum comparavisse vivendi modum secundum spiritum, ita ut ea vita esset plena sanctitatis et meditationis rerum divinarum et earum quæ a Deo conditæ sunt, felix et ab omnibus animi perturbationibus anxietatibusque remota, quam comitentur gaudium et exsultatio, quæque capax sit radiorum divinæ notionis. Illud vero quod ait : *Ab initio*, est, ac si dicat eam vitam spiritualem atque beatam ab ipso Deo institutam fuisse ante conditum hunc corporatum mundum, hoc est, ante eam machinam quæ ex cœlo terraque et iis quæ inter hæc media sunt, constat; atque in ea vita versatos oblectatosque fuisse angelos ante hanc mundi aspectabilem et corporatam molem creatos fuisse, etsi Syri hoc negent (30). Cæterum in translatione LXXII Interpretum habentur illa verba ad hunc modum : *Et plantaverat Dominus Deus paradisum in Eden ab oriente;* ubi, per orientem, lucem eam accipias licet quæ ratione sola intelligitur, proculque a rebus corporatis semota est. Hæ enim in occidente, hoc est, caligine versantur. Est igitur eorum verborum hæc sententia : Deum vitam felicem atque angelicam parasse in luce agitandam, quæ lux sola mente cernitur. *Et posuit illic Adamum quem finxerat.* Postquam, inquit, finxisset Adamum, induxit ipsum in eam spiritualem ac felicem vitam, lætum et mirifica affectum voluptate, per meditationes cogitationesque nulli perturbationi aut anxietati obnoxias, in morem angelorum et spiritualium copiarum, recipientemque radios divinarum notionum non aliter atque angeli capiunt. *Et fecit Dominus Deus e terra omnem arborem pulchram ad spectandum, et expetendam ad vescendum.* Hoc est : Ita comparavit Deus Adæ mentis sensum, ut procrearet atque expullulare faceret omnis generis probas cogitationes meditationesque tam de rebus quæ videndi sensu possunt percipi quam iis quæ eum sensum effugiunt. *Et arborem vitæ in medio paradiso, et arborem scientiæ boni et mali.* Hæ duæ arbores quando spirituali modo spectantur, ambæ in medio paradiso consistere queunt; hoc est, in medio animi sive mentis, ut altera alteram non angat aut trudat, sicut ait Gregorius Nyssenus. Sed supra a nobis, dum mystice accipiuntur, ubi multorum sententias in medium adduximus. *Et fluvius egrediebatur ex Eden ut rigaret paradisum, et illinc dividebatur, et evadebat in quatuor capita.* Priusquam violasset Adamus legem, promanabat fluvius, hoc est, deliciæ ex meditatione rerum spectabilium et non aspectabilium natæ : rigabatque, hoc est, oblectabat universum corporis temperamentum, quod ex quatuor constat humoribus, ex sanguine, pituita atque utraque bile. Nam et ex illiusmodi meditationibus, non minus quam de corporatis paradisi arboribus recreabatur Adamus animo. Sunt qui hoc quoque modo interpretentur ea verba : *Promanabat fluvius*, hoc est, deliciæ ex rebus conditis, iis quæ spectari queunt et iis quæ videri nequeunt, *et rigabat*, id est, oblectabat quatuor animæ virtutes, eam quæ rationi proprie attribuitur, hoc est, prudentiam, tum temperantiam, fortitudinemque et justitiam; ac proinde virtutes

(30) Caute lege, et vide notam ad I lib. *in Hexaemer.*, S. Anastasii Sinaitæ.

Digitized by Google

animæ cæteras quoque fovebat augebatque. Sunt A præterea, qui sic, ut per fluvium intelligatur Christus qui sua doctrina Ecclesiam rigabat; collegium dico apostolicum quod erat veluti paradisus, deinde evadebat sectus in quatuor capita, hoc est, ipsos quatuor evangelistas, Matthæum, Marcum, Lucam, Joannem, atque hi deinde universum orbem habitabilem proluebant. *Nomen unius Phison, is est qui circuit universum terram Havilæ: et ibi est aurum; et aurum ejus terræ bonum est; ibi bdellia, et lapides berylli.*

Phison mystice quid. — Per Phisonem fluvium intelligi potest flava bilis qui humor in corporis humani constitutione laudabilis est. Nam qui eo largius præditi sunt, ingenio pollent acri atque arcanorum Dei mysticorum cognitione, et rerum B conditarum scientia; hoc est, divinarum et humanarum rerum capace; quod profecto multo auro et margaritis, lapidibusque pretiosis anteferendum est, sicut ait Psaltes David: *Propterea amavi mandata tua multum supra aurum, et multum supra lapides pretiosos* [93]. Potest etiam per Phisonem accipi ea virtus animi quæ rationis propria est; prudentiam dico. Potest quoque Marcus evangelista Phisonis nomine signatus intelligi, ut in quo robur fortitudoque enituit res superas explicandi. *Et nomen fluvii secundi, Gihon, is est qui circuit omnem terram Chus: et nomen fluvii tertii, Diklat, qui it adversus Assur: et fluvius quartus est, Perath.* Gihonem vocat, humorem eum quem sanguinem dicimus; Diklat, eum quem pituitam vo- C camus; denique Perath, illum quem appellamus bilem atram, ut ait D. Jacobus Orrohaita. Possumus quoque per Gihonem intelligere eam animæ virtutem quæ temperantia dicitur; per Diklat, eam quæ ad partem animæ irascibilem sive animosam pertinet; hoc est, fortitudinem, et lenitatem; per Perath denique, justitiam. Rursus Gihon potest Matthæum significare evangelistam; Diklat, Lucam; Perath Joannem. *Et accepit Dominus Deus Adamum, et posuit ipsum in paradiso Eden.* Postquam condidisset Deus Adamum, sustulit ipsum illinc ubi creatus fuerat, et traduxit in paradisum spiritualem, hoc est, in vitam felicem, ut voluptatem caperet ex meditatione rerum conditarum, atque ex D divinæ notionis radiis quibus ipsius mens illustrabatur angelorum more, quemadmodum in ipso quoque corporato paradiso oblectabatur. Cum enim duplicis esset conditionis paradisus; quatenus spiritualis erat, delectabat Adæ animum contemplationibus; quatenus vero corporatus, arboribus fructibusque, illius corpus recreabat. *Ut eum coleret et custodiret.* Idcirco (inquit) traduxit illum in eum spiritualem et beatum vivendi modum, ut in ipso sese exerceret per probas cogitationes et rectas meditationes quæ circa res conditas versentur, ipsumque observaret omni proposito animi sui, seque eo uno oblectaret. *Et mandavit Dominus Deus Adamo, dixitque ipsi: De omnibus arboribus, quæ sunt in paradiso, edendo edes: ut de ipsa arbore scientiæ boni et mali, ne edas,* hoc est, exerce te cogitationibus de rebus omnibus tum aspectabilibus, tum quæ sola mentis intelligentia percipiuntur; apudque tuum animum meditare quisnam sit illarum effector et parens, et quomodo sint conditæ; totusque esto in meditando ea quæ sibi illis mystice latent; cumque ex rerum illarum pulchritudine raptus fueris in admirationem, tunc ipsarum Conditori gratias agito, eumque laudibus effert. Quod porro sequitur, ab arbore scientiæ boni et mali abstinendum esse, significat illum curiosius inquirere non debuisse in Deum ipsum, quid esset et quomodo exsisteret, et unicusne an plures essent dii; huc enim penitus procedendum illi non fuisse, propterea quod adhuc ad illius modi res capiendas non satis polleret illius mens. *Quia quo die comedes de ea, morte morieris;* ac si dicat: Quo die tecum ambigere cœperis unusne Deus sit an plures, atque in opinionem plurium incideris, mortem oppetes, et peccando et te, a me, subducendo alienandoque, qui sum verus Deus. Quippe id illi evenit, una cum uxore Eva diaboli fraude seducto: qui non modo escæ illecebris ipsos fefellit, sed persuasit etiam plures esse deos, dum diceret: *Si comederitis de ea arbore, eritis sicut dii.* Hic illud etiam observandum est: Adæ atque uxori, arbore tantum scientiæ interdictum esse ne ad eam accederent, nempe quia nondum ejus capaces erant; at de arbore vitæ nihil esse præceptum quidem lege, sed pro custodia ejus positum Cherub et aciem gladii, nimirum ut ea re significetur, eos mortales (sive pristini illius sive hujus temporis, qui non satis firmi sunt ad commentanda ea quæ ad sacrosanctam Trinitatem spectant; unum scilicet esse Deum, personas vero tres, atque ita Trinitatem esse in unitate, et rursum unitatem in Trinitate (hanc enim esse arborem vitæ, supra memoravimus): si conentur per temeritatem illo penetrare, deque arcanis illis et cogitare et loqui: eos, inquam, coerceri repellique quasi a custode Cherub et lancea quadam ignea fulgoribus micante ipsosque deterrente atque accessu prohibente. *Et formavit Dominus Deus e terra omnem bestiam agri, et omnem volucrem cœli.* Hæc verba, atque hæc oratio de rebus ipsis duntaxat interpretari possunt, non etiam ad spiritum accommodari. Igitur quæ commentario superiore de ipsis sunt a nobis dicta, sufficiant. *Et immisit Dominus Deus quietem* (aut, ut habet Hebræum, *somnum*) *in Adamum, et dormivit: et sustulit unam e costis ipsius, clausitque carne ejus locum, et concinnavit Dominus Deus ex costa quam sumpserat ex Adamo, feminam.* Quod ex Adamo sopore obruto sumpta est costa, atque ex hac facta Eva, sacramentum est sanguinis et aquæ ex Christi latere

[93] Psal. CXVIII, 72.

Digitized by Google

profluentium, postquam in cruce obdormivisset; quibus constituta est sacrosancta Ecclesia : tum, quod ex latere Adami excipiebatur Eva, typus fuit fodiendi olim lateris Christi, ex quo essent effluxuræ aquæ vitæ et vitales salutaresque; aquæ, inquam, sacri baptismi qui est mater mystica, ex qua una procreantur filii novi ad vitam spiritualem atque sempiternam : sicut Eva quoque quæ ex Adami latere prodiit, mater omnis viventis est appellata. *Et serpens astutior erat omnibus animalibus agri, quæ fecerat Dominus Deus.* Serpentem vocat diabolum; illum Deo rebellem, mendacii patrem, humanæ naturæ impostorem; nam etiam alibi in sacris Litteris, ille serpens appellatur : *Feci*, inquit Dominus, *vobis potestatem calcandi serpentes et scorpiones.* [94]. Et alibi scriptum est : *Occidit manus ipsius serpentem transfugam, sive fugitivum* [95]. Angelicæ vero virtutes appellantur animalia, quo nomine illas Scripturas apud Ezechielem [96] quoque vocat in ostento illo. Dicitur autem serpens astutior omnibus animalibus, quia angelicæ virtutes prorsus ab omni malitia atque astu vacuæ sunt; at diabolus vafer est et improbus prorsus : *Et ait serpens ad mulierem : Vere dixit Deus, ne comederetis de omnibus arboribus paradisi*, hoc est, plane dixit vobis Deus : Nolite meditando expendere rerum conditionem, sive aspectabilium, sive earum quæ in sensus non cadunt. *Et ait mulier ad serpentem : De fructibus arborum paradisi omnium comedemus; de fructibus arboris, quæ est in medio paradisi dixit Deus, ne edatis de ea neque tangatis eam, ne moriamini.* Jussit quidem Deus ut rerum omnium tam quæ cerni non possunt quam quæ possunt contemplatione nos exerceamus, atque ea nosmet oblectemus; at in se (est enim ipse, arbor illa spiritualis) noluit nos altius curiosiusque inquirere unicusne sit Deus an plures, ne dum ad ejuscemodi indagationem mens nostra parum pollens potensque est, per peccatum occidamus. *Et ait serpens ad mulierem : Non morte morituri estis.* En ut nihil pudet dæmonem plane Deo contradicere : ille mortem obnuntiat si quis altius in ipsum inquirat; hic prorsus mortis securos facit eos qui arcana Dei audeant scrutari. *Et vidit mulier quod pulchra esset arbor ad vescendum, et expetibilis oculis, atque desiderabilis arbor spectatu.* Quod mulierem dicit vidisse arborem, non ita accipiendum est quasi Deum illa viderit quem mystice per eam arborem significatum esse diximus; sed ipsam auscultasse consilio dæmonis, ejusque verbis persuasam curiosius in Deum inquirere conatam esse significat. *Et accepit de fructibus ipsius et edit, deditque etiam simul viro suo, et comedit.* Ipsa cum animo suo reputare atque disquirere cœpit de Deo unusne esset an plures, et quam ob causam sibi maritoque suo interdixisset escam arboris scientiæ atque simul Adamum maritum suum ut idem faceret hortata est, is vero uxoris dictis est assensus, atque in easdem cogitationes incubuit : *Aperti sunt oculi amborum et cognoverunt quod nudi essent.* Evestigio violata lege Dei, patefacti sunt ipsorum oculi : non quod in deos jam tum evasissent, in quam spem ipsos adduxerat dæmon, sed ita, ut animadverterent suam nuditatem; hoc est, ademta est ipsis prior illa cernendi facultas spiritualis atque angelica qua fuerant præditi, intellexeruntque, se jam felici illa Dei gratia esse spoliatos qua antequam adversus legem fecissent, sua ipsorum corpora veluti velata fuerant. *Et conglutinaverunt folia ficulnea, feceruntque sibi subligacula.* Folia ficulnea vocat ipsorum manus; referunt enim manus eorum foliorum figuram. Quasi dicat, cum se nudos esse animadverterent, manibus sua contexere pudenda; atque ita etiam nunc se mores mortalium habent. Neque enim aut amictum aut tunicas, sibi ipsos fecisse dicit, sed perizomata, hoc est, quæ sola genitalia membra tegerent. *Et audierunt vocem Domini Dei gradientis in paradiso, ad inclinationem diei.* Inclinatio diei moram temporis significat; quasi dicat, non simul atque mandatum transilivissent deliquissentque apparuisse ipsis Deum : sed interjecto temporis spatio, nimirum quo ipso apud animum suum sibi conscios puderet interim, pœniteretque admissi flagitii. Porro descensus et adventus Dei in paradisum, figura erat quæ descensurum atque venturum olim in mundum Dei Verbum significabat. Diei inclinatione vero mystice ostendebatur fore ut hoc Dei Verbum in fine temporum carnem indueret, sicut ait Paulus : *Cum venisset finis temporis, misit Deus Filium suum, et factus est ex muliere* [97]. Deinde gradientis Dei audita per paradisum vox portendebat Verbum Dei aliquando apud nos in carne versaturum ambulaturumque, quemadmodum de ipso prædixit vates : *Et super terram visus est, et apud homines versatus est* [98]. *Et abdebant se Adam et uxor ipsius a conspectu Domini Dei, inter arbores paradisi.* Abdebant quidem inter arbores paradisi sua corpora; verum conscientiam admissi facinoris tegere a conspectu Domini atque dissimulare, ipse prohibebat pudor. *Vocem tuam audivi in paradiso, et vidi quod nudus essem, et abdidi me.* Et quia, inquit, vocem tuam gradientis per paradisum audivi, et quia nudum me esse animadverti; ab ea maxima atque saluberrima gratia qua ante fueram indutus, ob has ego duas causas metu perculsus me occultavi, hoc est rem ipsam commissam, apud animum meum expendens timui : *Et ait ad illum Dominus : Quis significavit tibi quod nudus esses? num de arbore de qua jussi ne ederes, edisti?* Ac si dicat : En mei cogitationibus tete occupasti, qualibus abstinere te jusseram. *Et ait Adam : Mulier quam attribuisti mihi, ipsa dedit mihi, et comedi.* Mulier, inquit, quam mihi sociam fecisti, ea mihi medita-

[94] Luc. x, 19. [95] Apoc. xx, 2. [96] Ezech. i, 5. [97] Galat. iv, 4. [98] Baruch. iii, 38.

Digitized by Google

tionis de te instituendæ causa fuit. Nimirum facit Adam quod mortales omnes solent : si quando enim errant atque peccant homines, causas quasvis arripiunt quibus a culpa se et pœna vindicent. *Et ait Dominus ad serpentem : Quia fecisti hoc, maledictus es præ omni animali, et bestia agri.* Hoc dicit ad Satanam Dominus : quia Adamum et uxorem ipsius seduxisti, jumenta quidem bestiasque cæteras dignabor mea cura, id est, sufficiam ipsis cibum in tempore : at tu mea cura indignus habeberis. *Et super ventrem tuum gradieris.* Extorris enim a cœlesti republica, repes humi atque in terrenis rebus volutaberis. *Et pulverem comedes omnibus diebus vitæ tuæ* : homines perire (quod est veluti in pulverem reverti) tu tibi pro esca et cibo duces, propter summum tuum adversus illos odium. *Et inimicitias ponam inter te, et mulierem, et inter semen tuum et semen illius.* Id odium, inquit, quo tu gaudes, ponam ego inter te et illos, et inter semen humanum atque rebelles dæmonas tuos socios. *Et ipsa conteret caput tuum,* hoc est, irritum faciet tuarum astutiarum initium. *Et tu illud feries in calce ipsius,* hoc est, tu peccati vulnus ipsi infliges, ut perdere possis in extremo ejus vitæ actu. *Et ad mulierem ait : Multiplicando multiplicabo dolores tuos et conceptus tuos.* Hæc mysticum sensum non admittunt; cæterum rem ipsam supra pertractavimus. *Et fecit Dominus Deus Adamo, et uxori ipsius tunicas pelliceas, et vestivit ipsos.* Cum inquit, adempta illis esset vita illa spiritualis : beata, gaudiique plena, propter sua ipsorum errata inducti sunt in vitam hanc corpoream; ærumnosam atque anxiis rebus refertam. Cæterum tunicis pelliceis, maxima vitæ commutatio quæ ipsis violata lege accidit, significatur. Propter sua ipsorum igitur peccata eas pœnas dederunt, ut spiritualem cum corporea, hoc est, felicissimam cum infelicissima vita mutarent. Et ait Dominus : *En Adam factus est qualis unus nostrum in cognoscendo bono et malo.* Hæc supra abunde explicavimus. *Jam ne fortassis extendat manum suam, et sumat de arbore vitæ, et edat, ac vivat in æternum.* Posteaquam admisso flagitio excidisset genus humanum illo secundum animum vivendi modo illaque vita beata et angelica, indignum jam evaserat atque etiam invalidum ut cogitatione assequeretur agnosceretque unum Deum et tres personas, atque unitatem in Trinitate, et Trinitatem in unitate; et ut Verbum Dei, olim carnem esse assumpturum nostræ salutis et redemptionis gratia, prospiceret : non satis, inquam, pollebat deinde genus humanum ad hujusmodi sublimes meditationes exercendas, tantisper dum flagitium illud et pravitas per Satanam sub serpentis specie (quo utebatur ceu instrumento) injecta delerentur atque abolerentur penitus. *Et misit ipsum Dominus Deus extra paradisum Eden, ut coleret terram, ex qua sumptus fuerat. Et eliminavit ipsum Dominus Deus.* Propter violatam legem multavit Adamum Deus felicissima illa vita in qua mentem suam ille omnem perpetua contemplatione rerum et quæ videndi sensui subjici et quæ non subjici possunt, ante pertractabat. Atque insuper a vitæ etiam arbore prohibuit; ait enim Moses : *Et versari fecit ad orientem paradisi Eden, ipsum Cherub et aciem gladii versatilis, ad custodiendum iter arboris vitæ.* Ad orientalem partem paradisi solam, non etiam ad reliquas collocata est custodia, quia Orientis regio præstituta erat ut esset olim locus adorandi Dei. Porro Cherub et gladius igneus terrificusque, custodiæ causa positi sunt inter Adæ ingenii captum et ipsam sacrosanctam Trinitatem : ne scilicet mens humana altius curiosiusque inquireret in tres personas Divinitatis quæ prorsus est incomprehensibilis. Sunt autem quæ hic a Mose scribuntur, pro nostris moribus dicta. Nos enim, si quam rem salvam cupimus, ei custodem sollicitum, sedulum, prudentem præficimus terribili aliqua lancea munitum, qui procul arceat accedentes. Huc animum attendant quoquot aut non satis firmi cum sint, aut non satis exercitati atque eruditi, aut denique nullum virtutis cum habeant usum : audent tamen per temeritatem subito prosilire in medium atque loqui, disceptareque de sacrosanctæ Trinitatis personis : et his Mosis dictis tantam suam audaciam refrenare discant, atque ita se in hac vita expurgent observandis Dei jussis ut in altera illa futuri sæculi donentur cognitione meditationeque rerum a Deo conditarum atque ipsius etiam summæ Trinitatis, quatenus certe hanc res creatæ atque externæ per virtutem omnipotentis Dei comprehendere poterunt. Et hic finis esto sermonis secundi.

PARS TERTIA.

PROŒMIUM.

Superiore proxima oratione, o pie et venerande frater noster, domine Ignati, egimus de paradiso et arboribus mysticis, pro serie atque tenore Scripturæ : at præsenti sermone dissolvemus, Deo manum nobis porrigente, hæreticorum calumnias quas adversum nostra dicta proferunt; ac simul nonnullas quæstiones a quibusdam aliis viris quæsitas explicabimus.

CAPUT I.

Contra calumnias Simonis Magi, de primi parentis peccato.

Objicit Simon Magus, inquiens : Deus ille qui Adamum condidit, impotens erat atque imbecillis:

Digitized by Google

neque enim efficere potuit ut maneret Adamus, A qualem esse volebat. Ad hæc respondemus, mansisse Adamum qualem ipsum et esse et manere volebat Deus conditor effectorque ipsius; volebat enim Deus ipsum pollere suopte arbitrio, atque liberum esse, non autem naturam habere vinctam et obnoxiam, qualem habent bruta animantia et eæ res quæ animæ expertes sunt. Atqui profecto si voluisset Deus Adamo liberum esse suum arbitrium, hic vero non obtinuisset arbitrium liberum, neque is fuisset quem esse volebat ejus parens Deus, sed prorsus alius, ac tum demum isti calumniæ locus fuisset. Sed instat Simon : Deus volebat ne ederet Adamus de illa arbore; at is edit, non ergo mansit qualem manere volebat Deus; conficitur ergo parum potentem fuisse Adæ Creatorem. B Imo vero id ipsum quod edit de arbore, argumento est mansisse qualem volebat Deus manere : ea enim erat Dei voluntas, ut constaret, Adamum esse liberum atque cum libero arbitrio conditum; idque certo ita se habere inde potissimum sciri potuit quod appareret in ipsius esse positum facultate et edere et non edere de illa arbore; legemque vel observare vel violare. Posteaquam igitur jussus abstinere non abstinuit, libero prorsus arbitrio se ostendit præditum esse, qualem ipsius effector Deus et esse et manere voluerat. Neque vero Adamus vescebatur ea arbore, victa superataque Conditoris Dei voluntate; sed Creatore ipsi permittente, ut quod arbitrii ejus libertas C dictaret id porro ageret, faceret, patraret. Præterea, nisi liberi arbitrii Adæ facultatem rebellio illa prodidisset, quare tandem perspici potuisset maxima præstantia obsequii quod postea ille amplexus erat, et per id rediturus ad pristinum suum ordinem, gradumque? quippe cum esset bonum quod ipse patraret, non solum Creatoris sui munus, verum etiam ipsius proprium opus. Porro amplius etiam urget Simon, aitque : Volebat Deus Adamum manere in paradiso; at ipse per suum flagitium inde excidit; erat ergo impotens Adæ effector Deus ut qui pro sua voluntate illum in paradiso retinere nequiverit. Sed respondemus Deum, ubi Adamum condidisset atque in paradiso posuisset, prorsus liberum ipsi fecisse ut vel ob- D servata lege inibi maneret, vel fracta inde exiret. Igitur cum ea illi voluntas fuisset ut imperatam legem transiliret, merito extrusus est paradiso et morte etiam damnatus, propter admissum peccatum scilicet; et simul ne ipsius pravitas foret immortalis, qualis est diaboli. Accedit huc, ut metu mortis cujus per sententiam reus erat, causam mortis peccatum vitaret, et huic contrariæ justitiæ operam daret : denique cum olim ex ipsius posteritate futuri essent martyres, lata est adversus illum mortis sententia, ut hi per mortem pro sua in Deum pietate atque reverentia obitam, coronas adipisci possent justitiæ. Sed revertamur unde paululum digressi sumus.

Si propterea, Simon Mage, Deum invalidum vocas quia Adamum cum libero arbitrio creavit, quo ille præditus, adversus edicta Creatoris sui facere posset, ut etiam hodie imbecillum Deum esse dicas, necesse fuerit; jussit enim ne homicidia, adulteriave committerent mortales, et tamen hæc atque alia adversum legem Dei patrant. Sed enim utare ut libet eo tuo argumento, Simon; at interim nobis respondeto : volentene Deo faciunt homines adversus legem ipsius, an nolente? Sane si nolente, consequens est, imbecillis eum etiam nunc viribus esse; quippe quo nolente, quæ præscripsit violantur. Sin volente, erit ipse sibi adversus ut qui ea verbis jusserit quæ reipsa fieri noluerit, et mortales voluntati illius paruisse dicentur qui contra mandata fecerint, quod profecto absurdum est. Rursus, libentene an invito Deo patrant homines quæ improba sunt? Si libente, erit ipse quoque improbus qui vitiis delectetur; sin invito, cur non impedit? At si coercere illos ab eo quod pravum est, designando non potest, conficitur certe, viribus ipsum etiam nunc non pollere : vel si non vult, rursum pravus ut ipsius sit consequitur, qui prava dissimulet. Est porro etiam aliud Simonis Magi argumentum quo Deum Adami conditorem, improbitatis atque invidiæ arcessere nititur. Nam interdixit, inquit, Adamo, arbore scientiæ boni et mali, qua gustata potuisset ille inter bonum malumque dijudicare, atque hoc fugere, illud persequi. Sed respondemus, Deum haud ideo vetuisse Adamum vesci fructu arboris scientiæ ne bonum amplecteretur, malumque vitaret, ut calumniatur Simon; ipsa enim res Simonis verba redarguit mendacii, nam edit quidem de arbore scientiæ Adamus : et quid bonum, quid malum esset, facto periculo didicit : et tamen non modo nullo inde commodo utilitateve auctus est, sed etiam magno damno multatus, quippe qui acerba pœna est condemnatus. Sed pergit impius ille Magus : At nisi, inquit, Creator ille Adæ edixisset ne ille ederet de ea arbore, haudquaquam judicium hoc pœnamque subivisset; inde enim hoc malum quod contra Dei edictum ille fecerat; Deus enim jusserat ne ederet, ipse vero edit. Sed respondemus Deum neque voluisse ut ille ederet de ea arbore. Nam si voluisset ut ederet, duo hæc absurda conficerentur : alterum, Deum verbotenus mandasse quod reipsa fieri noluisset, alterum, eum qui adversus Conditoris sui jussa propalam agebat, voluntati ipsius fecisse satis, quantumvis nescium atque imprudentem. Sin voluisset ne ederet, videri poterat imbecillus : ut cujus voluntati Adamus repugnare potuerit : sed huc spectasse Deum dum legem Adamo præscriberet, observaretne an violaret ille eam, non autem ederet an non ederet de illa arbore, atque ideo quoque de duabus illi habitationibus providisse, ut alteram si legi paruisset, alteram si non paruisset haberet. Idque ita esse vel hinc ostendatur quod duo hæc inter se

Digitized by Google

eo spectabat mandatum, ut de Adæ obsequio periculum in una arbore faceret; eoque si obtemperasset, summum pretium referret, nempe ut posset vesci arbore vitæ, atque immortalis fieri. Sed aliis præterea rationibus supra ostendimus, nihil horum per invidiam a Deo gestum esse.

Iterum instat Manetis secta, inquiens: Aut præsciebat Deus Adamum non obtemperaturum, aut non præsciebat cum legem ferret. Si hoc dederis; absurdum est: sin illud, vecordiæ est arguendus Deus. Nos vero respondemus quod nuper: præscivisse quidem Deum, non observatum iri mandatum ab Adamo, id tamen cur minus mandaret, nihil obstitisse. Quis enim stultum vocet Deum, quia legibus vetuit peccare, cum sciret plurimos fore qui essent peccaturi? Sane si nullas leges condidisset, aut nihil imperavisset, neque penes illum dominationem, neque penes nos arbitrii libertatem esse, rescitum esset. Verumenimvero ille cum præsciret cuncta quæ eventura essent, leges nobis dedit ceu liberis et libero arbitrio præditis, ut quod liberet id ageremus. Nos vero pro sua quisque voluntate et arbitrii libertate, erga leges, aut observando eas aut frangendo, nosmet gerimus. Neque aliter quoque cum Adamo actum est; penes illum enim erat et edere et non edere de arbore vetita; atque si non edisset, ex gratia immortalis evasisset; posteaquam vero edit, mortuus est. His itaque argumentis colligere est, neque male satam fuisse arborem scientiæ ab initio, neque Adamo invidiose illa interdictum esse: ne illo mittant linguas suas Manetis asseclæ, Dei hostes, dum pro duabus rerum causis astruendis contendentes (quarum altera bona, mala altera sit) istiusmodi argumentis nos lacessunt, qui unum Deum profitemur: si, inquientes, mala erat arbor, cur eam sevit Deus in paradiso, quæ Adamo ruinam esset illatura? Sin bona, prorsus per invidiam prohibuerit illum necesse est.

CAPUT III.

Contra Juliani Apostatæ, de arbore vitæ, calumnias.

Satius fuisset, ait Julianus, arborem illam vetitam, aut in angulo paradisi aut loco aliquo obscuriore exstare; ne dum perpetuo ob oculos esset, nimium sui desiderium in animis parentum nostrorum excitaret. Huic respondet D. Cyrillus, oratione tertia quam adversus eum conscripsit, in hanc sententiam: Studio Creatoris factum est, ne arbor illa in occulto haberetur; consentaneum enim fuit ut spectatores, ipsa arboris aspectione, mandatum Dei atque legem in memoriam revocarent, et simul Domini sui qui legem tulerat, recordarentur: quorum rerum oblivio ipsis facile potuisset obrepere si in angulo quopiam paradisi illa sata fuisset.

CAPUT IV.

Sequuntur quæstiones, quæ a multis quæri solent: ac primum, cur Deus creaverit Adamum, quem peccatorum præsciebat.

Quærunt nonnulli, cur creaverit Adamum Deus, A quem præsciebat peccaturum. Respondemus, minime conditum a Deo esse Adamum ut peccaret vel ut non peccaret, sive ut justus esset, aut ut injustus, sed neque ut legem observaret vel ut non observaret, nam si horum alicujus gratia illum condidisset, magna sane causa hoc ab illis quæreretur, sed pro sua bonitate, gratiaque mera illum effecit, hæcque prima Deo illius creandi causa fuit: cætera porro illa, secundaria existimanda sunt, ut quæ ex ipsius Adæ arbitrio pependerint, cum hoc penes solum Creatorem esset. Quapropter potius sic illi quærere debuerunt, cur creaverit Adamum Deus, ita enim responsum tulissent: propter suam ipsius probitatem. Nam reliqua illa peccare aut non peccare, et quæ addebantur cætera; ex Adæ libera pendebant B voluntate. Huc addimus etiam illud: Deum, ut præscivit peccaturum Adamum lapsurumque prius quam conderet; ita præscivisse quoque se olim venturum, redempturumque illum a peccato in quod incidisset, ipsiusque vetustatem instauraturum, atque collapsum sublevaturum; ut eo minus mirum videri debeat, si creavit quem paulo post peccaturum præsciret. Adhæc nisi creasset quod non nesciebat peccaturos, frustra creandi operam sumpsisset; quippe qui nec blasphemum in ventre matris suæ finxisset, neque hypocritæ permisisset ut aspiceret lumen. Denique eo luculentissime Dei probitas et gratia apparet, quod quos sibi non obtemperaturos novit, eos progignere non dedignatur. Nam solos morigeros, sua causa, hoc est, ut suæ C voluntati imperioque obsecundarent, et sibi gratum facerent, genuisse videri poterat: at quando jam pro sua bonitate, et bonos creat et malos, non ignarus, alteros per virtutem, per improbitatem, alteros ætatem acturos (quemadmodum etiam solis sui lumen, juxta bonis et malis impertit, et pluviam justis injustisque *) clarissima profecto evadit ipsius probitas atque benignitas quæ profuse defluens, universa amplectitur. Verum hanc quæstionem dissolvimus quoque in nostra interpretatione quam in divi Matthæi Evangelium fecimus.

CAPUT V.

Mortalis an immortalis creatus sit Adam.

Quærunt alii, mortalemne natura, an immortalem genuerit Deus Adamum. Sed principio expendenD dum hic est, quid sibi illud velit, Adamum natura mortalem esse ortum; spectetne ad universam ipsius compositionem: quasi dicas, naturæ Adæ inditum fuisse ut anima dissocietur a corpore, quæ disjunctio mors sit: an vero mortalitas ad corpus solum referatur, ut huic naturale fuisse statuatur, interire atque occidere. Respondemus igitur, nos corpus solum spectare, cum dicimus, Adamum natura mortalem fuisse creatum: hoc enim ita compositum fuit, ut suapte natura, passioni, corruptioni, morti denique esset subjectum atque opportunum. Interim a corpore ad totum hoc transfertur, dicimusque hominem natura mortalem

* Matth. v, 45.

Digitized by Google

esse natum; nam in rebus compositis ita fieri assolet ut quod partis est unius, toti attribuatur. Sunt tamen qui negent, Adamum natura mortalem esse procreatum; sunt etiam qui mortalem et immortalem natura effectum esse velint; sunt denique qui neque mortalem neque immortalem natura conditum affirment. Qui negant mortalem natura creatum a Deo esse, dicunt, morti obnoxium esse factum per divinam sententiam qua ob peccatum est morte damnatus: atque id peccatum illi mortis causam fuisse secundum illa Dei verba: *Quo die ederis de illa arbore, morte morieris.* Alteri, quos diximus mortalem atque immortalem natura illum facere: hoc ad animum, istud ad corpus referunt. Tertii denique qui utraque, et mortalitatem et immortalitatem, natura, illi ingenita fuisse negant, arbitrantur media conditione ortum fuisse, ut si corpori deditus vitam agitaret, mortalis: sin animæ suæ præclara studia sectaretur coleretque, immortalis evaderet. Nos vero statuimus, Adamum natura mortalem esse progenitum, idque his colligimus argumentis. Primo, compositus est ex pulvere ut materia; id vero quod ex pulvere conformatum fictumque est mortale esse suapte natura, certum est. Secundo, quia cum virilis ac muliebris sexus discrimine conditus est: quod mortalibus congruit, immortalibus nequaquam. Tertio, quia procreatus est cum oculis qui escam appeterent, et manibus quas illius sumendi gratia protenderet, denique cum vasis quæ alimentum exciperent continerentque: hæc enim iis modo quibus mortalis natura obtigit, usui esse possunt, immortalibus frustra dentur. Quarto, cæteræ res quas Adami gratia condidit Deus, satis arguunt illum natura mortalem esse factum. Quorsum enim terra opus erat? quorsum firmamento (ut vocant)? quorsum lucentibus in hoc stellis? quorsum piscibus volucribusque quæ mactantur? quorsum jumentis, aliisque animantibus quæ partim serviunt, alia eduntur? Sane hisce omnibus non utuntur qui vita fruuntur immortali: sed illi soli qui fluxam atque caducam sustinent. Quinto, ex lege quæ Adamo est a genitore Deo præscripta, conficitur illum mortali conditione ortum esse: vesci enim ac non vesci hac aut illa re, mortales jubentur, non immortales. Sexto, idem colligitur ex verbis Dei quæ ante mandatum ad Adamum faciebat inquiens: *Crescite et multiplicamini, et dominamini piscibus maris et volucribus cœli*, et: *Dedi vobis omne semen quod seminatur, et omnis arbor erit vobis pro cibo.* Septimo, nisi mortali statu effectus fuisset etiam ut legem fregisset non obivisset mortem, ut obiit; neque enim diabolus, quamvis peccavit, immortalitatem amisit quam in suo ortu acceperat. Octavo, compositus est Adam ex rebus diversis; id vero compositis omnibus peculiare est, ut in ea dissolubilia sint ex quibus colligata exsistunt. Nono, a nobis stant doctores classici, probatæque fidei. Nam dominus Joannes, ea oratione quam ad Stagrium monachum scripsit (31), sic habet: Nondum certam habebat Adamus immortalitatis spem. Et rursus oratione quam de arbore scientiæ boni et mali composuit: Anima, inquit, natura immortalis est, at mortale natura corpus. Ad ubi tria verba explicat qui in libro Job scripta exstant: *Qui servus est non fidelis* (32), sic ait: Si homo cum immortalitatem suapte natura non haberet, cervices jactavit, quid non fecisset, si illam habuisset? Athanasius quoque, oratione de ortu corporali, scribit fuisse hominem natura mortalem, ut qui ex rebus fluxis esset colligatus. Denique Cyrillus, oratione octava adversus impium Julianum, in hunc modum loquitur: Cum Adam contra Dei legem fecisset, morte est damnatus, qua re quod natura mortalis esset, arguebatur. Cæterum, dominus Jacobus Sarugensis, ea oratione qua disserit, fueritne Adam mortalis conditus an immortalis, scribit, Adamum mortalem et immortalem fuisse conditum, cum ipsius libero arbitrio permitteretur a Deo ut vel observata lege immortalis esset, vel fracta moreretur. At Philohenus, Capitulis quæ adversus Diodorum composuit: Temeraria, inquit, audacia est, Adamum immortalem dicere suapte natura, sive tum cum gignebatur, sive postquam resurrexerit. Qui potest enim ea natura immortalis haberi quæ ex nihilo creatur, perficiturque alterius jussu? Nam etiam si gratuito ipsi concessum fuisset, ut vitam sempiternam ageret, non ideo immortalis natura dicendus erat: quippe cujus vita in alterius esset potestate. Igitur et si in æternum non fuisset moriturus, mortalis tamen erat; nempe immortalitas ad solum Deum spectat; et si ulla sit natura quæ non dissolvitur nec ullo mortis fato perimitur, id ex gratia donatum sibi ab illo habet; quod autem alteri acceptum fertur, id rursus pro illius arbitrio adimi potest. Cæterum de Adamo clarum est, si mandato obtemperavisset, futurum fuisse ut non obiret mortem; non quod tali conditione esset genitus, sed pro Effectoris sui mera benignitate, rursus postquam resurrexit, deinceps quoque non moriturum, sed et id quoque per gratiam opificis Dei. Neque enim absque periculo, aut tum cum gigneret, aut cum suscitabit a mortuis, fecerit natura immortalem. Ex his omnibus conficitur, Adamum mortali conditione procreatum esse. Interim fatemur, immortalitate donandam a suo Genitore fuisse, non quidem naturali, sed gratuita si legi paruisset.

CAPUT VI.

Objectio Juliani Halicarnassei (33), *et ejus assectationis hominum.*

Julianus Halicarnasseus, et qui ejus sectæ sunt,

(31) Exstat locus hic apud Chrysostomum, lib. II, *De Provid.*

(32) *Dei ad Stagrium* Forte *ibi servus liber a Domino suo* (*Job* III, 19.)

(33) De Juliano Halicarnasseo vide Suidam pro hæc.

Digitized by Google

dicunt Adam natura conditum esse immortalem : A
sicut anima cum naturali immortalitate creata est, non autem gratuita; et nisi peccasset, mansurum fuisse, passionis, corruptionis, mortis exsortem : et quidem hæc omnia ex suapte natura, quippe qui in ea rursus dissolubilis non fuerit ex quibus erat coagmentatus. Porro quia adversus legem Dei fecit atque deliquit, ideo multatum esse tum animæ morte quæ est abalienatio a Deo per peccatum : tum corporis, quæ est dissociatio ab hac vita quæ ipsis corporeis sensibus percipitur. His nos respondemus : Si naturam Adamus cum procrearetur, accepisset immortalem ut vos dicitis : ea sane haud mutata esset in mortalem per peccatum, ut neque B
Satanæ immortalitas naturalis, cum mortalitate est commutata postquam adversus Deum deliquit. Rursus : si ut anima (quod vos affirmatis), ita et corpus natura immortale procreatum fuit, atque ipsum violare legem, non modo corpori, sed magis animæ cujus imperio illud regebatur imputandum fuit : cur patrato flagitio, corpus quidem mortalem naturam induit, anima vero suam sibi natura insitam immortalitatem retinuit? Sed dicetis etiam animam per peccatum obiisse mortem! Sed quid corpus? annon ipsum quoque per peccatum obiit? Si negatis, falsi estis; sin fatemini, cur cum pariter ambo natura essent immortalia pariterque peccarint, corpus duplici morte affectum est : animam vero ea sola quæ peccati mors dicitur, invasit? Profecto C
nihil hic illis reliqui est quod respondeant : verumenim vero conficite, aut ab ipsa natura, aut a ratione petitis argumentis, aut denique sanctorum Patrum testimoniis, nisi corpus sua natura factum esse immortale juxta ac animam, neque in ea dissolubile esse ex quibus colligatum est, et subscribemus libentes vestræ sententiæ neque contendemus amplius gratuita immortalitate donandum fuisse a suo Genitore, si præcepto paruisset.

Audent idem lanistæ lacessere eos qui carnem corruptibilem natura dicunt, quasi hi et ipsam carnem malam et carnis simul Opificem malum faciant. Nos vero adversus ista producimus doctores Ecclesiæ priscos gloria et laude dignos : qui et si carnem esse natura corruptibilem dixere, non tamen idcirco D
malam esse professi sunt. Gregorius enim, oratione quam de virtute scripsit, ad hunc loquitur modum : Corpus omni ex parte compositum est, quod autem compositum est, id nemo indissolubile esse dixerit; at quod dissolvi potest, corrumpi potest; est igitur caro corruptioni subjecta. Rursus Cyrillus, tomo tertio Commentarii in Epistolam ad Corinthios. Est quidem, ait, caro natura sua corruptioni obnoxia : sed tamen per virtutem Dei cui plane nihil est difficile, ipsam superasset naturam atque in vita sempiterna fuisset conservatus Adamus, si legem impie non violasset. Dominus Severus item, oratione quam adversus Felicissimum scripsit, hæc summatim habet : Suapte quidem natura mortale et corruptibile erat corpus, atque in ea dissolubile ex quibus fuerat conjunctum; verum nulla erat mortis in ipso efficientia; neque enim ut mortis laqueis subigeretur, conditus fuerat homo ab initio, sed neque rursus ut naturæ sortem superaret essetque immortalis, sed per gratiam atque benignitatem voluntatis divinæ servabatur ad vitam sempiternam et immortalem, voluntati autem divinæ, natura rerum obsistere nequit. Igitur et si natura ipsa quod coagmentatum est, rursus dissolvere cupiat, tamen in homine, hoc malum minime quivisset efficere, impedita per divinam voluntatem atque gratiam; ipsa enim mortalitas absorpta fuisset a vita, et naturam refrenasset divina gratia. At vero mortalitatis corruptricis corporis, quæ efficienter est consecuta, fons et origo fuit peccatum atque adversus legem admissum facinus. Tunc enim occepit mors ea, quæ quod compositum est dissolvit, vim suam atque efficacitatem in homine re ipsa exercere, quando anima per fractam legem necessario est a Deo abalienata atque perturbationibus variis affecta implicataque : ex quibus naturæ perturbationibus, ipsum etiam corpus (nam et in illo enatæ atque effectæ sunt) corruptibile esse intelligimus, et pronuntiamus. Concludimus ergo, mortis corruptionisque debitum ex violata lege natum atque contractum esse; non autem inde, quod corpus Adæ esset compositum, atque in ea ex quibus constabat, dissolubile. Neque enim difficile erat omnium rerum parenti Deo, ejus qui corruptioni subjectus fuit pro naturæ suæ conditione, vitam corruptionis fato eximere, atque in vita sempiterna tueri conservareque. Ad hunc igitur modum doctores carnem quidem suapte natura dissolubilem fuisse dicunt, nec tamen proinde aut ipsam aut corpus a malo effectore procreatum esse.

CAPUT VII.

Alia objectio Juliani impii.

Ridebat quidem impius Julianus quod Mosem, Ecclesiæ doctores dicerent hominem corruptibili natura prognatum fuisse, et tamen non fuisse mortuum, ita volente Deo. Sed ei respondet Cyrillus : Platoni, inquit, tuo licet dicere quasi ex Dei persona, ad solem, lunam cæterasque stellas : Quoniam orti estis, immortales vos quidem esse et indissolubiles non potestis, neutiquam tamen dissolvemini, nec vos ulla mortis fata periment, propter consilium nostrum quod majus est vinculum quam vis ulla quæ vobis accidat. Tu Platonem vis vera dicere, et nos Mosi non credemus, qui ait hominem non fuisse dissolvendum, ita volente Deo? Profecto haudquaquam difficile Deo fuisset, cum qui a corruptione occupabatur, quantum ad ipsam ejus naturam spectabat, prorsus a corruptione vindicare atque asserere in vitam sempiternam. Igitur nisi de arbore edisset, mortem non obivisset Adamus; et quia edit, obiit. Cæterum Plato haud recte ait, solem, lunam, stellas

Digitized by Google

cæteras immortales esse, quippe quæ anima vitaque careant.

CAPUT VIII.

Objectio Theodori et Nestorii, atque ejus factionis aliorum.

Aiunt Theodorus et Nestorius aliique qui hos sequuntur, mortem non ob peccatum legemve Dei violatam, invasisse genus humanum, sed mortali nos conditione a Deo genitos esse; neque quemquam ulla ratione mortis terminum quem ille nostro generi naturæque præstituerat, vivendo transgressurum fuisse, etiam si Adamus non deliquisset: multa enim absurda consequi, nisi id ita esse statuamus. Qui enim, inquiunt, conveniet dicere, Deum, cujus consilium erat nos efficere immortales, propter peccatum fecisse mortales? B deinde si propter Adæ peccatum nos occidit Deus, conficitur, et justos eum occidisse propter peccatores, et patrum supplicia ad filios extendisse, quorum utrumque improbum est; ait enim neque patres morituros pro filiis, neque filios pro patribus. Tum ut demus Adamum obiisse, quia de arbore gustavit, quam dicemus, Noe, Melchisedeco, Abrahamo mortis fuisse causam, profecto hodie nullum est scelus, aut grande aut leve, quod a patribus admissum in filiis vindicat: quis igitur existimet ob leve illud Adæ peccatum, quia de fructu vetito gustavisset, universam posteritatem morte multari? Et vero is Deo mos est ut malis ignoscat bonorum gratia, non autem ut probos C improborum causa perdat, atque ut pro sua misericordia, grandium flagitiorum gratiam hominibus faciat, tantum abest, ut leve piaculum gravissima pœna vindicet. Adhæc, si propter peccatum amandati sumus in hunc mundum dissolubilem, magnæ profecto gratiæ debeantur peccato, ut quod creandæ hujus mortalis machinæ causa fuerit. Præterea si Adamus occidit, qui peccavit, cur non occiderunt dæmones longe majoris flagitii rei? Si dicat quis, hos animo occidisse: atqui cur Adamus etiam corpore? Et his confecisse putant, Adamum, sive abstinuisset ab arbore qua sibi fuerat interdictum, sive non abstinuisset prorsus moriturum fuisse, cum esset natura mortali conditus. Cæterum in ejus Scripturæ verbis tropum esse, quæ ita loqui- D tur ac si Adam propter peccatum obivisset mortem, nimirum ut cum ille audiret peccatum sibi mortis causam fuisse, odio haberet, vitaretque peccatum: quemadmodum multis aliis locis tropo usa est Scriptura, ut cum habet: *Et tentavit Dominus Abrahamum* [3]; neque enim Deum facto periculo opus habere. Rursus ubi ait, Deum voluisse interficere Mosem, uxoris tamen opera placatum dimisisse illum impunem [4]. Et cum narrat, Christum Jesum inde a mane jejunum atque famelicum accessisse ad ficum arborem, alieno a ficis nascendis tempore [5]. Hæc enim,

A atque hujus generis alia, diversum quid ab eo significare quod verba audita præ se ferunt. Itaque per tropum similiter accipienda esse ea verba quæ nobis Adamum a Deo mortalem natura procreatum memorant, ac deinde legem ipsi impositam fuisse, ut si ederet de arbore illa, moreretur: nempe ut cum audiret Adamus se ob violatam legem atque rebellionem paradiso pulsum mortique deditum esse, odio haberet fugeretque peccatum rebellionemque. Sed nos ad hæc respondemus: Non ita profecto, viri, sacra Scriptura loquitur ut vos existimatis, quippe quam omnibus locis diserte pronuntiantem offendimus, peccatum Adami causam fuisse mortis, cum illi ipsi, tum universæ posteritati, secundum illud: *Quo die comederis de arbore, mortem oppetes.* Et rursus: *Quia auscultasti voci uxoris tuæ atque edisti de arbore qua tibi interdixeram, maledicta esto terra propter te.* Et apud divum Paulum legimus: *Sicut per unum hominem peccatum introivit in mundum, et per peccatum mors* [6], etc. Et alibi: *Nam absque lege peccatum erat mortuum; ego vero vivebam quondam absque lege* (hoc est, cum nihil mortale cogitarem), *porro cum venisset mandatum* (ipso scilicet violato) *revixit peccatum, ego vero mortuus sum, et inventum est mandatum quod ut vita esset, datum fuerat* (ei qui ipsi pareceret) *mihi* (qui fregi) *mortem afferre* [7]. Alia præterea plurima sacræ Scripturæ loca facile invenias, quæ cum his congruant, atque diserte mortem per peccatum nos invasisse testentur. At si hæc non recipitis, proferte nobis unum aliquem locum in quo Scriptura dicat, nos non mori propter peccatum, verum quando illiusmodi locus nusquam est, alterum illud verum sit necesse est. Neque enim consentaneum est ut eo repudiato quod sacris Litteris proditum invenimus, id amplectamur quod nusquam scriptum exstat. Nam ad ea duo quæ vos ceu absurda ex nostra illa sententia colligebatis, nempe Deum occidere justos propter injustos, et patrum scelera punire in filiis, dicimus ea haud inde consequi: neque enim Deum propter Adæ impietatem occidere ipsius posteros sive probos sive improbos, ut neque filios ob ea quæ patres patravere flagitia: sed fuerat Adamus natura quidem mortalis genitus, conservabatur tamen in immortalitate per Effectoris sui benignitatem et gratiam; sed ubi legem violasset atque deliquisset, removit ab ipso Deus suam immortalitatis gratiam, atque tum ille talis mansit qualis alioqui natura fuerat; hoc est, mortalis. Sed enim si ante amissam immortalitatis gratiam ille filios procreasset, tum vero dici potuisset, eos illius filios qui nihil peccassent, immortalitatis gratia merito destituendos non fuisse. Verum quando post adeptam sibi demum immortalitatis gratiam prolem gignere cœpit, id quod ipsius natura habe-

[3] Gen. XXII, 1. [4] Exod. IV, 24. [5] Marc. XI, 13. [6] Rom. V, 12. [7] Rom. VII, 8. 9.

Digitized by Google

bat, transmittebat in filios : id vero quod ante amiserat neque jam tum habebat, conferre in hos non potuit. Mortalis itaque mortales procreavit; atque hinc omnium nepotum mors consecuta est, non autem ex illius delicto. Imo vero si accurate sacras Litteras perlustretis, erit, ubi et quando Deum peremisse filios per patrum causam inveniatis. Nam apud Samuelem scriptum est : *Quia recordor ejus quod Amalec fecit Israeli exeunti Ægypto, vade tu, Saul, et pugnato adversus Agag populumque ipsius* [8], etc. Et alibi scriptum exstat, propter Davidis peccatum uxores ipsius constuprandas esse [9]. Et rursus in Gabaonitarum gratiarum peremptos esse suspendio a Davide filios Rephæ, filiæ Aiæ [10]; porro quod ceu absurdum colligitis, peccatum, creandi hujus mundi causam fuisse respondemus, id prorsus falsum esse atque abominandum. Interim hoc libenter fatemur, mundum esse hominis peccatoris causa conditum; idque hac ratione : nam Adam simulatque formatus erat, traductus est in paradisum, ceu locum medium, ut si pareret legi in cœleste regnum subveheretur, sin minus pareret detruderetur in hunc mundum, id quod alibi est a nobis explicatum. Est igitur hominis peccatoris gratia, non autem peccati, effectus iste mundus; vallis nempe lacrymarum et locus dolorum umbræque mortis

A non deliciarum, ut vos existimatis. Denique quod a dæmonibus collegistis argumentum, qui etsi deliquerunt etiam gravius, non tamen sunt morte multati, sic dissolvimus : dæmonas, quia sese extulissent atque per superbiam jactassent, ideo deturbatos esse : non autem ob peccatum mortuos, quia a rerum Parente Deo, natura immortali fuerant præditi tum cum gignebantur, prius nempe quam peccassent : Adamum vero mortuum esse, quia adempta ipsi erat immortalitatis gratia ob admissum peccatum. Neque vero iisdem omnibus rebus præditi sumus nos, dæmonesque; nos enim sua Deus gratia dignatur, illos vero minime, tametsi plurima ratione polleant. Igitur ex his omnibus dilucide conficitur, nos ob peccatum mori.
B Verumenimvero si propterea regnavit in nostra natura peccatum, quia Adam prævaricatus est contra legem Dei, quanto magis justificabimur et servabimur per vitam Christi, qui et mortem superavit et naturam nostram vicit, viamque nobis aperuit salutis cum de cœlo ad nos descenderet, qua pergentes perveniremus in beatas habitationes domus Patris illius : qui cum Patre et Spiritu sancto laudetur, gloriose prædicetur et adoretur pro tantis beneficiis quæ in humanum genus contulit, hinc usque in generationes generationum. Amen.

[8] I Reg. xv, 2. [9] II Reg. xii, 11. [10] II Reg. xxi, 8, 9.

ANNO DOMINI CMLVI

THEODORUS DAPHNOPATA

—

NOTITIA.

(Oudin De script. eccles., tom. II, p. 448.)

Theodorus Daphnopata, primus a secretis atque patricius apud Constantinopolim, claruit anno 956; cujus mentionem faciunt Joannes Scylitzes ac Georgius Cedrenus, uterque in Historiarum suarum *proœmiis*, atque inter eos qui Historiam Byzantinam sive Constantinopolitanam scripserunt, præcipuum ibi locum obtinet. Ætatem qua vixit indicat oratio ipsius *in manum S. Præcursoris Baptistæ*, quæ diu magnaque cura, inquit Cavus tomo II, seu parte II *Historiæ litterariæ*, ad annum 956, Antiochiæ in templo D. Petri custodita fuerat, quam tandem clam surripuit Jobus quidam diaconus Antiochenus, et urbe noctu egressus, Chalcedonem detulit, ubi imperatoriæ triremi ad hoc ipsum emissæ impositam illustriores senatores procedentes obviam, cum Polyeucto patriarcha et universo clero et populo, cum cereis, facibus et suffitibus, eam in palatium deduxerunt, anno circiter 956, referente hæc Cedreno *Historiæ Græco-Latinæ* pag. 640. Mox institutum hujus *Translationis* festum, et hac occasione anno sequenti, cum anniversaria istius festi rediret solemnitas, hanc orationem Theodorus habuit, uti numeris XVI, XVII, XVIII et XIX, ipse prolixe narrat. Hinc ejus ætas alioquin satis obscura clare deprehenditur. Hæc ex Laurentio Surio Cavus loco allegato. Scripsit quoque *Historiam* sive *Chronicon Byzantinum*, quod posteris invidit lapsus temporis omnium edacis. At alia nobis supersunt ejus opera, quæ famam Theodori posteris utcunque servant. Exstant ejusdem *Apanthismata* sive *Flosculi ex variis sancti Joannis Chrysostomi operibus excerpti* inter mss. codices bibliothecæ Bodleianæ codd. 2544 et 2545, in mss. Thomæ Bodleii codd. 251 et 255, quorum primus continet ejusmodi Eclogarum sermones 32, secundus

Digitized by Google

codex sermones 14 ex Chrysostomo excerptos per Theodorum magistrum Græce. Iidem et in Augustana bibliotheca codice 68 in sermones 36 distribuuntur, etc. Et in 33 capita divisi, mss. quidem in bibliotheca Cæsarea Vindobonensi, codicibus mss. theologicis Græcis CLIII et CLIV, ut habet Lambecius tomo IV. Commentariorum hujus bibliothecæ, pag. 137 et 139, ad dictos codices his verbis : « *Theodori Daphnopatæ Apanthismata sive flosculi, ex variis sancti Joannis Chrysostomi operibus decerpti*, et in capita 33 divisi, ipsa tituli Græci verba sunt, Ἀπανθίσματα τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, ἀναθροισθέντα παρὰ κυροῦ Θεοδώρου τοῦ Δαφνοπάτου. Exstant quidem hæc Apanthismata in operum sancti Joannis Chrysostomi editione Græca Saviliana tomo VII, pag. 663, et in editione Græco-Latina Frontoniana tomo VI, pag. 663; sed ordo et numerus utrobique discrepat ab hoc codice Cæsareo, ut conferenti mihi patuit. Insignitur auctor titulo *protosecretarii ac patricii*, et sine dubio ille ipse est, ὁ Δαφνοπάτης Θεόδωρος, qui a Joanne Scylitza et Georgio Cedreno in suarum Historiarum *Proœmiis* citatur, et inter eos qui Historiam Byzantinam sive CP. particulatim scripserunt, præcipuum ibi locum obtinet. Exstat quoque in eadem bibliotheca Cæsarea, ut testatur idem Lambecius tomo IV ejusdem Bibliothecæ, pag. 60, in codice ms. Theologico Græco CXI, num. 5, et quidem a fol. 87, pag. 1, usque ad fol. 98, pag. 2, *Theodori primi a secretis et Patricii, cognomento Daphnopatæ, oratio de manu S. Joannis Baptistæ, Antiochia Constantinopolim translata*, cujus titulus et principium, Θεοδώρου πρωτοασηκρήτου καὶ πατρικίου, τοῦ Δαφνοπάτου, λόγος εἰς τὴν ἐξ Ἀντιοχείας ἀνακομιδὴν τῆς σεμνῆς καὶ τιμίας χειρὸς τοῦ ἁγίου Ἰωάννου, τοῦ Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ. Incipit : Ἰδοὺ καὶ πάλιν ἡμῖν ὁ ἱερὸς τοῦ Χριστοῦ ἐπεδήμησε Πρόδρομος, τῶν αὐτοῦ χαρίτων ἀναδιδοὺς ἀφθόνως τὰ νάματα. Exstat quidem hæc oratio apud Laurentium Surium tomo IV *De probatis SS. Historiis* die 29 Augusti, sed Latine tantum et absque nomine auctoris sui *Theodori Daphnopatæ*, incipitque ab his verbis : *Ecce ad nos rursus venit sacrosanctus Christi Præcursor, abunde fluenta emittens suarum gratiarum*. Ejusdem orationis de translatione manus S. Joannis Baptistæ, meminit etiam Leo Allatius in Diatriba *De Symeonum scriptis*, pag. 96, ibidemque ea itidem ut in hoc codice ms. Cæsareo, attribuitur *Theodoro Daphnopatæ*. Idem Allatius ibidem pag. 87 aliam orationem Theodori Daphnopatæ profert *In Nativitatem Præcursoris*, εἰς τὸ γενέσιον τοῦ τιμίου Προδρόμου, quæ incipit Εἰ μὲν ὁ τοῦ Λόγου κήρυξ καὶ πρόδρομος, atque in codice 1074 Vaticano tribuitur Theodoreto Cyri episcopo, Θεοδορίτου ἐπισκόπου Κύρου, cujus inter Opera impressa Græce et Latine invenitur. Ad eumdem Theodorum Daphnopatam pertinet, *Encomium sancti Pauli apostoli ex diversis collectum*, cujus meminit Leo Allatius in Diatriba *De Symeonibus* pag. III. Ἐγκώμιον ἀπὸ διαφόρων λόγων τοῦ Χρυσοστόμου, εἰς τὸν ἅγιον ἀπόστολον Παῦλον sub nomine *Theodori magistri*, et incipit, Τῆς μὲν ἐπιγραφῆς τῶν ἀποστολικῶν πράξεων. Nam ut notat Savilius ad *Apanthismata* citata, illorum auctor in mss. codicibus Vaticano et Palatino, fertur *Theodorus magister*, qui in Cæsareo diserte *Daphnopata* appellatur. Atque etiam hoc *Encomium* reperitur inter *Apanthismata* varia hujus Theodori in editione Saviliana, Operum divi Chrysostomi. In Dissertatione *De Operibus sancti Joannis Chrysostomi editis*, cap. 9, Savilius refert *Florigeria XXXI ex Homiliis sancti Joannis Chrysostomi decerpta per Theodorum magistrum* de quo loquimur, quæ habet dictus Savilius tomo VII, pag. 665 editionis Græcæ Etonensis usque ad *Florilegia XLVIII*, additis nempe 5, 9, 11, 22, 28, 32, 33, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47 et 48. Verum ex his quam plurima excerpuntur ex illis homiliis quæ supersunt, atque adeo alibi habentur. De his autem ita Savilius in notis ad tomum VII, col. 919 editionis suæ Græcæ : *Apanthismatum numerus in manuscriptis fere 32, 33 vel 34, quibus si demas 9, 11, et 28, supersunt tantum capita 31, Eclogarum nomine jure censenda*. Plura de his in Dissertatione *De Operibus Chrysostomianis*, cap. 9, ad quod lectorem mittimus, omnibus ex Savilio acceptis. Hic Theodorus noster Daphnopata, postmodum aula imperatoris derelicta, pro more Græcorum multorum, elegisse monasticam vitam videtur, atque scripsisse *Encomium in sanctum Gregorium Nazianzenum et Constantinopoleos archiepiscopum*, uti habet Petrus Lambecius libro VI Commentariorum Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis, parte I, ad codicem ms. juridicum Græcum num. 10, pag. 36 his verbis :

« Decimo et quidem a folio 221, pag. 1, usque ad folium 292, pag. 2, *Theodori Magistri oratio encomiastica in sanctum Gregorium Nazianzenum*, cujus titulus et principium : Λόγος ἐγκωμιαστικὸς πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Πατέρα ἡμῶν ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως καὶ οἰκουμενικὸν διδάσκαλον Γρηγόριον τὸν Θεολόγον, συγγραφεὶς παρὰ τοῦ τιμιωτάτου ἐν μοναχοῖς, σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Θεοδώρου τοῦ μαγίστρου. Οὐχ ὅπως οὐδ' ἂν εἷς οἶμαι τῶν πάντων, οὐδ' ὅπως τι οὖν ἐμοὶ νεμεσῆσαι, οὐδ' ἀπονοίας ἥστινος οὖν ἕλοι, καὶ θράσους, εἰ μηδὲν μήτε τὸ μέγεθος ὑπολογισάμενος τοῦ παρόντος ἀγῶνος, οὐδ' ὡς etc. Idem autem Lambecius libro V Commentariorum dictæ Bibliothecæ codice 266, num. 13, ascripserat ex conjecturis idem Encomium cuidam Symeoni Setho, pag. 201, his verbis. Decimo tertio et quidem a folio 167, pag. 1, usque ad folium 232, pag. 2. *Anonymi cujusdam Magistri* qui Symeon Sethus esse videtur (solet enim illi etiam in aliis nonnullis mss. codicibus Græcis, titulus Μαγίστρου καὶ Ῥήτορος antonomastice attribui) *Oratio encomiastica in sanctum Gregorium Nazianzenum Patriarcham Constantinopolitanum*, cujus titulus et principium : Τοῦ σοφωτάτου καὶ ῥητορικωτάτου Μαγίστρου λόγος ἐγκωμιαστικὸς πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Πατέρα ἡμῶν, καὶ οἰκουμενικὸν διδάσκαλον, ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως, Γρηγόριον τὸν Θεολόγον. Οὐχ ὅπως οὐδ' ἂν εἷς οἶμαι τῶν πάντων, οὐδ' ὅπως τι οὖν ἐμοὶ νεμεσῆσαι, οὐδ' ἀπονοίας, » etc. Denique in bibliotheca Lugduno-Batava nostra in mss. codicibus Græcis

Digitized by Google

Isaaci Vossii, codice Græco 144, *Vita sancti Theodori Studitæ*, τοῦ τῶν Στουδίων ἡγουμένου, *a Theodoro magistro, qui vulgo* Δαφνοπάτης *dicitur*, conscripta. Et in Augustana bibliotheca codice 68, sub finem codicis, ut ex Catalogo constat. Petrus Lambecius libro IV Commentariorum bibliothecæ Vindobonensis codice 165, pag. 160, recenset hoc codice contineri *Expositionem Theodori Antiocheni in duodecim prophetas minores*, quem Petrus Lambecius fuisse Mopsuestiæ in Cilicia episcopum putat, qui anno 430 vel paulo ante obierit. Hujus titulus et principium, Θεοδώρου Ἀντιοχέως ἑρμηνεία εἰς τοὺς προφήτας. Ἑρμηνεία Ὠσηέ τοῦ Προφήτου, εἰς ἔλεγχον τῶν ἀβασανίστως ἐπιβάλλειν ταῖς προφητικαῖς ἐπιχειρούντων φωναῖς. Putat autem Lambecius ex Photii *Bibliotheca*, codice 38, ubi memoratur Θεοδώρου Ἀντιοχέως τοῦ Μοψουεστίας ἑρμηνεία τῆς κτίσεως, hoc opus ad eum spectare : ego autem longe recentioris ætatis, ex ipso illius initio hunc commentarium esse arbitror atque pertinere ad Theodorum Daphnopatam Antiochenum, qui ex divi Chrysostomi Antiocheni operibus *Apanthismata* excerpsit. Sententiam Lambecii secutus est Bernardus de Montfaucon, monachus Benedictinus congregationes S. Mauri in Gallia in *Diario Italico*, edito Parisiis in 4, anno 1702, apud Joannem Anisson, ubi de duobus aliis Commentarii hujus in Italia mss. codicibus loquitur his verbis cap. 3, ubi de mss. codicibus musæi Grimani agit pag. 59 : « *Theodori Antiocheni* in duodecim prophetas, cujus operis initium Εἰς ἔλεγχον τῶν ἀβασανίστως, etc. Liber nondum editus videtur, exstat quoque in bibliotheca Cæsarea Vindobonensi et in Vaticana. Nescio cujus Theodori sit, an Antiocheni, an Heracleotæ, an alterius ejusdem nominis, qui bene multi fuerunt. Hæc Commentaria bonæ notæ sunt, codex recens. » Et pag. 46, ubi de bibliotheca Meletii Typaldi ; archiepiscopi Philadelphiæ, Græcorum antistitis. » In alio codice *Theodori Antiocheni in duodecim prophetas*, idem opus, de quo supra in ædibus Grimanis agitur. In monito ad Commentarium Oseæ, hic Theodorus citat suum librum in *Psalmos*. Litteram vulgo explicat. Commentarius bonæ notæ. Non memini an vox Ἀντιοχέως *Antiocheni* in codice legatur, an a me ex opinione adjecta sit. « Hæc ego habui dicenda de Theodoro *Daphnopata*, quæ supeditarunt Gerardus Joannes Vossius lib. III. *De historicis Græcis*, pag. mihi 418 ; Leo Allatius in Diatriba *De Simeonibus*, pag. 96, 97 et 111, Petrus Lambecius, libro IV. Commentariorum Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis, pag. 60, 137 et 139 ; Guillelmus Cavus tomo II, seu parte II *Historiæ litterariæ*, ad annum 956, quo illum affixit.

THEODORI DAPHNOPATÆ

ENCOMIUM

SANCTI JOANNIS BAPTISTÆ.

Exstat inter opera Theodoreti. Vide tom. LXXXIV, col. 33.

THEODORI DAPHNOPATÆ

ORATIO

IN TRANSLATIONEM MANUS S. PRÆCURSORIS ANTIOCHIA CONSTANTINOPOLIN.

(Apud Surium ad diem 29 Augusti.)

I. Ecce ad nos rursus venit sacrosanctus Christi Præcursor, abunde fluenta emittens suarum gratiarum : et rursus dies alius celebris redditur, qui majora et potentiora alia ostendit argumenta, quam quæ sunt in aliis ejus festis ; et eos, qui festis delectantur, evehit ad excelsiorem miraculorum considerationem. Ecce Solis justitiæ clarus et omni ex parte lucidus lucifer resplenduit, suis radiis illustrans totam Ecclesiæ plenitudinem, et A suum festum lætificans. Venit autem non ut prius per suam nativitatem, neque ut deinde, ab Herode factam ipsius capitis amputationem, neque ut postea, per arcanam ejusdem mirifici capitis revelationem, sed per manum, quæ fuit vel ipsis angelis venerabilis, quæ cœlesti lumine illustratur, et sancti Spiritus gratia adunbratur ; quæ quidquid erat quidem grave et terrenum, in terra deposuit, et ad incorruptionem traducta est per vitam continentem,

Digitized by Google

quæ erat supra hominem; quæ prius quidem ingratis Judæis ostendit Agnum Dei, et securem ad arborum radicem positam et excisionem minabatur peccatoribus.

II. Nunc autem cum illa ipsa apparuerit, et præstantiori quodam modo manus evaserit barbaricas, a quibus videbatur teneri, tanquam captiva, æquum est, ut in festi lætitiam pie et reverenter afficiatur cœtus eorum qui festum libenter celebrant; et nubes quidem, quæ interjectæ animam impediunt, ejus illa, quæ intelligentia percipitur, illuminatione discutiat et dissolvat; alacri autem pede et exsultante spiritu, ad ea quæ sunt vel ipsis angelis desiderabilia, mysteria festinet. Hoc est enim festum celebrare, paratos esse ad prompto et alacri animo occurrendum iis, quæ sunt venerabilia, et extrinsecus figuris et motibus fidei et affectionis internum ardorem ostendere. Hic ergo mihi adsit omnis ord eorum qui sunt honorifice in excelsis remoti a ma teria, et eorum qui sunt adhuc hoc circumdati pulvere: et communi contexta chorea, luminosum et perquam clarum constituamus theatrum, eo duce utentes, qui inter natos mulierum est maximus. Nam etsi humanæ naturæ superavit terminos per vitam a carne et corpore alienam, ut qui tamen nostrarum naturalium particeps fuit proprietatum, lætatur nostris de se laudibus et celebrationibus, et bonam accipiens voluntatem, copiosam remetitur remunerationem.

III. Cæterum ejus quidem conceptum et ortum, et vitam, quam egit in solitudine, et ejus ad Israelem ostensionem, et veridicum testimonium, per quod Dei agnum ostendit, et ipsum primum et postea venientem per divinam auctoritatem, et humanæ naturæ pronuntiavit susceptionem; et quemadmodum ex alto vocatus venit ad Jordanem, et cum purum, et ab omni labe alienum, et quavis purgatione superiorem baptizasset, illo contactu ostendit, fontem sanctificationis, et quæ de ipso Judæus is qui fuit ab ipso baptizatus, per arundinis et mollium vestium amictus similitudinem, ad ejus dixit commendationem; ejus vitæ a rerum superfluarum cura abhorrentem simplicitatem, et in virtute firmitatem et constantiam, et eum veteri Eliæ æqualem, et moribus similem tacite significans; et quæcunque sunt his consequentia, Evangeliorum quaternio ostendet apertius iis, qui hæc scrutantur diligentius.

IV. Quæ autem præsenti conveniunt celebritati, ea sunt enuntianda et docenda, ut cum argumento festi hic scopus congruat, nostrumque in hoc recte studium conferatur. Ille in Mosaicis educatus documentis, et assidue meditans in lege Domini, ejus custodiæ et observationi omnia postponebat: solum autem, ut in ejus perseveraret justificationibus, plurimum ponebat studii. Cum vero Herodes vir libidinosissimus, qui erat Galilææ tetrarcha, decreta legis transgrediens, fratris Philippi uxorem, cum sibi non liceret, propterea quod Philippus ex illa liberos susceperat, duxisset in matrimonium: et esset illud quidem scelus legis eversio, Dei autem contemptio, hominum vero ad deteriora adhortatio et inductio; tunc, tanquam fortis athleta Joannes, recte institutus, et in laboribus prius exercitatus, veritatis armis, et telis munitus, aciem quidem struit adversus tyrannum. Quænam vero ea erant: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui* (1). O libertatem, quæ non potest everti, O os divinum, et linguam, quæ a Deo movetur, quæ in ipsum cor reprehensionum infigens aculeos, fecit, ut ille superbus et insolens clypeum abjiceret et fugeret. O manum venerandam et sanctam, quæ ad sermonum mota elocutionem, reprehensionum quoque augebat asperitatem, et fiduciam ostendebat et audaciam. Mos est enim iis qui verbis contendunt, manum simul cum ore movere, et sermoni ejus quoque motum adhibere, et per utrumque ostendere, quam sit confidens et interritus is, qui loquitur. Hinc factum est, ut in carcerem, et in vincula conjiceretur, cum vesana mulier nefarium amatorem suum ad id compulisset.

V. Deinde dies festus natalis, potusque copiosus et immoderatus, cum nimium vinum eum, qui celebrabat convivium, devolvisset ad delirium. Potus autem quænam est delectatio? Saltatio filiæ, quæ erat instar meretricis, et petitio mercedis; et merces, prophetæ interfectio. Ex qua regis ficta tristitia propter œstrum, quod eum obsidebat intrinsecus; obtemperatio tamen, et submissio, et adversus justum prophetam prolatio sententiæ et paulo post caput in disco allatum, et libidinosæ et adulteræ mulieri traditum. Quid hac inhumana actione inhumanius, et magis nefarium? Quid hoc bellulno facinore magis insanum et belluinum, hominem ex ipso matris utero sanctitate circumdatum, qui temperantiam erat amplexus, castitatem asciverat, inedia se exercuerat, ab omni congressione hominum se separaverat, solitudinem tanquam civitatem habitaverat, qui simul cum agri bestiis versabatur, cameli pilis tegebatur, pellicea zona cingebatur, sicut aves id, quod sua sponte nascebatur, habebat alimentum, carebat nutrimento, carebat utensilibus, et plane carnis erat expers: qui totus quoque cernebatur remotus a materia, quod hæc materialis coagmentatio esset inedia attenuata et emortua, et ad materiæ vacuitatem traducta propter insignem continentiam; eum, inquam, pro justitia, pro veritate et ne lex in aliquo violaretur laborantem, dari mercedem mulieri adulteræ.

VI. Sed quonam modo hæc quidem permissa sunt ab eo qui omnia sapienter administrat, sciunt ii quibus datus est spiritus ad hæc aliqua ex parte cognoscenda. Hujus autem discipuli, cum corpus a capite divisum abstulissent, honoratæ mandarunt sepulturæ, ne si hoc quoque post decessum vide-

(1) Marc. VI, 18.

Digitized by Google

eo spectabat mandatum, ut de Adæ obsequio periculum in una arbore fieret; eoque si obtemperasset, summum pretium referret, nempe ut posset vesci arbore vitæ, atque immortalis fieri. Sed aliis præterea rationibus supra ostendimus, nihil horum per invidiam a Deo gestum esse.

Iterum instat Manetis secta, inquiens: Aut præsciebat Deus Adamum non obtemperaturum, aut non præsciebat cum legem ferret. Si hoc dederis; absurdum est: sin illud, vecordiæ est arguendus Deus. Nos vero respondemus quod nuper: præscivisse quidem Deum, non observatum iri mandatum ab Adamo, id tamen cur minus mandaret, nihil obstitisse. Quis enim stultum vocet Deum, quia legibus vetuit peccare, cum sciret plurimos fore qui essent peccaturi? Sane si nullas leges condidisset, aut nihil imperavisset, neque penes illum dominationem, neque penes nos arbitrii libertatem esse, rescitum esset. Verumenimvero ille cum præsciret cuncta quæ eventura essent, leges nobis dedit ceu liberis et libero arbitrio præditis, ut quod liberet id ageremus. Nos vero pro sua quisque voluntate et arbitrii libertate, erga leges, aut observando eas aut frangendo, nosmet gerimus. Neque aliter quoque cum Adamo actum est; penes illum enim erat et edere et non edere de arbore vetita; atque si non edisset, ex gratia immortalis evasisset; posteaquam vero edit, mortuus est. His itaque argumentis colligere est, neque male satam fuisse arborem scientiæ ab initio, neque Adamo invidiose illa interdictum esse: ne illo mittant linguas suas Manetis asseclæ, Dei hostes, dum pro duabus rerum causis astruendis contendentes (quarum altera bona, mala altera sit) istiusmodi argumentis nos lacessunt, qui unum Deum profitemur: si, inquientes, mala erat arbor, cur eam sevit Deus in paradiso, quæ Adamo ruinam esset illatura? Sin bona, prorsus per invidiam prohibuerit illum necesse est.

CAPUT III.

Contra Juliani Apostatæ, de arbore vitæ, calumnias.

Satius fuisset, ait Julianus, arborem illam vetitam, aut in angulo paradisi aut loco aliquo obscuriore exstare; ne dum perpetuo ob oculos esset, nimium sui desiderium in animis parentum nostrorum excitaret. Huic respondet D. Cyrillus, oratione tertia quam adversus eum conscripsit, in hanc sententiam: Studio Creatoris factum est, ne arbor illa in occulto haberetur; consentaneum enim fuit ut spectatores, ipsa arboris aspectione, mandatum Dei atque legem in memoriam revocarent, et simul Domini sui qui legem tulerat, recordarentur: quorum rerum oblivio ipsis facile potuisset obrepere si in angulo quopiam paradisi illa sata fuisset.

CAPUT IV.

Sequuntur quæstiones, quæ a multis quæri solent; ac primum, cur Deus creaverit Adamum, quem peccatorum præsciebat.

Quærunt nonnulli, cur creaverit Adamum Deus, A quem præsciebat peccaturum. Respondemus, minime conditum a Deo esse Adamum ut peccaret vel ut non peccaret, sive ut justus esset, aut ut injustus, sed neque ut legem observaret vel ut non observaret, nam si horum alicujus gratia illum condidisset, magna sane causa hoc ab illis quæreretur, sed pro sua bonitate, gratiaque mera illum effecit, hæcque prima Deo illius creandi causa fuit: cætera porro illa, secundaria existimanda sunt, ut quæ ex ipsius Adæ arbitrio pependerint, cum hoc penes solum Creatorem esset. Quapropter potius sic illi quærere debuerunt, cur creaverit Adamum Deus, ita enim responsum tulissent: propter suam ipsius probitatem. Nam reliqua illa peccare aut non peccare, et quæ addebantur cætera; ex Adæ libera pendebant B voluntate. Huc addimus etiam illud: Deum, ut præscivit peccaturum Adamum lapsurumque prius quam conderet; ita præscivisse quoque se olim venturum, redempturumque illum a peccato in quod incidisset, ipsiusque vetustatem instauraturum, atque collapsum sublevaturum; ut eo minus mirum videri debeat, si creavit quem paulo post peccaturum præsciret. Adhæc nisi creasset quod non nesciebat peccaturos, frustra creandi operam sumpsisset; quippe qui nec blasphemum in ventre matris suæ finxisset, neque hypocritæ permisisset ut aspiceret lumen. Denique eo luculentissime Dei probitas et gratia apparet, quod quos sibi non obtemperaturos novit, eos progignere non dedignatur. Nam solos morigeros, sua causa, hoc est, ut suæ C voluntati imperioque obsecundarent, et sibi gratum facerent, genuisse videri poterat: at quando jam pro sua bonitate, et bonos creat et malos, non ignarus, alteros per virtutem, per improbitatem, alteros ætatem acturos (quemadmodum etiam solis sui lumen, juxta bonis et malis impertit, et pluviam justis injustisque *) clarissima profecto evadit ipsius probitas atque benignitas quæ profuse defluens, universa amplectitur. Verum hanc quæstionem dissolvimus quoque in nostra interpretatione quam in divi Matthæi Evangelium fecimus.

CAPUT V.

Mortalis an immortalis creatus sit Adam.

Quærunt alii, mortalemne natura, an immortalem genuerit Deus Adamum. Sed principio expendendum hic est, quid sibi illud velit, Adamum natura D mortalem esse ortum; spectetne ad universam ipsius compositionem: quasi dicas, naturæ Adæ inditum fuisse ut anima dissocietur a corpore, quæ disjunctio mors sit: an vero mortalitas ad corpus solum referatur, ut huic naturale fuisse statuatur, interire atque occidere. Respondemus igitur, nos corpus solum spectare, cum dicimus, Adamum natura mortalem fuisse creatum: hoc enim ita compositum fuit, ut suapte natura, passioni, corruptioni, morti denique esset subjectum atque opportunum. Interim a corpore ad totum hoc transfertur, dicimusque hominem natura mortalem

* Matth. v, 45.

Digitized by Google

esse natum; nam in rebus compositis ita fieri assolet ut quod partis est unius, toti attribuatur. Sunt tamen qui negent, Adamum natura mortalem esse procreatum; sunt etiam qui mortalem et immortalem natura effectum esse velint; sunt denique qui neque mortalem neque immortalem natura conditum affirment. Qui negant mortalem natura creatum a Deo esse, dicunt, morti obnoxium esse factum per divinam sententiam qua ob peccatum est morte damnatus: atque id peccatum illi mortis causam fuisse secundum illa Dei verba: *Quo die ederis de illa arbore, morte morieris.* Alteri, quos diximus mortalem atque immortalem natura illum facere: hoc ad animum, istud ad corpus referunt. Tertii denique qui utraque, et mortalitatem et immortalitatem, natura, illi ingenita fuisse negant, arbitrantur media conditione ortum fuisse, ut si corpori deditus vitam agitaret, mortalis: sin animæ suæ præclara studia sectaretur coleretque, immortalis evaderet. Nos vero statuimus, Adamum natura mortalem esse progenitum, idque his colligimus argumentis. Primo, compositus est ex pulvere ut materia; id vero quod ex pulvere conformatum fictumque est mortale esse suapte natura, certum est. Secundo, quia cum virilis ac muliebris sexus discrimine conditus est: quod mortalibus congruit, immortalibus nequaquam. Tertio, quia procreatus est cum oculis qui escam appeterent, et manibus quas illius sumendi gratia protenderet, denique cum vasis quæ alimentum exciperent continerentque: hæc enim iis modo quibus mortalis natura obtigit, usui esse possunt, immortalibus frustra dentur. Quarto, cæteræ res quas Adami gratia condidit Deus, satis arguunt illum natura mortalem esse factum. Quorsum enim terra opus erat? quorsum firmamento (ut vocant)? quorsum lucentibus in hoc stellis? quorsum piscibus volucribusque quæ mactantur? quorsum jumentis, aliisque animantibus quæ partim serviunt, alia eduntur? Sane hisce omnibus non utuntur qui vita fruuntur immortali: sed illi soli qui fluxam atque caducam sustinent. Quinto, ex lege quæ Adamo est a genitore Deo præscripta, conficitur illum mortali conditione ortum esse: vesci enim ac non vesci hac aut illa re, mortales jubentur, non immortales. Sexto, idem colligitur ex verbis Dei quæ ante mandatum ad Adamum faciebat inquiens: *Crescite et multiplicamini, et dominamini piscibus maris et volucribus cœli*, et: *Dedi vobis omne semen quod seminatur, et omnis arbor erit vobis pro cibo.* Septimo, nisi mortali statu effectus fuisset etiam ut legem fregisset non obivisset mortem, ut obiit; neque enim diabolus, quamvis peccavit, immortalitatem amisit quam in suo ortu acceperat. Octavo, compositus est Adam ex rebus diversis; id vero compositis omnibus peculiare est, ut in ea dissolubilia sint ex quibus colligata exsistunt. Nono, a nobis stant doctores classici, probatæque fidei. Nam dominus Joannes, ea oratione quam ad Stagrium monachum scripsit (31), sic habet: Nondum certam habebat Adamus immortalitatis spem. Et rursus oratione quam de arbore scientiæ boni et mali composuit: Anima, inquit, natura immortalis est, at mortale natura corpus. Ad ubi tria verba explicat qui in libro Job scripta exstant: *Qui servus est non fidelis* (32), sic ait: Si homo cum immortalitatem suapte natura non haberet, cervices jactavit, quid non fecisset, si illam habuisset? Athanasius quoque, oratione de ortu corporali, scribit fuisse hominem natura mortalem, ut qui ex rebus fluxis esset colligatus. Denique Cyrillus, oratione octava adversus impium Julianum, in hunc modum loquitur: Cum Adam contra Dei legem fecisset, morte est damnatus, qua re quod natura mortalis esset, arguebatur. Cæterum, dominus Jacobus Sarugensis, ea oratione qua disserit, fueritne Adam mortalis conditus an immortalis, scribit, Adamum mortalem et immortalem fuisse conditum, cum ipsius libero arbitrio permitteretur a Deo ut vel observata lege immortalis esset, vel fracta moreretur. At Philohenus, Capitulis quæ adversus Diodorum composuit: Temeraria, inquit, audacia est, Adamum immortalem dicere suapte natura, sive tum cum gignebatur, sive postquam resurrexerit. Qui potest enim ea natura immortalis haberi quæ ex nihilo creatur, perficiturque alterius jussu? Nam etiam si gratuito ipsi concessum fuisset, ut vitam sempiternam ageret, non ideo immortalis natura dicendus erat: quippe cujus vita in alterius esset potestate. Igitur et si in æternum non fuisset moriturus, mortalis tamen erat; nempe immortalitas ad solum Deum spectat; et si ulla sit natura quæ non dissolvitur nec ullo mortis fato perimitur, id ex gratia donatum sibi ab illo habet; quod autem alteri acceptum fertur, id rursus pro illius arbitrio adimi potest. Cæterum de Adamo clarum est, si mandato obtemperavisset, futurum fuisse ut non obiret mortem; non quod tali conditione esset genitus, sed pro Effectoris sui mera benignitate, rursus postquam resurrexit, deinceps quoque non moriturum, sed et id quoque per gratiam opificis Dei. Neque enim absque periculo, aut tum cum gigneret, aut cum suscitabit a mortuis, fecerit natura immortalem. Ex his omnibus conficitur, Adamum mortali conditione procreatum esse. Interim fatemur, immortalitate donandam a suo Genitore fuisse, non quidem naturali, sed gratuita si legi paruisset.

CAPUT VI.

Objectio Juliani Halicarnassei (33), *et ejus assectationis hominum.*

Julianus Halicarnasseus, et qui ejus sectæ sunt,

(31) Exstat locus hic apud Chrysostomum, lib. II, *De Provid.*

(32) *Dei ad Stagrium* Forte *ibi servus liber a Domino suo* (*Job* III, 19.)

(33) De Juliano Halicarnasseo vide Suidam pro hac.

dicunt Adam natura conditum esse immortalem: sicut anima cum naturali immortalitate creata est, non autem gratuita; et nisi peccasset, mansurum fuisse, passionis, corruptionis, mortis exsortem: et quidem hæc omnia ex suapte natura, quippe qui in ea rursus dissolubilis non fuerit ex quibus erat coagmentatus. Porro quia adversus legem Dei fecit atque deliquit, ideo multatum esse tum animæ morte quæ est abalienatio a Deo per peccatum: tum corporis, quæ est dissociatio ab hac vita quæ ipsis corporeis sensibus percipitur. His nos respondemus: Si naturam Adamus cum procrearetur, accepisset immortalem ut vos dicitis: ea sane haud mutata esset in mortalem per peccatum, ut neque Satanæ immortalitas naturalis, cum mortalitate est commutata postquam adversus Deum deliquit. Rursus: si ut anima (quod vos affirmatis), ita et corpus natura immortale procreatum fuit, atque ipsum violare legem, non modo corpori, sed magis animæ cujus imperio illud regebatur imputandum fuit: cur patrato flagitio, corpus quidem mortalem naturam induit, anima vero suam sibi natura insitam immortalitatem retinuit? Sed dicetis etiam animam per peccatum obiisse mortem! Sed quid corpus? annon ipsum quoque per peccatum obiit? Si negatis, falsi estis; sin fatemini, cur cum pariter ambo natura essent immortalia pariterque peccarint, corpus duplici morte affectum est: animam vero ea sola quæ peccati mors dicitur, invasit? Profecto nihil hic illis reliqui est quod respondeant: verumenim vero conficite, aut ab ipsa natura, aut a ratione petitis argumentis, aut denique sanctorum Patrum testimoniis, nisi corpus sua natura factum esse immortale juxta ac animam, neque in ea dissolubile esse ex quibus colligatum est, et subscribemus libentes vestræ sententiæ neque contendemus amplius gratuita immortalitate donandum fuisse a suo Genitore, si præcepto paruisset.

Audent idem lanistæ lacessere eos qui carnem corruptibilem natura dicunt, quasi hi et ipsam carnem malam et carnis simul Opificem malum faciant. Nos vero adversus ista producimus doctores Ecclesiæ priscos gloria et laude dignos: qui et si carnem esse natura corruptibilem dixere, non tamen idcirco malam esse professi sunt. Gregorius enim, oratione quam de virtute scripsit, ad hunc loquitur modum: Corpus omni ex parte compositum est, quod autem compositum est, id nemo indissolubile esse dixerit; at quod dissolvi potest, corrumpi potest; est igitur caro corruptioni subjecta. Rursus Cyrillus, tomo tertio Commentarii in Epistolam ad Corinthios. Est quidem, ait, caro natura sua corruptioni obnoxia: sed tamen per virtutem Dei cui plane nihil est difficile, ipsam superasset naturam atque in vita sempiterna fuisset conservatus Adamus, si legem impie non violasset. Dominus Severus item, oratione quam adversus Felicissimum scripsit, hæc summatim habet: Suapte quidem natura mortale et corruptibile erat corpus, atque in ea dissolubile ex quibus fuerat conjunctum; verum nulla erat mortis in ipso efficientia; neque enim ut mortis laqueis subigeretur, conditus fuerat homo ab initio, sed neque rursus ut naturæ sortem superaret essetque immortalis, sed per gratiam atque benignitatem voluntatis divinæ servabatur ad vitam sempiternam et immortalem, voluntati autem divinæ, natura rerum obsistere nequit. Igitur et si natura ipsa quod coagmentatum est, rursus dissolvere cupiat, tamen in homine, hoc malum minime quivisset efficere, impedita per divinam voluntatem atque gratiam; ipsa enim mortalitas absorpta fuisset a vita, et naturam refrenasset divina gratia. At vero mortalitatis corruptricis corporis, quæ efficienter est consecuta, fons et origo fuit peccatum atque adversus legem admissum facinus. Tunc enim occepit mors ea, quæ quod compositum est dissolvit, vim suam atque efficacitatem in homine re ipsa exercere, quando anima per fractam legem necessario est a Deo abalienata atque perturbationibus variis affecta implicataque: ex quibus naturæ perturbationibus, ipsum etiam corpus (nam et in illo enatæ atque effectæ sunt) corruptibile esse intelligimus, et pronuntiamus. Concludimus ergo, mortis corruptionisque debitum ex violata lege natum atque contractum esse; non autem inde, quod corpus Adæ esset compositum, atque in ea ex quibus constabat, dissolubile. Neque enim difficile erat omnium rerum parenti Deo, ejus qui corruptioni subjectus fuit pro naturæ suæ conditione, vitam corruptionis fato eximere, atque in vita sempiterna tueri conservareque. Ad hunc igitur modum doctores carnem quidem suapte natura dissolubilem fuisse dicunt, nec tamen proinde aut ipsam aut corpus a malo effectore procreatum esse.

CAPUT VII.

Alia objectio Juliani impii.

Ridebat quidem impius Julianus quod Mosem, Ecclesiæ doctores dicerent hominem corruptibili natura prognatum fuisse, et tamen non fuisse mortuum, ita volente Deo. Sed ei respondet Cyrillus: Platoni, inquit, tuo licet dicere quasi ex Dei persona, ad solem, lunam cæterasque stellas: Quoniam orti estis, immortales vos quidem esse et indissolubiles non potestis, neutiquam tamen dissolvemini, nec vos ulla mortis fata periment, propter consilium nostrum quod majus est vinculum quam vis ulla quæ vobis accidat. Tu Platonem vis vera dicere, et nos Mosi non credemus, qui ait hominem non fuisse dissolvendum, ita volente Deo? Profecto haudquaquam difficile Deo fuisset, eum qui a corruptione occupabatur, quantum ad ipsam ejus naturam spectabat, prorsus a corruptione vindicare atque asserere in vitam sempiternam. Igitur nisi de arbore edisset, mortem non obivisset Adamus; et quia edit, obiit. Cæterum Plato haud recte ait, solem, lunam, stellas

Digitized by Google

cæteras immortales esse, quippe quæ anima vitaque careant.

CAPUT VIII.

Objectio Theodori et Nestorii, atque ejus factionis aliorum.

Aiunt Theodorus et Nestorius aliique qui hos sequuntur, mortem non ob peccatum legemve Dei violatam, invasisse genus humanum, sed mortali nos conditione a Deo genitos esse; neque quemquam ulla ratione mortis terminum quem ille nostro generi naturæque præstituerat, vivendo transgressurum fuisse, etiam si Adamus non deliquisset : multa enim absurda consequi, nisi id ita esse statuamus. Qui enim, inquiunt, conveniet dicere, Deum, cujus consilium erat nos efficere immortales, propter peccatum fecisse mortales? deinde si propter Adæ peccatum nos occidit Deus, conficitur, et justos eum occidisse propter peccatores, et patrum supplicia ad filios extendisse, quorum utrumque improbum est; ait enim neque patres morituros pro filiis, neque filios pro patribus. Tum ut demus Adamum obiisse, quia de arbore gustavit, quam dicemus, Noe, Melchisedeco, Abrahamo mortis fuisse causam, profecto hodie nullum est scelus, aut grande aut leve, quod a patribus admissum in filiis vindicat : quis igitur existimet ob leve illud Adæ peccatum, quia de fructu vetito gustavisset, universam posteritatem morte multari? Et vero is Deo mos est ut malis ignoscat bonorum gratia, non autem ut probos improborum causa perdat, atque ut pro sua misericordia, grandium flagitiorum gratiam hominibus faciat, tantum abest, ut leve piaculum gravissima pœna vindicet. Adhæc, si propter peccatum amandati sumus in hunc mundum dissolubilem, magnæ profecto gratiæ debeantur peccato, ut quod creandæ hujus mortalis machinæ causa fuerit. Præterea si Adamus occidit, qui peccavit, cur non occiderunt dæmones longe majoris flagitii rei? Si dicat quis, hos animo occidisse : atqui cur Adamus etiam corpore? Et his confecisse putant, Adamum, sive abstinuisset ab arbore qua sibi fuerat interdictum, sive non abstinuisset prorsus moriturum fuisse, cum esset natura mortali conditus. Cæterum in ejus Scripturæ verbis tropum esse, quæ ita loquitur ac si Adam propter peccatum obivisset mortem, nimirum ut cum ille audiret peccatum sibi mortis causam fuisse, odio haberet, vitaretque peccatum : quemadmodum multis aliis locis tropo usa est Scriptura, ut cum habet : *Et tentavit Dominus Abrahamum* [a]; neque enim Deum facto periculo opus habere. Rursus ubi ait, Deum voluisse interficere Mosem, uxoris tamen opera placatum dimisisse illum impunem [b]. Et cum narrat, Christum Jesum inde a mane jejunum atque famelicum accessisse ad ficum arborem, alieno a ficis nascendis tempore [c]. Hæc enim, atque hujus generis alia, diversum quid ab eo significare quod verba audita præ se ferunt. Itaque per tropum similiter accipienda esse ea verba quæ nobis Adamum a Deo mortalem natura procreatum memorant, ac deinde legem ipsi impositam fuisse, ut si ederet de arbore illa, moreretur : nempe ut cum audiret Adamus se ob violatam legem atque rebellionem paradiso pulsum mortique deditum esse, odio haberet fugeretque peccatum rebellionemque. Sed nos ad hæc respondemus : Non ita profecto, viri, sacra Scriptura loquitur ut vos existimatis, quippe quam omnibus locis diserte pronuntiantem offendimus, peccatum Adami causam fuisse mortis, cum illi ipsi, tum universæ posteritati, secundum illud : *Quo die comederis de arbore, mortem oppetes.* Et rursus : *Quia auscultasti voci uxoris tuæ atque edisti de arbore qua tibi interdixeram, maledicta esto terra propter te.* Et apud divum Paulum legimus : *Sicut per unum hominem peccatum introivit in mundum, et per peccatum mors* [d], etc. Et alibi : *Nam absque lege peccatum erat mortuum; ego vero vivebam quondam absque lege* (hoc est, cum nihil mortale cogitarem), *porro cum venisset mandatum* (ipso scilicet violato) *revixit peccatum, ego vero mortuus sum, et inventum est mandatum quod ut vita esset, datum fuerat* (ei qui ipsi parceret) *mihi* (qui fregi) *mortem afferre* [e]. Alia præterea plurima sacræ Scripturæ loca facile invenias, quæ cum his congruant, atque diserte mortem per peccatum nos invasisse testentur. At si hæc non recipitis, proferte nobis unum aliquem locum in quo Scriptura dicat, nos non mori propter peccatum, verum quando illiusmodi locus nusquam est, alterum illud verum sit necesse est. Neque enim consentaneum est ut eo repudiato quod sacris Litteris proditum invenimus, id amplectamur quod nusquam scriptum exstat. Nam ad ea duo quæ vos ceu absurda ex nostra illa sententia colligebatis, nempe Deum occidere justos propter injustos, et patrum scelera punire in filiis, dicimus ea haud inde consequi : neque enim Deum propter Adæ impietatem occidere ipsius posteros sive probos sive improbos, ut neque filios ob ea quæ patres patravere flagitia : sed fuerat Adamus natura quidem mortalis genitus, conservabatur tamen in immortalitate per Effectoris sui benignitatem et gratiam; sed ubi legem violasset atque deliquisset, removit ab ipso Deus suam immortalitatis gratiam, atque tum ille talis mansit qualis alioqui natura fuerat; hoc est, mortalis. Sed enim si ante amissam immortalitatis gratiam ille filios procreasset, tum vero dici potuisset, eos illius filios qui nihil peccassent, immortalitatis gratia merito destituendos non fuisse. Verum quando post adeptam sibi demum immortalitatis gratiam prolem gignere cœpit, id quod ipsius natura habe-

[a] Gen. XXII, 1. [b] Exod. IV, 24. [c] Marc. XI, 13. [d] Rom. V, 12. [e] Rom. VII, 8. 9.

Digitized by Google

Isaaci Vossii, codice Græco 144, *Vita sancti Theodori Studitæ*, τοῦ τῶν Στουδίων ἡγουμένου, *a Theodoro magistro, qui vulgo* Δαφνοπάτης *dicitur*, conscripta. Et in Augustana bibliotheca codice 68, sub finem codicis, ut ex Catalogo constat. Petrus Lambecius libro IV Commentariorum bibliothecæ Vindobonensis codice 163, pag. 160, recenset hoc codice contineri *Expositionem Theodori Antiocheni in duodecim prophetas minores*, quem Petrus Lambecius fuisse Mopsuestiæ in Cilicia episcopum putat, qui anno 430 vel paulo ante obierit. Hujus titulus et principium, Θεοδώρου Ἀντιοχέως ἑρμηνεία εἰς τοὺς προφήτας. Ἑρμηνεία Ὡσηὲ τοῦ Προφήτου, εἰς ἔλεγχον τῶν ἀβασανίστως ἐπιβάλλειν ταῖς προφητικαῖς ἐπιχειρούντων φωναῖς. Putat autem Lambecius ex Photii *Bibliotheca*, codice 38, ubi memoratur Θεοδώρου Ἀντιοχέως τοῦ Μοψουεστίας ἑρμηνεία τῆς κτίσεως, hoc opus ad eum spectare : ego autem longe recentioris ætatis, ex ipso illius initio hunc commentarium esse arbitror atque pertinere ad Theodorum Daphnopatam Antiochenum, qui ex divi Chrysostomi Antiocheni operibus *Apanthismata* excerpsit. Sententiam Lambecii secutus est Bernardus de Montfaucon, monachus Benedictinus congregationes S. Mauri in Gallia in *Diario Italico*, edito Parisiis in 4, anno 1702, apud Joannem Anisson, ubi de duobus aliis Commentarii hujus in Italia mss. codicibus loquitur his verbis cap. 3, ubi de mss. codicibus musæi Grimani agit pag. 39 : « *Theodori Antiocheni* in duodecim prophetas, cujus operis initium Εἰς ἔλεγχον τῶν ἀβασανίστως, etc. Liber nondum editus videtur, exstat quoque in bibliotheca Cæsarea Vindobonensi et in Vaticana. Nescio cujus Theodori sit, an Antiocheni, an Heracleotæ, an alterius ejusdem nominis, qui bene multi fuerunt. Hæc Commentaria bonæ notæ sunt, codex recens. » Et pag. 46, ubi de bibliotheca Meletii Typaldi; archiepiscopi Philadelphiæ, Græcorum antistitis.» In alio codice *Theodori Antiocheni in duodecim prophetas*, idem opus, de quo supra in ædibus Grimanis agitur. In monito ad Commentarium Oseæ, hic Theodorus citat suum librum in *Psalmos*. Litteram vulgo explicat. Commentarius bonæ notæ. Non memini an vox Ἀντιοχέως *Antiocheni* in codice legatur, an a me ex opinione adjecta sit. « Hæc ego habui dicenda de Theodoro Daphnopata, quæ supeditarunt Gerardus Joannes Vossius lib. III. *De historicis Græcis*, pag. mihi 418; Leo Allatius in Diatriba *De Simeonibus*, pag. 96, 97 et 111, Petrus Lambecius, libro IV. Commentariorum Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis, pag. 60, 137 et 139; Guillelmus Cavus tomo II, seu parte II *Historiæ litterariæ*, ad annum 956, quo illum affixit.

THEODORI DAPHNOPATÆ

ENCOMIUM

SANCTI JOANNIS BAPTISTÆ.

Exstat inter opera Theodoreti. Vide tom. LXXXIV, col. 33.

THEODORI DAPHNOPATÆ

ORATIO

IN TRANSLATIONEM MANUS S. PRÆCURSORIS ANTIOCHIA CONSTANTINOPOLIN.

(Apud Surium ad diem 29 Augusti.)

—

I. Ecce ad nos rursus venit sacrosanctus Christi Præcursor, abunde fluenta emittens suarum gratiarum : et rursus dies alius celebris redditur, qui majora et potentiora alia ostendit argumenta, quam quæ sunt in aliis ejus festis; et eos, qui festis delectantur, evehit ad excelsiorem miraculorum considerationem. Ecce Solis justitiæ clarus et omni ex parte lucidus lucifer resplenduit, suis radiis illustrans totam Ecclesiæ plenitudinem, et suum festum lætificans. Venit autem non ut prius per suam nativitatem, neque ut deinde, ab Herode factam ipsius capitis amputationem, neque ut postea, per arcanam ejusdem mirifici capitis revelationem, sed per manum, quæ fuit vel ipsis angelis venerabilis, quæ cœlesti lumine illustratur, et sancti Spiritus gratia adunbratur; quæ quidquid erat quidem grave et terrenum, in terra deposuit, et ad incorruptionem traducta est per vitam continentem.

Digitized by Google

quæ erat supra hominem ; quæ prius quidem ingratis Judæis ostendit Agnum Dei, et securem ad arborum radicem positam et excisionem minabatur peccatoribus.

II. Nunc autem cum illa ipsa apparuerit, et præstantiori quodam modo manus evaserit barbaricas, a quibus videbatur teneri, tanquam captiva, æquum est, ut in festi lætitiam pie et reverenter afficiatur cœtus eorum qui festum libenter celebrant; et nubes quidem, quæ interjectæ animam impediunt, ejus illa, quæ intelligentia percipitur, illuminatione discutiat et dissolvat ; alacri autem pede et exsultante spiritu, ad ea quæ sunt vel ipsis angelis desiderabilia, mysteria festinet. Hoc est enim festum celebrare, paratos esse ad prompto et alacri animo occurrendum iis, quæ sunt venerabilia, et extrinsecus figuris et motibus fidei et affectionis internum ardorem ostendere. Hic ergo mihi adsit omnis ordo eorum qui sunt honorifice in excelsis remoti a materia, et eorum qui sunt adhuc hoc circumdati pulvere : et communi contexta chorea, luminosum et perquam clarum constituamus theatrum, eo duce utentes, qui inter natos mulierum est maximus. Nam etsi humanæ naturæ superavit terminos per vitam a carne et corpore alienam, ut qui tamen nostrarum naturalium particeps fuit proprietatum, lætatur nostris de se laudibus et celebrationibus, et bonam accipiens voluntatem, copiosam remetitur remunerationem.

III. Cæterum ejus quidem conceptum et ortum, et vitam, quam egit in solitudine, et ejus ad Israelem ostensionem, et veridicum testimonium, per quod Dei agnum ostendit, et ipsum primum et postea venientem per divinam auctoritatem, et humanæ naturæ pronuntiavit susceptionem ; et quemadmodum ex alto vocatus venit ad Jordanem, et cum purum, et ab omni labe alienum, et quavis purgatione superiorem baptizasset, illo contactu ostendit, fontem sanctificationis, et quæ de ipso Judæus is qui fuit ab ipso baptizatus, per arundinis et mollium vestium amictus similitudinem, ad ejus dixit commendationem; ejus vitæ a rerum superfluarum cura abhorrentem simplicitatem, et in virtute firmitatem et constantiam, et eum veteri Eliæ æqualem, et moribus similem tacite significans ; et quæcunque sunt his consequentia, Evangeliorum quaternio ostendet apertius iis, qui hæc scrutantur diligentius.

IV. Quæ autem præsenti conveniunt celebritati, ea sunt enuntianda et docenda, ut cum argumento festi hic scopus congruat, nostrumque in hoc recte studium conferatur. Ille in Mosaicis educatus documentis, et assidue meditans in lege Domini, ejus custodiæ et observationi omnia postponebat : solum autem, ut in ejus perseveraret justificationibus, plurimum ponebat studii. Cum vero Herodes vir libidinosissimus, qui erat Galilææ tetrarcha, decreta legis transgrediens, fratris Philippi uxorem, cum sibi non liceret, propterea quod Philippus ex illa liberos susceperat, duxisset in matrimonium : et esset illud quidem scelus legis eversio, Dei autem contemptio, hominum vero ad deteriora adhortatio et inductio; tunc, tanquam fortis athleta Joannes, recte institutus, et in laboribus prius exercitatus, veritatis armis, et telis munitus, aciem quidem struit adversus tyrannum. Quænam vero ea erant : *Non licet tibi habere uxorem fratris tui* (1). O libertatem, quæ non potest everti, O os divinum, et linguam, quæ a Deo movetur, quæ in ipsum cor reprehensionum infigens aculeos, fecit, ut ille superbus et insolens clypeum abjiceret et fugeret. O manum venerandam et sanctam, quæ ad sermonum mota elocutionem, reprehensionum quoque augebat asperitatem, et fiduciam ostendebat et audaciam. Mos est enim iis qui verbis contendunt, manum simul cum ore movere, et sermoni ejus quoque motum adhibere, et per utrumque ostendere, quam sit confidens et interritus is, qui loquitur. Hinc factum est, ut in carcerem, et in vincula conjiceretur, cum vesana mulier nefarium amatorem suum ad id compulisset.

V. Deinde dies festus natalis, potusque copiosus et immoderatus, cum nimium vinum eum, qui celebrabat convivium, devolvisset ad delirium. Potus autem quænam est delectatio? Saltatio filiæ, quæ erat instar meretricis, et petitio mercedis; et merces, prophetæ interfectio. Ex qua regis ficta tristitia propter œstrum, quod eum obsidebat intrinsecus; obtemperatio tamen, et submissio, et adversus justum prophetam prolatio sententiæ et paulo post caput in disco allatum, et libidinosæ et adulteræ mulieri traditum. Quid hac inhumana actione inhumanius, et magis nefarium? Quid hoc belluino facinore magis insanum et belluinum, hominem ex ipso matris utero sanctitate circumdatum, qui temperantiam erat amplexus, castitatem asciverat, inedia se exercuerat, ab omni congressione hominum se separaverat, solitudinem tanquam civitatem habitaverat, qui simul cum agri bestiis versabatur, cameli pilis tegebatur, pellicea zona cingebatur, sicut aves id, quod sua sponte nascebatur, habebat alimentum, carebat nutrimento, carebat utensilibus, et plane carnis erat expers : qui totus quoque cernebatur remotus a materia, quod hæc materialis coagmentatio esset inedia attenuata et emortua, et ad materiæ vacuitatem traducta propter insignem continentiam; eum, inquam, pro justitia, pro veritate et ne lex in aliquo violaretur laborantem, dari mercedem mulieri adulteræ.

VI. Sed quonam modo hæc quidem permissa sunt ab eo qui omnia sapienter administrat, sciunt ii quibus datus est spiritus ad hæc aliqua ex parte cognoscenda. Hujus autem discipuli, cum corpus a capite divisum abstulissent, honoratæ mandarunt sepulturæ, ne si hoc quoque post decessum vide-

(1) Marc. vi, 18.

Digitized by Google

retur a libidinosis et voluptuariis, esset major fomes invidiæ, et majoris sceleris materia intemperantibus. Sic ergo corpus quidem sepultum occultabatur, cum neque quisquam illud tunc perscrutari studuisset, neque ipse manifestasset. Sed quando quidem ad hunc locum perveni, volo de hoc prophetico tabernaculo, et de manu, quæ ei coaluerat, quiddam, quod e veteri pendet narratione, huic sacro theatro explanare, et quæ de his audivimus et cognovimus, et quæ veteres tradunt historiæ, explicare fusius, et undenam divina hæc gratia translata est Antiochiam, et ubinam fuit repositum translatum propheticum illud tabernaculum, et quisnam fuerit quidem modus hujus translationis, et quis rursus ablationis et exportationis.

VII. Herodes qui infantes occiderat, cum Judaicum multorum principatum traduxisset ad regnum, parebat quidem Romanis. Cum multis autem modis quæreret, ut eis videretur benevolus et fidelis, effecit quidem, ut Romani eum benignis aspicerent oculis, et nec fore, ut ab eis deficeret, ullam haberent suspicionem. Is, ut clarior esset sua in eos benevolentia, inter alia condidit etiam civitatem, sitam non procul ab Hierosolymis, sed distantem tantum itinere unius diei, eam vocans Sebasten, Latine Augustam, ut Augusti Cæsaris appellatione significaret suam in eum benevolentiam et servitutem. In ea, qui post illum obtinuit principatum, tetrarcha Herodes fixit regiam, in qua etiam fuit illud convivium, quo propheta fuit occisus, et juxta quam fuerat in vinculis hic sacer propheta in quodam tenebroso reorum domicilio. Cujus ex transverso referunt sepultum fuisse corpus præconis veritatis. Quo etiam in loco dicunt prius fuisse alterum sepulcrum prophetæ Elisæi, adeo ut duo loculi viderentur simul jacentes in uno et eodem loco. Ibi quoque; templum maximum olim exstructum fuerat, quod propter ea quæ in ipso fiebant, miracula et pulchritudinem, fuerat incomparabile. Cum ejus autem tectum tempore defluxisset, sub dio relicta sunt ejus ædificia, adeo ut una sola illæsa remanserit domuncula, quæ vocabatur sacrorum vasorum custodia in qua etiam inclusi loculi prophetarum conservabantur absque ullo detrimento.

VIII. Cum autem Lucas evangelista circumquaque omnes obiret regiones, ubi etiam obeundo venit Sebasten, Antiochiæ tactus desiderio, ut qui in ea esset natus, magno quidem tenebatur studio sacrum illud Præcursoris corpus tollendi integrum. Cum autem non posset, quoniam diligenter servabatur, ablata manu dextera, eam portavit in suam civitatem, loco alicujus alterius beneficii, et aliarum divitiarum ei, quæ ipsum aluerat, hanc reddens mercedem educationis. Ab illo ergo tempore sita erat manus illa apud Antiochenos, in magno honore habita, et jugis, quæ in ea habitat, gratiæ fidem faciens miraculis.

IX. Cum autem Julianus tyrannice clavum arripuisset imperii, quoniam eos, qui ipsum præcesserant, persecutores et Dei hostes contendebat superare sceleribus, et eorum, qui pro Christo decertarunt, quæcunque erant reliquiæ, aut integrum tabernaculum, aut aliquid aliud ex iis, quæ sunt puræ nostræ fidei signa, ea omnia igni mandabat et cineri; magno deinceps studio venit Antiochiam, simul quidem immunda peracturus mysteria in ara simulacrorum, quæ sita est ad Daphnen, et simul etiam perscrutaturus, et si sanctorum aliquid in ea invenisset repositum, id igni mandaturus. Cum hoc ergo sævum renuntiatum esset ejus decretum, qui erant Christianarum partium, sacram manum Præcursoris clam in quadam turre civitatis, quæ vocatur gonia, id est, angulus, studuerunt includere, ne capi posset ab idololatra. Qui autem pontificalem sedem tenebat Hierosolymis, cum auditione accepisset exsecrandum decretum, nec tyrannum omnino moraturum, quin ad sacra loca ascenderet, et quæ in eis erant pretiosissima corpora, igni consumenda mandaret, hoc diligenter curat, et magnum adhibet studium, ut e loculo sublatum Præcursoris tabernaculum, transmitteret servandum in civitate Alexandrina, alio quodam communi corpore pro eo repleta depositione.

X. Postquam autem Antiochiæ omnia perscrutatus ille impius, ea est aggressus, quæ fieri non poterant, cum absconsa manus nusquam compareret, eo ille sceleratus desiderio frustratus, et in reliquum propheticum corpus furore percitus, qui id scrutarentur, statim misit usque ad Hierosolyma, ut Præcursoris igni mandarent tabernaculum. Quod cum ad finem esset deductum, et commune, quod pro illo sepultum fuerat, corpus ab iis qui missi fuerant in cinerem esset redactum, illinc solvens duxit exercitum ad obsidendam Edessam, utpote quod qui in ea habitabant, planum esset eos stare a partibus Christianorum. Aiunt autem quemdam ex suis famulis, qui libere cum eo loquebatur, et erat ei valde conjunctus, ex animo vero res Christianorum colebat et honorabat, eum a cœpto prohibuisse, et ad bellum adversus Persas gerendum incitasse, civitatem cum vellet, in potestatem ejus venturam pollicens. Et sic consilio obtemperans, profectus est ad bellum contra Persas gerendum. In quo plaga divinitus immissa percussus, vitam finiit miserabiliter.

XI. Postquam autem ad fideles imperatores redierunt sceptra Romanorum, et reddita fuit libertas Christianis, nesciebatur quidem, ubinam esset pretiosa manus, ab iis qui Antiochenam habitabant civitatem. Sed haud ita diu post per diviniorem revelatum fuit visionem ubinam esset absconsa. Quam cum fideliter ex eo loco sustulissent, in ea honoranda erant insatiabiles. Cum autem non parum effluxisset temporis, imperator Justinianus inter alia, quæ pie gessit, fecit etiam tale quid. Hanc enim miraculorum effectricem Præcursoris dexteram, ex Antiochia, et Domini et Dei nostri tunicam, quæ erat, in civitate Maratsemere, et maxime venerandum caput, ex Emesa transtulit ad regiam civitatem, : quæ qui-

Digitized by Google

dem ostendebantur obsignata signacula sancti imperatoris Constantini, ad hoc, ut non amplius ex eis avelleretur ab iis qui amplecterentur. Ablatis ergo signaculis, cum templum Præcursoris, quod in Hebdomo est ab eo ædificatum, per Domini tunicam et ejusmodi sacras sanctificasset reliquias, rursus remisit suis obsignatas signaculis eo, unde venerant, solam dexteram propheticam relinquens non signatam, ut quæ ungeretur unguentis, et sustolleretur in festo Exaltationis.

XII. Et sic quidem de his relatum est a veteribus, aliis alia de manu narrantibus, conclusa tamen in unam et eamdem fidei notionem, et expellentia omnem incredulitatem, aberrante nemini procul a veritate. Quod si oportet etiam alicujus meminisse miraculi, Antiochia nobiscum ei, quod dicemus, feret testimonium : quod quidem auditione a nobis acceptum est ex quibusdam, qui illic sunt versati. In caverna delitescebat quidam draco in ejus finibus, quem, qui habitabant civitatem, in deos referentes, anniversario honorabant sacrificio. Id autem erat puella virgo, quæ paulo ante pervenerat ad pubertatem, et propter non pollutam virginitatem, conservabatur draconi sacrificium. Quis erat autem modus sacrificii

XIII. In eo ipso loco, in quo erat caverna draconis, Antiocheni publice confluentes, et frequens effecti theatrum, cum puellam circumduxissent, præbebant devorandam draconi. Is vero proserpens e caverna, et insperatum et incredibile apparens miraculum, serpens et repens suis pedibus, et naturali, qui est intus, spiritu incurvatus, et instar undæ tum factus, hianti ore et dilatato thorace accipiebat sacrificium, et lacerabat dentibus. Pro more autem sors obtigerat cuidam Christiano, ut suam daret filiam draconi sacrificandam, qui stimulis sauciatus naturalibus, ex corde suspirabat ad maximum Præcursorem. Et ut filia a morte servari possit, tale quid excogitat : Cum magnam vim auri apud se abscondisset, petit ut sibi permitteretur adorare manum sanctam ab eo, qui illam servabat. Is autem concessit postulatum. Cum vero is in his esset, et quod afferebat aurum latenter, tanquam sub prætextu adorandi, humi effudisset, recta processit ad adorandum. ÆditLuus autem, ut qui avidis oculis ad aurum aspiceret, cucurrit ad illud colligendum. Ille autem, qui petierat, ut sibi liceret adorare, cum se incurvasset, et totum se in loculum inclinasset, divino sauciatus desiderio, cum venerandæ dexteræ pollicem osculando, et labra admovendo mordicus dentibus abscidisset, et occultasset, a templo quam primum recessit. Cum autem jam dies adventasset sacrificii, et civium eorumque, qui circumhabitabant, collectum esset theatrum, accedit pater puellam adducens ad sacrificium. Et cum fuisset prope draconem, et eum vidisset vasto ore hiantem, et horrendis sibilis eos, qui audiebant, terrentem, et sacrificium desiderantem, sacrum illum et venerandum digitum in mediam gulam jaculatus, ejus jactu statim quoque mortem ei attulit.

XIV. His sic gestis, pater quidem vivam filiam domum reducit, et lacrymis simul et gaudio plenus, et admirabilem, et quæ præter opinionem acciderat, filiæ narrans redemptionem. Qui autem circumsistebat populus, insigni miraculo obstupefactus, ingentes Deo agebat gratias. Quo factum est, ut Præcursori templum illic construerent, ubi factum fuerat miraculum, quod nominarunt κρεμαστὸν, id est, suspensum, sive propterea, quod supra terram sit solum templi elevatum, sive quod ad tantam ædificiorum sublimitatem ejus sit extensa latitudo, ut conspicientibus prope videatur pendere in aere. In quo cum hunc sacrum et mirificum digitum deposuissent, eum festis honorant anniversariis, miraculum, quod factum fuerat, per commemorationem transmittentes ad posteros. Dicitur etiam aliud quoque mirum tale fieri signum. Hujus scilicet sanctæ manus aliquando quidem extendi digitos, aliquando vero contrahi, quorum extensione quidem significari fertilitatem fructuum, contractione autem inopiam et penuriam.

XV. Cum autem multi, qui ante nos fuerunt, imperatores hanc manum desiderassent quovis modo possidere, nec sinere, ut tantum bonum maneret apud barbaras gentes, quæ partes illas occuparant, captivum; augebatur quidem, ac vigebat ejus rei desiderium, sed modus, quo id possiderent, nullo modo inveniri poterat. Et cum eis aliquando visum esset, dando pecuniam, talem comparare thesaurum, aerem, ut est in proverbio, pugnis cædebant. Desiderabatur ergo ab omnibus, a quibus nomen Christi est invocatum : et quicunque in ejus rei versabatur cogitatione, Deum rogabat gemitibus inenarrabilibus, ut benignis oculis suum aspiceret populum, et ejus eum efficeret possessorem et spectatorem. Quoniam autem divinæ Providentiæ sunt omnia præfinita, ei qui omnia præscivit ante mundum conditum, despicienti tempora nostræ inscientiæ, placuit per multas suas miserationes, ut in hac quoque generatione revelaretur hoc magnum et insigne miraculum, in qua Constantinus et Romanus, qui digni sunt magnis laudibus, ab ipso ortu purpureis fasciis involuti, regebant habenas imperii. Id autem est venerandæ Præcursoris manus exportatio, et revocatio.

XVI. Modus autem revocationis, est valde mirabilis et præter opinionem. Nam vir quidam, qui erat relatus in sortem diaconorum Antiochiæ civitatis, Job nomine, superne inspiratus, et divino zelo repletus, apud se cogitabat, possetne Præcursoris suffuratus dexteram, eam donum desideratum largiri Christianis; atque adeo ad talem processit experientiam. Pulchrum templum et excelsum sub nomine Petri apostolorum principis positum est in ea civitate. In hujus vestibulo cum suam is fecisset habitationem, cum sacrorum, quæ illic erant, vasorum custode iniit amicitiam, ut ea de

Digitized by Google

causa tentaret cum ipso tota nocte venerandæ manus assidere loculo. Postquam autem petitioni non annuit is, cui credita fuerat custodia, inopinatum quid cogitans, ad aliam transit machinationem. Cum sumptuosa et lauta mensa eum exhilarasset, et amice eum ad bibendum invitando, ad profundum et morti similem somnum deduxisset; et per quamdam fenestram intempesta nocte se in templum demisisset, sensim et sine strepitu, sacro aperto loculo (o rem et factu et auditu terribilem!) accipit pretiosam, quæ desiderabatur, dexteram et summo silentio reversus, diligenter quidem apud se servat, quod furatus fuerat, ne cognosceretur ab aliquo barbarorum.

XVII. Hinc egreditur Antiochia, et iter iniit magno metu affectus, ne res fieret manifesta inimicis, ad exsequendum propositum multis sæpe utens precibus. Locum autem loco, et civitatem civitate commutans, festinabat ad exitum. Cumque lethiferas illas vias sic pervasisset, pervenit ad fines Romanos, magnum quidem illum metum excutiens, audacius autem et confidentius festinans ad regiam civitatem. Postquam vero fidelis imperator ejus rescivit adventum, et re admirabili fuit obstupefactus, Christo quidem non poterat agere gratias pro dignitate, ut quem insperatum impediret gaudium: eos autem, qui hoc sanctum cum hymnis, lampadibus et unguentis essent suscepturi, et ad ipsum allaturi, emisit: ut sicut ipse vox clamantis in deserto parare vias Domini, et semitas rectas facere, jussus erat; ita etiam ipsi Christianam ingredienti civitatem, et a qua ejus gratia non longe aberat, pararentur honesti et decori ingressus. Cum ergo appropinquaret Chalcedonem, navis quidem emissa est imperatoria, et pontifex cum sacerdotibus, et quicunque ex senatu erant clari et illustres simul, ut sacrum illum thesaurum inferrent in regiam, cum quibus fidelium quoque multitudo urbe egressa, mari ei navigarunt obviam, ut eum deducerent.

XVIII. Postquam autem fuit susceptus in manus pontificis, et ejus ferebatur ulnis, et in mare ascendit, licebat videre ipsam quoque aquæ naturam placidam et tranquillam, mollibus fluctibus ante navem exsilientem, et ad imperatores ejus cursum

A dirigentem. Porro autem aliquid quoque accidit aliis magis admirabile, et dignum manu veneranda Præcursoris. Aderat enim dies festus sanctorum Luminum, in quo vera illa Lux, Jordanis fluenta complectens, humanæ naturæ contritionem reformavit. Et quoniam præcedente die jejunio præpurgamur, accidit ut in ipsa hora vespertina, in qua mos est Christianis peragere sanctificationem, divina manus advenerit: quam cum Christi amantissimus imperator, tanquam cœleste donum et ab interitu alienum suscepisset, et amplexus esset, desideriique et fidei lacrymas effudisset, reponit in medio templorum regalium, adeo ut omnes crederent illum ipsum adesse Baptistam, etsi sub aspectum non caderet, et propositas aquas sua

B sanctificare dextera. Hinc canebantur hymnodiæ spiritus, illata lumina templum illuminabant, omnium oculi ad sacram capsam erant aperti, et aspectu hauriebant sanctificationem.

XIX. Sic quidem cum festum sanctorum Theophaniorum, et sic etiam sequens, in quo sacri Præcursoris memoria est altius nobis tradita, quippe qui divini baptismatis mysterio inservierit, peregissemus et celebravissemus, judicavimus par esse manus quoque honorare depositionem festis annuis, hac quoque connumerata aliis ejus festis, ut ex rebus illius nihil sit non gloriosum et admirabile. Et nunc ecce adest hoc festum clarum et insigne post circularem anni ambitum, distillans nobis imbres miraculorum, et ea afferens, quæ sunt fu-

C tura animis nostris conducibilia. Est ergo nobis proposita omni ex parte gloriosa et veneranda manus Baptistæ et Præcursoris, incorporeis circumdata virtutibus, quæ admirantur sancti Spiritus virtutem quæ in ea habitat. Quodnam ergo est hoc templum hodie pulchrius? Quænam ædes divina venerabilior et magnificentior hac, in qua hic sacer et divinus thesaurus repositus, innumerabilium luminum splendore cum cœlestibus contendit spectaculis? Sub quibus quæ superne descendunt gratiæ sancti Spiritus, dispensantur pro modo uniuscujusque fidei, eorum, qui laudant et celebrant, animabus: in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et potentia in sæcula sæculorum. Amen.

Digitized by Google

ANNO DOMINI CML

NICEPHORI PRESBYTERI CP.

VITA S. ANDREÆ SALI.

COMMENTARIUS PRÆVIUS CONR. JANNINGHI

S. J.

(Acta SS. Bolland., Maii die 28, t. VI.)

De S. Andreæ familiaribus, Epiphanio, postea patriarcha, et Nicephoro, scriptore Actorum, horumque stylo, et ætate ac cultu Sancti.

1. Sapientis profecto stultitiæ actorem in scenam A producimus sanctum Andream, cui ab ea quam egit persona, vivendique inter homines ratione, adhæsit cognomentum *Salus* seu *Stultus*. Theatrum habuit amplissimum Constantinopolim universam, spectaculum factus Deo, angelis et hominibus, sed alio atque alio modo : Deo quidem et angelis sapientissimi, hominibus vero stolidissimi personam sustinere visus. Neque tamen omnibus omnino hominibus ita visus est : fuere unus et alter præcipue, quibus institutum ipsius innotuerat ; videlicet ille ipse, qui Vitam conscripsit Nicephorus, Ecclesiæ S. Sophiæ presbyter ; et nobilis juvenis Epiphanius, postea monachus, ἀλλαγέντος καὶ τοῦ ὀνόματος ἐν σχήματι, ut dicitur num. 24, mutato cum veste nomine, et ex monacho patriarcha Constantinopolitanus ; uterque Andreæ arcto necessitudinis vinculo conjunctus. Et Nicephorus quidem auctor fuit Andreæ istiusmodi vitæ rationem amplectendi, ejusque in omnibus consiliarius et moderator ; qui proinde arcanorum conscius, nil mirum est, quod tam mirabiles ejus visiones et exstases rescire potuerit ac litteris mandare. Epiphanius vero, adolescens præclarus in primis, notitiam Andreæ divinitus assecutus, primo statim congressu ex ipso didicit, cathedram sibi Constantinopolitanam manere ; in eaque sententia deinde a morituro propediem confirmatus est. Qui et totum eidem animæ suæ statum detegens, in dubiis consiliarium, in periculis adjutorem habuit. Colloquia, inter utrumque habita, occurrunt frequenter admodum ; aliaque eximiæ virtutis exempla, ad Epiphanium præcipue spectantia, leguntur tam multa, ut, si ascriptus sanctis foret, et certo constaret quo nomine dictus patriarcha fuerit, non modica illius vita inde colligi posset.

2. Verum quando is assumptus ad patriarchatum fuerit, difficile est divinare : eo quod monachus, uti dictum est, factus, dimisso Epiphanii nomine, assumpserit aliud, juxta sancti prædictionem ; quale autem assumpserit nusquam hic exprimatur. Videamus tamen, num qua via possimus eo pertingere, ipsum quo Andreas vixit tempus indagando. Dicitur hic a Theognosto quodam, Orientalis militiæ duce, in servitutem emptus servus, « imperium moderante Christi amantissimo imperatore Leone, et additur τοῦ Μεγάλου, ut prima fronte videri possit ejus nominis primus, appellatus, passim a scriptoribus, Magnus, qui regnavit ab anno 457 ad 74 : annis autem 43 post Leonis B istius obitum, factus est patriarcha sanctus Epiphanius, 25 Augusti recolendus, et sedem tenuit annis 16. Itaque hæc non male convenire judicans scriptor alterius, cum quo Vitam contulimus, codicis, inter alia quæ abbreviando omisit, etiam de mutatione nominis tacuit. Sed præterquam quod Vitæ auctor Nicephorus eo utatur stylo, qui longe posteriorem ætatem sapiat ; dicitur Andreas, num. 15, illusisse mundo, « quemadmodum ille olim admirabilis Symeon, » utique et ipse « propter Christum stulti sapiens imitator, » qui colitur 1 Julii : hic autem stultitiam simulare cœpit imperante Mauritio ; annis ut minimum quinquaginta post Epiphanii patriarchæ mortem.

3. Quærendus ergo nobis est alius Leo, idemque Amantissimus Christi, atque ob res præclare C gestas Magnus cognominari dignus. Talis autem istius nominis nullus fuit ante eum, quem alii Sapientem, alii Philosophum appellare solent, Basilii Macedonis filium. Nam Leo Isauricus, ejusque nepos Copronymi filius Leo, Chazarus a materno genere dictus, ac denique Leo Armenus, Iconomachi omnes, non merentur hic commemorari. Regnavit autem Leo Philosophus ab anno 886 ad

Digitized by Google

911. Demus igitur natum Andream sub annum 880, emptum in servitutem fuisse an. circiter 898, cœpisse stultitiam simulare anno fere 910, amicitiam autem inivisse cum Epiphanio annos necdum viginti nato sub annum 950; obierit ipse, sextum supra sexagesimum ætatis annum agens, an. Christi circiter 946, sedem Constantinopolitanam tenente Theophylacto, Romani imperatoris filio; cui sub an. 962 vita functo, successerit hic noster Epiphanius, novo, quem cum habitu assumpserat nomine, dictus Polyeuctus: de quo Cedreni Epitome sic habet: « Exstincto Theophylacto... sufficitur Polyeuctus monachus, Constantinopolitanus, longoque tempore monastica vita cum laude functus: » Hæc omnia nostro ante monachatum Epiphanio quadrant; uti etiam quod idem Polyeuctus variis occasionibus imperatorum indignationem incurrerit, pro publico bono vel legibus ecclesiasticis decertans; quod etiam convenit jam dicto antea Epiphanio, quem S. Andreas prænuntiavit, num. 251, non solum patriarcham, sed et confessorem pro Christi nomine futurum. Nec obstat quod Polyeuctum Cedrenus dicat fuisse a parentibus castratum, noster vero Epiphanius legatur graves carnis tentationes passus: ab his enim liberos non esse eunuchos (quorum etiam inter principum filios ab olim Constantinopoli nimis quam multi fuerunt) docere nos poterit sanctus Joannes Chrysostomus hom. 65 in Matthæum asserens, eos qui castrati non sunt « haud ita ingentibus concupiscentiæ fluctibus jactari, » quam qui « aut a natura eunuchus est, aut ab hominibus eam injuriam passus. » Sedit autem Polyeuctus, inter multas quas fortiter sustinuit procellas Romanæ Ecclesiæ firmiter inhærens, æque ac sui eodem sæculo decessores successoresque, usque ad annum ab Incarnatione Domini 980 et ultra.

4. Porro completam fuisse sancti de futuro ejus patriarchatu prophetiam, quando scribebatur Vita, videtur indicare auctor, sic finiens: « Conscripsi mirabilem hanc et celebri fama vulgandam Vitam religiosissimi sanctissimique Patris Andreæ, ea in præsentem commentarium referens, quæ partim oculis meis vidi, partim didici ex Epiphanio, facto hic deinde reverendissimo archiepiscopo, secundum ipsius Sancti prædictionem. » At cujus ætatis tunc fuerit auctor, quem jam inde a principio simulantæ stultitiæ Andreas habuit arbitrum conscientiæ suæ, atque adeo haud multo minore quadragenario reperit? Fuisset is profecto jam fere centenarius, quando is de quo agitur patriarcha, quocumque appelles nomine, sedem conscendit. Quomodocunque enim chronologiam ordines, manebit, quod Nicephorus scriptor (qui sacerdos erat, quando Andreas adhuc juvenis stultum agere cœpit; eidemque defuncto post annos ætatis 66 supervixit) admodum grandævus esse debuerit, qui Epiphanium, moriente Andrea, non valde annosum, post plures in monasterio annos traductos, factum viderit patriarcham. Quapropter vereor ne, ut alia quædam, sic etiam locus iste, qui videtur meminisse prophetiæ impletæ, sit interpolatus. Ut autem hoc verear, facit primo, quod nulla ratione sit verosimile, dilatam fuisse tam mirabilis vitæ scriptionem annis tam multis, et non potius exaratam esse recenti adhuc utriusque tam Nicephori quam Epiphanii memoria. Secundo quod vix credibile sit, adeo jejunam mentionem faciendam fuisse suscepti ab Epiphanio ex Sancti prædictione monachatus, ac deinde patriarchatus; et illud quod is tunc gessit nomen silentio prætereundum, si prius quam ista fierent, Vita non fuisset conscripta. Quoniam autem utrumque ms. in eamdem consentit phrasim, dicendum esset, quod in ipso originali primo facta interpolatio sit, cum Vita illa esset in lucem efferenda diu post mortem Auctoris.

5. Hoc tamen posito minus certum manet, quod dictus in illa Vita Epiphanius, fuerit in ordine patriarcharum nuncupatus Polyeuctus, potius quam Antonius, qui post Polyeuctum et Basilium (monachum quidem et ipsum, sed Scamandria in Asia Minori oriundum) ex Constantinopolitano Studii monasterio assumptus, circa an. 980, deinde post sextum sui patriarchatus annum, suo munere abdicarit, Sclero Barda, duce exercitus, insurgente contra imperatores Basilium et Constantinum, et paulo post obiit. Tali vero casu solum opus esset, sub extremos Leonis Sapientis annos emptum Andream, cœpisse stultitiam simulare circa annum 920, obiisse vero circa 956; cum Nicephorus quidem jam esset septuagenarius aut eo major; Epiphanius vero, tunc necdum tricenarius annis postea ut minimum 20 in monasterio vixerit, antequam fieret patriarcha; in quo, si ipse Polyeuctus esset, solum vixisse potuisset annis 12 vel 14.

6. Cæterum ex tempore hoc vel illo, quo diximus obiisse Sanctum, facile est rationem reddere, cur in Græcorum Menæis ac Synaxariis, adeo ille ignotus sit, ut in unico dumtaxat, eoque recentiori Divionensi, hactenus repertus fuerit a magistris meis Henschenio et Papebrochio. Etenim quæcunque illi viderunt in membranis exarata, antiquiora fere sunt, aut saltem ex antiquioribus descripta, nec ullos habent illius ævi sanctos: si tamen, præter hunc occultum mundo, insignes aliquos sanctos habuit Græcia, Photiano schismate diu abjuncta ab unione catholica, et tunc quidem ad illam regressa pro tempore, non tamen ad pristinum religionis fervorem; unde eam denuo in idem schisma relabi contigit, multo quam ante deterius, auctore Sergio, sub annum millesimum facto patriarcha, ex genere impiissimi Photii. Illud autem in charta linea scriptum Synaxarium, quod Chiffletianum sæpe nominamus, ad hanc 28 Maii sic habet: Ὁ ἅγιος Ἀνδρέας, ὁ διὰ Χριστὸν σαλὸς, ἐν εἰρήνῃ τελειοῦται. *S. Andreas, qui propter Chri-*

Digitized by Google

stum stultus fuit, in puce vitam finit. Tum more tere suo hoc subjicit distichon :

Παύλου τὸ ῥῆμα, καὶ μεταστὰς Ἀνδρέας,
Ἡμεῖς, διὰ Χριστόν γε μωροὶ, κραυγάζει.

Quod Paulus olim cecinit ; hinc Sanctus migrans,
Nos stulti amore Christi, et Andreas canit.

7. Prædictæ porro obscuritatis apud posteros potest etiam alia duplex causa assignari : tum quod ipso vivente paucissimis, uti dictum est, ejus agendi modus et occulta sanctitas innotuerit, a plerisque pro stulto et dæmoniaco habiti : tum quod post mortem, ablato divinitus corpore, nullæ ejus reliquiæ superfuerint. Ex priore factum est, ut nemini, præterquam familiaribus suis in æstimatione esset ; adeoque soli Nicephoro, spirituali ejus Patri, curæ fuerit ejus adnotare gesta quæ noverat, cum infinita cum laterent, nec raro talia, ut in admirationem raperent spectatores ; sed quod ab homine dæmoniaco proficisci putabantur, dæmonis potius quam divinæ ascribebantur virtuti. Ex posteriore patet, nullum sacrosanctis ejus reliquiis deferri cultum ac venerationem, nulla ad eas patrari miracula, nec admodum diu earum memoriam in animis hominum residere potuisse : si quidem quæ procul a conspectu nostro, etiam plerumque procul ab animo remota sunt. Relictus quidem post raptum corporis sancti divinus odor, primum pauperculæ cuidam mulieri, tum aliis plurimis eo accurrentibus, testimonium præbebat eatenus ignoratæ hominis sanctitati. Vitam tamen, licet statim a morte scriptam, crediderim de industria suppressam fuisse, et ab Epiphanio asservatam ; quoadu que hic factus patriarcha prædictionem Sancti de se factam implevit. Tum vero, mortuo verosimiliter jam pridem auctore, data in lucem sit ; patriarcha ipso affirmante vera, sibique certo cognita fuisse, quæcunque Nicephorus scripserat ; itaque initium aliquod datum cultui, per nominis inscriptionem in Synaxariis quibusdam ; quod tamen plerosque Synaxariorum transcriptores fugerit.

8. Ad Vitam ipsam quod attinet, duplex illius nacti sumus exemplar, quorum alterum descriptum nobis e bibliotheca Vaticana sub nota numeri 1574 cum hoc titulo, Βίος καὶ πολιτεία τοῦ μακαρίου Ἀνδρέου τοῦ Σαλοῦ, τοῦ εἰς τὸ Βυζάντιον τῆς θεοφυλάκτου πόλεως ποιήσαντος ἑαυτὸν παραπαίοντα. *Vita et conversatio B. Andreæ Sali qui Byzantii, urbe divino præsidio tuta, seipse stultum simulavit.* Alterum e Bibliotheca eminentissimi cardinalis Mazarini commodavit nobis, tantisper cum ms. nostro conferendum et alterum ex altero corrigendum supplendumque, R. P. Jacobus Quetif, sub hoc titulo · Βίος καὶ πολιτεία τοῦ μακαρίου Ἀνδρέα, τοῦ διὰ Χριστὸν Σαλοῦ, συγγραφεὶς παρ' Νικηφόρου, ἱερέως τῆς τοῦ Θεοῦ ἁγιωτάτης μεγάλης Ἐκκλησίας. *Vita et conversatio B. Andreæ, qui propter Christum stultus fuit conscripta a Nicephoro, magnæ sanctissimæque Dei Ecclesiæ sacerdote.* Exstat eadem Vita ms. in bibliotheca Viennensi, ut legere est in Bibliotheca Gesneri aucta impressa Tiguri anno 1583, his verbis : « Nicephorus, de Vita Andreæ, liber vetus in quarto ms. bib. Imp. Viennæ. »

9. Ego, Patribus Henschenio et Papebrochio ad tempus aliquod datus adjutor, quemadmodum Vitam sancti Symeonis Stylitæ in monte Mirabili ejusque matris sanctæ Marthæ primus Latinitate donavi ; ita et hanc sancti Andreæ Latinam feci : sed non eadem cum facilitate. Illa enim Symeonis Vita Græca, uti liquida usitatisque passim vocibus et constructionibus conscripta erat sæculo vi exeunte, ita suaviter ad exitum deducta versio est. Hæc vero Andreæ, deficiente jam fere cum majestate imperii etiam linguæ cultura, barbaris ut moribus, sic vocabulis turmatim Constantinopolim se inferentibus, sæculo decimo exarata (ea præsertim quæ e bibliotheca Vaticana descripta est), non modo peregrinis et a veterum Græcorum usu remotis vocibus quam plurimis scatet ; verum etiam per socordiam, vel librarii nostri, vel illius qui Vaticanum exemplar curavit, frequentissimis obsita est scriptionis mendis, iisque sæpe tam absonis, ut sensum difficulter possem conjectando assequi, unde interpretari cupienti non levis sane molestia et mora diutina injecta est. Ut autem eo tempore multum a veteri Græcismo defecerat Romana, quam vocabant, id est Constantinopolitani populi lingua ; ita et grammaticæ ratio valde apparet alterata in ms. Vaticano, in quo constanter legere est, Δευσχήμων et Δευσχημονέω pro Λευχείμων et Λευχειμονέω, Δαιμονιοῦντα pro Δαιμονῶντα, Ἀχροούμενος pro Ἀχροώμενος, contrahendo αο in ου, quod et alias sæpe ; cum deberent vocales istæ contrahi in ω. Simili modo in tertia persona temporis imperfecti εε contrahitur fere semper in η pro ει v. g. Ἐποίη, Ἀπήχη, Ἠδολέσχη, Ἀπευχαρίσθη, pro Ἐποίει, Ἀπήχει Ἠδολέσχει, Ἀπευχαρίστει, sic et εο subinde contrahitur ibidem in η pro ου ; uti Ἠγνόην pro Ἠγνόουν. Frequentissime vero secunda persona præsentis passivi vel medii terminatur in εσαι loco ῃ : qualia hæc ἀναγκάζεσαι, ἀντιτάσσεσαι et alia, pro ἀναγκάζῃ, ἀντιτάσσῃ. Non minus frequentes ω in ο vertitur, dum constanter legitur Γονία et Ἐνοτίζομαι pro Γωνία et Ἐνωτίζομαι. Similiter Ἐμπέκτης, Ἐξέσιος, Ἐσθητήριον, pro Ἐμπαίκτης, Ἐξαίσιος, Αἰσθητήριον, et alia ejusmodi mutata αι in ε. Similes passim aliarum litterarum mutationes, additiones, transpositiones videre erat.

10. Horum pleraque ne perpetuo fere offendiculo essent Lectori, ad communis grammaticæ Græcæque orthographiæ formam reduxi, raro alias usitata in hoc opere licentia. Neque hoc tantum, sed facta utriusque ms. ad invicem collatione, multa in ms. Vaticano obscura ex Mazariniano illustravi, nec paucos in illo omissorum verborum

Digitized by Google

animadversos defectus ex eodem supplevi. Quidquid tamen ex secundo illo contextu sumpsi, vel ad integrandum sensum, vel ad reddendam clariorem periodum, his notis inclusum a contextu Vaticano Græco distinxi, et hujus genuina verba retuli ad adnotationes; æque ac illa quæ subinde exemi contextui, nullis aliis substitutis, quod in Mazariniano deessent, in Vaticano autem nihil magnopere viderentur conferre ad historiam, sed potius eam obscurare. E contrario, quoties in Latino contextu hæc signa videbis [], scito iis inclusa verba Græce haberi in solo Vaticano, in Mazariniano deesse. Est autem Mazarinianus contextus (quantum dijudicare possum) recentior quidem, sed a manu haud paulo observantiore grammaticæ veteris, et quæ prolixitatis tædio integras periodos quandoque omisit; phrasim autem sæpe mutavit eodem servato sensu: estque scriptus liber an. Christi 1286: sic enim ad calcem notatum invenitur: Ἐπληρώθη ὁ παρὼν βίος μηνὶ Μαρτίῳ ιδ' ἔτει ,ϛψϟδ': *Completa est præsens Vita mense Martio die* XIV, *anno* 6794, nempe mundi; qui æræ Christianæ vulgaris an. 1286 respondet. Completa autem seu ad finem deducta dicitur descriptio, non compositio prima: hanc enim sæculo X absolutam esse supra ostensum est.

11. Cæterum lecturos hanc Vitam, quamvis jucundam atque utilem, monitos velim, ut ne tam imitandi institutum viri hujus, quam Deum, vere mirabilem in sanctis suis, laudandi causa id faciant. Certe Andreas ipse famulum quemdam Epiphanii, aut potius parentis ejus, qui multa divinitus de viro sancto ejusque instituto cognoverat, deterruit ab imitatione sui; significans istiusmodi vitam, non nisi peculiari Dei instinctu, amplectendam esse. Quamvis autem id verum sit, poterunt tamen peculiares quædam virtutes cuique imitandæ decerpi, ac præcipue humilitas atque contemptus sui: cætera fere cum episcopo Montis-Pessulani admirare potius, quam imitare: de quo episcopo in eadem epistola prædictus Combefis sic loquitur: « Illustriss. ac reverendiss. Montis-Pessulani episcopus, vir singularis cum pietate eruditionis ac scriptis notus, Franciscus Boschetus, et ipse cum aliis sanctorum Vitis affectus, tanta vitæ Andreæ prodigia resque adeo singulares, cum ejus ei copiam fecissem, vehementius admiratus est. » Lege, et similia senties.

S. ANDREÆ SALI

VITA

AUCTORE NICEPHORO, SANCTI DIRECTORE ET CONFESSARIO.

Ex mss. Vaticano et Mazariniano, interprete Conrado Jamingo Societatis Jesu.

—

PROLOGUS

Cum Syllabo titulorum in solo ms. Vaticano repertorum.

Narraturo mihi vitam viri, multa virtute conspicui, adeste, quæso, charissimi, et arrectis auribus narrationem excipite; talis enim est, ut melleam quamdam fragrantiam et suavitatem voluptatis admodum mirabilem aspiret. Quamobrem oro atque obsecro vos, o filii, ut sedulo auscultantes tantæ voluptatis ac gaudii participes fiatis; quo et ego quoque ipse majori cum alacritate narrationem aggrediar, proponamque vobis præclara viri in vita spirituali facinora. [Habet itaque hunc in modum se principium orationis, de viro mirabili instituendæ.]

α'. Βίον τινὸς ἐναρέτου ἀνδρὸς, ὦ φίλτατοι, μέλλοντός μου διηγήσασθαι, συντείνατε ἑαυτοὺς παρακαλῶ, εἰς τὴν ἀκρόασιν. Ἔστι γὰρ τὸ πρᾶγμα μελλίρρυτον εὐωδίαν ἀποστάζον καὶ γλυκύτητα ἡδονῆς πολυθαύμαστον. Ὅθεν, ὦ τέκνα, ἑτοιμάσθητε μεγαλοψύχως πρὸς τὴν τοιαύτην ἀπόλαυσίν τε καὶ γεγήθησιν (1), δυσωπῶ, ἵνα πλειόνως καὶ αὐτὸς ἔγωγε ἐξαναστῶ πρὸς τὴν ἐγχείρησιν τοῦ πράγματος, καὶ παρατιθῶ ὑμῖν τὰ πνευματικὰ τοῦ ἀνδρὸς ἀριστεύματα. Ἔχει δὲ οὕτω πῶς ὁ λόγος τὴν διήγησιν τῆς ἐνάρξεως τοῦ θαυμασίου ἀνδρός.

Hactenus Prologus in Vatic. qui ex Mazariniano ideo hic etiam exprimitur, ut styli utriusque diversitatem notans peritus lector, possit judicium formare de reliquo contextu.

Βίον θεάρεστον καὶ πολιτείαν ἄμεμπτον ἀνδρὸς ἐναρέτου, ὦ φίλτατοί μοι, βουλόμενος ὑμῖν διηγήσασθαι, νῦν συντείνατε εὐήκοον παρακαλῶ πρὸς τὴν τούτου ἀκρόασιν. Ἔστι γὰρ μελίρρυτον εὐωδίαν ἀποστάζον

(1) Deest vox γεγήθησις ms. Mazariniano: hic autem deinde num. 82 denuo recurrit. Quid illa facias? Si tollas reduplicationem, explicari posset *gaudium* a verbo γηθέω, *lætor, gaudeo*.

Digitized by Google

πνευματικῆς ἡδονῆς. Ὅθεν ἑτοιμάσθητε μεγαλοψύχως πρὸς τὴν τούτου ἀπόλαυσιν· κἀγὼ οὕτως ἐπὶ πλεῖον βιασθῶ πρὸς τὴν τοιαύτην ἐγχείρησιν, καὶ παραδῶ ὑμῖν τὰ πνευματικὰ τοῦ ἀνδρὸς ἀριστεύματα.

Ne quid porro ex antiquitate depereat, placet huic brevi Prologo subtexere eos titulos, quibus ms. Vaticanum distinguitur, indicato numero paragraphi, ad cujus initium illi notantur

Περὶ τῆς ὀπτασίας.	A De visione.	4
Περὶ τῆς τῶν νεωτεριστῶν ὕβρεως.	De juvenum insolentia.	10
Περὶ τῶν μιμάδων.	De meretricibus.	20
Περὶ τοῦ κνιποῦ.	De avaro.	23
Περὶ τῆς προγνώσεως τοῦ παιδός.	De prævia notitia adolescentis.	25
Περὶ τῆς βίας τοῦ χειμῶνος.	De violenta tempestate.	27
Περὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἁρπαγῆς.	De raptu in cœlos.	37
Περὶ τῆς μεταβλήσεως τοῦ διαβόλου.	De transformatione diaboli.	43
Περὶ Ἐπιφανίου καὶ τῶν φιλοσόφων.	De Epiphanio et philosophis.	46
Περὶ Ἐπιφανίου, καὶ τῆς συναντήσεως τοῦ διαβόλου.	De Epiphanio, et diaboli occursu.	48
Περὶ τοῦ ἑψήματος.	De edulio.	51
Περὶ τῆς προγνώσεως τοῦ εὐνούχου.	De prævia notitia eunuchi.	57
Περὶ τῶν οἰκετῶν Ἐπιφανίου.	De famulis Epiphanii.	65
Περὶ τῆς ἁμάξης.	De plaustro.	69
Περὶ τοῦ φλέγεσθαι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ καύσωνος.	B Quomodo adustus calore fuerit.	70
Περὶ τῆς ἀνοίξεως τῶν πυλῶν.	Quomodo fores apertæ sint.	71
Περὶ τῆς συναντήσεως τοῦ διαβόλου.	De occursu diaboli.	78
Περὶ τοῦ νεανίου τοῦ κλέπτου.	De adolescente fure.	80
Περὶ τῆς θέας τοῦ πλουσίου.	De visione divitis.	82
Περὶ τῆς Ἐκκλησίας.	De Ecclesia.	90
Περὶ τῆς προγνώσεως τῶν ἁγίων.	De prævia sanctorum scientia.	96
Περὶ τῆς αἰτήσεως τοῦ ἀναστῆλαι τὴν θνῆσιν.	De petitione ut mortalitas cessaret.	98
Περὶ τοῦ λωποδύτου.	De fure.	100
Περὶ τοῦ μοναχοῦ.	De monacho.	106
Περὶ τοῦ νεανίσκου.	De adolescente.	114
Περὶ τῆς γυναικός.	De muliere.	129
Περὶ τοῦ πειρασμοῦ.	De incendio.	135
Περὶ τῆς ὁράσεως τοῦ ἁγίου Δαβίδ.	De visione sancti David.	141
Περὶ τοῦ φειδωλοῦ.	C De avaro.	143
Περὶ τοῦ νεανίσκου Ῥαφαήλ.	De adolescente Raphael.	149
Περὶ τοῦ ἁμαρτήσαντος τὴν ἁγίαν Κυριακήν.	De peccante in sanctam Dominicam.	155
Περὶ τοῦ ἁμαρτωλοῦ.	De peccatore.	187
Περὶ τῆς θέας τοῦ ἁγίου Ἀκακίου	De visione sancti Acacii.	200
Περὶ τῆς θέας Παναγίας ἐν Βλαχέρναις.	De visione Sanctissimæ in Blachernis.	203
Περὶ τοῦ παγκακίστου πλουσίου.	De pessimo divite.	205
Ἐνταῦθα ἀρχὴ ὠδινῶν.	Hic de principio dolorum.	212
Ἐρώτησις περὶ τῆς ἁγίας Σοφίας.	Interrogatio de sancta Sophia.	221
Περὶ τῆς ἐσχάτης ὁμιλίας τοῦ ἁγίου πρὸς τὸν Ἐπιφάνιον.	De supremo colloquio Sancti cum Epiphanio.	225

CAPUT I.

Andreæ servitus et docilitas. Occasio vitæ sanctioris. Visio.

β'. Ἀνήρ τις ἦν ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐπὶ τῆς βασιλείας Λέοντος τοῦ φιλοχρίστου βασιλέως τοῦ Μεγάλου. Ὄνομα αὐτῷ Θεόγνωστος. Οὗτος ἦν τετιμημένος τῇ τοῦ πρωτοσπαθαρίου ἀξίᾳ παρὰ τοῦ εὐσε-

D 2. Imperium moderante amantissimo Christi imperatore Leone Magno (1), erat Constantinopoli vir quidam, Theognostus nomine, protospatharii (2) dignitate a pio imperatore honoratus, qui deinde

(1) Jam dixi Leonem Philosophum intelligi qui vel Magnus etiam sæculo IX dictus sit, vel interpolante textum librario hic pro illo suppositus, ut inveniretur aliquis Epiphanii patriarchatu anterior.

(2) Erat ea dignitas magni nominis apud Græcos, eoque præditi *illustres* et *gloriosi* appellabantur. Protospatharius porro, primus seu princeps est spathariorum, id est, custodum corporis imperatoris, ut loquitur Cedrenus : a *spatha*, quod fere spatiosus atque amplus gladius interpretatum legitur

Digitized by Google

in Oriente (3) copiis præesse jussus est. Quamvis autem plurima viro famulorum turba esset, alios nihilominus atque alios quotidie sibi pretio comparabat; quos inter is quoque numerabatur, cujus modo gesta tenuitati nostræ illustranda veniunt. Erat is natione Scytha; præstabat omnibus, quos dominus coemerat, docilitate ac ingenio; excellebat dignitate corporis tam eximia, ut domino suo placeret admodum, eique in oculis esset, atque ad usus necessarios minister adhiberetur. Posita igitur mora omni, mox traditur sacrarum Litterarum scientia imbuendus; etiam tum idiomatis Græci ignarus. At vero ut singulari pollebat ingenii perspicacitate, quascunque propositas a magistro rerum sacrarum disciplinas pervasit subito ac penetravit. Didicit quoque usitatum istic loci idioma, Græcum aio, ad stuporem magistri, tantam in discendo celeritatem admirantis. Hinc primus inter notarios evasit: translatus quippe e studiorum palestra ad notarii (4) munus, operam domino suo non inutilem præstitit: cui exinde omni qua poterat cura ac sedulitate serviens, conciliavit sibi animum amoremque illius, uti et dominæ, ac omnium domesticorum.

δοῦς βασιλέως· ὃς γε καὶ στρατηλάτης ἔσχατον ἐγένετο ἐν τοῖς ἀνατολικοῖς μέρεσιν. Οὗτος ὁ ἀνὴρ πολλοὺς μὲν καὶ ἄλλους οἰκέτας ἐκέκτητο· ὠνήσατο δὲ καὶ ἑτέρους, ἐξ ὧν εἷς ὑπῆρχεν οὗτος, ὁ νυνὶ εὐφημίζεσθαι παρὰ τῆς ἡμετέρας εὐτελείας ἐπειγόμενος. Ἦν δὲ τῷ γένει Σκύθης. Ὁπηνίκα οὖν αὐτὸν ὠνήσατο ὁ κύριος αὐτοῦ σὺν τοῖς λοιποῖς, ὑπὲρ πάντας οὗτος παιδιώτερος ἐχρημάτιζεν. Ἦν δὲ καὶ περιδέξιος τῇ σωματικῇ ὁράσει σφόδρα, ὥστε ἀρεσθῆναι ἐν αὐτῷ πάνυ τὸν κύριον αὐτοῦ, καὶ εἰς ὄψιν αὐτοῦ εἶναι αὐτὸν, καὶ εἰς τὰς ἀναγκαίας χρείας ἐξυπηρετεῖν αὐτῷ. Παραχρῆμα οὖν μὴ μελλήσας, δίδωσιν αὐτὸν παιδεύεσθαι τὰ ἱερὰ Γράμματα [οὔπω Ἑλληνιστὶ ὁμιλεῖν εἰδότα]. Νηφάλεος δὲ ὢν τῇ διανοίᾳ ἑαυτοῦ ὁ παῖς, ἐν τάχει ἐξέμαθεν ἅπαντα τὰ παρατιθέμενα αὐτῷ παρὰ τοῦ διδασκάλου αὐτοῦ θεῖα μαθήματα. Ἔμαθεν δὲ καὶ τὴν αὐτόθεν γλῶσσαν, λέγω δὴ τὴν Ἑλλάδα, ὥστε ξενίζεσθαι αὐτοῦ τὸν διδάσκαλον τὴν ταχεῖαν τῆς μαθήσεως ἐπιστήμην. Καὶ ὅτι καὶ νοτάριος πρώτιστος ἐγένετο· λοιπὸν γὰρ ἐκεῖθεν ἀρθεὶς, φημὶ τοῦ διδασκαλείου αὐτοῦ, ἦν εἰς Νοτάριον χρησιμεύων τῷ κυρίῳ αὐτοῦ. Διηκόνει οὖν ποίῳ τρόπῳ ἔκτοτε ὁ παῖς τῷ δεσπότῃ αὐτοῦ μετὰ πάσης ἐπιμελείας καὶ σπουδῆς, ὥστε ἀγαπηθῆναι αὐτὸν παρὰ τοῦ δεσπότου αὐτοῦ, καὶ τῆς δεσποίνης αὐτοῦ, ὁμοίως καὶ παρὰ πάντων τῶν ἐν οἴκῳ τοῦ κυρίου αὐτοῦ ἀναστρεφομένων.

3. At vero plura etiam benevolentiæ signa ipsi exhibuit Theognostus, peculiarem ejus curam benevole gerendo, eique largiendo proprias quas deponebat vestes; ut subinde qui conspicabantur Andream, dicerent, elegantius famulum amiciri quam dominum. Frequentabat ecclesiam quoque, ut vere dicam, insatiabili cum desiderio ac assiduitate: delectabatur mirum in modum lectione certaminum quæ sancti martyres subierunt, ac præcipue Vitarum, quas viri Deum semper in oculis atque animo gerentes vixerunt; adeo ut toto corde inflammaretur, viso illorum ardenti amore ac desiderio; et necessario excitaretur ad imitandum. Statuens enim per se ipse sanctius vitæ institutum aggredi, tali modo famulatum Deo præstare exorsus est. Proripuerat se aliquando, sanctos imitatus, e lecto nocte intempesta, ac orationi vacabat; cum fraudulentus dæmon, livido intuitus oculo tam præclara adolescentis exordia, accessit propius; cœpitque obtensas domui, in qua morabatur, fores fragore vehementissimo pulsare: unde

γ'. Πλείονας δὲ φιλοτιμίας ἐδίδου αὐτῷ ὁ Θεόγνωστος ὡς εὐνοϊκῶς τὰ περὶ αὐτοῦ διακείμενος, καὶ τὰ ἀποφορέματα (5) αὐτοῦ παρεῖχεν αὐτῷ, ὥστε τοὺς βλέποντας αὐτὸν λέγειν, ὅτι Ὁ οἰκέτης ὑπὲρ τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην σεμνοτέροις χρᾶται τοῖς χιτῶσιν ἑαυτοῦ. Ἐσύχναζε δὲ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ, ὡς ἀληθῶς εἰπεῖν, ἀκόρεστος, καὶ ἠγάπα τοῦ ἀναγινώσκειν τὰ τῶν ἁγίων μαρτύρια· μᾶλλον δὲ καὶ τοὺς βίους τῶν θεοφόρων ἀνδρῶν τοσοῦτον, ὥστε καίεσθαι τὴν καρδίαν αὐτοῦ εἰς τὴν τούτων φαιδρὰν ἀγάπην τε καὶ ἐπιπόθησιν, ἐξ ἀνάγκης καὶ εἰς μίμησιν αὐτῶν διεγείρεσθαι. Ἀφ' ἑαυτοῦ γὰρ βαλὼν ἑαυτῷ ἀρχὴν τῆς ἀγαθῆς πολιτείας, τοιῷδε τρόπῳ τῷ Θεῷ δουλεύειν ἀπήρξατο. Ἐν μιᾷ γὰρ νυκτὶ ἀναστὰς τῆς κλίνης αὐτοῦ, κατὰ μίμησιν τῶν ἁγίων, ἐν τῷ μεσονυκτίῳ προσεύξεσθαι· φθονήσας ὁ δόλιος δαίμων τὴν καλὴν τοῦ νέου ἀρχὴν, προσελθὼν ἤρξατο προσκρούειν δεινοτάτῳ πατάγῳ τὰς προσούσας θύρας τῷ οἰκήματι, ἐν ᾧ αὐτὸς κατέμενεν. Σπασθεὶς οὖν τῷ φόβῳ ὁ νέος, ἐάσας τὴν εὐχὴν, καὶ ταχέως τῇ κλίνῃ ἐπιβὰς, τοῖς αἰγιομάλλοις (6) αὐτοῦ κατεκρύ-

(3) Oriens respectu Constantinopolis fere intelligitur Asia Minor, vulgo Natolia, per apocopen initialis litteræ A nuncupata.

(4) « Notariorum, inquit Meursius in Gloss. hic, duo erant genera: hi ipsam artem factitabant; illi profitebantur et adolescentes docebant..... Eorum vero, qui artem factitabant, tria rursus erant genera: hi palatio inserviebant, isti militiæ, illi ecclesiæ. » Plura de his varii, quos vide in Glossario du Cange. Hic noster, si non fuerit παιδοδιδάσκαλος Theognosto, convenientius dicetur fuisse secundi generis, seu inservisse militiæ; et sic non inutilem operam præstitisse domino, utpote copiis in Oriente præfecto

(5) Ἀποφορέματα *vestes* expono: idque suadent tum mox sequentia de elegantioribus famuli quam domini vestimentis; tum etiam clarissime, quæ hoc loco habet ms. aliud ἄμφιον σχῆμα.

(6) *Αἰγιομάλλοις*. Eadem quoque vox in ms. Mazarin. est. Videtur ab αἶξ *capra* et μαλλὴ vel μαλλίον, quod Græco-barbare pro *lana* et *crinibus* usurpatur compositum: et 20 Januarii in Vita S. Euthymii num. 139, Μαλλὸς *lana* invenitur dicta. Atque hinc intelligi possit *stragulum* aut *vestis* e *lana caprina*. Verum ne de istiusmodi lana contentio sit, vocem magis universalem reponere malui.

Digitized by Google

πτετο· ὁ δὲ Σατανᾶς τοῦτο ἰδὼν ἐχάρη, ὁ μηδέποτε χάριν ἰδὼν τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ· καί φησιν ὡς πρός τινα ὁμοιοτρόπον αὐτοῦ· Ἴδε ὁ τὰ σέλη (7) ἐσθίων, καὶ αὐτὸς ἤδη καθ' ἡμῶν ἀνδρεύεται! Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἀνεχώρησεν.

δ'. Ἀπὸ τοῦ φόβου δὲ ὕπνῳ βαθυτάτῳ συσχεθεὶς ὁ μακάριος, ὁρᾷ καὶ ἰδοὺ ὅτι ὢν ἐν θεάτρῳ, καὶ ἦν ἐν τῷ ἑνὶ μέρει τοῦ θεάτρου πλῆθος Αἰθιόπων πολλῶν, συναγωγή τις ἀφόρητος (8), καὶ ἐν τῷ ἑτέρῳ πλῆθος λευσχημονούντων καὶ ἑτέρων ἀνδρῶν ἱεροπρεπεστάτων. Εἶχον δὲ τὰ ἑκάτερα μέρη συζήτησίν τινα πρὸς ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους περὶ δρόμου καὶ πάλης· οἱ γὰρ Αἰθίοπες, Μαῦρόν τινα μέγιστον κεκτημένοι, ἐζήτουν τῇ συναγωγῇ τῶν λευσχημόνων, Ὁποῖός ἐστιν ὁ μέλλων τρέχειν καὶ παλαίειν μετὰ τοῦ Μαύρου ἐκείνου; οὐδεὶς γὰρ αὐτῷ ἀντέστη ἔλεγον πώποτε, κἂν τάχα μετὰ πολλῶν αὐτοῦ προσπαλαίσαντος ἀπ' αἰῶνος ὡς ἔφασκον· ἦν γὰρ χιλίαρχος τῆς πολλῆς ἐκείνης λεγεῶνος τοῦ Σατανᾶ. Ἐν ὅσῳ οὖν ἐκεῖνοι ταῦτα ἐκαυχῶντο, καὶ αὐτοῦ ἑστῶτος καὶ ἀκροωμένου, καὶ τῶν λασχημόνων ἐπαπορούντων, εἷς τις νεανίας ἐκ τῶν ἄνωθεν καταβὰς πάνυ ὡραῖος, κατεῖχεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τρεῖς στεφάνους· ὧν ὁ μὲν εἷς πάνυ ἐξηνθισμένος, χρυσίῳ καθαρῷ καὶ βασιλικῷ ἐχρημάτιζεν· ὁ δὲ ἕτερος, ὥσπερ ἀστέρας τοὺς ἀτιμήτους λίθους τε καὶ μαργαρίτας κύκλωθεν καὶ ἑκατέρωθεν περιεῖχεν ἀστράπτοντας· ὁ δὲ τρίτος ἦν μεγεθέστερος ὑπὲρ τοὺς δύο, ἀπὸ πάσης ἀνθήσεως ῥόδων, καὶ κρίνων, καὶ φυτῶν, καὶ τανῶν τοῦ παραδείσου τοῦ Θεοῦ συμπεπλεγμένος, ὥστε εἶναι αὐτὸν καὶ ἀμαράντινον, καὶ τοσαύτην ἔχειν εὐοσμίαν, οἵαν νοῦς ἀνθρώπου παραστῆσαι οὐ δύναται.

ε'. Ἰδὼν οὖν ταῦτα ὁ Ἀνδρέας ἠνιᾶτο καὶ ἐγλίχετο, πῶς, ἢ ποίῳ τρόπῳ δυνήσεται κἂν ἕνα λαβεῖν, ἀπὸ τῶν στεφάνων ἐκείνων. Καὶ προσελθὼν λέγει τῷ εὐειδεῖ νεωτέρῳ ἐκείνῳ. Οὕτως ἔχοις τὸν Χριστὸν (9), | εἰπέ μοι, πιπράσκεις ταῦτα; τάχα γὰρ οὐκ ἀπορῶ αὐτὰ ἀγοράσαι· ἀλλ' εἰ μικρὸν συμπάθης μοι, πορευθεὶς μηνύσω τῷ κυρίῳ μου, καὶ αὐτὸς δίδωσίν σοι ὅσον βούλῃ χρυσίον, καὶ λαμβάνει αὐτά. Ἔφη αὐτῷ ὁ νεανίας μειδιῶν τῷ προσώπῳ· Πίστευσόν μοι, ἀγαπητὲ, ὅτι τοῦ κόσμου τὸ χρυσίον εἴ μοι ἐνέγκῃς ἓν τῶν ἀνθέων τρόπῳ τοιούτῳ οὐ παρέχω οὔτε σοὶ, οὔτε τινὶ ἑτέρῳ, ἀλλ' οὖν οὔτε τῷ νομιζομένῳ κυρίῳ σου. Οὐ γάρ εἰσι ταῦτα τοῦ ματαίου

juvenis, metu perterritus, relicta oratione, confestim in cubile se recepit, ac stragulis involutum abdidit. Quo viso, Satanas, cujus nunquam oculos quod rectum est recte afficit, summopere gavisus dicit cuidam ejusdem secum farinæ : Ecce ille etiam, qui fabis vescitur, quam præclare adversum nos rem gerit! Cumque hæc dixisset, inde abiit.

4. Beatus vero Andreas, remittente se metu, somno altissimo correptus, deprehendit se per visionem in theatro, cujus in altera parte plurimorum Æthiopum numerosa turba, in altera multitudo virorum, candidis indutorum vestibus, ac decore, et sanctimonia conspicuorum. Quæstionem de cursu et lucta movebant inter se utrobique Æthiopes, quos inter Maurus quidam versabatur mole corporis insigni : sciscitabantur e candidatorum turba, quisnam congredi cum illo seu cursu seu lucta auderet : nullus quippe unquam, dicebant, ipsi resistendo par fuit, tametsi cum pluribus a multo jam tempore congressus : erat enim chiliarcha numerosæ istius satanicæ legionis. Inter has illorum jactationes, quas in medio consistens audiebat Andreas, turba candidatorum animis pendente; descendit e loco superiore juvenis admodum formosus, tres manu coronas tenens : quarum una, nimium quantum radiabat auro purissimo et præstantissimo; altera circumquaque per ambitum distinguebatur gemmis inæstimabilibus ac margaritis, non aliter quam stellis cœli rutilantibus; tertia demum, prioribus duabus amplior, ex omni florum genere, rosis, liliis, surculis, herbisque variis paradisi cœlestis plexa, immarcescibilis erat, tantamque diffundebat odoris suavitatem, quantam sibi mens hominis imaginari difficile potest.

5. Conspicatus hæc Andreas discruciabatur animo, ardebatque scire, quo pacto vel unam istarum coronarum nancisci posset. Et propius accedens ad illum formæ eximiæ juvenem : Ita, inquit, propitius tibi Christus sit; dic age, utrum hæc venalia proponas : illico namque emere non dubitarem : verum si vel tantilla mei te tangat miseratio, abiens, quæso, indicabo domino meo, persoluturo tibi quantum exegeris pretii, ut illa auferat. Placido ad hæc vultu subridens ille, Credas mihi velim, ait, charissime, si quidquid in mundo divitiarum est comportaris obtulerisque, non tibi, non alteri cuivis, non tuo, quem memoras, domino vel unum ex hisce

(7) Ὁ *τὰ σέλη ἐσθίων*. Eadem recurrunt num. 78, sed nihilo clarior sensus cernitur. Cibi genus innui manifestum est : at cujus difficilis conjectura est, uti et alias sæpe erit. Ego, *qui fabis vescitur*, interpretor, non quod sic putem explicari recte, sed ne nihil ponendo morer Lectorem. Credibile tamen est, viliores quosdam cibos e leguminibus herbisve designari; qualibus initio ad subigendam gulam vesci solebant illi, qui ad serviendum Deo adjiciebant animum : quorum vestigiis insistentem Andream dæmon hic irridere videatur. Si autem velis τὸ σέλος cupedias significare, exprobrantis id fuerit quasi dicentis : Ecce hic etiam, qui delicatis e mensa domini sui cibis farcitur, nobiscum congredi non veretur.

(8) Ἀφόρητος intolerabilis quidem vertitur; verum hanc vocem non semper in propria significatione sumi, sed etiam pro *multus*, *ingens*, *singularis*, tum hoc loco, tum clarius etiam mox num. 6 constat, ubi ἐπὶ ἀφορήτας ὥρας et εὐωδία ἀφόρητος dicitur : pro quorum primo Maz. habet expresse ἐπὶ πολλὴν ὥραν.

(9) Ita Maz, aliquanto clarius quam habebat nostrum, Ὄντως σὺ ἔχεις Χριστόν.

Digitized by Google

flosculis addixero: ne ue enim vani hujusce mundi isthæc ornamenta sunt, ut suspicaris; verum thesauri cœlestes et coronæ Christi, quibus coronantur illi qui Mauros istos profligant. Si vero, non unam solummodo, sed omnes res reportare desideras; veni et accingere pugnæ, cum Æthiope isthoc nigra fuligine asperso committendæ: quod si superior fueris, non his modo tribus, sed quotquot volueris, et quidem longe speciosioribus, a me donaberis. Cum hæc audisset Andreas, posita in verbis illius fiducia: Crede mihi, inquit, exsequar quæcunque dixisti: solummodo id rogo, ut insidias et machinamenta Æthiopis me edoceas. Adhæc juvenis: Tune igitur hæc ignoras? audi. Neutiquam generosi sunt Æthiopes; sunt autem meticulosi, sunt imbelles, sunt viribus destituti. Neque te terreat ingens ipsius, quæ apparet statura: tam debilis quippe et fragilis est, quam caules et olera. His aliisque dictis, tironem suum quasi ungens et animans formosus ille juvenis, apprehendit ipsum et quodammodo colluctans, docuit, quo pacto Æthiopi resistendum esset: ac tandem dixit ei in aurem: Cum te sublatum [in gyrum] egerit (ita enim fore, mihi certum est) cave consterneris, sed confllige cum ipso in signo sanctæ crucis et videbis gloriam Dei.

6. Tunc igitur B. Andreas in medium processit cum Æthiope pugnæ aleam subiturus: exclamavitque voce magna: Prodi tandem, prodi teterrime, abjecte, commodorum nostrorum invide: age sis, nos duo simul in arenam descendamus. Postquam talia percepisset Æthiops; cuncta flatu dejiciens ac horrendum fremens, celerrime et ipse in medium procurrit, arreptumque Andream in gyrum vertit ad longum tempus; ita ut plauderent præ gaudio Æthiopes; candidati vero præ dolore ingemiscerent: videbatur namque tam valide a Mauro allidi solo, ut oculi ejus excuterentur. At vero dum Andreas in gyrum agitur, muniens sese sacrosancta cruce tanto impulsu dæmonem in terram dat, ut capite ad petram alliso dejectus statim disparuerit. Cum ecce candidatorum ingens plausus, et suavissimæ exsultantium voces insonuere, ac B. Andream supinis manibus suis in sublime extulerunt; exosculatique ad unum omnes, unguentis quibusdam spiritualibus ipsum inunxerunt. Tum vero dissipatis subito, quotquot aderant, non sine confusione Mauris, ipsi quoque evanuerunt. Juvenis porro iste, dignitate eximius, immarcescibiles coronas Andreæ dono dedit; quas portans multa perfundebatur voluptate, quia fragrantia inde manabat singularis. Denique amplexatus ipsum, Macte animo, inquit, ex hac hora nobis eris et ami-

A κόσμου τούτου, ὡς ὑπενόησας· ἀλλὰ τ...ά εἰσιν θησαυροὶ ἐπουράνιοι, καὶ στέμματα τοῦ Χριστοῦ, οἷσπερ καταστέφονται οἱ τοὺς Μαύρους ἐκείνους πατάσσοντες. Ἐὰν θέλῃς μὴ μόνον τὸν ἕνα, ἀλλὰ καὶ τοὺς τρεῖς λαβεῖν, προσελθὼν πάλαισον τὸν Αἰθίοπα ἐκεῖνον τὸν ἠσβολωμένον (10), καὶ ἐὰν ἡττήσῃς αὐτὸν, οὐ μόνον τούτους, ἀλλὰ καὶ ἑτέρους ὅσους ἂν βουληθῇς καὶ μάλα εὐειδεστέρους κομίσῃ παρ' ἐμοί. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἀνδρέας ἐπὶ τῷ λόγῳ ἐθάρσησεν, καὶ λέγει πρὸς αὐτόν· Πίστευσόν μοι, ποιῶ τὰ λεγόμενα· μόνον δίδαξόν με τὰ μηχανήματα αὐτοῦ. Ἔφη ὁ νεανίας· Τί οὖν; οὐκ ἐπίστασαι ταῦτα; οὐχὶ γὰρ οἱ Αἰθίοπες θρασεῖς εἰσιν καὶ δειλοὶ, καὶ σεσαθρωμένοι καὶ ἀνίσχυροι. [Καὶ μή B σε θροήσῃ τὸ τῆς ὁράσεως αὐτοῦ μέγεθος· ὡς γὰρ λάχανον, οὕτως ὑπάρχει σαθρὸς καὶ ἀνίσχυρος.] Ταῦτα οὖν εἰπὼν καὶ ἄλλα τινὰ πλείονα πρὸς ὀλειφὴν τοῦ νέου, κρατήσας αὐτὸν ὁ εὐειδὴς ἐκεῖνος νεανίας, ὡς δῆθεν παλαίων μετ' αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτὸν τὸ, πῶς ἀντιστῇ τῷ Αἰθίοπι. Καὶ ἐπὶ τέλους λέγει αὐτῷ εἰς τὸ οὖς αὐτοῦ, Ἡνίκα σε ἄρῃ εἰς γύρον, ἐγὼ γὰρ οἶδα τοῦτο, σὺ μὴ θροηθῇς, ἀλλὰ [συμπλάκηθι αὐτῷ (11) σταυροειδῶς, καὶ ὄψῃ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ.

ϛ'. Ἐξῆλθεν οὖν μακάριος τότε πρὸς τὴν πάλην εἰς τὸ μέσον ἔναντι τοῦ Αἰθίοπος, καὶ λέγει μεγάλῃ τῇ φωνῇ· Δεῦρο λοιπὸν, ἠσβουλομένε, ταπεινὲ, C ἀνωφέλητε, ἵνα ἅμα οἱ δύο παλαίσωμεν. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Αἰθίοψ, τὸ τάχος ἔδραμεν, ἀποφυσῶν καὶ μεγάλα φρυαττόμενος, καὶ ἁρπάζει τὸν Ἀνδρέαν γύροις ἐπὶ ἀφορήτους ὥρας, ὥστε κροτεῖν τοὺς Αἰθίοπας χαρὰν, καὶ στεγνάζειν τοὺς λευσχήμονας· ἐδόκουν γὰρ ὅτι δίδωσιν αὐτὸν ὁ Μαῦρος εἰς τὴν γῆν, ὥστε ἐξωθεῖν τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ. Γυροβολούμενος δὲ ὁ Ἀνδρέας, καὶ (12) [συμπλακεὶς αὐτῷ σταυροειδῶς, πατάσσει αὐτὸν εἰς τὴν γῆν], καὶ ὁ τοιοῦτος δαίμων ἔτυχον αὐτοῦ τὸ κράνιον εἰς πέτραν, καὶ κατενεχθεὶς παραυτὰ διεφάνησε. Κρότος δὲ μεγας τῶν λευσχημόνων, καὶ χαρὰ γλυκυτάτη τότε ἐγένετο, καὶ ἥρπασαν τὸν μακάριον ἐφ' ὑψηλοῦ ταῖς παλάμαις αὐτῶν ὑπτίαις, καὶ κατεφίλουν αὐτὸν ἅπαντες, χρίοντες μύροις πνευματικοῖς. D Τότε οὖν τῶν Μαύρων ἐκείνων πάντων σκορπισθέντων, μετὰ μεγάλης αἰσχύνης ἀνεχώρησαν· καὶ ἐδωρήσατο αὐτῷ ὁ εὐειδὴς ἐκεῖνος νεανίας τοὺς ἀχράντους στεφάνους, καὶ ἐτέρπετο μεγάλως φορῶν αὐτοὺς, ὅτι εὐωδία ἀφόρητος ἀπ' αὐτῶν ἐξεφέρετο. Τέλος ἀσπασάμενος αὐτὸν λέγει· Ὕπαγε καλῶς, ἀπὸ τῆς ἄρτι ἔσῃ ἡμέτερος καὶ φίλος καὶ ἀδελφὸς γλυκύτατος. Τρέχε οὖν τὸν καλὸν ἀγῶνα γυμνὸς, καὶ γενοῦ σαλὸς δι' ἐμὲ, καὶ πολλῶν ἀγαθῶν δεσ-

(10) Ἠσβολουμένον. Quod modo dixi, hic quoque intelligi debet, eamdem ob causam relinqui a nobis hanc vocem, ut in ms. nostro hic et seq. num. constanter habetur. Cum alioqui recta scribendi ratio postularet ἠσβολημένον: ab ἀσβολάω, *fuligine inficio, polluo*, quod recte convenit nigro Mauro.

(11) Quod hujus loco ponebatur in ms. Vatic. κόνδυασον αὐτὸν, et infra δίδωσιν κόνδυν, peregrinum prorsus olet. Multo clarius et in Mazariniano, quod hic utrobique supposui.

(12) Pro his legebantur παραχθεὶς, δίδωσιν τὸν δαίμονα κόνδυν.

Digitized by Google

ποτης καθίσεις ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς βασιλείας μου (13). cus et frater suavissimus; decerta igitur generose oulatus omnibus, atque adeo fac stultus fias propter me; et multorum bonorum dominus in die regni mei considebis.

CAPUT II.

Stultitiam simulans vincitur, revelationibus illustratur, oppugnatur a dæmoniis et liberatur, ad serviendum Deo vocatur.

ζ'. Ταῦτα ἀκούσας ὁ μακάριος, ἀπὸ τοῦ βαθυτάτου ὕπνου ἐκείνου ἔξυπνος ἐγένετο, καὶ ἦν θαυμάζων τὸ γεγονὸς αὐτῷ τῆς εὐωδίας θέαμα· ἐμύριζεν γὰρ τὴν ὄψιν αὐτοῦ εὐωδία τις φρικτὴ, ἀόρατός τε καὶ ἀκατανόητος. Ἔρχεται οὖν πρός με πρωΐας τὸν ἀνάξιον, καὶ θαῤῥεῖ μοι τὸ πρᾶγμα ὡς ἦν. Καὶ ἐξέστην ἔγωγε τοῦ μακαρίου τὴν ἔκστασιν ἀκούσας, μάλιστα δὲ καὶ τὴν ὄψιν αὐτοῦ ὁρῶν αἴγλην ἐκπέμπουσαν καὶ εὐωδίαν θεϊκὴν, φρικτὴν καὶ ἀσύγκριτον (15). Ἐσκεψάμεθα οὖν οἱ ἀμφότεροι τὸ πρᾶγμα, καὶ ἐκρίναμεν τοῦ σχηματίσαι ἑαυτὸν εἰς τάξιν δαιμονῶντος καὶ μαινομένου (16) διὰ τὸν εἰπόντα αὐτῷ, ὅτι Γενοῦ σαλὸς δι' ἐμὲ, καὶ πολλῶν ἀγαθῶν δεσπότης καθίσεις ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς βασιλείας μου. Ἄλλως γὰρ διαδρᾶσαι τοῦ σωματικοῦ δεσπότου οὐκ ἠδύνατο· διότι δυσκόλως τις τὸν ἑαυτοῦ οἰκέτην ζῶν ἀπολύσῃ (17) ἐλεύθερον, καὶ μάλιστα εἰς ἐργασίαν θεϊκὴν τοῦ διαβόλου ταῦτα ἀπὸ τοῦ φθόνου κωλύοντος.

7. Cum hæc insonuissent auribus B. Andreæ, e somno profundissimo experrectus est; ac mirabatur secum, quod oblatum senserat, plenum fragrantiæ spectaculum: delibuta quippe erat facies illius suavitate quadam odoris, sacra, invisibili, et quam assequi mens ulla hominis nequit. Venit igitur bene mane ad me indignum, et confidenter quod acciderat exponit. Obstupui ego, tali audita exstasi; idque vel maxime, cum faciem illius rutilare pulchro lumine viderem, et fragrantiam sentirem, divinam prorsus et singularem. Tum ambo rem maturius expendentes, judicavimus e re fore, si ipse in ordinem dæmoniacorum atque insanientium se transferret illius causa, qui dixerat, Fac stultus fias propter me, et multorum bonorum dominus in die regni mei considebis. Neque enim aliter effugere potuit, cui quoad corpus serviebat, dominum: propterea quod difficillime subducere se possit quispiam heri sui potestati, præsertim si pietatis operibus se addicere meditatur, diabolo istiusmodi consilium oræ invidia interturbante.

η'. Τῇ δὲ ἐπιούσῃ νυκτὶ, ὥρας οὔσης μεσονυκτίου, ἀναστὰς προσηύξατο· καὶ μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτὸν τὴν εὐχὴν αὐτοῦ, λαβὼν μάχαιραν, ἐπορεύθη εἰς τὸ φρέαρ τὸ πλησίον τοῦ κοιτῶνος τοῦ κυρίου αὐτοῦ. Καὶ ἐκδυσάμενος ἅπερ ἐφόρει ἱμάτια, ἤρξατο λεπτοκοπᾷν ταῦτα τῇ προσούσῃ αὐτῷ μαχαίρᾳ, καὶ ὥσπερ σεληνιαζόμενος, ῥήματά τινα τοῦ φυρμοῦ προεβάλλετο λέγειν, ὃν τρόπον οἱ σεληνιαζόμενοι πράττουσιν. Ἐξύπνου δὲ γενομένου τοῦ κυρίου αὐτοῦ (18), ἤκουεν τὰς αὐτοῦ ὁμιλίας, καὶ ἐξενίζετο τὸ τί ἂν εἴη ταῦτα καὶ μάλιστα ἐν τοιαύτῃ ὥρᾳ. Ὑπέλαβεν οὖν, Δηλονότι πνεῦμα πονηρόν ἐστι τοῦ φρέατος, καὶ αὐτομολεῖ τῇ ὥρᾳ ταύτῃ παρακροῦσαί τινα τὸν πρόχειρα εὑρίσκεσθαι, βουλόμενον. Ἡσύχαζεν οὖν τῷ τοιούτῳ τρόπῳ μέχρι πρωΐας, καὶ τῇ αὐγῇ ἀπῆλθεν ὁ μάγειρος αὐτοῦ τοῦ γεμῆσαι ὕδωρ, καὶ θεασάμενος τὸ γεγονὸς τῷ Ἀνδρέᾳ ἐξέστη. Ἐάσας οὖν τὴν ὑδρίαν αὐτοῦ, ἀνήγγειλεν ταῦτα τῷ κυρίῳ αὐτοῦ ἔτι ψάλλοντι τὰ ἑωθινά. Ἐξέστη οὖν ὁ κύριος αὐτοῦ ἀκούσας ταῦτα, καὶ ὅτι ὁ Ἀνδρέας φησὶν παρατραπεὶς, ἐν τῷ στομίῳ τοῦ φρέατος κάθηται. Κατῆλθεν οὖν εὐθέως ἐκεῖνος αὐτὸς τοῦ

8. Sequenti porro nocte, jam intempesta, consurgens e strato, precationi se dedit; qua persoluta, accepit gladium et abiit ad puteum, qui proxime a domini sui cubiculo aberat: ubi exutus suis vestibus, minutatim cœpit illas concidere gladio, quem comportarat; ac jacere in medium voces quasdam absonas absurdasque, ad eum prorsus modum quo lunatici consuevere. Quas cum experrectus dominus ejus percepisset, miratus est quid sibi illæ vellent, præsertim tali hora ac tempore: et suspicatus tandem, malum ipsius putei genium esse, qui tali hora discurreret circumventurus quem primum occupasset, quieti se reddidit ad usque diluculum: quo illucescente exiit coquus aquæ hauriendæ gratia, conspicatusque cum stupore, quod acciderat Andreæ; relicta hydria, domino suo, etiam tum matutinas preces persolventi, cuncta renuntiaturus, accedit. Obstupuit ille similiter audito coquo; Andream a statu mentis dejectum, considere ad os putei, referente; descenditque confestim, comitante familia tota, rem inspecturus. Et illorum quidem pars maior lugebant plurimum Andreæ

(13) Magis mihi placet quod in Mazar. legitur, καὶ πολλῶν ἀγαθῶν μέτοχόν σε ποιήσω ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, « Et multorum te bonorum participem faciam in regno cœlorum. »

(14) Erat constructio hæc admodum mirabilis, solis casibus rectis cum verbo junctis: quare quod ponebatur ἡ ὄψιν αὐτοῦ, mutavi τὴν ὄψιν αὐτοῦ, aliquanto clariorem faciens sensum.

(15) Illa ex Maz. hic interjecta, videntur in nostro ms. paulo ante, aliquibus mutatis, relata: quia tamen hæc illis belle respondent, interserenda duxi.

(16) Ms. Vatic. habebat μὴ αὐτῷ παραδειγματίσαι· τέως δὲ ἐκεῖνον ἑαυτὸν εἰς τάξιν δαιμονιώντος μεταστῆσαι.

(17) Vitiosissime legebat Vaticanum, Δεσπότην ἐξαποστέλλῃ, pro οἰκέτην.

(18) Quæ hic aliquot versibus continuis de domino dicuntur, desunt alteri ms.

Digitized by Google

causa, rati, ita vere miserum in modum a dæmonibus affectum esse : dominus vero ipse, admodum tristis ob famuli sui casum infelicem, nullo penes se suosque reperto mali remedio, jussit ipsum in venerandum sanctæ martyris Anastasiæ templum, quod est in Macelæ tractu, deportari, Sanctæque catenis vinciri ; data ecclesiæ custodi pecunia, quo accuratior ipsius cura gereretur.

A ἰδεῖν αὐτὸν, καὶ πᾶς ὁ οἶκος αὐτοῦ ἅμα αὐτῷ συνεπέστη αὐτῷ. Καὶ οἱ πλείονες ἐθρήνουν ἐπ' αὐτῷ, εἰκάζοντες ὅτι ἐπ' ἀληθείας οὕτως ἀπὸ δαιμόνων παρεκρούσθη · ὁ δὲ κύριος αὐτοῦ πάνυ λυπηθεὶς ἐπὶ τὸ συμβεβηκὸς αὐτῷ, καὶ μήθ' ἓν εἰς τοῦτο ἰσχύων αὐτῷ ὠφελῆσαι, εἰς τὸν σεβάσμιον ναὸν τῆς ἁγίας μάρτυρος Ἀναστασίας (19), εἰς τὰ δὴ Μακέλλου φημὶ ἐκεῖσε αὐτὸν ἀπενεχθῆναι προσέταξε, καὶ ἐν τῇ ἁλύσει τῆς ἁγίας βληθῆναι δεδήλωκεν, δοὺς ἀργύρια τῷ παραμονίτῃ (20) τῆς ἁγίας ἐκκλησίας πρὸς περισσοτέραν ἐπιμέλειαν αὐτοῦ.

9. Toto itaque die B. Andreas, peregrina quædam verba in medium jaciens, videlicet uti stolidus, perstrepebat; noctu vero lacrymis precibusque vacans, inclamabat sanctam Christi martyrem Anastasiam, ut conspicuam sese offerens, ipsum consolaretur, significando an gratum Deo esset, quod acceperat vitæ institutum. Cumque moram lamentis precibusque aliquantam interponeret, ecce astiterunt conspicuæ mulieres quinque, et senex unus; qui multa gloria insignis, ac pedibus admodum formosis obambulabat in conspectu Andreæ. Porro circumeuntes singulos, qui istic detinebantur, infirmos visitabant; cumque obiissent omnes, ad Andream quoque deveniunt, constititque propius senex, et post ipsum comites ejus sanctæ mulieres. Post hæc intuitus ipsum senex oculo irretorto, leniter arridebat, videbaturque animo quiddam volvere utilitatis non modicæ. Conversus itaque ad matronam cæteris splendidiorem, facete admodum : Domina, inquit, Anastasia, non huic medicaris tandem aliquando? Cui illa : Domine magister, jam adfuit ipsi præsentior medicus, non indigenti posthac rei cujusvis : is enim qui dixit : Fac stultus fias propter me, et multorum bonorum dominus in die regni mei considebis ; idem tam præsto ipsi futurus est, ut altero deinceps medico non sit opus ; novit namque artem quam didicit, eamque non dimittet quoad spiritum duxerit : fiet autem Deo nostro vas electum, sanctificatum, dilectumque in Spiritu. Excepit senex : Noveram ego quoque isthæc, domina mea ; sed ex magno erga hunc affectu istum sermonem intuli.

θ'. Δι' ὅλης οὖν τῆς ἡμέρας ὁ μακάριος τὰ νόθα αὐτοῦ, ὡς δῆθεν παραφρονῶν, ῥήματα ὡμίλει · τῇ δὲ νυκτὶ ἐθρήνει καὶ προσηύχετο παρακαλῶν τῇ μάρτυρι τοῦ Χριστοῦ ὀφθῆναι αὐτῷ, καὶ παραμυθήσασθαι αὐτὸν, εἰ ἀρεστόν ἐστι Θεῷ τὸ ἐγχείρημα, ὃ ἤρξατο (21). Μικρὸν οὖν αὐτοῦ θρήνους καὶ τῆς εὐχῆς παυσαμένου, ἰδοὺ ὀφθαλμοφανῶς πέντε γυναῖκες τοῖς ἐκεῖσε ἐπέστησαν, καὶ εἷς τις γέρων, δόξῃ πολλῇ κλεϊζόμενος ἔμπροσθεν αὐτοῦ ὡραίοις ποσὶν περιπατῶν περιώδευεν. Περιερχόντες δὲ, καὶ τοὺς ἐκεῖσε ἀσθενεῖς ἐπεσκέπτοντο ἕνα καθ' ἕνα· καὶ διαβάντες τοὺς λοιποὺς ἔρχονται καὶ ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἐν πρώτοις ἔστη ὁ γηραιὸς, καὶ ἀπ' αὐτοῦ αἱ ἅγιαι ἐκεῖναι γυναῖκες. Εἶτα θεωρῶν αὐτὸν ὁ γέρων ἐκεῖνος ἀνενδότῳ ὄμματι, γλυκύ τι ὑπεμειδία πρὸς αὐτὸν, τι ἀγαθὸν πάντως ἐν ἑαυτῷ στοχαζόμενος. Λέγει οὖν καὶ τῇ λαμπροτέρᾳ γυναικὶ ὥσπερ χαριεντιζόμενος· Κυρία Ἀναστασία, οὐκ ἰατρεύεις τί ποτε; Λέγει ἐκείνη αὐτῷ, Κύριε, ὁ Μαγίστωρ ἄλλος ἠρτυσεν, καὶ οὐκέτι δέεταί τινος· ὁ γὰρ εἰπὼν ταῦτα, Ὅτι γενοῦ σαλὸς δι' ἐμὲ, καὶ πολλῶν ἀγαθῶν δεσπότης καθίσεις ἐν τῇ βασιλείᾳ μου, ἐκεῖνος αὐτὸν ἰάτρευσεν, καὶ λοιπὸν ἰατροῦ χρείας οὐ δέεται. Εἶδε γὰρ τὴν τέχνην, ἣν ἔμαθεν, οὐκ ἐάσει αὐτὴν μέχρι τῆς ἐσχάτης αὐτοῦ ἀναπνοῆς, ἀλλὰ γενήσεται τῷ Θεῷ ἡμῶν σκεῦος ἐκλεκτὸν, ἅγιον, καὶ ἠγαπημένον ἐν Πνεύματι. Ἔφη ὁ γέρων· Εἴδειν κἀγὼ, κυρία μου, ταῦτα, ἀλλὰ μετριοπαθῶν πρὸς τοῦτο τὸν λόγον λελάληκα.

10. Talia inter se vidente Andrea locuti, pa-

ι'. Ταῦτα εἰρηκότες, βλέποντος τοῦ Ἀνδρέα, καὶ

(19) Idem pluribus explicat ms. Mazar. ὃν (ναὸν) ἐδείματο ὁ εὐσεβὴς Λέων ὁ Μακέλλης. Fuit autem Constantinopoli duplex ecclesia S. Anastasiæ; quarum altera ad Pelagum, varias vicissitudines passa, innuitur Novatianorum fuisse a Socrate lib. VII, cap. 39. Altera, primum in formam oratorii non magni accommodata a S. Gregorio Nazianzeno, deinde a variis aucta et instaurata est; in quam et reliquias S. Anastasiæ postea Sirmio translatas esse testatur Nicephorus Callisti, lib. XIV, cap. 10. Estque hæc Anastasia, quam φαρμακολύτριαν, veneficiorum solutricem appellant, unde etiam maniaci eidem curandi sistuntur et energumeni, sicut hinc discimus : agemus de ea 25 Decembris. Prædictus Nicephorus, uti et Menæa, templum illud in Porticibus Domnini collocant; cum hic εἰς τὰ Μακέλλου, uti habebat ms. pro Μακέλου, in Macelæ tractu fuisse dicatur. Sed non reperio tractum ipsius nominis apud Du Cange : habet tamen lib. IV, cap. 7, num. 5, ex Codino et *Originibus CP.* in eius sequentia : « Admirandum templum Sanctæ Resurrectionis (idem illud est cum S. Anastasiæ, de quo agimus) in Mauriani tractu ædificavit propriis sumptibus S. Martianus. « Addunt *Origines CP.* ineditæ : « Ex divitiis Asparis, qui a Leone interfectus fuerat. » Unde et factum dicit Baronius, sub finem anni 470 ut Leo ipse *Macelles*, nempe *interfector*, fuerit cognominatus. Papias quoque vocem *Macelare* interpretatur *Occidere*, verosimiliter eadem ratione, qua locus cædendorum animalium dicitur *Macellum*, et sic etiam hic scribitur per duplex λ.

(20) Παραμονίτης, alias παραμονάριος et προσμονάριος uti paulo inferius ; *Mansionarium* Latini appellant ; estque æditus seu custos et conservator ecclesiæ, reliquiarum, clavium etc. Omnium notio innuit, non procul a templo, sed conjunctum ei domicilium seu mansionem fuisse; uti etiam convenit.

(21) Nescio quid hoc loco sibi velit quod in nostro erat ms. ὥς γε πώς.

Digitized by Google

δόντες αὐτῷ τὴν εἰρήνην, ἔνδον τοῦ ναοῦ εἰσῆλθον χάριν τοῦ προσεύξασθαι· οὐκέτι δὲ τὸ λοιπὸν τὸ οἱονεὶ ἀπ' αὐτῶν ἢ ἐξελθόντα ἢ εἰσελθόντα καθεωράκει μέχρις ἂν ὁ ὄρθρος ἐπέστη, καὶ τὸ ξύλον ἔκρουσεν ὁ προσμονάριος. Ξενισθεὶς οὖν ὁ μακάριος τῷ πνεύματι ἐδόξασε τὸν Θεὸν, καὶ τῇ μεγαλομάρτυρι ἀπηυχαρίστησεν, τῇ ταχυτάτῃ ἐπὶ τὴν δέησιν αὐτοῦ. Καθεσθεὶς οὖν ἐν ὅλῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐν τοῖς δεσμοῖς, οὐδενὸς ἐγεύσατο, ἀλλὰ τὰ νόθα αὐτοῦ ῥήματα ἐπεφθέγγετο. Καὶ δὴ τῆς νυκτὸς πάλιν κατὰ τὸ σύνηθες καταλαβούσης, καὶ ἀγρυπνοῦντος αὐτοῦ, καὶ πρὸς τὸ μεσονύκτιον πάλιν κατὰ τὸ σύνηθες δεήσεις καὶ ἱκεσίας λανθανόντως, ἐν τῷ κρυπτῷ ταμείῳ τῆς καρδίας αὐτοῦ, τῷ Θεῷ καὶ τῇ μάρτυρι προσφέροντος, ἄφνω ἔρχεται πρὸς αὐτὸν ὁ διάβολος μετὰ πλήθους δαιμόνων, κατέχων ἀξίνην ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ· κἀκεῖνοι δὲ, ἤγουν οἱ δαίμονες, οἱ μὲν μαχαίρας, οἱ δὲ ῥόπαλα, ἄλλοι σπάθας καὶ ῥομφαίας, ἕτεροι δὲ καὶ σχοινία· χιλίαρχος γὰρ ἦν ὁ δράκων ἐκεῖνος, διὰ τοῦτο πολλὰ δαιμόνια ἐληλύθει πρὸς αὐτὸν, τοῦ ἀνελεῖν τὸν μακάριον. Βρύξας οὖν μακρόθεν ὁ λυσσόγερος, τοιούτῳ γὰρ σχήματι ἐφαίνετο, ὥσπερ γέρων Αἰθίοψ, ὥρμησεν κατὰ τοῦ ἁγίου τοῦ πατάξαι αὐτὸν τῇ ἀξίνῃ τῆς χειρὸς αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ συνδαίμονες αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ

ια'. Καὶ τοῦ Μακαρίου τὰς χεῖρας πρὸς Κύριον μετὰ δακρύων πολλῶν ἀναπετάσαντος, καὶ τοῦτο μόνον εἰρηκότος, Ἅγιε Ἰωάννη Θεολόγε, βοήθει μου, εὐθέως βροντὴ γέγονεν ἀφ' ὕψους, καὶ ἦχός τις, ὡς ἀπὸ ὄχλου· καὶ ἰδού τις γέρων μέγας, μεγαλόφθαλμος, ὡς ἀναφάλα (22) μικρὸν, ἔχων τὸ πρόσωπον λαμπρὸν ὑπὲρ τὸν ἥλιον, καὶ πλῆθος πολὺ μετ' αὐτοῦ, λέγει τοῖς σὺν αὐτῷ μετὰ θυμοῦ· Ἀσφαλήσατε τὰς πύλας, καὶ μηδεὶς ἐξηλήσει τῶν χειρῶν ἡμῶν. Οἱ δὲ πλείους ἐκείνων ὄντες, τοῦτο διὰ τοῦ τάχους ἐποίησαν. Ὡς οὖν συνελήφθησαν ἅπαντες, λέγει εἷς Μαῦρος τῷ ἑταίρῳ αὐτοῦ ἐν μυστηρίῳ· Οὐαὶ ἡμῖν (23), ὅτι Ἰωάννης πικρός ἐστιν, καὶ δεινῶς ἔχει ἡμᾶς βασανίσαι. Κελεύει οὖν ὁ τίμιος γέρων ἐκεῖνος τοῖς σὺν αὐτῷ, καὶ ἐκβάλλουσιν τὴν ἅλυσιν τοῦ αὐχένος τοῦ μακαρίου Ἀνδρέου· ἣν καὶ λαβὼν καὶ πορευθεὶς πλησίον τῆς ἔξω πύλης, ἔστη καὶ λέγει τοῖς σὺν αὐτῷ· Ἕνα καθ' ἕνα μοι φέρετε. Ἤνεγκαν οὖν τὸν πρῶτον. Καὶ λέγει· Ἁπλώσατε αὐτὸν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ λαβὼν αὐτὸς ἰδίαις χερσὶν τὴν τοῦ Μακαρίου ἅλυσιν, ἐτρίπλωσεν αὐτὴν, καὶ οὕτως δέδωκεν αὐτῷ ὡσεὶ ἑκατὸν μάστιγας· ἔλεγεν δὲ ὥσπερ ἄνθρωπος, τὸ Ἐλέησον, ἐλέησον, ἐλέησον. Μετὰ τοῦτο πάλιν ἥπλωσαν ἕτερον, καὶ ἔλαβεν καὶ αὐτὸς τὰ αὐτά. Ἀκούων ὁ μακάριος Ἀνδρέας τὸ Ἐλέησον, θέλων κἂν μὴ θέλων τῷ γελοίῳ συνείχετο· ἐφαίνετο μὲν τῷ δικαίῳ, ὅτι ὥσπερ ἄνθρωποι, οἱ Αἰθίοπες συνεσχέθησαν, καὶ τύπτονται, καὶ ταῦτα αἰσθητῶς· ἀλλ' ὁ Θεὸς ἐπ' ἀληθείας τούτους ἔτυψεν τοιούτῳ δαρ-

cemque ei impertiti, ad interiora templi precationis causa se intulere: nec deprehensus est illorum aliquis aut egredi aut ingredi amplius, quoad illucesceret, lignumque pulsaret ecclesiæ custos. Miratus itaque B. Andreas in spiritu laudavit Deum, et gratias egit magnæ martyri Anastasiæ, quod tam celeriter ad preces suas adfuisset. Consedit porro die illo toto vinculis constrictus, nihil quidquam cibi gustans; solummodo peregrinas simulatasque voces suas effutiens. At vero recurrentibus, ut solent, tenebris, cum vigilans, circiter noctis medium, consuetas iterum Andreas preces atque vota Deo ac beatæ martyri, in penetrali cordis sui, clam offerret; aggreditur illum repente diabolus, dæmoniis pluribus stipatus, manum armatus ascia: dæmonum autem illorum alii machæris, alii fustibus, quidam gladiis et rhomphæis; reliqui funibus instructi, omnes draconi seu diabolo isti militabant qui chiliarcha erat, et ad quem frequentissimi confluxerant in perniciem B. Andreæ. Cum hisce itaque comitibus suis, sublato eminus ingenti fremitu, infestissimus ille, senem Æthiopem (ita namque apparebat) indutus, magno cum impetu in Sanctum irruit, percussurus ascia, quam manu tenebat.

11. Verum beato juvene manus cum multis lacrymis ad Dominum extollente, atque illud duntaxat precato, Sancte Joannes Theologe, opitulare mihi; illico e sublimi insonuit tonitru, et voces quædam veluti a turba emissæ. Atque ecce adest senex, magnitudine corporis et oculorum conspicuus, calvitio exiguo, facie supra solem rutilante, stipatus multitudine ingenti; quibus et dixit cum iracundia: Obfirmate portas, et nemo ullus evasurus est manus nostras. Illi vero, cum numero præstarent aliis, æque repente jussa capessiverunt. Atque hoc modo conclusis comprehensisque Mauris omnibus, illorum unus socio suo in aurem secreto insusurrat: Væ nobis, quia Joannes ille, ut vehemens imprimis est, gravissima nobis tormenta infliget. Et venerabilis ille senex cum ipso jubente socii e collo B. Andreæ tulissent catenam eique dedissent, procedens ad extimam portam constitit, ac dixit iisdem comitibus suis: Singulos Mauros afferte huc. Allatorumque primum jussit extendi solo, et arreptam propriis manibus Beati catenam triplicavit, sicque misero quasi centum verbera impegit; exclamantis instar hominis: Miserere, miserere, miserere. His peractis alterum extendi mandavit, qui et eodem prorsus modo exceptus est. Interea B. Andreas, audito illorum lamentabili, Miserere; vellet nollet, risu correptus est: videbantur autem ipsi dicti Æthiopes, more hominum constricti, sensibilem in modum flagra subire:

(22) Ms. Mazarinianum vero ἀνάφαλος, recalvaster: sic in *Chronico Alexandrino* Justinianus describitur Ἀναφαλᾶς, quæ omnia eodem recidunt, sed puriori lingua Ἀναφάλαντος dicitur.

(23) Pro isto ἡμῖν, ex Maz. huc translato habebat nostrum, τὴν ὥραν ταύτην καὶ ᾧ ἡμεῖς ἐπλανήθημεν.

Digitized by Google

sti? crede affirmanti, illarum, quæ penes me sunt, voluptatum illa omnium longe minima est. Quod si dictis meis acquiescis, quæcunque possideo ego tua sunt, et faciam te regni mei cohæredem. Atque hæc locutus abiit rex. Beatus vero Andreas e somno experrectus, conservabat omnia in corde suo, et mirabatur, quid tandem isthæc vellent.

A ὁ μακάριος, συνετήρει πάντα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· καὶ ἐξεπλήσσετο τί ἂν εἴη ταῦτα.

15. Jamque transacto quadrimestri, a quo in ecclesia S. Anastasiæ perduraverat, mirati ecclesiæ curatores, nihilo lenius, imo deterius etiam se Andream habere, totius rei dominum ejus commonefecerunt. Qui illis auditis, famulum suum in numerum insanorum ac dæmoniacorum jam referens, jussit vinculis eximi ac dimitti abiturum quo vellet. Ex illo autem tempore discurrens per urbis vicos ac plateas mundum illusit, seniorem illum Simeonem mirabilem (28) probe æmulatus. Cum vero deinde advesperasceret, ad me venit, homuncionem indignum, solum domi meæ decumbentem, cœpitque ridere et faciem suam venerandam lacrymis humectare, et mutuo amplexu in longum tempus innexi, salutavimus inter nos, et cubitum concessimus. Percontanti vero mihi de rerum ipsius statu, quomodo e vinculis, quibus tandiu detentus fuerat, evasisset, enarravit omnia summa cum modestia et mansuetudine: mecum namque solo, fratres et amici mei fidelissimi, sincere ac sine fuco agebat, cum aliis vero aut agebat ut motæ perturbatæque mentis homo, aut non agebat omnino.

ιε'. Μετὰ οὖν τὸ διαρκέσαι αὐτὸν ἐν τῷ ναῷ τῆς μάρτυρος ὡσεὶ χρόνου τετραμηνιαίου, θεασάμενοι οἱ τῆς ἐκκλησίας ὅτι οὐκ ἰᾶται, ἀλλὰ χείρονα τρέπεται, δῆλα τὰ κατ' αὐτὸν τῷ κυρίῳ αὐτοῦ πεποιήκασιν. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Θεόγνωστος, ἀπογραψάμενος αὐτὸν, ὡς ἤδη ἐξῆχον καὶ δαιμονῶντα, ἐκέλευσε ἅμα λυθῆναι αὐτὸν ἀπὸ τῶν δεσμῶν, καὶ ἀφεθῆναι πορεύεσθαι. Τρέχων δὲ ἔκτοτε ἐν τῇ πλατείᾳ τῆς πόλεως, ἦν παίζων κατὰ τὸν πάλαι Συμεὼν
B ἐκεῖνον τὸν θαυμαστόν. Ἑσπέρας δὲ γενομένης, ἔρχεται πρός με τὸν ἀνάξιον, ἐμοῦ μόνου ἔνδον τοῦ οἰκήματος καθεύδοντος, καὶ μειδιάσας ἤρξατο δάκρυσιν τὸ τίμιον αὐτοῦ πρόσωπον καταῤῥαίνειν· προσπλακέντες δὲ ἐπὶ πολλὴν ὥραν, καὶ ἀσπασάμενοι ἀλλήλους ἐκαθευδήσαμεν. Ἐπηρώτων οὖν αὐτὸν τὰ περὶ αὐτοῦ, πῶς τὰς τοσαύτας ἡμέρας ἐν δεσμοῖς ὢν, ἀπελύθη· ὁ δὲ διηγήσατό μοι πάντα μετὰ πάσης ἐπιεικείας καὶ πραότητος· ἐμοὶ γὰρ μόνῳ, ἀδελφοί μου καὶ φίλοι πιστώτατοι, ὡμίλει ὀρθῶς καὶ ἀδόλως, τοῖς δὲ λοιποῖς φρενήρει διαθέσει, ἢ οὐδ' ὅλως προσωμίλει τινί.

CAPUT III.

Pro illusoribus suis orat: secreta et futura enuntiat: in lupanari a scortis ad libidinem frustra sollicitatur; abstinentia et raptibus in oratione excellit.

16. Postera die illucescente, impertitus mihi salutem Andreas exiit, brevi pallio amictus ad lucrum spirituale faciendum. Cumque venisset in locum ubi panes prostant, conspicati ita delirantem insolentes aliquot novarumque rerum studiosi adolescentes comprehensum trahunt secum in cauponam considentesque allato vino ventrem suum, Andreæ vero cervicem verberibus onerabant; ac verba illius, tanquam stulti, percipientes, missum facere ipsum noluerunt, nihil interea quidquam epularum, quas ipsi avide vorabant, porrigentes. Animadvertens autem vir sanctus, nihil minus ipsos velle quam sibi aliquid elargiri, meditabatur animo, quid faceret helluonibus ingratis; cumque unus aliquis posuisset forte scyphum in mensa generosissimo plenum vino, arreptum exhausit Andreas, et comminuto in caput illius scypho, fugam capessivit. Verum illi curriculo fugientem assecuti, retraxerunt adduxeruntque in cauponam, multis verberibus pulsatum: et considentes, ut prius, biberunt, nulla

C ιϛ'. Πρωΐας δὲ γενομένης, ἀσπασάμενός με, ἐξῄει ἐπὶ τὴν πνευματικὴν ἐργασίαν· ἀνεδέδοτο δὲ μικρὸν περιβόλαιον. Καὶ δὴ γεγονότος αὐτοῦ ἐν τοῖς ἀρτοπωλίοις, θεασάμενοι αὐτόν τινες νεωτερισταὶ οὕτως παραφρονοῦντα, λαβόμενοι αὐτὸν, εἰσίεσαν ἐν φουσκαρίῳ (29), καὶ καθεσθέντες οἶνον πριάμενοι ἔπινον, παίοντες τὸν αὐχένα αὐτοῦ· καὶ τὰ ῥήματα αὐτοῦ ὡς παράφρονος λογιζόμενοι (30) ἀπολῦσαι οὐκ ἠνέσχοντο, μηδὲ παρεχόμενοι ὧν εἰς ἑστίασιν ἐδεδρώκασιν. Ὁ δὲ δίκαιος, ὁρῶν αὐτοὺς ἀπροαιρέτους, διελογίσατο τί αὐτοὺς ἐργάσηται· εἷς δὲ ἐξ αὐτῶν θεὶς τὸ ποτήριον ἐπὶ τῆς τραπέζης μεστὸν οἴνου καλλίστου, ἁρπάσας αὐτῷ ἔπιε, καὶ τὸ ποτήριον ἐν τῇ κορυφῇ αὐτοῦ συντρίψας, ἔλαβεν φυγὰς ἔξω. Δραμόντες δὲ, ἐκράτησαν αὐτὸν, καὶ σύραντες εἰσίε-
D σαν ἐν τῷ φουσκαρίῳ, τύπτοντες αὐτὸν, καὶ πάλιν καθεσθέντες ἔπινον, μηδὲν τῷ δικαίῳ διδόντες, ἀλλὰ μᾶλλον κόσσους κατὰ τοῦ αὐχένος μιμολογούμενοι ἔτυπτον. Ὅτε οὖν ἀπλείστως οἱ μωροὶ ἐκεῖνοι ἔπαιξαν, ἑσπέρας καταλαβούσης, ἠβουλήθησαν τοῦ

(28) Non illum, qui in monte Mirabili vitam transegit, atque vulgo mirabilis Simeon audit; cujus Acta, sane mirabilia, protulimus ad 24 hujusce mensis: sed alterum quemdam oportet intelligere Simeonem, qui similiter propter Christum stultitiam simulans, mirabili modo mundum illusit, *Martyrologio Rom.* ad 1 Julii ascriptus.

(29) Φουσκάριον pro *caupona* seu loco ipso, ubi potus venalis proponitur, sumi hic debet, nam φουσκάριος infra semel atque iterum occurret pro caupone ipso. Est autem φοῦσκα, Suetonio *pusca*, proprie potus ex vino et aqua mixtus, ad refocillandum: de qua voce multa erudite Cangius in Glossario.

(30) Obscurius hic ms. nostrum: Ὥσπερ μετέωρον τὰ παράφρονα αὐτοῦ ῥήματα κεκτημένοι.

Digitized by Google

ἐξελθεῖν τοῦ φουσκαρίου καὶ ἐᾶσαι αὐτόν· ἔφη αὐτοῖς ὁ Μακάριος· Μωροὶ, μωροὶ, τί ἔχω ποιῆσαι, ὅτι μέλλει ἡ βίγλα (31) συναντᾷν μοι, καὶ μάστιγας ἔχω λαβεῖν; Τοῦτο δὲ περὶ ἐκείνων ἔλεγεν· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν, ἀλλ' ἐάσαντες αὐτὸν, ἀνεχώρησαν· ᾔδει γὰρ ὁ Δίκαιος ὃ ἤμελλεν αὐτοῖς συμβαίνειν.

A re cum Sancto communicata; imo etiam crebros ictus ac verbera dorso ipsius infligebant cum sannis et illusionibus. Ubi igitur sanniones illi, irrisionibus saturari nescii, Andream illusissent; ingruente vespera, voluerunt se subducere e caupona, relicto illo. Qui vociferans: Sanniones, Sanniones, ait, quid faciam, quia circuitores (29) mihi occursuri sunt, ac male multaturi? Atque hæc dicta de suis ipsius illusoribus volebat Sanctus intelligi; gnarus quid ipsis eventurum esset: illi vero non intelligentes, relicto eo, abiverunt.

ιζ'. Καὶ δὴ βουλευσάμενοι, ἀπέρχονται εἰς τὰ μιμάρια τῶν ἀσέμνων (32) γυναίων, τὸ κάλλος τῆς ψυχῆς καταχράναντες μέχρι δευτέρας φυλακῆς τῆς νυκτός· ὁ δὲ Μακάριος ἐκεῖθεν ἐξελθὼν, ἔῤῥιψεν ἑαυτὸν ἐν μιᾷ γωνίᾳ ὡς εἷς τῶν πενήτων. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐξιόντες, ἐβάδιζον πρὸς τὰς ἑαυτῶν οἰκίας, καὶ συναντᾷ αὐτοῖς τὸ Κέρκετον, καὶ συλλαβόμενοι αὐτοὺς ἔδησαν· καὶ ἐλθόντες ὅπου ἦν ὁ Μακάριος κείμενος, καὶ ἀποδύσαντες αὐτοὺς, ἐμαστίγωσαν σφόδρα. Ὁ δὲ Μακάριος θεασάμενος αὐτοὺς οὕτως πάσχοντας ἐλυπήθη μεγάλως καὶ συνεσχέθη τοῖς δάκρυσιν, καὶ τὸν Θεὸν ἱκέτευεν ὑπὲρ αὐτῶν, τοῦ μὴ ἐγκλεισθῆναι αὐτοὺς εἰς φυλακήν· παρακλήσει δὲ συγγενῶν καὶ δι' εὐχῆς τοῦ Μακαρίου ἀπολυθέντες, ἀπῄεσαν εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν. Εἷς δὲ ἐξ αὐτῶν λέγει· Καταργηθῇ ὁ σατανᾶς (33), ἀδελφοὶ, πῶς ταῦτα ὁ δαιμονιῶν ἡμῖν ἐκεῖνος προσεφθέγξατο συμβαίνειν εἰς αὐτὸν, ἅπερ εἰς ἡμᾶς ἐτελέσθησαν! Λέγει ὁ ἕτερος· Οὐκ οἶδας, ὅτι ὃ βούλεται ὁ δαίμων ποιῆσαί τινί τι πονηρὸν, γινώσκει αὐτό; τάχα γὰρ ὑπὲρ ἃ ἐπράξαμεν μετ' αὐτοῦ, ὁ δαίμων αὐτοῦ ἐποίησεν ἡμῖν ταῦτα. Ἔφη ὁ ἕτερος· Οὐχὶ, ἀλλ' ὡς εἰκάζω, ὑπὲρ ὃ ἐτύπτομεν αὐτὸν ἀνελεημόνως, διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς ἀνταπέδωκεν ἡμῖν. Λέγει ὁ ἕτερος· Ναὶ, ἔξηχε, μέλει τῷ Θεῷ περὶ σαλοῦ· ἐκεῖνος γὰρ δαίμονα αὐτῷ δέδωκεν, καὶ ἡμεῖς αὐτὸν παιγνίως ἐτύψαμεν· οὐδὲν θαυμαστόν. Εἰ γὰρ ἅγιος, ἔπειθες ἄν με, ὅτι ἡ ἁμαρτία, ἣν ἐποιήσαμεν εἰς αὐτὸν, ἀνταπέδωκεν ἡμῖν ὁ Θεός· ἐπειδὴ δὲ ἔξηχός ἐστιν, τοῦτο οὐ μέλει τῷ Θεῷ.

17. Etenim consilio inito concesserunt ad turpium muliercularum prostibula, et animarum suarum pulchritudinem adusque vigiliam noctis secundam polluerunt: beatus vero Andreas inde similiter digressus, abjecit se, instar mendici, in angulum plateæ
B quempiam. Post hæc prodeuntes illi tendunt quisque domos suas, atque incidunt in urbis circuitores; a quibus comprehensi ligatique venerunt tandem ad locum, ubi Andreas jacebat; et exutis vestibus, virgis flagrisque insigniter excepti sunt. Spectator hujusce actionis vir sanctus, indoluit vehementer, et a lacrymis se non temperavit; oravitque Deum, ut ne in carcerem compingerentur: tandemque et intercessione propinquorum, et precibus sancti Andreæ missione impetrata, ad ædes suas reversi sunt. Dicit autem unus eorum: Male pereat dæmonium, sodales, quomodo quæ prædixit nobis dæmoniacus ille eventura sibi, in nobis completa sunt! Excipit alter: An putas, si quod malum inferre cuipiam parat dæmon, id innotescere dæmo-
C niaco? Fortassis quod tam inique tractavimus hominem, ita vicissim a dæmone tractati nos sumus. Subjicit tertius: Nequaquam; verum, ut ego suspicor, quia tam duriter atque immisericorditer verberibus in ipsum sæviimus, ista nobis retribuit æquus Dominus. Cui denique alter: Ut insanis! Deo nempe cura est de stulto. Ab ipso traditus est malo dæmoni torquendus, a nobis animi ac lusus causa pugnis pulsatus est: quid tum? At vero si sanctus esset, persuaderes mihi forte, peccatum, quod in ipsum commisimus, tale nobis a Deo accersisse supplicium: nunc autem, quoniam mente captus est, nullam ipsius curam gerit Deus.

ιη'. Ταῦτα αὐτῶν ὁμιλούντων καὶ ἄλλα τινὰ, ἃ σύνηθές ἐστιν τοῦ ὁμιλεῖν τὴν νεότητα· ὁ δὲ Μακάριος ἀναστὰς πρωῒ πάλιν τὸν δρόμον ἤνυε, μέσον τοῦ θορύβου ἀσχολούμενος, καὶ ὅλην τὴν ἡμέραν μηδαμοῦ καθεζόμενος, νήστης αὐτὴν ὑπεξήρχετο. Ἑσπέρας δὲ γενομένης, ἦν πεζεύων τοὺς ἐμβόλους τῆς πόλεως, ἐπετήρει δὲ τόπον ποῦ ἄρα οἱ κύνες τὰς κοίτας ἔχουσιν, κἀκεῖ πορευόμενος ἕνα ἐκδιώκων ἐξ αὐτῶν ἀνέκειτο, ὡς ἐπὶ στιβάδος ἀναπαυόμενος,

18. Hæc illis et alia, quæ insolens juventus effutire consuevit, inter se loquentibus; surrexit bene mane Andreas, institutoque ut solebat cursu, mediis in turbis versatus, solidum istum diem nusquam sedendo, nihil manducando exegit. Ingruente autem vespera percursabat porticus civitatis, notabatque locum ubi sua canes latibula habebant; eoque concedens, expulso illorum uno aliquo, procumbebat, ac veluti in frondibus virgultisque somno se

(31) Gr. βίγλα, quod *excubias*, *circuitores* seu *circitores*, qui noctu obire civitatem consueverunt, significare ex num. seq. confirmatur; ubi dicitur iisdem juvenibus occurrisse τὸ κέρκετον, quod Græco-barbare idem sonat.

(32) Μιμάρια *prostibula*, *lupanaria* significare tum hoc loco, tum num. 20, 21 et 22 palam fit. Ac num. 20 quidem simul innotescit, καταγώγιον et μιμάριον pro eodem sumi: et illius quidem derivatio a καταγωγὴ *diversorium* obscura est, est vero hujus. Innotescit porro μιμὰς, de quo num. 21, meretricem notare, sicut hanc vocem etiam usurpat Theophanes. Nec difficile erit ex his colligere, quam notionem habeat μιμαρίσιον, quod est num. 22; cum ab eodem derivetur principio, et quidem per diminutionem.

(33) Ms. Maz. καταργηθείη, quod æque ac καταργηθῇ a καταργέομαι est, et hoc inter alia etiam *tollor*, *aboleor*, significat apud Scapulam.

Digitized by Google

dabat, et quidem nudus rerumque omnium indigus, non exiguæ storeæ, non sacculi, non parvi cujusdam straguli dominus; solummodo coopertus, de quo diximus, breviusculo pallio, quod plerumque gestabat. Postero die illucescente, rursum surgens e strato illo, ita sese allocutus est: Eccum, nullius numeri et stolide Andrea, velut canis cum canibus pernoctasti; age, rursus manum operi admoveamus, quoniam appropinquat mors: ne quis te seducat; quoniam nemo est qui opem tibi ferat in illa hora: omnis quippe homo laborum suorum fructus carpet, cum excedet e corpore suo; de cætero igitur curre alacriter, pro nihilo reputatus a sæculi hujusce hominibus expelli, ut a cœlesti rege laudem atque gloriam reportes.

19. Atque hæc dicens, conabatur B. Andreas, ut [1] Apostolus Paulus loquitur, oblivisci quæ retro sunt; ad ea vero, quæ sunt priora, extendere seipsum. Homines vero, ipsum intuentes dicebant, alii quidem: Ab adolescentia dæmoniacus est; et commiseratione ejus tangebantur; alii vero: Apage, nullus hic stulto locus; et scapulas ipsius alapis onerabant, conspuentesque exsecrabantur hominem, patienter ferentem omnia, etiam fame ac siti laborantem, adustumque frigore ac æstu. Interea ex intimo cordis penetrali sic promebat orationes, ut murmur labiorum ejus longe personaret: et quemadmodum olla, vehementer bulliens, densos vapores eructat, ita ex pectore Andreæ Spiritus sancti halitus erumpebat, adeo ut intuentes eum dicerent: Coarctatur cor ipsius a malo dæmone, hinc isti vapores. Sed plurimum fallebantur; non enim inde, sed a continua ac divina oratione excitabantur. Quare ut olim mutationem linguarum ebrietati tribuebant homines nullius experientiæ, ita hic quoque ratiocinabantur.

20. Cum die quodam Andreas prope lupanar, seu turpium muliercularum receptaculum, ludum suum luderet; earum una quæpiam ipsum intuita, apprehenso vili quod gestabat palliolo, intro ipsum attraxit. Ille autem, vere adamas et verus Satanæ derisor, secutus trahentem in diversorium introiit: accurrente mox reliqua meretricum turba, et circulo inclusum interrogante risus causa, qui id passus esset. Cumque vir beatus, leniter subridens, nihil responsi daret, colaphis ipsum verberabant, ac adigere conabantur virum continentem ad exsecrandum libidinis scelus committendum, aliis quæ tegi convenit membra ipsius leniter demulcentibus, aliis oscula figentibus, aliis: Scortare, inquientibus, stulte, et exple libidinem tuam. Ingens pro-

A γυμνὸς, ἄπορος, μηδὲ ψιαθίον ἔχων, μήτε κώλυκον ἢ κόμμα μικρόν τι (34) σαγίου, ἀλλὰ τοῦτο μόνον τὸ προῤῥηθὲν (35) μαλοτίσκον, ᾧ ἐφόρει. Πρωῒ δὲ πάλιν ἀνιστάμενος, πρὸς ἑαυτὸν ταῦτα ἔλεγεν· Ἰδοὺ, ταπεινὲ ἔξηχε Ἀνδρέα, ὡσεὶ κύων μετὰ κυνῶν διατέλεσας ὕπνον· ἄγωμεν, πάλιν κάμωμεν, ὅτι ἐγγίζει ὁ θάνατος· μηδείς γάρ πλανήσει σε, ὅτι ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ βοηθῆσαι τίς ἔχει σοι; πᾶς γὰρ ἄνθρωπος τοὺς πόνους των καρπῶν αὐτοῦ φάγεται εἰς τὸν καιρὸν τῆς ἐκδημίας τοῦ σώματος αὐτοῦ· λοιπὸν οὖν δράμε μετὰ κόπου, ἐξουθενούμενος παρὰ τῶν ἀνθρώπων τούτων ἐν τῷ κόσμῳ, ἵνα ἔπαινον καὶ δόξαν κομισώμεθα παρὰ τοῦ ἐπουρανίου Βασιλέως.

B ιθ'. Ταῦτα λέγων, ἔσπευδεν ὁ Μακάριος κατὰ τὸν ἀπόστολον Παῦλον τὸν λέγοντα, τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτείνεσθαι, τοῖς δὲ ὄπισθεν ἐπιλανθάνεσθαι. Οἱ δὲ ἄνθρωποι θεωροῦντες αὐτὸν, ἔλεγον· Ἐκ νέας δαιμονιάρης. Ἄλλοι ἔλεγον· Οὗτος ὁ τόπος παρὰ σαλῶν οὐκ ἔστιν. Καὶ οἱ μὲν συνεπάθουν αὐτῷ, οἱ δὲ κόσσους κατ' αὐχένας ἐδίδοσαν αὐτῷ, καὶ τῷ σιάλῳ πτύοντες ἐβδελύττοντο. Ὑπέμεινεν δὲ ταῦτα, πεινῶν, διψῶν, ῥιγῶν, καὶ καυσούμενος· εὐχὴν δὲ τοσαύτην ἀνελάβετο ἐν τῷ κρυπτῷ ταμείῳ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, ὥστε ὁ ψιθυρισμὸς τῶν χειλέων αὐτοῦ μακρόθεν ἀπήχει· καθάπερ λέβης βρασμῷ ἀπείρῳ ἀτμὸν δασύτερον προβάλλεται, οὕτως ἀπὸ τῶν ἔνδον αὐτοῦ ὁ ἀτμὸς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐξεπορεύετο, ὥστε οἱ στοχαζόμενοι αὐτὸν ἔλεγον· Ἀγανακτοῦσα ἡ καρδία C αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ πονηροῦ πνεύματος, τὸν ἀτμὸν ποιεῖ. Οὐκ ἦν δὲ οὕτως εἰς αὐτὸν, ἀλλὰ εὐχὴ ἦν ἀκατάπαυστος καὶ θεάρεστος ἡ ταῦτα δεικνύουσα. Ὅθεν οἱ ἄπειροι ὥσπερ πάλαι τὴν ἐναλλαγὴν τῶν γλωσσῶν μέθην ἐφαντάσθησαν εἶναι, οὕτω καὶ ταῦτα διελογίζοντο.

κ'. Ἐν μιᾷ δὲ τῶν ἡμερῶν πλησίον τῶν μιμαρίων, ἤτοι τῶν πορνικῶν καταγωγίων, ὡς ἐν παρόδῳ παίζοντος, μία τις τῶν πορνῶν αὐτὸν θεασαμένη, δραξαμένη τοῦ εὐτελοῦς αὐτοῦ μαλοτίσκου, ὃ περιβέβλητο, ἔσυρεν αὐτὸν ἔνδον. Ὁ δὲ ὄντως ἀδάμας καὶ ἀληθὴς ἐμπαίκτης τοῦ σατανᾶ, ἠκολούθησεν αὐτῇ. Εἰσελθόντος δὲ αὐτοῦ ἐν τῷ καταγωγίῳ, ἐπισυνάγονται αὐτῷ καὶ αἱ λοιπαὶ πόρναι, καὶ γελοιωδῶς ἠρώτουν αὐτὸν, πῶς τοῦτο ἔπαθεν. Ὁ δὲ δίκαιος μειD διῶν, οὐδὲν ἀπεκρίνατο· κοσσίζουσαι δὲ αὐτὸν καὶ βιάζουσαι πρὸς τὸ ἔμμυσον ἔργον τῆς πορνείας, καὶ τὰ κρυπτὰ αὐτοῦ μέλη καταμαλάσσουσαι, ἕτεραι δὲ καταφιλοῦσαι, ἐδοκίμασαν πρὸς ἀναίδειαν τὸν σώφρονα· αἱ δὲ ἔλεγον, Πόρνευσον, σαλὲ, καὶ κόρεσον τῆς ψυχῆς σου τὸ ἐπιθύμημα. Θαῦμα γὰρ, ἀδελ-

[1] Philipp. III, 13.

(34) Σαγίον crediderim diminui a σάγος, *sagum*, sumique pro tegmine vel stragulo quovis; assentiente mihi Phænone in Cynosophio, cap. 48, μετὰ σαγίου σκεπάσας, ἄχρι οὗ ἱδρώσει: *Stragulo texit, donec sudaret.* Hinc vero infra num. 22 diminutive dicitur Σάγιστρον.

(35) Μαλοτίσκον. Quid si diminutivum esse vocis μηλωτὴ voluerit auctor, librariorum socordia vocalibus mutatis ita scribentium, pro μηλωτίσκον? Sed jam vidimus quod μαλὸς *lanam* significet. Ut ut est, et hic et num. 20, pro pallio, aut pelle, aut stragulo, quo se tegebat Sanctus, accipiendum constat. Ms. Maz. hic scribit μαλωτάριον ab eodem primitivo, et quidem propius.

Digitized by Google

φοί, φοβερὸν τὸ ἐπ' αὐτὸν τότε γενόμενον · ἐν A τοσούτοις γὰρ γαλισμοῖς οἷς ἐποίησαν ἐπ' αὐτὸν, οὐδαμῶς κινῆσαι ἢ ὀρέξαι αὐτὸν ἴσχυσαν πρὸς τὸ δυσῶδες πάθος. Ὅθεν μεταβαλλόμεναι, τὰ τοιαῦτα ἔλεγον · Οὗτος νεκρός ἐστιν, ἢ ξύλον ἀναίσθητον, ἢ λίθος ἀκίνητος. Λέγει δὲ μία ἐξ αὐτῶν · Θαυμάζω τὴν ἀναισθησίαν ὑμῶν, ὅτι ταῦτα λέγετε · σαλὸς γὰρ καὶ δαιμονιάρης, πεινῶν, διψῶν, ῥιγῶν, μὴ ἔχων ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίναι, αὐτὸς ἐπιθυμεῖ ταῦτα; ἄφετε αὐτὸν πορεύεσθαι τὴν ἐξηχίαν αὐτοῦ.

κα'. Ἑώρα δὲ ὁ Δίκαιος τὸν τῆς πορνείας δαίμονα ἑστῶτα μέσον τῶν ἑταιρίδων· ἦν δὲ τῇ εἰδέᾳ Αἰθίοψ, χειλᾶς, ἐν τῇ κεφαλῇ τρίχας μὴ ἔχων, εἰ μὴ κόπρον κατὰ τέφρας μεμιγμένον, οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἦν B ὡς ἀλώπεκος, καὶ οἰκτρὸν κόμμα ῥάκους ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ ἐπέκειτο· ἀποφορὰ δὲ καὶ δυσωδία ἐξήρχετο τρίλογος, σηπώδης, βορβορώδης, καὶ ὡς πτύελον ἀφυῶδες (36), ὥστε ἐκ τῆς δυσωδίας αὐτοῦ τῆς πικρᾶς ἀηδίζεσθαι τὸν Μακάριον, καὶ συνεχῶς πτύειν, καὶ τῷ περιβλέμματι ἀποφράττειν τὴν ὄσφρησιν αὐτοῦ. Θεωρῶν δὲ αὐτὸν ὁ δαίμων τῆς ἀσωτίας ἀηδιζόμενον, φωνὴν ἀφίησιν τοιάνδε · Ἐμὲ οἱ ἄνθρωποι ὥσπερ μέλι γλυκὺ ἔχουσιν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, καὶ οὗτος ὁ τὸν κόσμον ἐμπαίζων μυσαττόμενος ἐμπτύει μοι · οὔκουν σὺ περὶ ἀγαθοῦ σε αὐτὸν σαλὸν ἐποίησας, ἀλλὰ ἢ πάντως ἀποδρᾶσαί σε τῆς σωματικῆς δουλείας. Ὁ δὲ Μακάριος αἰσθητῶς αὐτὸν ἔβλεπεν · αἱ δὲ πόρναι τῆς μὲν φωνῆς ἤκουον, οὐδένα δὲ ἔβλεπον. Κατεγέλα δὲ ὁ Μακάριος C τῆς ἀσχημοσύνης, καὶ τῆς δυσωδίας αὐτοῦ, ὥστε λέγειν τὰς μιμάδας · Ἴδε πῶς συμμειδιᾷ τῷ δαίμονι αὐτοῦ.

κβ'. Μία δὲ ἐξ αὐτῶν ἔφη · Καλόν ἐστι τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ, δεῦτε ἄρωμεν αὐτὸ, καὶ πιπράσωμεν · τοῦτο γὰρ ἔχομεν ποιεῖν σήμερον. Παραχρῆμα δὲ ἀναστᾶσαι ἀπέδυσαν αὐτὸν, καὶ ἱστῶσι γυμνόν · τὸν δὲ χιτῶνα πιπράσκουσαι εἰς μιλιαρίσιον ἓν, ἐνείμαντο δὲ ἀνὰ δύο λεπτῶν. Λέγει ἡ πρώτη ταῖς ἑτέραις · Μὴ ἀπολύσωμεν αὐτὸν γυμνὸν, ἀλλὰ κἂν ψιάθιον πεπαλαιωμένον χαρισώμεθα αὐτῷ. Ἤνεγκαν οὖν ψιάθιον, καὶ σχίσασαι αὐτὸ μέσον, περιέβαλον αὐτόν · καὶ οὕτως καταγωγίου ἐξεβλήθη. Ἐλθὼν οὖν εἰς τὴν πλατεῖαν ἐφόρει αὐτὸ καὶ ἔτρεχεν παίζων. Οἱ D δὲ ὁρῶντες αὐτὸν ἔλεγον, Καλὸν σάγιστρον φορεῖ ὁ

A fecto miraculum tunc contigit, fratres; quippe in tanta mollitie, qua virum aggrediebantur, nequaquam aut movere ipsum, aut concupiscentiam injicere turpis flagitii potuerunt. Hinc et ipsæ mulieres mutatæ, dictitabant : Hic certe aut mortuus est, aut lignum sensu destitutum, aut saxum immobile. Sed una e numero : Admiror, inquit, ego stuporem vestrum, cum sic loquimini : quid enim? mente captus, insessusque a dæmone, fame ac siti pene enectus, frigore rigidus, quique ubi caput reponat quieturus non habet, talia concupiscat? dimittite hominem ut insaniat insaniam suam.

21. Interea Beatus conspiciebat stantem in medio meretricum impudicitiæ genium, specie Æthiopem, grandibus labiis conspicuum, cui caput depile B opertumque stercore cineribus misto, oculi vero persimiles vulpi; pendebat ex humero sordidum panni laceri fragmen, absistebatque exhalatio ac fœtor triplex, quasi ex sanie cœnoque et sputis spumantibus, isque adeo gravis, ut ferre illum nequiens Andreas necessum haberet perpetuo excreare, atque nares lacerna sibi obturare. Quem cum notaret dictus genius tantopere aversari sese, istiusmodi emittit vocem : Me homines pro melle dulcissimo hauriunt ac sinu suo condunt, et hic mundi illusor me despuit ac detestatur! tu vero non tam quod bonum est ut consequaris, quam ut corporis servitutem omnino subterfugeres, stultum induisti. Et Andreas quidem hæc loquentem videbat sensibiliter, non videbant vero scorta, C præter vocem nil percipientia; cumque ille derideret impudicum ac graveolentem dæmonem, dicebant istæ : Ecce quam blando risu dæmonem suum excipiat.

22. Tunc una mulicrcularum : Non contemnendus, ait, hic amictus ejus est : venite, ablatum vendamus; id nobis agendum est hodie. Atque illico consurgentes, exutum vestibus, nudum destituunt, quas venum portantes unum abstulere miliarisium (37), indeque distributæ sunt singulis (38) oboli duo Deinde præcipua omnium dicit cæteris : Ne dimittamus ipsum nudum, sed vel tegeticulam saltem vetustate attritam ei demus. Quam ubi attulerunt, mediam scindentes injecerunt illi : atque D ita domo expulerunt. Prodiit igitur Andreas in publicum cum illo gestamine, ludensque ludum suum

(36) Πτύον quidem scriptum erat, sed hoc significat ventilabrum, quo frumentum acceribus purgatur : ideoque substitui vicinum πτύελον : forlassis autem dicitur etiam πτῦον, sicut πτῦσις et πτῦσμα.

(37) *Miliarisium*. Lubet hic e Scholiaste Basilicorum adscribere locum, nummulos istos, quorum hic mentio fit, insigniter illustraturum. Eclog. 23 sic ait : « Nosse oportet, ceratium unum follibus valere duodecim sive miliarisio dimidio. Valent itaque ceratia duodecim nomismate medio : nam integrum nomisma continet miliarisia duodecim sive ceratia 24. » Colligo igitur, ex nominatis istic monetæ speciebus, minimi valoris esse follem; folles autem 12 constituere ceratium; ceratia vero bina seu folles 24 efficere miliarisium unum.

(38) Minutum, Gr. λεπτὸν, quod Lucæ xxi exponitur *æs minutum*, est infra ex mente auctoris nostri ejusdem cum folle et obolo valoris, quanquam aliquibus dimidia tantum parte valeat. Erat autem ferrea et minutissima apud Græcos moneta, teste Hesychio sic loquente : « Quemadmodum (dii isti) etiamnum Byzantii sunt in λεπτῷ nomismate, quo Byzantini ferreo et vilissimo utuntur. » Nunc quod ad illustrationem textus nostri attinet, patescit 1. vilissimum istum Andreæ amictum fuisse, tantillo venditum; 2. miliarisio uno contineri λεπτὰ seu minuta 24; 3. fuisse in prostibulo illo scorta 12. Porro quæ Græce hic λεπτὰ mox φολερὰ et etiam oboli dicuntur.

Digitized by Google

percursabat plateas; ac dicentibus sibi spectatoribus: Perpulchrum sane stragulum portas humeris tuis, stulte, respondebat: Imo vero, stulti, perpulchrum porto; patricium (39) namque me fecit Dominus. Nonnulli etiam e Christi fidelibus benevole porrigebant nihil petenti obolos, Christo ejus curam gerente: et quantumcumque aliqui darent, admittebat sic ut toto illo die viginti, imo triginta et amplius obolos auferret. Noverat autem locum secretiorem, ubi pauperes conveniebant, contulitque se eo, nummos manu tenens, veluti ludibundus, ne videlicet suus agendi modus innotesceret, ac medius inter mendicos considens illis ludebat; quod si quis inde vi rapere tentasset aliquid, hunc verberibus male multabat. Cumque socii sui injuriam reliqui statim mendici vindicaturi concurrerent, ac fustes in Andream expedirent; hic fugæ se committens cunctos obolos suos dispergebat, unde quilibet in rem suam rapiebat aliquid ac retinebat.

A ὠμός σου, ἔξηχε. Ὁ δὲ ἔλεγεν· Ναὶ, σαλοὶ, καλὸν σαγὴν φορῶ, πατρίκιον γὰρ ὁ Δεσπότης με ἐποίησεν. Τινὲς δὲ φιλόχριστοι παρεῖχον αὐτῷ κατὰ προαίρεσιν λεπτὰ, οὐ ζητῶν ταῦτα αὐτὸς, ἀλλ' ὁ Χριστὸς ἐμερίμνα αὐτῷ· ὅσα δέ τινες ἐδίδουν αὐτῷ, ἐδέχετο· δι' ὅλης δὲ τῆς ἡμέρας εἴκοσι λεπτὰ καὶ τριάκοντα καὶ πλείονα ἐκράτει. Ἀπετήρει δὲ τόπον κρυπτὸν, ἐν ᾧ γίνεται συναγωγὴ πενήτων, καὶ ἀπήρχετο ἐκεῖ, ἐν τῇ χειρὶ κατέχων τὰ φολερὰ, ὡς δῆθεν παίζων, πρὸς τὸ μὴ γνωσθῆναι τὴν ἐργασίαν αὐτοῦ. Καθεζόμενος δὲ μέσον τῶν πενήτων, τοῖς ὀβολοῖς ἐπαιγνίαζεν· ὅτε δὲ εἶχέν τις τῶν πτωχῶν τοῦ ἁρπᾶσαι, ἐδίδου αὐτῷ κόσσον· οἱ δὲ λοιποὶ πένητες διεκδικοῦντες τὸν συμπένητα, ταῖς ῥάβδοις αὐτὸν τύπτοντες ὑπεισέβαινον· αἰτίαν δὲ φυγῆς B χρώμενος πάντα τὰ φολερὰ ἐσκόρπιζεν, καὶ λοιπὸν ἕκαστος εἰς ἴδιον κέρδος ἥρπαζεν καὶ ἐκέκτητο.

23. Quodam die cum in antiforo (40) partes suas ageret, ingressus forte est œnopolium (41), ubi vinum myrrhatum (42) bibebatur. Cumque ingrederetur alius quoque bibendi causa, fixis in eum oculis attentius considerabat hominem Andreas. Quo animadverso intendens ille similiter in Andream, torvo aspectu dicit: Quid me tam fixo contemplaris obtutu, stulte? apage hinc foras. Cui Sanctus: Humerum tuum, inquit, dexterum insidet avarus dæmon, simiam referens non magnam, vinctumque te tenet, infelix; uti ursum millo: da mihi obolum. Reponit ille, ad insaniam tenax: Nullus mihi superat. Et Sanctus: Imo etiam, stulte et oblite tui; nummos septem extulisti domo, quorum unum impendisti oleribus, altero calida tibi comparasti, quinque reliquos habes in sinu tuo, adiguntque te dæmones ut illos in vinum absumas. Quibus dictis celeriter se inde proripuit: et obstupefactus homo ille tali sermone, ita rem se habere palam enarravit assidentibus sibi compotatoribus. Audiens hæc caupo: Quantum video, inquit, et vos insano isto nihilo saniores estis: non enim ille, sed quod circumfert dæmonium loquitur. Quid igitur admiramini? an dæmon ignoret, quis fornicetur, quis adulteretur, quis furetur, quis avaritia laboret, quot quis nummos domo efferat? cum nequam ille sequatur pone hominem, et ob-

κγ'. Ἐν μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν ἦν παίζων ὁ ὅσιος ἐν τῷ ἀντιφόρῳ· συνέβη δὲ αὐτὸν εἰσελθεῖν τῶν καθαροποτίων, ἔνθα ἐσμυρνισμένον οἶνον ἔπινον. Εἰσελθὼν δὲ ἄνθρωπος τοῦ πιεῖν, ἰδὼν αὐτὸν ὁ Ὅσιος, ἀπεσκόπει εἰς αὐτόν· ἰδὼν δὲ ὁ ἄνθρωπος ὀξέως εἰς αὐτὸν ἀτενίζοντα, βλοσσυρῷ τῷ ὄμματι ἀπιδὼν λέγει· Τί μοι ἀτενίζεις, σαλέ; ὕπαγε ἔξω. Ἔφη ὁ Ὅσιος· Κνιπὸς δαίμων ὡς μικρὸν πιθήκιον ἐπὶ τὸν ὦμόν σου κάθηται τὸν δεξιὸν, καὶ ὥσπερ (43) ἄρχον τῷ κορκόμῳ ἔχει σε δεδεμένον, ἄθλιε· δός μοι C ὀβολόν. Ὁ δὲ μανεὶς λέγει· Οὐχ ὑπάρχει μοι. Ἔφη ὁ Ὅσιος· Ναὶ, πάρετε τῇ ψυχῇ, ἑπτὰ φόλλεις ἀπὸ τῆς οἰκίας ἔφερες, τὴν μίαν ἠγόρασας λάχανα, τὴν δὲ ἑτέραν θέρμια, καὶ τὰς πέντε φέρεις ἐν τῷ κόλπῳ σου, καὶ βιάζουσί σε οἱ δαίμονες τοῦ πιεῖν αὐτάς. Καὶ ταῦτα εἰπὼν δρομαίως ἐξῆλθεν. Ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐπὶ τῷ ῥήματι ξενισθεὶς, ὅτι ἀληθές ἐστιν τοῖς σύνεγγυς καθημένοις καὶ πίνουσιν διεσάφησεν. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ φουσκάριος, λέγει πρὸς αὐτούς· Ὡς ὁρῶ, καὶ ὑμεῖς ἐξηχότεροι αὐτοῦ τυγχάνετε· οὐ γὰρ ἐκεῖνός ἐστιν ὁ λαλῶν, ἀλλ' ὁ συμπεριφερόμενος αὐτῷ δαίμων. Τί οὖν ξενίζεσθε; ἢ οὐκ ᾔδει ὁ δαίμων τίς πορνεύει, ἢ τίς κλέπτει, ἢ τίς ἐστιν κνιπὸς, ἢ τίς πόσα φόλλεις ἐκ τῶν ἔνδον βαστάζει; ἐπεὶ ἀκολουθεῖ ὁ σατανᾶς ὄπισθεν τοῦ D ἀνθρώπου, δηλονότι κατοπτεύει τὴν ἐργασίαν αὐτοῦ, καὶ τὰς εἰσόδους, καὶ τὰς ἐξόδους· καὶ εἰ μὲν ἡ

(39) Ita Mazarinianum; in ms. Vaticano est, πατέρα κύων, vitiose. Quid si Πατέρα κυνῶν legatur, patrem canum? Esset hoc Sancti aliquid ridiculæ dignitatis sibi ex humilitate adscribentis, cui talis conveniat purpura.

(40) Alterumne alteri oppositum forum ita appellatum fuit, an aliud vult? Φόρος certe recentioribus forum significat.

(41) Gr. καθαροπότιον: quod, si etymologiam spectes, designabit locum ubi merum potatur; *œnopolium* vertere malui, quia notius.

(42) Quanquam myrrha perquam amara sit, non continuo existimare oportet, vinum quoque myrrhatum amaritudinem sapuisse: imo contrarium plane docet Plinius, *Natur. hist.* lib. XIV, cap. 13: « Lautissima, inquit apud priscos vina erant myrrhæ odore condita; » quo ex auctoribus dein probato, subjungit: « Quibus apparet, non inter vina modo myrrhinum, sed inter dulcia quoque nominatum. » Luculente etiam disserit in nostram sententiam hac super re Baronius ad annum 54, num. 95, ubi non modo non amarum fuisse vinum myrrhatum, sed suave, pretiosum, et præservasse ab ebrietate, pluribus ostendit. Ipsum adi.

(43) Ἄρχος pro Ἄρκτος usurpant paulo etiam vetustiores, recentiores fere semper: quod autem hic Κόρκομον dicitur capistrum, Achmeti, Zachariæ Papæ, in versione *Dialogorum* S. Gregorii, Κούρκουμον scribitur.

Digitized by Google

φίλος αὐτοῦ, πάντα σοι ἀναγγελεῖ, ὡς καὶ τὰ τῶν ἀλλοτρίων. Ταῦτα τοῦ φουσκαρίου φήσαντος, ἔπεισεν αὐτοὺς οὕτως ἔχειν.

κδ'. Ἐν μιᾷ δὲ τῶν ἡμερῶν διερχόμενος Μακάριος ἐν τοῖς ἀρτοπωλίοις, συναργῷ τρισὶ νεανίσκοις ξανθοκόμοις, ὡραίοις καὶ ψυχῇ καὶ σώματι· εἶχον γὰρ ἀγαθὴν ἐργασίαν οἱ μείρακες, τοῦ πρεσβυτέρου ὁδηγοῦντος αὐτοὺς εἰς πᾶσαν τὴν τοῦ Θεοῦ εὐαρέστησιν. Ὡς δὲ συνήντησαν τῷ Ὁσίῳ, ἔγνω ὁ πρῶτος τῶν σεμνῶν παίδων ἐκείνων τὰ περὶ τοῦ Μακαρίου, καὶ λέγει τοῖς ἑτέροις· Πιστεύσατέ μοι, ἀγαπητοί, ὑπονοῶ τὸν σαλὸν ἐκεῖνον δοῦλον τοῦ Θεοῦ ὑπάρχειν. Ἔφη ὁ ἕτερος· Παρακαλῶ σοι ἔν τινι τόπῳ μετ' αὐτοῦ συγκαθῆσαι ἡμᾶς. Λέγει ὁ πρῶτος· Εἰ θέλεις, τοῦτο ἐν τάχει ποιῶ. Καὶ λέγει αὐτῷ· Ἀδελφὲ, ἀγαπᾷς με, δεῦρο συγκάθησον μεθ' ἡμῶν, ὅτι ἐγὼ ἀγαπῶ σε, καὶ οἱ μετ' ἐμοῦ λίαν ποθοῦσίν σε. Ἰδὼν δὲ αὐτὸ ἐμειδίασεν, καὶ λέγει αὐτῷ ἐξ ὀνόματος· Σὺ εἶ Ἐπιφάνιος ὁ φίλος μου, καὶ σὺν τῷ λόγῳ ἠσπάσατο αὐτὸν, προβλεπτικῷ ὄμματι τὸ μέλλον προσημάνας γίνεσθαι ἐπ' αὐτόν· τῆς γὰρ βασιλίδος τῶν πόλεων ἐπίσκοπον γεγονέναι. Χειροκρατοῦντες δὲ ἀμφότεροι χεῖρα πρὸς χεῖρα, ἦλθον πρὸς τοὺς δύο παῖδας, καὶ διηγήσατο αὐτὸς ὁ Ἐπιφάνιος, πῶς ἐξ ὀνόματος ἐκάλεσεν αὐτόν. Οἱ δὲ ἀκούσαντες ταῦτα, πλείονα τὸν πόθον καὶ τὴν πίστιν εἰς αὐτὸν ἀνατέθεικαν. Εἰσελθόντες οὖν ἐν ἑνὶ τῶν καθαροποτίων, ὠνήσαντο ἄρτον καὶ οἶνον καὶ ἰχθὺν, καὶ παρέθηκαν εἰς ἑστίασιν. Ἰδὼν δὲ ὁ Ὅσιος τὴν πίστιν αὐτῶν, ἐχάρη χαρὰν μεγάλην, καὶ ἦν ὑποψιθυρίζων τῷ στόματι δι' εὐχῆς πρὸς τὸν Θεὸν τὴν προσαγωγὴν αὐτῶν ἀναθείς· εἶθ' οὕτως τῶν προτεθειμένων μετέσχεν, δοὺς καὶ τοῖς νέοις οἰκείαις χερσίν.

κε'. Ἀληθινὸν τὸ ῥῆμα, ἀγαπητοὶ, καὶ πιστὸν, ὅτι τὸ ἥμισυ τοῦ παξαματίου ἤσθιεν ὅλην τὴν ἡμέραν, ὅπερ καὶ τοῦτο πεποίηκεν βραχύ τι μετασχὼν ἐξ αὐτῶν, ἐάσας τὰ πλείονα ἐν τῇ τραπέζῃ· οἴνου δὲ ἡνίκα τις ἐδίδου αὐτῷ, πιεῖν οὐκ ἐφείδετο· ἀφ' ἑαυτοῦ γὰρ οὐκ ἔπινεν πώποτε, ἐὰν μή τις αὐτὸν τούτῳ ἐπότισεν. Δι' ὅλης δὲ τῆς ἑβδομάδος πολλάκις, ἢ διὰ δύο ἢ τριῶν ἡμερῶν, τινὸς οὐκ ἐγεύετο· ἐπειδὴ ὁ σατανᾶς τοὺς πλείονας ἐσκλήρυνε τοῦ μηκέτι παρέχειν τι αὐτῷ, αὐτὸς δὲ οὐκ ᾔτει, καὶ οὐδὲν ἐκομίζετο. Πολλάκις γὰρ ὑπὸ δίψης ἐφλέγετο, καὶ μὴ ἔχων τί εἰσπράξασθαι, εὑρίσκων πηλὸν, ὑδόστατον ἐπὶ τῆς λεωφόρου ὡς ἀπὸ ὑετοῦ γεγονότα, κλίνων τὸ γόνυ, ἐνεφύσα αὐτῷ σταυροειδῶς τρὶς, καὶ οὕτως αὐτὸ ἔπινεν, ὥστε θεωροῦντας τοὺς παρ-

A servet opera ejus, ingressum et egressum? quod si amicus ejus es, omnia tibi revelabit, etiam aliorum gesta. Atque hac oratione persuasit audientibus caupo, ita se rem habere.

24. Transiens quodam die Andreas per forum, ubi panes veneunt, obvios habuit tres adolescentes, capillis flavis insignes, tam anima quam corpore decoros: bonis quippe operibus assueverant sub instituto unius, qui erat provectioris ætatis, ad omne Dei bene placitum alios informantis. Ubi vero hi inter se occurrerunt, cognovit præcipuus ille, aliorum institutor, quæ circa B. Andream agebantur, dixitque sociis: Credite mihi, dilectissimi, suspicor stultum isthunc Dei famulum esse. Et alter: Quæso, inquit, concedamus aliquo sessuri cum ipso. Tum primus: Si libet, quam mox id effectum dedero; conversusque ad sanctum: B Frater, ait, si me amas, adesto huc et conside nobiscum, quia ego te diligo, et hi sodales mei tenentur desiderio tui. Intuitus invitantem Andreas, risit; ac nominatim ipsum compellans; Tu, inquit, Epiphanius es, amicus meus. Quo dicto amplexatus juvenem, id quod futurum erat prævidens, significavit fore, ut urbis, quæ inter alias uti regina eminet, episcopus crearetur. Et tenentes alter alterius manum accesserunt ad alios duos adolescentes, narravitque Epiphanius, quomodo ipsum suo nomine compellasset: quo audito illi, ardentiore inflammati desiderio hominis, majorem in C ipso fiduciam collocarunt. Ingredientes itaque œnopolium coemptis pane, vino ac piscibus, convivium pararunt, cumque fidem eorum cognosceret Andreas, ingenti perfusus gaudio, leni oris susurro fusis ad Deum precibus, profectum in virtute juvenum ei commendavit; deinde cibos appositos sumpsit, ac eis etiam porrexit propriis manibus.

25. Vera loquor et fide digna, dilectissimi; toto die non manducabat Andreas medium (44) paxamatium; idque faciebat, pauxillum aliquid ex appositis decerpendo, plerisque in mensa relictis. Cum quis ei vinum porrigebat, bibere non dubitabat: si nullus præberet, non bibebat unquam. Non raro binis ternisve diebus, nonnumquam hebdomada tota omni cibo abstinebat: cumque Satanas D plurimorum animis, ut ne quid erogarent illi amplius, obstinationem induxisset, ac ipse omnem petendi curam abjiceret; nihil quidquam ad sustentationem accipiebat. Hinc sæpissime siti æstuans, et quid consilii caperet ignorans, reperto forte in platea luto aqua pluvia subacto, curvabat genua; ac ternum crucis signum instando formans, inde

(44) Aliis *paximatium*, *paxamidium*, et *paxamas*; de quo Suidas. Bis coctus panis, qui apud Romanos, nempe Byzantinos, ut vult Lipsius dicitur paxamas. Plura de hac voce congessit Rosweidus in Onomastico ad Vitas Patrum. Arduam vero abstinentiam fuisse illam Andreæ, medio quotidie, non plus, paxamatio vescentis, patebit ex Ruffini lib. III, num. 31, ubi singularem Pioris abstinentiam insinuans. « Tantum unum, inquit, paximatium et quinque olivas in cibo accipiebat, » quotidie, ut reor. Hic autem Noster dimidio contentus erat: imo, uti mox subditur, biduum triduumve et hebdomadam aliquando totam jejunus transibat.

Digitized by Google

bibebat, ac spectatorum illac transeuntium indignationem, aliis quidem fustibus cum aggredientibus, aliis vero non sine comminatione dicentibus. Non decet, stulte, ita sordes haurire. Ille autem non respondens ulli verbo, confestim se inde proripiebat. Atque hæc, carissimi, victandi vivendique ratio, sane arcana, viro sancto fuit.

26. Accumbente igitur Andrea, quemadmodum supra meminimus, in œnopolio cum venerabilibus illis adolescentibus mensæ, forte auribus meis prætereuntis illac, hominum infimi, allapsa vox ejus est; et declinans tantisper a via, contuli me ad vestibulum, clam, quid ageretur, speculaturus. Igitur cum adolescentes salutato Andrea viam suam prosequerentur, accidit etiam cauponem, qui Christianus erat, cujusdam rei causa officina egredi, et Andream intus manere solum: qui huc atque illuc circumspiciens, ubi neminem deprehendit, extensis in cœlum manibus precari pro tribus memoratis adolescentibus cœpit, et (testis mihi Deus est, qui perdit loquentes mendacia) levatus e terra in aerem sublimis pependit, non sine admiratione ac horrore meo hominis impuri, talia videntis. Sed statim restitutus sibi exivit, in turbis more suo fabulam acturus. Atque illud nunc aperiam charitati vestræ.

A οὕτως ἀγανακτεῖν ἐπ' αὐτὸν, καὶ τοὺς μὲν δαίρειν αὐτὸν, τοὺς δὲ μετὰ ἀπειλῆς λέγειν αὐτῷ· Οὕτως οὐ πρέπει, σαλὲ, τῶν καλανίσκων ἀπογεύεσθαι. Ὁ δὲ οὐκ ἀπεκρίνατό τινι λόγον, ἀλλ' εὐθέως τῶν ἐκεῖ ἀνεχώρει. Αὕτη, ἀγαπητοὶ, τοῦ Μακαρίου ἡ δίαιτα καὶ ἡ ἀπόκρυφος πολιτεία.

κϛ'. Ὡς οὖν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται, ὅτι ἐν τῷ καθαροποτείῳ μετὰ τῶν τιμίων ἐκείνων παίδων καθεζόμενος ἤσθιεν, ἔτυχεν ἐμοὶ τῷ ἐλαχίστῳ διερχομένῳ τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκοῦσαι· ἐξένευσα δὲ, καὶ στὰς ἐν τῷ προθύρῳ ἐν κρυφῇ κατώπτευον τί πράττει; Ἐν δὲ τῷ ἀσπάσασθαι αὐτὸν τοὺς νέους καὶ ἀπελθεῖν τὴν ὁδὸν αὐτῶν, ἔτυχεν καὶ τὸν φουσκάριον, Χριστιανὸν ὄντα, ἕνεκά τινος ἐξελθεῖν τοῦ B ἐργαστηρίου, αὐτὸν δὲ μόνον μεῖναι ἔνδον. Βλέπει δὲ ὁ Ὅσιος ὧδε κἀκεῖσε, καὶ ὡς τινα οὐχ ἑώρακεν, ἐκτείνει εἰς ὕψος τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ποιῶν δέησιν ὑπὲρ τῶν τριῶν παίδων ἐκείνων, καὶ, ὡς ἐπὶ Θεοῦ τοῦ ἀπολλύντος τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος, ἤρθη ἀπὸ γῆς εἰς τὸν ἀέρα καὶ ἐκρέματο· ὡς φρικτὰ ἐμοὶ καὶ παράδοξα τῷ ἀσώτῳ ἐφάνη. φρίκη γάρ με κατέσχεν, βλέποντα ταῦτα, καὶ ἐξίστη μου ἡ διάνοια. Εὐθέως οὖν καταστὰς εἰς ἑαυτὸν ἐξῆλθεν ἔξω, μετὰ τοῦ πλήθους ἐργαζόμενος τὰ συνήθη· τοῦτο δὲ τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ ἔκδηλον ποιήσομαι.

CAPUT IV.

Sæviente gravi tempestate, diutinam exstasin patitur, in cœlum raptus et varia conspicatus.

27. Tempestas aliquando sævissima invaluerat, acerrimo frigore tanta cum violentia aerem constringente, ut omne animalium genus obrigesceret. Opplebantur cuncta domicilia nivibus, quia valide sæviens Boreas, tegulas, ex humillimis etiam, non modo e sublimibus domibus, everterat. Ubique pauperes, miserandum in modum lamentantes gementesque, triste Væ! ingeminabant, ac præ inedia et frigoris asperitate contabescentes, ad mortis discrimen ultimum adducebantur: alii, mole nivis obruti similiter vitam finiebant; rumpebantur dolia; evellebantur radicitus arbores; volucres cœli interibant defectu alimenti. Ego vero excruciabar animo vehementer, famuli Dei Andreæ causa, veste omni ac domicilio destituti; non enim tunicam, non breve palliolum, non stoream, non vestem cilicinam, quæ indueret; non tuguriolum, quo se reciperet, habebat. Versabar igitur in luctu ac mœrore magno, anxie cogitans, quid factum ipso esset, aut qua in urbis parte lateret; suspicabar etiam subinde, jam vitam omnino cum morte commutasse. Tenuerat violenta hæc tempestas dies plures, cum elapsis septimanis duabus, cessantibus tandem ponentibusque ventis, progressa multum vespera, ad me intrat præclarus hic divinusque pugil. Obstupui, hominem intuitus; et illico surgens, cum osculo sancto et amplexu ipsum salutavi. Posteaquam vero multum temporis mutuo amori dedimus, dicit mihi ille: Consideamus, dilecte mi,

C κζ'. Χειμῶνος δὲ σφοδροτάτου γεγονότος, κρύους δριμυτάτου τὸν ἀέρα πιέζοντος, πᾶσα φύσις σωμάτων ἀπὸ τῆς βίας ἐπήγνυτο· τὰ καταγώγια πάντα μεστὰ χιόνος ὑπῆρχεν, διὰ τὸ πνέειν σφόδρα τὸν βοῤῥᾶν διαστρέφοντα τοὺς κεράμους καὶ αὐτῶν τῶν χαμαιγείων, μὴ ὅτι γε τῶν ὑψηλῶν καὶ μετεώρων δομημάτων. Πάντες δὲ οἱ πένητες, τὸ οὐαὶ θρηνοῦντες, ὀλοφυρόμενοι καὶ στένοντες ἐβόων, καὶ τῇ ἐνδείᾳ καὶ τῇ βίᾳ τοῦ κρύους τηκόμενοι τῷ θανάτῳ παρεπέμποντο· ἕτεροι δὲ ὑπὸ τῆς χιόνος καταχωννύμενοι, τὰ ὅμοια ἔπασχον· πίθοι διεῤῥάγησαν, δένδρα ἀπὸ ῥιζῶν ἀνεσπάσθησαν, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ διεφθάρησαν τῇ ἐνδείᾳ τῆς τροφῆς. Ἦν δέ μοι λύπη μεγάλη διὰ τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ, διότι γυμνὸς ἦν τῷ σώματι παντελῶς καὶ ἀνέστιος, οὐ χιτῶνα ἔχων, D οὐ μαλοτίτκον, οὐ ψιάθιον, οὐ κιλίκιον, οὐ καλύβην· καὶ ὑπῆρχον ἐν θλίψει καὶ ὀδύνῃ μεγάλῃ, τί ἄρα εἰς αὐτὸν γέγονεν, ἢ ἐν ποίῳ ὑπάρχει τῆς πόλεως· εἴκαζον γὰρ ὅτι ἐκ παντὸς τετελεύτηκεν. Ἐκράτησεν οὖν ἡ βία τοῦ χειμῶνος ἐπὶ ἡμέρας πολλάς· μετὰ δὲ ἑβδομάδας δύο, τοῦ μεγίστου ἀνέμου παυσαμένου καὶ λοφήσαντος, ἑσπέρας οὔσης βαθείας, ἔρχεται πρός με ὁ ἀοίδιμος οὗτος καὶ τοῦ Θεοῦ θεράπων. Ἐγὼ δὲ ἰδὼν αὐτὸν ἐξέστην τῷ πνεύματι· ἀναστὰς οὖν περιεπλάκην αὐτῷ, ἀσπασάμενος τῷ ἁγίῳ φιλήματι. Ὡς δὲ ἐπὶ πολλὰς ὥρας τῇ ἀγάπῃ ἐνεκείμεθα, ἔφη μοι· Ἄφες, καθεσθῶμεν, ἀγαπητέ μου, παυσάμενος τῶν δακρύων, καὶ ἔχω σοί τι διηγήσασθαι. Καθεσθέντες δὲ, λέγει χαριεντιζόμενος· Θὲς

Digitized by Google

τράπεζαν, ὅπως εὐφρανθῶμεν. Ἐγὼ δὲ τὸ ῥῆμα A ἀκούσας, προσέταξα τοῦτο γενέσθαι.

κη'. Ἀσχολουμένου δὲ τοῦ παιδὸς περὶ τῆς διαταγῆς, λέγει μοι ὁ Δίκαιος· Ὄντως, κύρι ἀδελφέ μου γλυκύτατε, διατί οὕτως ἐπ' ἐμοὶ ἠγωνίας, νομίσας ἀπὸ τοῦ κρύους τεθνάναι με, ὡς ἅπαντας τοὺς ἀδελφούς μου καὶ συμπένητας, Οὐκ οἶσθα ὅτι φυλάσσει Κύριος τοὺς ἀγαπῶντας αὐτὸν, καὶ ὅτι ἐγγὺς Κύριος τοῖς συντετριμμένοις τῇ καρδίᾳ, καὶ τοὺς ταπεινοὺς τῷ πνεύματι σώζει; Οὐκ οἶσθα, ὅτι ὁ εἰπὼν τῇ ἐμῇ ἐλεεινότητι, Ὅτι ἐὰν ὁλοψύχως ἀγαπήσῃς με, γνώσει τὰς δωρεάς μου, καὶ τὴν πολλὴν παραμυθίαν τὴν ἐξ ἐμοῦ σοι γινομένην; Μὴ οὖν, B φίλε μου, ἀπὸ τοῦ νῦν τι τοιοῦτον περὶ ἐμοῦ ὑπολάμβανε τὸ σύνολον· μεγάλη γὰρ χαρὰ τοῖς ὁλοψύχως καὶ ὁλοτρόπως εἰς Θεὸν ἐλπίζουσιν, καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. Ταῦτα ἐμοῦ ἀκούσαντος, ὑπέλαβον ἐν τῇ διανοίᾳ τι θαυματούργημα γεγονέναι εἰς αὐτὸν εἰς τὴν τοιαύτην ἀνάγκην, καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ταῦτά μοι εἴρηκεν. Ἠρξάμην δὲ γλυκυτάτοις λόγοις ὁμαλίζειν καταφιλῶν, καὶ γνησίως ἐπερωτᾷν, λέγω πρὸς αὐτόν· Σὺ, κύριέ μου, πῶς διῆγες ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἀνάγκης; ὁρκῶ τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, μὴ ἀποκρύψῃς με τὰ παράδοξα τὰ εἰς σὲ γεγονότα ἐκ Θεοῦ.

κθ'. Ὁ δὲ Μακάριος λέγει· Φίλε μου ἐν Κυρίῳ, ποῦ εἶχεν σαλὸς καὶ ἔξηχος διατρίβειν, ἢ μὴ ἐν τῇ ἐξηχίᾳ καὶ ἐν ταῖς ἐμπαιζοσύναις αὐτοῦ, καθὼς C καὶ πάντοτε; Πλὴν, Ἀδελφέ μου, φλέγει με ἡ ἀγάπη σου, καὶ πολὺ πάθος ἕλκει με τοῦ ἐξομολογήσασθαί σοι· ὁρκῶ σοι δὲ τὸν Θεὸν τὸν ποιήσαντα ἐπὶ λόγῳ τὰ πάντα σὺν τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ Υἱῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι, μέχρις ἂν εἰμὶ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ, ἃ μέλλω λέγειν σοι μὴ ἀναγγείλῃς τινὶ τὸ σύνολον, καὶ δι' ἀγάπη (45) διαπύρῳ πρός σε ἀνακείμενος θαῤῥήσω σοι. Ὥρκωσα δὲ αὐτὸν ἐγὼ φρικωδεστάτοις ὅρκοις τοῦ φυλάττειν αὐτοῦ τὰ θεῖα παραγγέλματα. Τότε ἀνοίξας τὸ τίμιον αὐτοῦ στόμα, ἔφη μοι· Ὡς οἶδας, ἀγαπητὲ, τὴν σφοδροτάτην ἀνάγκην τοῦ κρύους, καὶ τοῦ μεγίστου ἀνέμου, πάνυ ἠπόρουν μὴ ἔχων τί διαπράξασθαι, γυμνοῦ μοῦ ὄντος, ἀσκεπάστου καὶ ἀνυποδέτου, μήτε κάλυμμα ἔχων, D ἢ ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι· ἀπηρχόμην οὖν πρὸς τοὺς ὁμοίους μου πένητας σωθῆναι, καὶ οὐκ ἐδέχοντό με, ἀλλ' ὡς κύνα ῥάβδοις με ἐξεδίωκον βδελυσσόμενοι καὶ λέγοντες· Αἶρε ἐντεῦθεν, κύων, καὶ ὑποχώρει. Μὴ εὑρίσκων δέ που σωθῆναι (46) λοιπὸν περιηγεῖτό μοι πᾶσα ζωῆς ἐλπίς. Ἔλεγον δὲ, Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς πάντως εἰ διὰ τὴν ἀγάπην αὐτοῦ ἀποθάνω, ξένον οὐδέν. Ἀλλ' ὁ Θεὸς οὐκ ἔστιν ἄδικος, ὃς ποιήσει σὺν τῷ κρυμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν, ὑπομονὴν παρασχών μοι.

cessent lacrymæ, est quod tibi narrem. Ubi consedimus, blando vultu resumens: Jubeto, ait, mensam parari, ut exhilaremur; jussique ego ita fieri.

28. Porro dum jussa sedulus exsequitur puer, ita rursus mihi Sanctus: Domine mi, frater vere suavissime, quamobrem tantopere te afflixisti mea causa, ratus me quoque præ frigore obriguisse, quemadmodum cunctis fratribus meis pauperibus evenit? Utrum ignoras, custodire Dominum diligentes se, et prope abesse a contritis corde, et salvos facere humiles spiritu? Utrum ignoras illum dixisse misero mihi: Si toto corde dilexeris me, experieris dona mea, et multiplicem consolationem, quæ obveniet tibi tribuente me? Quæso itaque, dilecte mi, ne te istiusmodi posthac cura ulla mei angat: sperantibus quippe ex toto animo viribusque in Deo multiplex manet gaudium, tam in præsenti sæculo quam in futuro. Talibus auditis subiit animum cogitatio, grande quid ac admirabile evenisse viro, tempestate illa sæviente; ac propterea talem in modum loqui. Cœpi ergo blandis verbis, admiscendoque oscula, quasi viam sternere, ac ingenue percunctari: Domine mi, quo pacto tempus illud tempestuosum transegisti? per Deum cœli ac terræ Dominum, noli celare me miracula, quæ operatus est in te Deus.

29. Respondit vir beatus: Dilecte mihi in Domino, ubi versatus fuisset stultus atque amens nisi in stultitia et illusionibus suis, quemadmodum consuevit semper? Verum tamen, mi frater, inflammor amore tui, teneorque desiderio vehementi aperiendi tibi, quæ petiisti, sed adjuro te per Deum, qui cum unigenito Filio suo Domino nostro Jesu Christo, cumque sancto et vivifico Spiritu, suo universa condidit verbo unico, ut ne quandiu hac ego fruar vita, reveles ulli omnino quæ dicturus sum; et ex singulari amore, quo in te feror, fidenter aperiam. Cumque ego sancte jurejurando me obstrinxissem, habiturum secreta, quæ revelaret, Dei opera, aperto rursus venerando ore sic loqui perrexit: Quanta cum frigoris, nivis ventorumque violentia incubuerit tempestas, non te fugit, charissime; pendente me animi, ac quid consilii caperem ignaro; cum veste, calceis, tecto destitutus, ubi caput reclinarem, non haberem. Ad pauperes igitur mei similes abivi, salutem quæsiturus; sed tantum abfuit, ut admitterer, ut fustibus quoque, non secus atque canem, me abigerent, adjectisque exsecrationibus dicerent: Abi hinc, canis, in malam rem. Cum igitur ubi servarer, non reperirem, omni tandem vivendi diutius spe sublata: Benedictus, inquiebam, Dominus Deus cujus amore si mortem oppeto, nihil novi. Verum Deus non est injustus, qui frigori quoque huic terminum ponet, ac patientiam largietur mihi.

(45) Nota præpositionem διὰ cum dandi casu præter morem antiquorum.

(46) Ms. nostrum ἀπορήσας τὴν ζωὴν ἀπεγραψάμην· Εὐλογητὸς δὲ Κύριος πάντως διὰ τὴν ἀγάπην αὐτοῦ, εἰ καὶ ἀποθάνω, ἀποθάνω, καὶ τί ἐμοί.

Digitized by Google

30. Concessi tandem ad quemdam porticus angulum, inventoque inde non procul catello, me illi admovi, spe percipiendi quidpiam caloris: at ille me jam prope absentem intuitus, surrexit ac fugam capessivit. Quamobrem ad me conversus sic aio: Viden', miser, quantus sis peccator? ipsi etiam canes societatem tuam refugiunt, nec te, tametsi sui similem, in suum recipiunt numerum. Homines te non secus atque cacodæmona aversantur, abominantur canes, exterminant pauperes; quid tandem agas? moreris, insane, moreris, nulla namque hic salutis tibi spes affulget. Quibus cum mœrore prolatis, tanta me invasit angustia, tanta constrinxit frigoris acerbitas, tantus occupavit tremor, ut lacrymis non temperarem, mentisque tantummodo aciem ad Deum levans, rigentibus membris omnibus, existimarem spiritum jamjam me redditurum: cum subito incalescere cœpi, apertisque oculis intueor adolescentem perquam decorum cujus facies non cedebat solis splendori; præferebat manu ramum aureum, rosis liliisque roscidis, non quales hic mundus profert (minime vero), sed alterius plane tum naturæ tum formæ, circumplexum. Tenens itaque speciosissimum illum ramum, et intuitus me: Quo, inquit, in loco es, Andrea? Respondeo ego: In tenebris et umbra mortis. Rursus ille: Qui sic? simulque florigero ramo faciem meam percutit, his verbis additis: Vitam recipiat insuperabile posthac corpus tuum. Et repente fragrantia istorum florum ad cor meum penetravit, ac per modum fulguris vitam mihi restituit. Post hæc audio vocem ita loquentis: Abducite illum in locum refrigerii, dum transeant hebdomades duæ, iisdem elapsis unde venit rediturum; volo namque ut certando amplius se mihi probet. Vix desierat audiri vox ista, dum alto eoque suavissimo somno correptus sum, nec quid deinceps factum sit, satis scio. Illo enim, quo Deo placitum fuit loco, transegi septimanas duas, non aliter quam si noctem integram suaviter dormivissem.

31. Deprehendens autem me ipse jucundo mirabilique in horto, obstupui spiritu; et cogitavi mecum, quid id rei foret: Novi, inquiens, domicilium mihi meum Constantinopoli esse; hic autem quid agam, plane nescio. Cum vero admirarer vehementer, quo pacto, id mihi evenisset, pendens animi, hunc in modum locutus sum: Næ ego revera mente captus sum; Deus enim bene mihi consuluit, eique propterea me gratias agere laudesque canere, par foret: interim hic segnis sedeo, tota mente inusitato hoc rerum prodigio intentus et me non aliter quam carnis expertem considero: non enim putabam carne me vestitum. Porro induebar tunicam fulgentem, niveam, gemmisque obsitam, pulchritudine sua oculos animumque meum mirum in modum oblectantem: hinc orna-

A λ'. Πορευθεὶς οὖν ἐν μιᾷ γωνίᾳ τοῦ ἐμβόλου, καὶ εὑρὼν κυνάριον, πλησίον αὐτοῦ ἐμαυτὸν ἀνέκλινα, προσδοκῶν θέρμης τινὸς ἀπολαῦσαι ἐξ αὐτοῦ· ἐκεῖνο δὲ ἰδών με πλησίον αὐτοῦ ἀναστὰς ὑπεχώρει. Λέγω οὖν ἐμαυτῷ· Ταλαίπωρε, ὁρᾷς πόσον εἶ ἁμαρτωλὸς, ὅτι καὶ οἱ κύνες δραπετεύουσιν, καὶ οὔτε κἂν ὡς ὅμοιον αὐτῶν κύνα σου δέχονται; οἱ ἄνθρωποι ὡς πονηρὸν δαίμονα ἀποστρέφονται, οἱ κύνες μυσάττονται, οἱ συμπένητες ἐλαύνουσιν· λοιπὸν τί ἔχεις εἰσπράξασθαι; ἀποθνήσκεις, ἄσωτε, ἀποθνήσκεις, ὧδε γὰρ σωτηρία σοι οὐκ ἔστιν. Ὡς δὲ ταῦτα ἐν ὀδύνῃ ἔλεγον ἦλθέ μοι κατάνυξις, καὶ σφιγγόμενος ὑπὸ τοῦ κρύους καὶ τοῦ μεγίστου τρόμου ἐκείνου ἔκλαιον, τοῖς νοεροῖς μόνον εἰς Θεὸν ἀποσκοπῶν ὄμμασι· ψυχρανθέντων δὲ πάντων μου B τῶν μελῶν, ἐνόμιζον παραυτίκα ἐκπνέειν με. Αἴφνης οὖν ᾐσθόμην θέρμης τινὸς, καὶ ἀνοίξας τοὺς ὀφθαλμούς μου, ὁρῶ νεανίαν τινὰ ὡραῖον σφόδρα, ἀστράπτον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος· κατεῖχε δὲ ἐν τῇ χειρὶ κλάδον χρυσοῦν, πεπλεγμένον ῥόδοις καὶ κρίνοις ἐνδρόσοις, οὐχ ὡς τὰ τοῦ κόσμου τούτου, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ ποικίλα τινὰ ἑτεροφυῆ καὶ ἑτερόθεα. Ὡς οὖν τὸν ὡραῖον ἐκεῖνον κλάδον ἐκράτει βλέψας με, λέγει μοι· Ἀνδρία, ποῦ ἦσθα; Λέγω αὐτῷ, Ἐν σκοτεινοῖς καὶ σκιᾷ θανάτου. Ὁ δὲ λέγει μοι· Πῶς; καὶ δίδωσίν μοι σὺν τῷ λόγῳ μετὰ (47) τοῦ ἀνθεοφόρου κλάδου ἐκείνου εἰς τὸ πρόσωπον, καὶ λέγει μοι· Λαβέτω ζωὴν ἀκυρίευτον τὸ σῶμά σου. Παραχρῆμα δὲ ἡ εὐωδία τῶν ἀνθέων ἐκείνων C εἰς τὴν καρδίαν μου εἰσελήλυθεν, καὶ ὥσπερ ἀστραπῆς εἶδος τὴν ζωήν μοι ἐνέθηκεν. Καὶ μετὰ ταῦτα ἀκούω φωνῆς τάδε λεγούσης· Ἀπαγάγετε αὐτὸν εἰς παραμυθίαν ἕως ἑβδομαδῶν δύο, καὶ πάλιν ὑποστραφήσεται· ἔτι γὰρ αὐτὸν λέγω ἀγωνίζεσθαι. Καὶ σὺν τῷ λόγῳ ἤρθην εἰς βαθὺ καὶ ἥδύτατον ὕπνον, καὶ τί μοι γέγονεν οὐκ ᾔδειν. Ὥσπερ γὰρ δι' ὅλης νυκτὸς ἡδέως ὑπνώσας, οὕτως ταῖς δυσὶν ἑβδομάδαις ὑπῆρχον, ἔνθα ἡ τοῦ Θεοῦ βούλησις ἐκέλευσεν.

λα'. Βλέπων δὲ ἐμαυτὸν εἰς Παράδεισον τερπνὸν καὶ θαυμαστὸν λίαν, ἐξέστην τῷ πνεύματι· διελογισάμην δὲ τί ἄρα τοῦτό ἐστιν, Ἤδειν ὅτι ἡ κατοίκησίς D μου ἐν Κωνσταντινουπόλει ὑπάρχει τί δὲ ἐνταῦθα ποιῶ οὐκ ἐπίσταμαι. Θαυμάζοντος δέ μου μεγάλως τὸ πρᾶγμα, πῶς ἄρα τοῦτο γέγονεν εἰς ἐμὲ, ἀπορίᾳ ληφθεὶς εἶπον· Ἴδε πῶς εἰμι μετὰ ἀληθείας ἔξηχος, ἀγαθὸν γάρ μοι ἐγένετο παρὰ Θεῷ, καὶ ὤφειλον δοξάζειν αὐτὸν καὶ εὐχαριστεῖν· νυνὶ δὲ καθεζόμενος πολυπραγμονῶ τὸ ἐξαίσιον τοῦτο τεράστειον, καὶ κατανοῶ ἐμαυτὸν ὥσπερ ἄσαρκον· οὐ γὰρ ἐνόμιζον σάρκα φορεῖν. Χιτὼν δέ μοι προσῆν ἀστραποΰφαντος ὡς χιονοειδὴς, διάλιθος· σφόδρα δὲ ἐτερπόμην ἐπὶ τῷ κάλλει αὐτοῦ· τὰ δὲ ἐπὶ τῆς κορυφῆς μου κατενόουν, κἂν ἦν ἐκ παντοίων ἀνθέων πεπλεγμένος μοι στέφανος· ἀλλὰ καὶ ὑποδήματα ἐπὶ τῶν ποδῶν

(47) Ms. nostrum hic præpositionem μετὰ cum accusativo jungebat, minus recte.

Digitized by Google

μου ἐμοὶ ἐνομίζετο· ζώνην δὲ ἤμην διεζωσμένος ὡς κόκκινον, φοβερόβαφον τὸ χρῶμα ἔχουσαν. Ἔστιλβε δὲ ὁ ἀὴρ τοῦ Παραδείσου ἐκείνου ἀῤῥήτου φωτὸς ἰδέᾳ, ὑποροδίζων ἀνθήμασι ποικίλοις, ἀκτινοβολοῦσι τοῖς χρώμασιν· εὐωδία δὲ ποικίλη διηνεκῶς παραλλασσομένη, ξενοπρεπῶς τοῖς αἰσθητηρίοις καὶ τῇ ὀσφρήσει μου ὑπήντα καθηδύνουσα. Πίστευσόν μοι, φρίττω καὶ νοῦν καὶ διάνοιαν, ταῦτα λέγων σοι (48). Ὥσπερ δὲ βασιλεὺς κεκτημένος διάθεσιν οὕτως ἤμην διακινῶν ἐν τῷ κήπῳ ἐκείνῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐτερπόμην μεγάλως ἐν ἑαυτῷ, στοχαζόμενος τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον.

A tum capitis mei considerabam, quod erat sertum ex floribus omnis generis plexum: sed et pedes mei mihi contegi calceis videbantur: cingebarque zona coloris intensi, velut purpurei. Coruscabat aer illius horti inexplicabili luce, suaviter perfusus diversis floribus, solares radios colore imitantibus: varius autem odor, qui identidem permutabatur, olfactus mei organum insolita quadam jucunditate afficiebat. Crede mihi, exhorresco tota mente animoque, cum hæc refero. Quemadmodum igitur cum rege aliquo, cui quidquid desiderat in promptu est, ita mecum in divino isto horto agebatur, maximam capiente voluptatem ex consideratione rerum, virtute plusquam humana istic provenientium.

λβʹ. Φυτὰ δὲ ἐκεῖ πολλὰ, ἃ ὁ Θεὸς ἐξανέτειλεν, οὐχ ὡς τὰ τοῦ κόσμου τούτου, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ ἀειθαλῆ καὶ ἑτεροφυῆ, εὐώδη, δασέα, μελισταγῆ, ὑψίκομα, τερπνὰ, κεκυφότα τοῖς κλάδοις καὶ κυμαινόμενα ἄλληλα πρὸς ἄλληλα, θέαν ἔχοντα ὡς τὸ κρύος τοῦ οὐρανοῦ καὶ ἡδονὴν αἴσθησιν ὑπερβαίνουσαν. Ἧς ἡδονῆς καὶ ἀγαλλιάσεως δροσισμοῦ μακάριοι οἱ μετέχοντες, θέας τε καὶ εὐφροσύνης τὴν ψυχὴν ἐμπιπλάμενοι (49). Ξένον δὲ τοῦτο, ὅτι τοῖς μὲν ἦν ἑτέρα ἡ θέα, τοῖς δὲ παραφέρουσα ἡ εὐπρέπεια, καὶ τοῖς μὲν ἄνθη δεδώρηται ἀκατάπαυστα καὶ ἀμάραντα, τοῖς δὲ φύλλοις καὶ καρπῷ ποικίλῳ προσέταξε καλλωπίζεσθαι, τοῖς δὲ ἦν ἄνθος, καὶ φύλλα, καὶ τέρψις, καὶ θέα ξένη, καὶ καρπὸς τίμιος, περίβλεπτος καὶ ἀνείκαστος. Θαῦμα δὲ ἐν τοῖς τοιούτοις μέγιστον, πετεινὰ γὰρ ἐπ' αὐτοῖς καὶ στρουθία καὶ τέττιγες, καὶ ἕτερα κατ' ὄνομα ὡραῖα, χρυσόπτερα καὶ χιονόπτερα, ποικίλα κατὰ ἓν φύλλον καθεζόμενα, ηὔλουν τε καὶ ἐξελάλουν, καὶ ἐτερποφώνουν, ὥστε τὸν κελαδισμὸν τῆς φωνῆς αὐτῶν τῆς ὡραίας καὶ ἐνηδόνου, ὥς γε νομίζω ἀκούειν εἰς ὕψος ἕως ἄκρον τοῦ οὐρανοῦ· τὰ δὲ στρουθία ἐκεῖνα ᾤμην τοῦ στοχάζεσθαι, καὶ ἥρπαζε τὸν νοῦν μου ὡς εἰς ἔκστασιν ἡ θεωρία τῆς ποικιλίας αὐτῶν ἡ παράδοξος. Ὥσπερ γὰρ ῥόδα, ἢ κρίνα, ἢ ἕτερόν τι οὐκ ἔχω εἰπεῖν, εἶδος ἀνθέων πολυποικίλων, οὕτως ἦν τὰ κάλλη τῶν στρουθίων ἐκείνων, ὡς παράδοξα καὶ μετέωρα.

B 32. Abundabat enim locus pluribus, quas Deus enasci fecerat, plantis; non qualibus hic mundus gaudet (absit, absit); sed erant alterius omnino naturæ. Vernabant perpetuo; odorem exhalabant gratissimum; stillabant liquore melleo; erant densitate frondium, proceritate cacuminum, venusto quodam ramorum flexu conspicuæ, nutabant aliæ versus alias cum mira intuentium voluptate: denique speciem habebant, firmamento cœli non absimilem; tantamque afferebant delectationem, quanta sensibus capi non potest. Beati, qui voluptate illa et jucunditate perfruuntur, beata illa visione et lætitia saturi! Illud vero admirandum imprimis, quod quædam aliis atque aliis modis se conspicienda offerrent, quædam vero non uno delectarent ornatus C genere. Aliis siquidem florere tantum perpetuo, floribus nunquam languescentibus aut marcescentibus, datum est; aliæ, foliis fructibusque diversi generis exornari jussæ sunt; aliis denique erant simul et flores, et folia, et amœnitas sua, et species peregrina, et fructus pretiosi, conspicui, nullisque aliis comparandi. Nec illud stupendum minus, quod in memoratis arboribus volucres, passeres, cicadæ, aliæque nominatim aves diversæ, multa venustate insignes, aliæ fulgorem auri, aliæ candorem nivis referentibus alis decoræ, singulis foliis insidebant; canentes modulantesque tanta cum suavitate, ut putem pulcherrimum ac amœnissimum illarum concentum, sublime elatum, cœlum adusque supremum penetrasse. Cumque ego propius considerare volucres avebam, abalienavit animum meum a sensibus, raptum in exstasim, admirabilis tantæ varietatis illorum aspectus. Quemadmodum enim dictum est, rosas, lilia, aliaque florum genera, quæ enarrare non possum, multiformia fuisse, ita volucrum quoque illarum pulchritudo admirabilis plane ac singularis erat.

λγʹ. Πάλιν οὖν τοῦ πρώτου στρουθίου τὴν ὡραιότητα ἐκθαμβούμενος τῇ διανοίᾳ, καὶ τὸν λογισμὸν εἰς ἓν συνάγων, ἐστοχαζόμην ἄλλης δόξης καὶ θέας τὴν βαφὴν καὶ τὴν χροιὰν κεκτημένον. Πάλιν οὖν ἑώρων ἕτερόν τι καὶ ἐξαίρετον, ὅπερ ἦν ἐμοὶ θυμηδία μεγίστη· ἡ μελῳδία αὐτῶν ἡ ἀκατάπαυστος καὶ ἐνήδονος· καὶ τίς διηγήσηται τὰ ξένα καὶ φρικτὰ κάλλη τῶν ὁρωμένων ἐκεῖσε; Πάντα δὲ τὰ ὡραῖα ἐκεῖνα

D 33. Rursum igitur conversus ad primam aviculam, venustatem ejus admiratus sum: collectisque in unum sensibus, ad aliam, multa coloris gratia et elegantia insignem, considerandam me contuli; et deprehendi rursus aliud atque aliud eximiæ venustatis, quod me mirum in modum recreabat. Cantus denique eorum sine intermissione continuatus suavissime resonabat. Verum quis explicet

(48) Idem solummodo hæc habebat: φρίττων οὖν καὶ διάνοιαν, admodum vitiose.

(49) Ibidem legitur, ἡδονὴν καὶ θέαν ὡς τὸ κρύος τοῦ οὐρανοῦ, ᾧ τοῖς μάκαρσιν ἔχρηται, ἥπερ ἡδονῆς καὶ ἀγαλλιάσεως δροσισμῷ θέας καὶ εὐφροσύνης τὴν ψυχήν. Quid hinc recte exponas?

Digitized by Google

A insolitam atque admirabilem pulchritudinem illarum rerum, quæ istic loci visebantur? Plantæ illæ formosæ, ordine quæque suo consitæ, oppositas inter se dextereque instructas acies referebant. O felicem manum, cujus hæc opera plantata sunt! Ubi vero in horti interiora penetravi, arbitratus sum, non amplius in tenebris hujusce mundi me versari: si enim quæ hic sunt cum bonis regionis istius compares, tenebræ videbuntur. Post hæc in planitiem descendenti mihi aperit sefluvius ingens, hortum medium permeans, et plantis omnibus, leni tractu alluendo radices, humorem sufficiens. Advolabant eo speciosæ, quas dixi, perpetuoque cantu gaudentes, volucres: circum explicabat se vitis, referentibus fulgorem auri foliis, palmitibus vero B luminis instar rutilantibus decora, quam ego primo lapidi assimilabam, propter illum qui dixit: « Ego sum vitis vera [1], » et summus angularis lapis [2]. Explicabat se porro vitis illa per universum hortum, maximis pulcherrimisque racemis onerata; et palmitum suorum complexu plantas reliquas in modum coronæ ambiens, decori eis erat.

φυτὰ συμμέτρως ἵσταντο ὡς παράταξις πρὸς παράταξιν. Ὢς μακαρία ἡ χείρ, ἡ ταῦτα φυτεύσασα! Πάλιν οὖν ἐπὶ τὰ ἔνδον τοῦ Παραδείσου χωροῦντός μου (ἐνόμιζον γὰρ ὅτι οὐκέτι ἴδω τὸ σκότος τοῦ κόσμου τούτου· πρὸς γὰρ τὰ ἐκεῖ σκότος μοι τὰ ἐνταῦθα)· ὡς δὲ ἐπορευόμην ἐν πλατυσμῷ βλέπω, καὶ ἰδοὺ ποταμὸς μέγας μέσον τοῦ Παραδείσου διώδευε, καὶ ἐπότιζε πάντα τὰ φυτὰ ἐκεῖνα ἐν γαληνότητι ταῖς ῥίζαις αὐτῶν προσκλυζόμενος· ἐπ' αὐτῷ δὲ τὰ ὡραῖα στρουθία ἐκεῖνα τὰ ἀκατάπαυστα κελαδοῦντα κατήρχοντο. Ἄμπελος δὲ ἐν κύκλῳ τοῦ ποταμοῦ ἐφαπλουμένη, χρυσοφαέσι μὲν τοῖς φύλλοις, εὐπρεπὴς δὲ εἰς τὰ κλήματα, ἃ λύχνῳ τινὶ ἐοικότα τῷ πρώτῳ λίθῳ εἴκαζον, διὰ τὸν εἰρηκότα· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή, » καὶ ὁ ἀκρογωνιαῖος (50) λίθος καὶ ἀκρότομος. Ἐφήπλωτο δὲ ἐν ὅλῳ τῷ παραδείσῳ βρίθουσα μεγίστοις βότρυσιν εὐπρεπεστάτοις, ὥστε στεφάνων δίκην κατακοσμεῖσθαι τῇ περιπλοκῇ τῶν κλημάτων τὰ ἐκεῖσε φυτά.

31. Horum contemplatione detentus, perfundebar gaudio singulari, et ex gaudio in admirationem, ex admiratione in exstatim transferebar. Cumque starem multo tempore non satis mei compos, percipio venti sonum, ex parte orientali aspirantis; qui in arbores impingens leniter eas crispabat, et inexplicabilem odoris fragrantiam emittere faciebat: ego autem mirifice captus et obstupefactus rei novitate, putabam odorem illum ex thymiamate, quod C angeli in conspectu Dei incidunt, adesse. Ventus ille desierat, cum a parte mundi occidua alterius venti sonum inaudio, prorsus investigabilem jucunde admodum me afficientem, videbanturque mihi, qui inde absistebant vapores, nive candidiores esse. Jam vero concinnitas arborum earumque admirabilis fragrantia, omnia omnino, quæ terra hæc nostra producit, aromata longe superabat: ea autem eminus adventantibus aspirabatur tam placide, suaviter ac delectabiliter, ut me prope omnium, tum pretio tum novitate mirabilium, per quæ transiens voluptate perfundebar singulari, oblivio caperet. Quando autem inflammata sua lætitiæ cantica modulabantur ac dulci voce personabant aviculæ, D præ stupore non eram apud me: utrum tamen aviculæ, an angeli fuerint, Deus novit. Deinde alius rursum aliunde ventus ex septentrione aderat, isque satis vehemens, specie igneus, cujus radii erant, quemadmodum iris occidente sole consuevit: qui summa cum lenitate hortum perflans, herbas plantasque illas rutilantes placide motitabat, et suavissimum e rosis odorem agitatione eliciebat,

λδ'. Ταῦτα θεασάμενος, ἐτέρπετο ἡ καρδία μου, ἐκ φρίκης εἰς θαῦμα, καὶ ἐκ θαύματος εἰς ἔκστασιν τὴν ψυχὴν μεταφερόμενος. Ἐπὶ πολλὴν δὲ ὥραν ἑστὼς ἐννεὸς, ἀκούων ἤχου τινὸς ἐξ ἀνατολῶν ἀνέμου πνεύσαντος καὶ τοῖς δένδροις ἐπιπεσόντος, κυμαίνεσθαι ταῦτα ἐποίει, ἀποπέμποντα πνοὴν εὐωδίας ἄῤῥητον· ἐν οἷς ἡδέως ἔχων καὶ ἐκπληττόμενος, ἐνόμιζον ἀπὸ τοῦ θυμιάματος τοῦ Θεοῦ ταύτην εἶναι τὴν εὐωδίαν, ὅπερ (51) ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ θυμιῶσιν Ἄγγελοι. Παυσαμένου οὖν τοῦ ἀνέμου ἐκείνου, ἀκούω ἀπὸ δυσμῶν ἑτέρου τινὸς πνεύματος ἦχον, ἀνεξιχνίαστον τὴν ἡδύτητα ἐμποιοῦν μοι, ἧς ἡ ἐπίπνοια ἐν τῷ ἀτμίζειν ὡς χιόνος ὅρασις ἐχρημάτιζεν. Ἦν δὲ τῶν ἐκεῖσε δένδρων ἡ εὐπρέπεια ἐμπεπλησμένη εὐωδίας θαυμαστῆς ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα τῶν ἐπιγείων, πόῤῥωθεν ταύτην ἐκπέμποντα τὴν ὀσφρησιν, ὡς φοβερὸν καταθύμιον, ἐνιστάμενον, ὥστε ἐπιλαθέσθαι με ἐκεῖνα τὰ τίμια θαυμάσια, ἅπερ ὄπισθεν διοδεύσας ἀπήλαυσα μελίῤῥυτά τινα πέλοντα. Τὰ δὲ στρουθία ἐκεῖνα ἐν τῷ ᾄδειν αὐτὰ καὶ κελαδεῖν καὶ στρουθίζειν τὰ διάπυρα ᾄσματα τῆς ἀγαλλιάσεως, ἐξιστάμην τῇ διανοίᾳ μου· εἴτε στρουθία, εἴτε ἄγγελοι ὑπῆρχον, Κύριος ἐπίσταται. Ἀναδίδοται πάλιν ἀπὸ βοῤῥᾶ ἕτερος ἄνεμος ὑπερφυέστατος, πυῤῥάκης τῷ εἴδει, ὡς ἅτε ἴρις ἡλίου δύναντος αἱ ἀκτῖνες πεφύκασι· πνεύσαντος δὲ τούτου ἐν ἀπείρῳ γαληνότητι, γαληνομόρφως ἐκυμαίνετο τὰ λαμπρότατα ἐκεῖνα φυτὰ, ἔπνεε δὲ ταράσσων τὴν ἐν τοῖς ῥόδοις εὐοσμίαν, ὥστε ἐπὶ πολλὴν ὥραν ἔννουν με γενόμενον τῷ φιλτάτῳ γλυκασμῷ τε καὶ ἔρωτι κατατέρπεσθαι,

[1] Joan. xv, 1. [2] Ephes. ii, 20.

(50) Desunt hæc in ms. Mazar. neque vero multum ad rem faciunt.
(51) Pauca hic et obscura habet ms. Vatican. Ἡδέως ἔχων τοῦ ἀνέμου ἐκείνου τὴν ἐπίπνοιαν τῆς εὐωδίας, ὥστε νομίζειν με ἀπὸ τοῦ θυμιάματος, ὥσπερ.

Digitized by Google

φοβερᾷ τε χαρᾷ συνεχόμενος ὑπῆρχον ἐκ τῆς ἡδυτάτης εὐωδίας ἐκείνης τοῦ πνεύματος.

CAPUT V.

Ejusdem exstasis et visorum continuata narratio.

λε'. Ἐν φρίκει καὶ δέει ἐξεστηκὼς τὸ παράδοξον τοῦ πράγματος, πῶς ἐπ' ἐμοὶ τὸ τοιοῦτον ἀγαθὸν συμβέβηκεν διενοούμην· ὑπεστάλη δὲ τὸ πνεῦμα τὸ τρίτον ἐκεῖνο, καὶ σιγὴ μεγίστη παρευθὺς ἐγένετο. Ὀδεύσας οὖν ὀλίγον τοῦ περάσαι με τὸν ποταμὸν ἐκεῖνον, πρὸς τὸ πλάτος ἐχώρουν τοῦ κήπου τοῦ Θεοῦ, ἀναθεωρῶν τὸ ἄφραστον πλάτος ἐκείνου τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ, τὸ πολυπλασίως τεθησαυρισμένον ἐκεῖσε. Οὐ γὰρ ἔχω πῶς αὐτὰ τὰ πλούτη τοῦ Δεσπότου, ἀνθρωπίνῳ στόματι διηγήσασθαι, ὃ σοι διηγήσομαι, φίλε καὶ ἀγαπητὲ ἐν Κυρίῳ. Ὡς οὖν εἴρηκα πρὸς τὸ πλάτος χωρεῖν με τοῦ κήπου ἐκείνου, καὶ ἀναθεωρεῖν μετὰ τῶν ἁγίων Ἅγια, ἰδοὺ πάλιν ὡς ἀπὸ τοῦ Ἀρκτῴου μέρους πνεῦμα ἔπνευσεν εὐωδεστάτην ἔχον ἡδύτητα, ὡς τὰ ῥόδα καὶ τὰ κρίνα, χρῶμα δὲ ἔχον πορφυροῦν ὡσεὶ ἴον εἰκαστέον· ἐκυμαίνετο δὲ τὰ φυτὰ ἐκεῖνα, ὑπὲρ μύρον καὶ μόσχον τὴν εὐωδίαν ἐκπέμποντα, ἥ τις ἔδυ εἰς τὴν καρδίαν μου· ὀφθαλμοὺς δὲ οἵους τε ἐκεκτήμην τῷ τότε, εἴτε σωματικοὺς, εἴτε πνευματικοὺς, ὁ Δεσπότης ἐπίσταται· ἐμοὶ δὲ παρεφαίνετο ὅτι μετὰ σώματος ἐκεῖ παρέδρευον. Ἔπειτα ἐν τῷ μὴ εἶναι βάρος ἐν τῷ σώματί μου, ἃ ἐπιθυμίαν τοῦ ἰδέσθαι τι, ἢ ἕτερον τὸ πρὸς ἦθος λαμβάνει τὸ τῇδε σκήνωμα, ἀνατρέπει με ὁ λογισμὸς ὡς ἐκ τοῦ σώματος τοῖς ἐκεῖ προσπεφυκέναι· εἰ μὴ γὰρ ὁ καρδιογνώστης καὶ Θεὸς ἐπίσταται. Ὡς οὖν τὰ πλήθη τῶν φυτῶν ἐκείνων τῇ ἐπιπνοίᾳ τοῦ τετάρτου ἀνέμου παραδόξως ἐκυμαίνετο, καὶ ἀπήχει, καὶ μέλος τερπνὸν προσεβάλοντο, πάλιν με ἡ εὐοσμία κατέπληττεν, καὶ ἡ ἡδύτης διὰ τῆς ὀσφρήσεώς μου εἰσπίπτουσα ἐξίστασθαί με ἐποίει· ἱστάμην οὖν ἐννεὸς ἐν ἀποῤῥήτῳ αἴγλῃ ἔχων τὸν νοῦν εἰσδυόμενον.

λς'. Ταῦτα τοίνυν ὁρῶν, εὐφραινόμην μεγάλως, καὶ ἠλάλαζεν ἡ καρδία μου, καὶ ἠγαλλιᾶτο τὸ πνεῦμά μου. Ἡσυχάσαντος δὲ καὶ τοῦ τετάρτου πνεύματος, θαῦμα φοβερὸν καὶ παράδοξον ἑώρων (52)· ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ χρόνον ἐκεῖ μου διατρίβοντος, νὺξ οὐδαμῶς κατεφάνη μοι, ἀλλ' ἦν ἀδιάδοχον φῶς, καὶ χαρὰ καὶ ζωὴ, λαμπρότης καὶ πολλὴ ἀγαλλίασις, ἅ τινα ἔβλεπον ἐκεῖσε. Μετὰ ταῦτα ἔκστασίς μοι ἐπέπεσε, καὶ ἐννεοῦ μου γεγονότος ᾤμην ἑστάναι τῇ θεωρίᾳ ἐπάνω τοῦ στερεώματος τοῦ οὐρανοῦ, καί τις (53) χλαινηφόρος νεανίας προῆγέν μου, οὗ τὸ πρόσωπον ὡς ἥλιος ἔλαμπεν· ἐνόμιζον δὲ τοῦτον

adeo ut ego, a sensibus fere alienus, longo tempore gratissima ejus dulcedine mirifice delectatus, gaudioque vehementi, præ jucunditate fragrantiæ e vento illo provenientis, correptus sim.

35. Interea dum, sacro cum horrore novitatem rei admirans, considero, quo pacto tanta mihi felicitas evenisset, cessavit is quoque tertius ventus, et summa repente tranquillitas exstitit. Paulum igitur progressus, ut fluvium transirem, ubi ad planitiem late diffusam divini istius horti perveni, amplitudinem ejus inexplicabilem, quam qui potest omnia Deus multiplici amœnitate ditaverat, consideravi. Et sane cupienti mihi divitias Domini enarrare charitati vestræ, in mentem non venit, quo id pacto humana lingua exsecutioni mandem. Deveniente me igitur, uti dictum est, ad planam aream illam, et Sancta sanctorum contemplante, ecce alius rursum ventus e plaga boreali aspiravit cum jucundissima fragrantia, qualem rosæ liliaque solent spargere, ac purpureo colore, qualis solet inesse violis. Hinc plantæ rursum crispari cœptæ, odorem exhalarunt, unguento muscoque præstantiorem, qui ad intima mea viscera penetrabat. Qualium autem oculorum beneficio isthæc assecutus sum, corporaliumne an vero spiritualium, Deus scit: mihi certe ipse videbar corporaliter istic versari. At postea cum in corpore meo non sensi pondus solitum, aut concupiscentiam videndi quidpiam, aut aliud quod solet in præsenti vita tabernaculum nostrum deprimere, alia mihi cogitatio in mentem venit, scilicet extra corpus me deliciis illis fruitum fuisse: quod an ita sit, novit Deus, qui perspicit interiora cordis. Cum igitur frequentes illæ plantæ allapsu quarti venti modo mirabili motarentur, sonumque ederent ac melos jucundissimum promerent; iterum odoris præstantia singularis me perculit, suavitasque mirabilis per olfactus mei organa illapsa animo stuporem induxit. Stabam itaque a sensibus alienus, intus autem arcana quadam luce perfusus.

36. Hisce fruitus lætitia replebar magna, gestiebam animo, et exsultabam spiritu. Cessante autem et quarto vento, prodigium maximum et admirabile observavi: toto enim quo istic versatus sum tempore, nulla incubuit nox, sed perpetua luxit sine vicissitudine dies, eratque quidquid videbam, gaudium et vita et splendor et exsultatio plurima. Post hæc a sensibus in exstatim abreptus, visus mihi sum supra firmamentum cœli consistere, putavique juvenem, delicata indutum penula, ac facie instar solis radiantem (quem ego quidem non alium opinabar esse, quam qui faciem meam ramo flo-

(52) Ms. Vaticanum ἔτι νὺξ ἐπὶ τοσοῦτον ὑπάρχοντος, οὐδαμῶς κατεφάνη μοι. ἀλλὰ ἦν μοι χαρὰ καὶ ζωή.

(53) Χλαινηφόρος. Penulatus, a χλαῖνα penula; forsitan autem a χλαῖνα dicitur latinum læna, abjecta priori littera.

Digitized by Google

περιεξαπλουμένην ἤρθημεν οὖν καὶ διέβημεν, καὶ A ἔνδον τοῦ καταπετάσματος πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου αἰνούντων καὶ δοξολογούντων τὸν Θεόν· διέβημεν δὲ καὶ τὰ ἐκεῖ, καὶ ἰδοὺ πάλιν ἕτερον καταπέτασμα διὰ βύσσου καὶ πορφύρας ἀπόῤῥητον· καὶ κατηντήσαμεν ἐπὶ ἐνδοξοτάτῳ τόπῳ, καὶ ἦν ἐκεῖσε φοβερὸν καταπέτασμα ὡς ἤλεκτρος, ὑπέρλαμπρον, καὶ σφόδρα καθαρώτατον, ὅπερ ἀναποδίσασα χεὶρ πύρινος, διελθεῖν ἡμᾶς δι' αὐτῆς παρεσκεύασεν. Ἦν δὲ ἔνδον αὐτοῦ πλῆθος ἀναριθμήτων νεωτέρων, ὡραίων, πυρίνων, τὰς ὄψεις πλαυγεῖς ὑπὲρ τὸν ἥλιον· εἱστήκεισαν οὖν τάξει τινὶ καὶ κοσμιότητι ἐπὶ φοβεροῦ ὕψους ταῖς ἀΰλαις ἡλικίαις μετέωροι, σκῆπτρα φοβερὰ ἐν ταῖς χερσὶ κατέχοντες· λεγεῶνες ἐντεῦθεν, καὶ λεγεῶνες ἐκεῖθεν ἕτεραι, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. Λέγει μοι ὁ ὁδηγῶν με, Ἰδοὺ, τούτου τοῦ B καταπετάσματος ἐπαιρουμένου, θεάσει τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς καθεζόμενον· πεσὸν οὖν προσκύνησον αὐτὸν, τὴν δὲ ἅπασαν θεωρίαν τῆς διανοίας σου πρὸς αὐτὸν ἀνάτεινον, καὶ ἄκουσον τί σοι λαληθήσεται παρ' αὐτοῦ. Ὡς οὖν ταῦτα ὁ ὁδηγῶν με ὑπετίθετο, βλέψας εἰς τὴν εὐπρέπειαν τοῦ καταπετάσματος ὁρῶ, καὶ ἰδοὺ περιστερὰ παμμεγέθης, ἄνωθεν καταπτᾶσα ἐπὶ τῷ καταπετάσματι· ἦν δὲ ἡ κεφαλὴ αὐτῆς καθάπερ χρυσίον, τὸ στῆθος πορφυροῦν, αἱ πτέρυγες τηλαυγεῖς ὡσεὶ φλὸξ, οἱ πόδες ἀληθινοὶ, ἐκ δὲ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῆς ὡς ἀκτῖνες φωτὸς ἐξεπορεύοντο· ἐμοῦ δὲ στοχαζομένου τὴν ταύτης εὐπρέπειαν, εὐθέως ἀναστᾶσα ᾤχετο εἰς ὕψος.

C λθ'. Ἀρθέντος δὲ τοῦ καταπετάσματος, ἀναβλέψας εἰς τὸ φοβερὸν ἐκεῖνο ὕψος τὸ καταπλῆττον πᾶσαν ἔννοιαν, ἴδον θρόνον φοβερὸν καὶ ἐπηρμένον, ὑπὸ τοῦ ἀέρος κρεμάμενον μηδενὸς αὐτὸ κατέχοντος· φλὸξ δὲ ἐξεπορεύετο ἐξ αὐτοῦ, οὐχ ὡς τοῦ πυρὸς, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς χιόνος ὑπεραιρομένη τῇ λευκότητι· ἐκάθητο δὲ ἐπὶ τοῦ θρόνου ἐκείνου ὁ Κύριός μου Ἰησοῦς Χριστὸς, πορφύραν καὶ βύσσον ἐνδεδυμένος· ἅπαξ διὰ τὴν ἐμὴν εὐτέλειαν συνεσταλμένης αὐτοῦ τῆς λαμπρότητος, ἐθεασάμην αὐτοῦ τὴν θεάνθρωπον εὐπρέπειάν τε καὶ ὡραιότητα, ὃν τρόπον τὸν ἥλιόν τις βλέπει, ἡνίκα ἐξ Ἀνατολῶν ταῖς ἀκτῖσιν αὐτοῦ φαιδρῶς ἐπιφαίνεται· μετὰ δὲ ταῦτα οὐκέτι ἠδυνήθην αὐτὸν καθαρῶς θεάσασθαι. Ἀρθέντος οὖν τοῦ καταπετάσματος, πεσὼν ἐπὶ τοῦ θαυμαστοῦ ἀέρος, D προσεκύνησα αὐτὸν τρίς· ἐπειρώμην δὲ ἑστάναι καὶ βλέπειν αὐτοῦ τὴν ὡραιότητα, ἀλλὰ καθάπερ προεῖπον, φρίκῃ ἀφάτῳ καὶ δέει ἀνεικάστῳ ἀπὸ τοῦ φοβεροῦ αὐτοῦ φωτὸς τρόμῳ, καὶ χαρᾷ συνεχόμενος, οὐκέτι ἠδυνήθη ἀποσκοπῆσαί τι, ἢ ἐντρανίσαι τῇ πυροφεγγεῖ αἴγλῃ τῆς ἀπειροδυνάμου θεότητος αὐτοῦ. Ἐλήλυθεν δὲ ἡ φωνὴ ἐκ τοῦ φωτὸς πρός με κεκτημένη μέγιστον ἦχον, ὥστε συντρίβεσθαι τὸν θαυμαστὸν ἐκεῖνον ἀέρα ἀπ' αὐτῆς. Ἡ δὲ φωνὴ αὐτοῦ ἦν μελισταγὴς, πραεῖα δὲ καὶ ἡδύλαλος· ἡ καὶ λελάληκε τρία ῥήματα θεῖα, καὶ συνιεὶς ἔγνων, καὶ εὐδύνθην τῇ ψυχῇ ὡς οὐκ ἄλλοτέ ποτε. Ἔπειτα μετ' ὀλίγον εἴρηκέν μοι ἕτερα ῥήματα τρία, καὶ ταῦτα ἡδυτάτως προσδεξαμένου μου, ἐπλήσθη χαρᾶς θεί-

A aera diffusi sublimi pensum; quo evecti ingressique, reperimus ibi ingentem cœlestium geniorum cœtum, laudantium et glorificantium Deum. Transivimus etiam porro; et aperuit se rursus aliud velum, ex bysso et purpura inexplicabilis venustatis. Hinc devenimus ad locum gloriæ plenissimum, ubi velum mirabile, quasi electrinum, quam fulgentissimum ac nitidissimum; quod reducens manus ignea, introitum nobis præparat. Ibi videre erat multitudinem innumerabilem juvenum, quos dignitas corporis, color igneus, faciei splendor solari præstans, plurimum commendabat: stabant autem in loco admodum sublimi, concinno ordine, ætatis incorporeæ vigore, insigne sceptrum manibus præferentes; hinc et inde legiones, quarum computari B non poterat numerus. Tunc me allocutus dux meus: Ecce, inquit, remoto hoc velamine, spectabis Filium hominis, sedentem ad dexteram Patris; quare procidens adorabis ipsum, totaque mente ad ipsum conversus, excipies arrectis auribus, quæ dicturus tibi est. Talibus a ductore meo præceptis instructus, intendi oculorum aciem in istud decorum velamen, et vidi columbam admodum grandem superne ad velum devolantem. Erat huic capitis color aureus, pectoris purpureus, alarum lucidus ut flammæ, pedum genuinus ac naturalis, procedebantque ex oculis radii luminis: cum autem decoram ejus formam contemplarer attentius, subito sublimis abiit.

A θαρὰς καὶ ἀρυπώτους· ἐπιθυμεῖ γὰρ ὁ παμπόνηρος μολῦναι τὴν καρδίαν σου, καὶ δοῦλον τῆς ἀκαθαρσίας ἀπεργάσασθαι, τῇ φοβερᾷ γεέννῃ τοῦ πυρὸς καταδικάσαι σπεύδων. Ὁ γὰρ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας· ἑκατέρας δὲ τῆς ἐργασίας δύο εἰσὶν οἱ ἐξάρχοντες, τῆς μὲν δικαιοσύνης ὁ Κύριος, τῆς δὲ ἁμαρτίας ὁ διάβολος. Σὺ οὖν, τέκνον φίλτατον, τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ μενοῦ τῆς δικαιοσύνης προσφιλὴς ἐργάτης, καὶ φυλάξει σε Κύριος, καὶ τηρήσει σε ὁ Ὕψιστος, καὶ ἡ βοήθεια αὐτοῦ ἔσται κύκλῳ σου, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, τοῦ διαφυλάξαι σε ἐν πάσῃ ὁδῷ σου. Θάρσει οὖν καὶ μὴ φοβοῦ, μηδὲ δειλιάτω σου ἡ καρδία, αὐτὸν ἐπικαλούμενος. Ταῦτα ἀκούων ὁ σεμνὸς νεανίας, ὡς μαργαρώδεις ὄμβρους ἐκ τῶν ὀμμάτων αὐτοῦ δάκρυα ἐστάλαξε, βρέχων τὴν τιμίαν αὐτοῦ ὄψιν· ἔκστασις γὰρ περιεῖχεν αὐτὸν, ἐνωτιζόμενον B τὸ λαμπρότατον ἐκεῖνο διάγγελμα, καὶ τὴν μελίῤῥυτον διδασκαλίαν καὶ θεοπάροχον. Πάντα δὲ ὅσα ἐλάλησεν αὐτῷ ὁ Δίκαιος, πρὸς τὸ οὖς ψιθυρίζων, ἐν ἀποκρύφῳ τόπῳ καθεζόμενος, λελάληκεν. Ὡς οὖν τὰ δέοντα ὡμίλησαν, ἀσπασάμενοι ἀλλήλους ἐν ἁγίῳ φιλήματι, ἀνεχώρησαν· καὶ ὁ μὲν Δίκαιος εἰς τὸ ἐμπαίζειν τὸν κόσμον τὸν μάταιον καὶ τὸν διάβολον ᾤχετο· ὁ δὲ Ἐπιφάνιος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἄπεισι.

να'. Βούλομαι τοιγαροῦν καὶ ἕτερον μέγιστον τεράστιον τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ διηγήσασθαι, ὅπερ εἰς τὸν θεοφιλῆ Ἐπιφάνιον γέγονε· μαρτυροῦντος τοῦ Κυρίου C ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὸ παρ' αὐτοῦ εὐεργετούμενον, καὶ εἰς τὸ ἐμφανὲς παραστῆσαι τὰ εἰς αὐτὸν πραχθέντα. Οὗτος τοίνυν ὁ θεοφιλὴς νεανίας [ἐν ἐγκρατείᾳ καὶ προσευχῇ διανύων τὸν βίον αὐτοῦ (70)] ἔχων πρὸς ἦθος τὴν πρώτην ἑβδομάδα τῆς ἁγίας Τεσσαρακοστῆς ἄσιτος καὶ ἄποτος διαμένειν, καὶ μετὰ ταῦτα μεταλαμβάνων τῶν ἀχράντων τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων, καὶ εἶθ' οὕτως ἄρτου καὶ ὕδατος καί τινων ὀσπρίων τὴν ἀνάκτησιν ἐποιεῖτο τοῦ σώματος. Ἐν μιᾷ τοίνυν Τεσσαρακοστῇ μετὰ νηστείας ἐπιτελέσαντος τὴν προῤῥηθεῖσαν ἑβδομάδα, πρὸ τοῦ φθάσαι τὴν ὥραν τῆς λειτουργίας, ἔνδον τοῦ κοιτῶνος αὐτοῦ, αὐτὸς ἐκεῖνος ἕψηκεν ὄσπριον τὸ λεγόμενον Ὀροφάσουλον, μὴ ἐῶν τινα ἐκεῖσε θέρμης χάριν, D διὰ τὴν ψύξιν τὴν τότε ὑπάρχουσαν, εἰσελθεῖν. Ὁ δὲ καθεζόμενος τῆς θέρμης ἐπηρείδετο, τοῦτο ἕψων ἐν μικρῷ κυθριδίῳ· καὶ δὴ τοῦ ξύλου κρούσαντος ἐπὶ τὴν προσευχὴν τῆς ἐννάτης, ἀναστὰς ἐπορεύθη εἰς τὴν ἐκκλησίαν, μὴ ἐντειλάμενός τινι περὶ τῆς ἐπιμελείας τοῦ ἑψήματος. Ὡς οὖν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἱστήκει, ὁ πάντοτε λογισμοῖς ἀθεμίτοις πολεμῶν τὸν νοῦν τῶν ἀνθρώπων ὁ ἐπικατάρατος δαίμων, ἐνέσκηψε τῷ νέῳ λογισμοὺς ἀποστασίας, προφάσει τῆς τοῦ ἑψήματος ἐπιμελείας, τοῦ ἐξῶσαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας πρὸ τῆς ἀπολύσεως· ἄρχεται δὲ ὑποφέρειν κατὰ διάνοιαν τάδε· Ἰδοὺ δι' ὅλης τῆς

id enim studiosissime agit inimicus sceleratissimus, ut anima tua fœde conspurcata, incontinentiæ peccato subjectum te in terribilis gehennæ ignem quantocius præcipitet. Qui enim peccatum committit, servus est peccati: et quemadmodum duo sunt operum genera, sic et duo eorum principia; justitiæ quidem, supremus cœli terræque Dominus; iniquitatis vero, diabolus. Tu itaque, fili mi, fac in justitia Christi Domini ardenter et studiose te exerceas; et proteget te vicissim Dominus, et conservabit Altissimus; circumdabit te auxilio suo, et mandabit angelis suis de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. Macte igitur virtute esto, timor omnis a corde exsulet, ac invoca Dominum. Isthæc Andreæ monita cum exciperet auribus illustris adolescens, profluxere oculis uberes lacrymarum imbres unionum instar venerandam ejus faciem irrigantes; corripiebat namque ipsum exstasis, excipientem animo pulcherrimam illam Andreæ adhortationem, suavissimaque et ad Deum ducentia documenta. Quæcunque vero Sanctus cum adolescente locutus est, in loco a turbis remoto assidenti sibi, insusurrando in aurem locutus est. Ubi autem, quæ e re erant, contulissent, salutantes inter se in osculo sancto, se quisque alio receperunt: Andreas quidem, ad illudendum more suo vanitatem mundi diabolumque; Epiphanius vero, in domum suam.

51. Sed et aliud summopere admirandum prodigium libido est enarrare vobis, fratres charissimi, in Epiphanio nostro, ardenti Deum amore prosequente, patratum, approbante Domino nostro Jesu Christo præclara ipsius opera, eaque publicam in lucem producente. Charus itaque Deo Epiphanius, ex beneplacito illius temperans erat, habebatque in more positum traducere primam sanctæ Quadragesimæ hebdomadam, cibi potusque expertem, dein suscipere immaculata Christi mysteria, tum denique pane, aqua et leguminibus nonnullis corpusculum recreare. Quadam vero Quadragesima, cum primam, quam diximus, septimanam jejunus transegisset, præveniens sacrosancti Missæ sacrificii tempus, paravit ipse intra cubiculi sui parietes edulium e leguminibus, Orophasulum vulgo appellatum, caloris causa non permittens quemquam, propter frigus quod tum temporis invalescebat, eo intrare. Assidens igitur foco, edulium suum coquere in lebete exiguo nitebatur; cum dato signo ad Nonam, propere surgens ad ecclesiam se contulit, nulli cura obsonii demandata. Ubi eo perventum est, maledictus dæmon, qui indecentibus ubique cogitatis hominum animos oppugnare non cessat, infestare juvenem cœpit variis de abitu e templo cogitationibus, prætexens pulmenti curam habendam esse, non alio fine, quam ut ipsum, finitis nondum precibus, ab ecclesia eliceret. Cogitationes autem injectæ, erant hujus modi: Ecce

(70) Ms. Vatic. minus clare: Κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτῷ ἐγκρατεύετο.

Digitized by Google

per septimanam solidam miserandum in modum te affligens, cibo potuque abstinuisti, prostratus humi, duro solo decumbens, omni solatio destitutus; in iisque tam violenter perdurasti, ut prope abfueris a morte præ ardore nimio, a siti excitato: cum vero curæ tibi esse deberet pauxillum alimenti parare et sumere, illo ipso relicto abivisti incurius nulli cuiquam mandato curandi obsonii imposito: vade igitur, et inspice, num forte, adustum calore nimio, gravi domum nidore compleat; periculum enim nullum est, ne coactus hic fidelium cœtus dilabatur, priusquam omnia tu, quæ consuesti, orationum pensa persolveris.

52. Hæc atque alia, etiam efficaciora, utque videbantur æqua, suggerente superbo dæmone: machinationes ejus perspicue cognoscens Epiphanius, hunc in modum insidianti respondit: Deo curæ erit edullium meum, nutrienti quidquid vivit, ipse protector vitæ meæ. Talia impuro hosti, precantis animum in diversa trahere conato, mente objiciens, et crucis signo se muniens, ad finem usque Officii isthic perstitit. Tum ad se remeans, invenit cunctos in admirationem raptos ob suavissimam odoris fragrantiam, qua domus perfundebatur: auditque pendentes animis atque ignorantes, unde tandem suavitas illa aspiraret, tanquam de re inusitata interpellare sese, dicentes: Huc adsis, here noster dilecte, incomparabilem hanc fragrantiam olface, quæ unde prodeat rescire nullus potest. Cumque accessisset Epiphanius sensit et ipse suavitatem odoris mirabilem, et rei novitate perculsus est. Ingressus vero cubiculum, ubi foculus erat carbonibus plenus, et circumspectans, conspicit juvenem dignitatis eximiæ, proceritatis admirandæ, prorsus decenter compositum: coruscabat facies ejus clarius sole, et amiciebatur stola, quæ ipsam non dedeceret majestatem divinam, a collo quidem pectore tenus candida, auro intertexta, hinc vero per lumbos adusque genua, instar herbæ, viridis et citrini coloris nitente: caput rutilabat flavente coma, capillis aurum fulgore suo imitantibus. Timore perculsus ad hoc spectaculum Epiphanius, cernit faciem juvenis transformari diversimode, modo instar nivis candidam, modo instar ignis fulgurantem. Nudum protendebat brachium dextrum, quo apprehensa ansa lebetem sustinebat, non otiosus foculo astans.

53. Inter hæc ergo obstupefacto, ut dixi, Epiphanio, et in pulchrum illud spectaculum non sine horrore quodam intento, gratiosus ille coquus, obsonio degustato, illius quasi experimentum captu-

A ἑβδομάδος ἐταλαιπωρήθης, βρώματος καὶ πόσιως ὑστερούμενος, χαμεύνης, ξηροκοιτῶν, ἀπὸ πάντων ἀπαραμύθητος, καὶ ταῦτα βίᾳ ἐξυπηρετήσας, ὥστε ἀποψυγῆναι τῷ καύσωνι τῷ ἀπὸ δίψης ἐπιγεγονότι σοι· ὅτε οὖν ὤφειλες τὴν εὐτελῆ σου τροφὴν ἐπιμελήσασθαι τοῦ μετασχεῖν, ταύτην παρεάσας ἀνεχώρησας, τινὶ περὶ αὐτῆς μὴ ἐντειλάμενος. Ἔξελθε οὖν καὶ θέασαι, μή πως καύσων πεποίηκεν δυσωδίαν ἐπισπασάμενον· οὐ γὰρ μὴ ἀποδράσῃ ἡ ἐκκλησία ἀπὸ τῶν ὧδε, μέχρις ἂν ἀποπληρώσῃς τὰ ἐξ ἔθους σοι.

νβ'. Ταῦτα τοῦ ἀλαζόνος (71), ὡς εὐλογοφανῆ δῆθεν ὑποτιθεμένου καὶ ἄλλα τινὰ δραστικώτερα, ὁ θεο-
B φιλής, νεανίας οὐκ ἠγνόησε τὰ τοῦ πονηροῦ μηχανήματα, πρὸς δὲ τὴν τούτου ὑποβολὴν ἀπεκρίνατο· Ἔστιν Θεὸς, ᾧ τινι τὰ περὶ τῆς ἐμῆς τροφῆς μεριμνήσει· καὶ γὰρ αὐτός ἐστιν ὁ τρέφων πᾶσαν πνοὴν, καὶ ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς μου. Ταῦτα κατὰ νοῦν καὶ διάνοιαν τῷ μιαρῷ συμμεριστῇ ἀντειπὼν, καὶ κατασφραγισάμενος, ἵστατο μέχρις τῆς ἀπολύσεως. Ἐπανελθὼν οὖν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, εὗρε πάντας ξενιζομένους ἐπὶ τῇ ἡδυτάτῃ εὐοσμίᾳ τῇ ἐκεῖσε οὔσῃ, ἠπόρουν τε ἅπαντες περὶ αὐτῆς, μὴ ἐπιστάμενοι τὸ πόθεν ἀναδίδοται, καὶ καθὰ περὶ παραδόξου τινὸς πράγματος τῷ Ἐπιφανίῳ ἔλεγον· Δεῦρο, φίλτατε ἡμῶν δέσποτα, καὶ ὀσφράνθητι εὐωδίας ἀσυγκρίτου, πόθεν ἐκφερομένης, τινὸς μὴ ἐπισταμένου. Ὡς οὖν πλησιέστερον ἐγένετο ὁ Ἐπιφά-
C νιος, ὠσφράνθη καὶ αὐτὸς τῆς ἡδυτάτης ἐκείνης εὐωδίας, καὶ κατεπλάγη τῷ θαύματι· εἰσελθόντος δὲ ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτοῦ, ἔνθα ἦν (72) ἡ ἄρουλα πεπληρωμένη ἀνθράκων, καὶ ἀναβλέψας τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὁρᾷ νεανίαν εὐειδῆ, μήκει θαυμαστὸν, εὐπρεπείᾳ περιστοιχειούμενον, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ αὐγάζον ὑπὲρ ἥλιον, ἠμφιεσμένον στολὴν θεοπρεπῆ, ἀπὸ μὲν (73) τοῦ τένοντος μέχρι τοῦ στήθους αὐτοῦ, λευκὴν χρυσίῳ ἀναμεμιγμένην, ἀπὸ δὲ τοῦ στήθους ἕως τῆς ὀσφύος καὶ μέχρι τῶν γονάτων ὡς βοτάνης χλοερᾶς καὶ κήτρου (74) ἀπαστράπτουσαν· ξανθόκομος τὴν κεφαλὴν ἔχων τὰς τρίχας ὡς εἶδος χρυσίου. Θαμβηθεὶς οὖν ὁ νέος ἐπὶ τὸ ὁρώμενον, βλέπει τὸ πρόσωπον αὐτοῦ μεταφέρον· καὶ ποτὲ μὲν ὑπῆρ-
D χεν ὡς χιὼν, ποτὲ δὲ ὡς πῦρ ἀπαστράπτον· εἶχεν δὲ ἀποκεκαλυμμένον τὸν βραχίονα αὐτοῦ τὸν δεξιὸν, ἐν τῷ κατέχειν αὐτὸν τὴν λαβὴν καὶ τῷ κυθριδίῳ ἐπερείδεσθαι· ἵστατο δὲ ἐν τῇ ἀρούλῃ ἀσχολούμενος.

νγ'. Ἐν τῷ οὖν ἐννεὸν ἑστάναι τὸν Ἐπιφάνιον, καὶ τὴν θέαν αὐτοῦ ἐκθαμβεῖσθαι, ὁ ἡδὺς ἐκεῖνος μάγειρος, γευσάμενος τοῦ ζωμοῦ ὡσανεὶ πεῖραν λαβεῖν πειρώμενος τοῦ ἑψήματος, ἐκβαλὼν ἐκ τοῦ κόλπου

(71) Ms. Vatic. solummodo: ἐπικλύζοντος.

(72) Ἄρουλα. Ms. Maz. ἄρουλλα. *Foculum* interpretor. Ita disco ex Scholiaste Aristophanis ad Acharnens. Ἐσχάραν, τὴν νῦν καλουμένην ἄρουλαν, focum, quem nunc arulam nuncupant.

(73) Ms. Mazar. τένοντος, *torquis*. Significat autem τένων *colli tendones* seu *nervos solidissimos*, sine quorum opera cervicis vertebræ collum nequirent sustinere: sed et τένας *collum* invenitur in Actis S. Theodori Ducis, unde τενάντιον, torques, apud Nicetam.

(74) Κήτρου. Ms. Maz. κίτρου quod malim. Latine *citrus*.

Digitized by Google

αὐτοῦ ἐγχείριον (75) μικρὸν, καὶ ἄρας τοῖς τρισὶ A δακτύλοις αὐτοῦ ἄρτυμά τι ἀπ' ἐκείνου, σταυροειδῶς τῷ κυθριδίῳ ἐνέβαλεν, καὶ τῷ παλλίῳ τὸν ἀποκεκαλυμμένον βραχίονα αὐτοῦ κατεκάλυψεν· ἐντρανίσας τε τῷ Ἐπιφανίῳ μειδιῶν τῷ προσώπῳ, κτησάμενος πτέρυγας πυῤῥάκεις, ἄρας ἑαυτὸν ἀπὸ γῆς, εἰς οὐρανοὺς ᾤχετο. Ἰλιγγιάσας δὲ τοῖς ὁρωμένοις ὁ νέος καὶ καταπλαγεὶς, ἐξέστη τῷ πνεύματι, καὶ στραφεὶς κατὰ Ἀνατολὰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ πετάσας πρὸς Κύριον, καὶ δάκρυσι συνεχόμενος ἔλεγεν· Οἴ μοι, Κύριέ μου, τίς εἰμι ἐγὼ ὁ κύων ὁ συντετριμμένος, ὅτι ἐξαπέστειλας τὸν φίλτατόν σου Ἄγγελον τοῦ ἐξυπηρετῆσαί μοι; Εὐχαριστῶ τῇ σῇ φιλανθρωπίᾳ, Κύριε, καὶ τὸ μέγεθος τῆς εὐσπλαγχνίας σου ἐκθειάζω, καθ' ὅτι κἀμὲ ἐπ' ἀνακρίσει κέκτησαι, ἐν τῇ θεϊκῇ σου δυνάμει περιφέρεις, καὶ εἰς ἑνὸς B τόπον τῶν ἀγαπώντων σε ἔχεις κἀμέ. Εὐχαριστῶ σοι τῷ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ κηδεμόνι, καὶ προνοητῇ τῆς σωτηρίας μου.

νδ'. Ταῦτα μετὰ συντετριμμένης καρδίας προσανθομολογούμενος, ἀπῄει θεάσασθαι ὁποῖον αὐτῷ ὁ φανεὶς κατεσκεύασε τὸ ἕψημα· εὗρεν δὲ τοῦτο τοιαύτην ἔχον εὐωδίαν, οἵαν τις ἀριθμῆσαι, ἢ ἀπεικάσαι τῶν ἐπὶ γῆς οὐ δύναται. Θαυμάσας δὲ τὸ πρᾶγμα, καὶ μεγάλως εὐχαριστῶν τῷ Κυρίῳ, ἐφθέγγετο· Δόξα σοι, δεδοξασμένε Κύριε, ὁ ἐν Τριάδι ὑμνούμενος καὶ προσκυνούμενος, ὅτι τὰ τῆς ἐμῆς εὐτελοῦς νεότητος ἀτυχέστατα ἔργα εἰς μέτρον ἔχεις, καὶ ταῖς ἀνεικάστοις εὐεργεσίαις σου τὴν ἐμὴν ἀνικανότητα παραμυθεῖς, καὶ κατηξίωσάς με τοῦ μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ C μέλιτος τῆς σῆς ἀγαθότητος. [Τί οὖν ἀνταποδώσω σοι τῷ Κυρίῳ μου;] Εὐχαριστῶ σοι τῷ παντοκράτορι, καὶ δοξολογῶ σοι τῷ φιλοικτείρμονι πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου, καὶ οὐ μὴ ἀποστῶ ἀπὸ τοῦ νῦν μέχρι τῆς ἐμῆς ἀποβιώσεως. Ταῦτα αὐτοῦ προσευξαμένου, καὶ λαβὼν ἀπὸ τοῦ ὀσπρίου ἐκείνου μετέσχεν, καὶ ἀπείρῳ ἡδύτητι συσχεθεὶς, μετετράπη εὐθέως πάντα τὰ αἰσθητήρια αὐτοῦ εἰς διάθεσιν ἔνθεον, ὥστε ἐκπλήττεσθαι τὴν ἀθρόαν μεταβολὴν, καὶ τὴν φιλτάτην ἐναλλαγὴν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ· ἐπὶ πλεῖον δὲ διὰ τὸ τεράστιον αὐτοῦ ἀνήφθη εἰς τὴν τοῦ Κυρίου ἀγάπην καὶ πάντων τῶν Ἁγίων, καὶ οὖν εἰς τὰς ἐντολὰς τοῦ Δεσπότου διὰ παντὸς πορευόμενος προθυμώτερον.

νε'. Ἐν μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν ἀναστὰς, πρὸς τὴν D ἐκκλησίαν ᾤχετο τοῦ προσευχὴν ποιῆσαι, ὡς πρὸς σύνηθες ἔχων· καὶ δὲ τῆς ἀκολουθίας τελειωθείσης, ἔνδον ἐληλυθὼς ἐκαθέζετο πρὸ τοῦ πυλῶνος τῶν γεννητόρων, παρατυχόντος ἐκεῖσε καὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ ὡς ἐν παρόδῳ τῆς δημοσίας ὁδοῦ παράγων ἦν καὶ ὁ μακάριος Ἀνδρέας, τὰ νόθα αὐτοῦ ἔργα εἰσπραττόμενος, γυμνὸς, ἄπορος, εὐτελεῖ ῥακίσκῳ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ κεκαλυμμένος. Ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὁ Ἐπιφάνιος, καὶ οἰκτιρμοῖς κινηθεὶς φιλανθρώποις, ἠβουλήθη εἰσάξαι αὐτὸν ἔνδον τοῦ οἴκου αὐτοῦ· καὶ μὴ ἔχων πῶς εἰς τὸ φανερὸν ποιῆσαι γνώριμον τοῦτον διὰ τὸ ἐκεῖσε ὄντα τὸν πατέρα αὐ-

rus, protulit e sinu suo vasculum quoddam, tribusque inde digitis aliquid condimenti excipiens, formato crucis signo, in ollam injecit, nudumque brachium intra pallium abdidit: ac tum denique in Epiphanium ridente vultu intuitus, explicatis, quas habebat, rutilis alis elevans se a terra, sublimis in cœlos abiit. Ex qua visione caligans oculis Epiphanius, et stupefactus spiritu, conversus ad Orientem, protensis ad Dominum manibus lacrymisque genas rigantibus: Hei mihi, exclamat, Domine Deus meus, quis ego sum, canis contritus, quod angelum tibi dilectum miseris famulaturum mihi? Gratias ago benignitati tuæ, Domine, et magnitudinem misericordiæ tuæ religiose veneror, quod mei quoque in judiciis tuis reminisci, quod in potentiæ tuæ divinæ tutelam suscipere, quod aliquo inter amantes te loco numerare dignatus es. Gratias tibi ago, qui cuncta recte moderaris, et ad salutem meam vitamque æternam disponis.

54. Hoc modo gratiis contrito corde persolutis, abiit exploraturus, quale sibi, qui apparuerat angelus, edulium parasset, reperitque talem inde odoris fragrantiam absistere, ut quod ei assimilari possit, terra hæc contineat nihil. Quam rem miratus, in hasce gratiarum actiones iterum prorupit: Gloria tibi, glorificate Domine, quem in Trinitate laudamus et adoramus, quoniam mea vilissimi adolescentis opera, vere indignissima, aliquo loco habes, meamque insufficientiam singularibus prærogativis prævenire, et participem mellitæ bonitatis tuæ reddere non dedignaris. Quid retribuam tibi, Domine mi? Debitas tibi omnipotenti Deo, gratias persolvo, et amantissimo misericordiarum Patri gloriam tribuo, neutiquam cessaturus a momento hoc, cunctis diebus quoad vita superfuerit. Ita precatus, accipiens pauxillum obsonii, degustavit: et infinita dulcedine delibutus, tam subito in divinam affectionem conversos deprehendit sensus suos, ut cum stupore miraretur adeo repentinam mutationem et suavissimam animæ suæ alterationem, insuper et flagrare cœpit ardentiore in Deum sanctosque omnes charitate, et promptioribus animis in via mandatorum Domini ambulare.

55. Die quodam ad sacram ædem precandi causa abierat more suo, finitoque Officio regressus domum, sedebat pro foribus parentum suorum, adstante ipso etiam patre; cumque B. Andreas illac via publica iter haberet, artes suas exercens, nudus rerum omnium indigus, pannosa solum et vili veste circa lumbos tectus, vidit eum Epiphanius, motusque commiseratione magna, cupiebat ipsum introducere in domum suam. Ubi vero modus occurreret nullus, quo id homini publice noto beneficium propter præsentiam patris præstaret, nescio quid causæ prætexens, ita hunc alloquitur: Domine mi ac pater, hominem illum conspicis, nudo-

(75) Ms. Maz. τρούλλιον, a Latino *trulla*, diversa vasorum genera significante.

Digitized by Google

corpore plateas oberrantem? Suspicor ego, insaniam ipsi ab humani generis hoste injectam esse. Nunc autem, Domine mi ac pater dilectissime, ita filii tui dilectissimi Epiphanii mortem immaturam, ita passerculi tui mœrentem vultum nunquam aspicias, introducamus illum in domum nostram, et propter munificentiam Domini Dei nostri, honore ac divitiis ex bonitatis suæ thesauro te cumulantis, liceat mihi instruere illi mensam et fundere vinum ut mercedem animabus nostris recipiamus: illud namque solum in regno cœlorum inventuri sumus.

56. Ad hæc verba, pater divino quodam numine afflatus, benigno blandissimoque oculo filium intuitus, et faciem ejus suavissimam deosculatus: Unguentum, inquit, animæ, et lumen oculorum meorum, fili, illa super re meam exquirere voluntatem nil opus erat: vade, et quo animo collibitum tuo est, fac; mea quippe omnia, tua sunt. Cui Epiphanius: Omnino, pater dilectissime, ita opus fuit; quædam enim petenda mihi sunt: nam scriptum est: Filius, qui patri leges præscribit, morte morietur; et patre alicui rei intento, omne consilium filii dissipabitur. Quibus auditis, exsultavit gaudio pater, propter sapientiam et prudentes responsiones filii sui: qui propere accelerato gradu Andream insequens, domum usque progressum tandem assecutus est, prehensaque manu ejus, domum suam illum reduxit. Cumque simul eo pervenissent, non invento illic patre Epiphanii, intrare ostium recusavit Andreas, forisque consedit: quem vicini viatoresque conspicati, nudatum vestibus et insanientem, confluxere magno numero: aliis ingemiscentibus et incusantibus Satanam, quod tali modo hominem rebus omnibus spoliatum confunderet, aliis elargientibus obolum, aliis vinum propinantibus. At ille instituti sui tenax, a nemine quidpiam recipiebat, sed cunctos a se repellens, pro foribus ædium considebat humi.

A τοῦ, σχηματισάμενος λέγει τῷ πατρὶ αὐτοῦ· Κύριέ μου πάτερ, βλέπεις τὸν ἄνθρωπον ἐκεῖνον πῶς περιέρχεται γεγυμνωμένος τῷ σώματι; ὡς εἰκάζω, ὅτι καὶ παρατετραμμένον εἶναι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ ἐναντίου. Ἀλλά, κύριέ μου καὶ φίλτατε πάτερ, μὴ θεάσῃ τοῦ γλυκυτάτου σου τέκνου Ἐπιφανίου τὸν θάνατον, μὴ ἴδῃς τι λυπηρὸν ἐπὶ τὸ στρουθίον σου, εἰσαγάγωμεν αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον, καὶ διὰ τῆς ἀντιλήψεως τοῦ σε τιμήσαντος καὶ πεπλουτηκότος Δεσπότου ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν, ὧν ἡμῖν ἐδωρήσατο Κύριος, παραθῶ αὐτῷ τράπεζαν, καὶ ποτιῶ αὐτὸν οἶνον, εἰς μισθὸν ἡμετέρων ψυχῶν· καὶ γὰρ τοῦτο μόνον εὑρεῖν ἔχομεν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

νς'. Ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ ἔνθους γενόμενος, εὐμενεῖ αἰδοῖ καὶ γλυκυτάτῳ βλέμματι ἀπιδών, κατασφιλήσας B αὐτοῦ τὰ γλυκύτατα ὄμματα, ἔφη· Μύρον τῆς ἐμῆς ψυχῆς καὶ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν μου, περὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως ἐρωτᾷν μὴ ὀφείλῃς, ἄπελθε καὶ ὡς κελεύεις ποίησον, τὰ γὰρ ἐμά, σά εἰσιν. Ἐπιφάνιος εἶπεν· Ναὶ πάτερ μου παμφίλτατε, ἀλλά τινα ἔχω ἐρωτῆσαι· γέγραπται γάρ (76), Υἱὸς πατρὶ δίκαια λέγων, θανάτῳ θανατωθήσεται, καὶ πατρὸς παρατυχόντος τινὶ πράγματι, πᾶσα Υἱοῦ πρόβλησις ῥαγήσεται. Τοῦτο ἀκούσας ὁ πατὴρ αὐτοῦ, εὐφραίνεται ἐπὶ τῇ συνέσει, καὶ ταῖς ἀποκρίσεσιν αὐτοῦ. Ὁ δὲ σεμνὸς Ἐπιφάνιος ταχινοῖς ποσὶ καταδιώξας τὸν Ὅσιον, πέφθακεν αὐτὸν ἔνδον τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ ἦλθε χειροκρατῶν, καὶ πρὸς τὰ ἴδια προτρεπόμενος· καὶ δὴ τῷ πυλῶνι ἐγγισάντων, καὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐκεῖσε μὴ εὑρεθέντος, ὁ μακάριος Ἀν- C δρέας ἐν τῷ πυλῶνι οὐκ εἰσῆλθεν, ἔξωθεν δὲ καθίσας· οἱ οὖν γειτνιῶντες τῷ Ἐπιφανίῳ καὶ οἱ παροδῖται, βλέποντες ἄνθρωπον γεγυμνωμένον, καὶ παρατετραμμένον, συνηθροίζοντο πρὸς αὐτόν, καὶ οἱ μὲν στεναγμοῖς ᾤμωζον, τῷ διαβόλῳ καὶ τῷ Σατανᾷ καταρώμενοι, ὅτι τηλικοῦτον ἄνδρα πορθήσας (77) κατῄσχυνεν· οἱ δὲ ὀβολοὺς αὐτῷ ἐδίδουν, οἱ δὲ οἶνον. Αὐτὸς δὲ τῷ ἰδίῳ ἔθει κρατούμενος, παρ' οὐδενός τι ἐκομίζετο, πάντας ἀποκρουόμενος, πρὸ τοῦ πυλῶνος καθεζόμενος χαμαί.

CAPUT VIII.

Arcana cordium Andreæ revelata coram Epiphanio ejusque famulis, et uni horum indicata illius sanctitas.

57. Interea adest adolescens quidam, natura eunuchus, magnatis alicujus cubicularius. Vultus ei rubebat colore roseo, candebat corpus niveo, erat species decora, capilli flavi, mollities non vulgaris; multum eminus quoque muscum olebat, mollibus indutus vestimentis. Quia vero par erat Epiphanio ætate, et domicilio vicinus, mutuo inter sese amore prosequebantur. Habebat porro eunuchus ille penes se dactylos, instar ficuum aridarum, circiter triginta numero: et oculis in sanctum vestitu destitutum conversis, horrore perculsus

D νζ'. Ἔρχεταί τις νεανίσκος, τῇ φύσει εὐνοῦχος, μεγιστάνου τινὸς τυγχάνων κουβικουλάριος· ἦν δὲ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς τὸ ῥόδον, καὶ λευκὸς τῷ σώματι ὡς χιών, εὐειδής, ἐπίξανθος, βλαχείαν οὐ τὴν τυχοῦσαν κεκτημένος, μόσχου μήκοθεν ἀπόζων, μαλακοὺς περιβεβλημένος χιτῶνας· διὰ δὲ τὸ εἶναι τὸν Ἐπιφάνιον συνομήλικα αὐτοῦ καὶ γειτνιάζειν, μεταξὺ ἀλλήλων ἦν ἀγάπη πολλή. Κατεῖχεν οὖν ὁ Εὐνοῦχος ἐκεῖνος φοίνικας καθάπερ ἰσχάδας ὡς τριάκοντα· θεασάμενος οὖν τὸν Ὅσιον γεγυμνωμένον τῷ σώματι, καὶ τῷ δέει θληθείς, τὸ πρᾶγμα ἐξενίζετο, καὶ ἐπη-

(76) Ita consonat utrumque ms. Ubi vero id legerit auctor, ipse viderit: non putem in sacris Litteris.

(77) Ms. Vatic. peregrinam hic habebat vocem πανερέφυνεν.

Digitized by Google

ρώτα τὸν Ἐπιφάνιον λέγων· Φίλτατέ μου καὶ πεποθημένε Ἐπιφάνιε, τίς ἄρα οὗτός ἐστιν; τίνος χάριν παράγει γυμνὸς, κρύους ἀφορήτου καὶ χειμῶνος ὑπάρχοντος, καὶ ὥσπερ οἱ ἐν θαλάσσῃ κινδυνεύοντες, οὕτως καθέστηκεν; Ἐπιφάνιος εἶπεν· Γλυκύτατέ μου ἀδελφὲ, τί σοι ἔχω εἰπεῖν ὑπὲρ τοῦ φαινομένου, οὐκ ἐπίσταμαι· ἐπειδὴ ᾐχμαλώτευται ἡ διάνοια αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ πνεύματος, καὶ περιάγει παρατραπεὶς ταῖς φρεσὶν ὥσπερ πασχικῶς πεφυρμένος· πάντες δὲ οἱ τοιοῦτοι διαῤῥήσσουσιν τὰς ἑαυτῶν χιτῶνας, καὶ ἀναισθητοῦντες τρέχουσιν. Λελάληκεν δὲ τοῦτο, μὴ βουλόμενος ἐκκαλύψαι τὴν ἀρετὴν τοῦ Ὁσίου. Ταῦτα ἀκούσας ἐκεῖνος ἡσύχαζεν, καὶ ὥσπερ πένητα οἰκτείρας ἃς κατεῖχεν φοίνικας ἐδίδου τῷ Μακαρίῳ λέγων· Δέξαι τέως ταῦτα, ἐπειδὴ ἐνταῦθα οὐδὲν ἕτερον ἔχομεν. Ὁ δὲ Ὅσιος νοεροὺς ὀφθαλμοὺς κεκτημένος, ἔγνω τὰ ἔργα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ βλοσυρῷ τῷ ὄμματι ἀπιδὼν εἰς αὐτὸν ἔφη· Δῶρον κωλοφονίας οἱ σαλοὶ οὐκ ἐσθίουσιν. Ἀγνοήσας οὖν ἐκεῖνος τὸ λεχθὲν αὐτῷ, ἔφη· Παρατετραμμένε ἐπ' ἀληθείας, φοίνικας βλέπων, κωλοφονίας δοκεῖ σοι ταῦτα εἶναι.

νη'. Λέγει αὐτῷ ὁ Μακάριος· Δόλιε, ἄπελθε ἐν τῷ κοιτῶνι τοῦ κυρίου, καὶ ἐργάζου μετ' αὐτοῦ τὴν ἀσθένειαν τῶν Σοδομιτῶν, καὶ ἐπιδώσει σοι καὶ ἑτέρας φοίνικας· ταλαίπωρε, ὁ μὴ βλέπων τὰς ἀκτῖνας τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας, ὁ μὴ ἰδὼν τῆς γεέννης τὴν ἀγριότητα τὴν δριμυτάτην, οὔτε κἂν τὸν ἄγγελον αἰσχύνῃ τὸν καθάπερ Χριστιανῷ ἀκολουθοῦντά σοι. Τί σοι δέει γενέσθαι, ἀκάθαρτε, ἐν ταῖς γωνίαις παρεδρεύων τὰ μὴ δέοντα ἐργαζόμενος, ἅπερ οὐδὲ οἱ κύνες, ἅπερ τὰ ἑρπετὰ καὶ ὄφεις, ἅπερ οὐδὲ οἱ χοῖροι πράττειν οὐκ ἴσασιν· πόθεν κατάρατε μεμαθηκὼς ταῦτα κατεργάζει; Οὐαὶ τῇ σῇ νεότητι, ἣν ὁ Σατανᾶς παρατρώσας εἰς φοβερὸν πυθμένα ᾅδου σφοδροτάτῃ τινὶ καὶ ἀπείρῳ ἰταμότητι κατεκρήμνισεν. Ὅρα καὶ μὴ πόῤῥωτέρω πρόβαινε (79), [μή ποτε δικαίως θεηλάτῳ πυρὶ καταναλωθεὶς πρόωρον ἀφαρπάζων σου τὴν νεότητα, καὶ ἐνταῦθα μὲν τοιούτῳ πρηστῆρι], ἐκεῖθεν δὲ γεέννης πυρὶ λυγρῷ ὁλοκαυτώσει σε. Ταῦτα ἀκούσας ἐκεῖνος ἔφριξεν, ὡς πῦρ γεγονὼς πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ᾐσχύνθη μεγάλως· Λέγει οὖν Ἐπιφάνιος πρὸς αὐτόν· Τί σοι ἐγένετο, κύριέ μου γνήσιε φίλε, τίνος χάριν διετράπης, ὡς πῦρ γεγονὼς τὸ πρόσωπόν σου; Οὐκοῦν εἴρηκά σοι ταῦτα; ἐπειδὴ εἴ τι φθάσει, λαλεῖ ὁ παρατετραμμένος; Πλὴν, ἀγαπητέ μου ἐν Κυρίῳ, εἴπερ σύνοιδάς τι ἀπὸ τῶν ἤδη ὑπ' αὐτοῦ ῥηθέντων, πορευθεὶς ὕπαγε, καὶ σεαυτὸν εἰς διόρθωσιν ἄγε, καὶ μὴ ἀηδιάζου ἐπὶ τοῖς λόγοις· νέος γὰρ εἶ καὶ τρυφερὸς, καὶ

A et insolentis rei novitatem miratus, percunctabatur Epiphanium hoc modo: Dilectissime desideratissimeque Epiphani, quid isthoc tandem est hominis? quamobrem nudus procedit, frigore præsertim intolerabili et tempestate sævientibus? Nullum inter ipsum et periclitantes in mari discrimen intercedit. Cui Epiphanius: Jucundissime frater, quid tibi super his, quæ oculis patent, dicam, equidem ignoro: exagitante mentem illius spiritu, eamque a sede sua dejiciente, vagatur non aliter quam insessus a dæmone: homines autem istiusmodi lacerare vestimenta sua, et absque pudore aut verecundia cursitare solent. Ita Epiphanius, ut ne virtutem viri sancti in lucem proferret; quibus acquievit eunuchus, misertusque Andreæ, uti pauperis, B porrexit quos habebat dactylos, his additis verbis: Cum aliud mihi modo in promptu non sit, accipe hæc. At Sanctus, mentis oculis interiora cordis illius pervadens, torvoque in hominem vultu intuitus: Ficos, inquit, non comedunt insani. Cujus dicti energiam non assecutus alter (78): Revera, inquit, insanus es, qui cum dactylos vides, videre te ficos arbitraris.

58. Tum B. Andreas: Versipellis, apage hinc ad conclave domini tui, cum ipso sceleri Sodomitico operam daturus, et alios etiam tibi dactylos suppeditabit. O te miserum! qui ad fulgentissimam cœlestis regni lucem cæcutis, qui crudelissima gehennæ tormenta non cogitas, qui angeli te, utpote Christianum, comitantis reverentia non compesceC ris. Quid metuendum tibi est, sceleste, cum in angulos latebrasque te abdis, illa commissurus flagitia, quæ etiam canes, quæ serpentes et angues, quæ ipsi et porci patrare exhorrescunt? Quo isthæc præceptore didicisti? Væ adolescentiæ tuæ, quam Satanas misere vulneribus concisam in terribile inferni barathrum, vehementissimo cum impetu ac violentia, præcipitem dedit. Quamobrem consule rebus tuis, nec porro perge, ne forte divinitus superveniente igne consumptus, in juventutis flore auferaris, sicque hic igneo turbine, istic vero violentia inferni flamma misere comburaris. Audita hac salutari admonitione, totus inhorruit Eunuchus, et, excandescente in modum ignis facie, D maximopere confusus est. Quare ad ipsum Epiphanius: Quid tibi, domine et amice fidelis, evenit rei? Cur mutata facies tua inflammatur ut ignis? Nonne ita prædixi tibi, quod si quid assecutus sit mente captus insessusque a dæmone, id in medium proferat? Nunc igitur, carissime in Domino, si cujuspiam illorum, quæ ipse locutus est, conscius

(78) Nota est, neque hic fusius explicanda, licet satis ad rem pertinens, ambiguitas significationis, in voce Latina *ficus*, uti et in Græca συκῆ. Eamdem esse in voce κολοφωνία sive (ut hic argute scribitur) κωλοφονία, non habeo auctores quibus probem: sed quoniam ficus albas nigrasque novimus, vix dubito quin similis apud Græcos differentia fuerit; et sic Κολοφωνία, dicantur eæ, quæ colorem habent Colophoniæ resinæ seu picis, citharœdis notæ. Dixi autem commutatas vocales, ad ipsum quod arguitur vitium, et ficos seu mariscas illud consequentes exprimendum, scienti quod κῶλος *podex*, φόνιος *lethifer*, *mortalis* sit.

(79) Ms. Vatic. μήποτε δικαίως σε τῷ θείῳ χρήσητε θειλάτῳ τινὶ ποινῇ ἐξέλκουσα τῇ σῇ νεότητα καὶ ἔνθεν μὲν παριστῆρσιν.

Digitized by Google

tibi sis, vade, et ad frugem redi meliorem, nec ad ea quæ vere tibi objecta sunt, erubesce; juvenis quippe es, molliter educatus, diabolus contra infestus, nos circumveniens ad peccandum inducit, non aliam ob causam, quam ut ex nostra gehennæ ignibus ustulatorum societate qualemqualem ipse consolationem nanciscatur. Quibus auditis, abiit eunuchus.

A ὁ Σατανᾶς, ἀγαπητέ μου, χαλεπός ἐστιν καὶ ἀποπλανᾷ ἡμᾶς πράττειν τὴν ἁμαρτίαν, δι' οὐδ' ἕτερον, εἰ μὴ ἵνα κέκτηται ἡμᾶς εἰς παραμυθίαν ἑαυτοῦ, ἐν φλογὶ γεέννης κατακαιομένους αὐτῷ. Ταῦτα ἀκούσας ἐκεῖνος ἀνεχώρησεν.

59. Venerandus autem juvenis Epiphanius allevatum Andream in conclave suum introduxit, ubi instructam reperientes mensam, discubuerunt, et Salvatoris nostri liberalibus donis delectati sunt: quorum ubi esu refecerant vires, his dictis aggreditur B. Andream Epiphanius: Quamobrem, domine et amicorum maxime, tam acribus incessisti dictis Eunuchum illum mihi intimum? Cui Sanctus: Vel ideo, inquit, quod intimus tibi est ac plurimum dilectus, scelera ipsi sua ob oculos ponere visum est: quod si minus tibi fuisset amicus, istiusmodi vox nulla prorsus elicita ex ore meo fuisset, neque enim illum mihi proposui scopum, ut arguam et castigem peccatores, sed ut ipse ea, quæ recta ad perfectionem ducit, decurram via. Tum Epiphanius: Id equidem novi, famule Dei, ait. Verum hic adolescens, servus est, cogiturque a domino suo: quid faciat? Reponit Sanctus: Nec me latet, servum esse illum, ne id putes: verum servus frugi ad obsequia ususque necessarios tantum præsto esse debet domino suo, qui se emit, non itidem ad opera diabolica et nequitias, nedum ad abominandum atque exsecrabile, quod dixi, flagitium. Quis enim homo non putet, sceleris illius fœditatem sibi aversandam esse, quod ipsa jumenta, ratione destituta, nunquam admiserint? Rursum Epiphanius: Si dominus ipsum suus ad se jusserit, sive ad obsequium corporale sive peccaminosum, seu spirituale præstandum: nec tamen illi morem gesserit, ut servum decet, ignoras non potes, quot misero illi maneant perferendæ injuriæ, intentæ minæ, sustinenda verbera, alia innumera subeunda. Hoc quidem, inquit Sanctus, martyrium est quod testificatur Christus Jesus, dicens: « Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum [a]. » Si qui itaque servi dominis suis, ad scelus abominabile Sodomiticæ immanitatis sollicitantibus, non succumbant, ii vero beati et beatissimi sunt, quia per supplicia, quæ memorabas modo, id consequentur, ut sanctis martyribus adnumerentur.

νθ'. Ὁ δὲ τίμιος Ἐπιφάνιος διεγείρας τὸν Ὅσιον, ἐπορεύθησαν ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτοῦ, καὶ εὑρόντες τράπεζαν, καθεσθέντες εὐφράνθησαν ἐπὶ ταῖς δωρεαῖς τοῦ Σωτῆρος· καὶ μετὰ τὸ μεταλαβεῖν αὐτούς, λέγει Ἐπιφάνιος πρὸς τὸν Μακάριον· Τίνι τρόπῳ, κύρι ὁ μέγας, οὕτως ἀποτόμοις ἐχρήσω ἐλεγμοῖς τῷ προσφιλεῖ μοι χρηματίζοντι; Ἔφη πρὸς αὐτὸν ὁ Μακάριος· Ἐπειδὴ προσφιλής σοι καθέστηκεν καὶ ἀγαπητός, τούτου χάριν ἐποίησα πρὸς αὐτὸν τὸν B κατάλογον· ἐπεὶ οὐκ ἦν φίλος σου, τὸ οἱονοῦν ῥῆμα ἐξ ἐμοῦ οὐκ ἠχηκόει τὸ σύνολον· οὐ γὰρ ἐμοὶ σκοπὸς ὥστε ἐλέγχειν καὶ ἐπιτιμᾷν τοῖς ἁμαρτωλοῖς, ἀλλὰ τρέχειν με τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν τὴν ἐπὶ τὰ ἀμείνω ἀπάγουσαν. Ἐπιφάνιος εἶπεν· Οἶδα, δοῦλε τοῦ Θεοῦ, κἀγώ, ἀλλ' οὗτος ὁ νεανίας οἰκέτης ἐστίν, καὶ βιαζόμενος ὑπὸ τοῦ κυρίου αὐτοῦ· τί ἕξει ποιῆσαι; Λέγει ὁ Ὅσιος· Οἶδα ὅτι οἰκέτης ὑπάρχει, οὐκ ἀγνοῶ τοῦτο, πλὴν εἰς τὰς σωματικὰς χρείας ὀφείλει ἐξυπηρετεῖν ὁ οἰκέτης τὸν ὠνησάμενον, οὐχὶ εἰς τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου, καὶ εἰς τὰς πράξεις τῆς ἀτιμίας, μάλιστα εἰς τὸ ἐπικατάρατον τοῦτο καὶ βδελυρὸν ἀτόπημα, ὅπερ οὐδὲ τὰ ἀναίσθητα κτήνη τοῦτο πράττειν οὐκ ἴσασιν. Ἄνθρωπος γάρ τίς ἐστιν, ὃς οὐκ αἴσθηται τῆς κόπρου ταύτης τὴν δυσωδίαν C ἀποδιδράσκειν; Ἐπιφάνιος λέγει· Ἐὰν ὁ κύριος αὐτοῦ προσκαλέσηται αὐτόν, εἴ τε εἰς σωματικὴν δουλείαν, εἴ τε εἰς ἐφάμαρτον, εἴτε εἰς πνευματικήν, ἐὰν μὴ ὑπακούσῃ ὡς δοῦλος, πάντως οἶδας πόσα πάσχει, ὑβριζόμενος, τυπτόμενος, ἀπειλούμενος, καὶ τὰ λοιπὰ κακὰ ἐκδεχόμενος. Ἔφη ὁ Ὅσιος· Τοῦτό ἐστιν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὸ μαρτύριον, ὅπερ αἰνιττόμενος ἔλεγεν· « Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Ἐὰν τοίνυν οἰκέται τοῖς δεσπόταις εἰς τὴν τῶν Σοδόμων μυσαρὰν καὶ βδελυκτὴν ἐπιθυμίαν οὐχ ὑποκύπτουσιν, οὗτοί εἰσιν μακάριοι καὶ τρισμακάριοι, ὅτι διὰ τῶν βασάνων ὧν λέγεις, σὺν τοῖς μάρτυσι λογισθήσονται.

60. Dum talibus inter se colloquiis vacant, quidam e domesticis Epiphanii, paternæ mensæ cibisque parandis inserviens, ubi suspicatus Sanctum ejusque (sed quomodo, solus Deus noverit) assecutus est mentis oculis vivendi rationem, procidit ad pedes illius, multis cum lacrymis supplicans, pro se ut intercederet apud Deum, impetraretque ut sibi quoque istiusmodi institutum sectari liceret. Sanctus autem, quid alter supplicibus obtinere precibus niteretur cognoscens, cupiensque

D ξ'. Ταῦτα αὐτῶν ὁμιλούντων εἷς τῶν οἰκετῶν Ἐπιφανίου, ὁ ἀφωρισμένος εἰς τὸ ὀψώνιον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, [πνευματικοῖς ὄμμασιν] ἐπιγνοὺς τὴν τοῦ Ὁσίου ἐργασίαν (πῶς δὲ ταῦτα ἐπέγνω Θεῷ μόνῳ γνωστόν) καθίσας πρὸ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, δάκρυσι καθικέτευε τὸν Ὅσιον, ὅπως παρακαλέσῃ τὸν Θεὸν ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ γενέσθαι αὐτὸν τοιαύτης ἐργασίας. Ἔγνω δὲ τῷ πνεύματι ὁ Δίκαιος τί ἐστιν ὅπερ ὁ παῖς ἐξελιπάρει κομίσασθαι, καὶ βουλόμενος κατ' ἰδίαν ὁμιλῆσαι αὐτῷ, τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου Πνεύ-

[a] Matth. v, 10.

Digitized by Google

ματος μετέστρεψεν καὶ τὴν ὁμιλίαν τοῦ παιδὸς εἰς A τὴν τῶν διάλεκτον (80), καὶ καθεζόμενος ὁ Ὅσιος, ὡμίλει αὐτῷ Συριστὶ ὅσα ἐβούλετο. Ὁ δὲ παῖς ἔλεγεν, Ἐὰν οὐκ ἠδυνάμην, οὐκ ἂν παρεκάλουν σοι τοιοῦτος γενέσθαι ὁποῖος εἶς καὶ αὐτός. Ὁ δὲ Ὅσιος λέγει πρὸς αὐτόν· Οὐ δύνασαι ὑποφέρειν τοὺς ἱδρῶτας καὶ τὰ σκάμματα τῆς ἀρετῆς ταύτης, ἐπειδὴ βιαστή ἐστιν ἡ ὁδὸς, καὶ ἀπείρου πόνου καὶ μόχθου· μένε οὖν μᾶλλον καθὰ εἶ ἐν εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι, διδασκόμενος ὑπὸ τοῦ κυρίου σου Ἐπιφανίου τὰ κρείττονά σοι καὶ σωτηρίας ἐχόμενα, φεύγων πορνείαν, μνησικακίαν, καὶ τῶν λοιπῶν παθῶν τὸν κατάλογον· καὶ τί σοι χρεία ἀνάγκαις τοιαύταις σεαυτὸν καθυποβαλεῖν; Ὁ δὲ παῖς εἶπεν αὐτῷ· Εἰ οὖν βούλει τῆς ἐμῆς ἐλεεινότητος ὑπακοῦσαι, λέξαι μοι ὅτι οὐ δύνασαι τοῦτο ποιῆσαι. Ταῦτα δὲ ἀκούσας ὁ B Ὅσιος ἡσύχαζεν.

seorsim cum solo colloqui, mutavit sancti Spiritus virtute vernaculam servi linguam in Syriacam; locutusque Syriace cum illo est, quæcunque vellet. Cum vero Andream compellans, famulus non se precari, diceret, ut in societatem vitæ illius admitteretur, si pares sibi vires non essent; negavit Andreas, posse ipsum sudores laboresque, ad tam sublime virtutis culmen enitentibus subeundos, superare: quoniam via, inquiebat, prærupta et acclivis, laboriosa et difficilis admodum est. Quare auctor tibi sum, ut in præsenti statu constanter pietati religionique operam des, et a Domino tuo Epiphanio diligenter discas, quæ ad virtutem salutemque tuam maxime conducunt: fornicationem fuge, injuriarum obliviscere, alias affectiones universas tempera: quæ enim talibus te subjiciendi necessitas urget? Ad hæc famulus; Si vis, inquit, miserrimæ meæ vilitati obsequi, dic, quod non potes id effectum dare. Quibus auditis obticuit Andreas.

ξα'. Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος βλέπων τὴν ἀθρόαν μεταβολὴν τῆς γλώττης τοῦ παιδὸς, ὅτι ἃ μὴ μεμάθηκεν ἀπεφθέγγετο, ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ταῦτα συνέβαλεν καὶ λέγει· Βαβαὶ τοῦ θαύματος, πόσα οἱ Ἅγιοι δύνανται! Ὁ δὲ Μακάριος ἐδεήθη τοῦ Κυρίου περὶ τοῦ παιδὸς, χάριν τῆς ἐκείνου αἰτήσεως, τί ἄρα δεῖ γενέσθαι· καὶ ἦλθεν φωνὴ αὐτῷ λέγουσα· Οὐκ ἔστιν τοῦτο συμφέρον, ἄπαγε τοῦ ἐγχειρήματος· δεῖξον αὐτῷ πρᾶγμα ὁποῖόν ἐστιν, μὴ ὡς ἀδυνάτου σου, τοιαῦτα καταψηφίσηται. Ὁ οὖν Μακάριος ἔφησε τῷ Ἀγγέλῳ τῷ ἐφεστῶτι· Πλῆσον τὸ ποτήριον τῆς C θυμηδίας, ἀφ' ἧς ἡ χάρις τοῦ κατ' ἐμὲ χαρίσματος ἐπήνθησεν. Ἐποίησέν τε ὁ Ἄγγελος Κυρίου· καὶ λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Μακάριος· Ποτιεῖς ἐκεῖνον τὸν ἐπὶ τῶν ποδῶν μου καθήμενον. Ὁ δὲ εὐθέως ἀοράτως ἐπότισεν αὐτὸν, καὶ ἤρξατο ὁ παῖς παραπλήσια σχήματα πράττειν ἐοικότα τῷ θεοφόρῳ πατρὶ, ὅστις ὁρῶν αὐτὸν ἐμειδία εὐφραινόμενος. Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος ὁρῶν τὸ γεγονὸς ἐταράχθη, φοβηθεὶς μή ποτε ἐπαναδράμῃ πᾶσα ἀγανάκτησις τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ λέγει πρὸς τὸν Μακάριον· Δέομαί σου, δοῦλε τοῦ Θεοῦ, μὴ ποιήσῃς τοῦτο τὸ πρᾶγμα ἐπὶ τῷ οἰκέτῃ τοῦ πατρός μου, μή ποτε καὶ αὐτὸς ἐξουδενωθείσῃ, καὶ ὁ Θεὸς ἀντὶ ἀγαθοῦ βλασφημηθήσεται, καὶ ἐμὲ μεμισημένον καὶ ἐπάρατον δείξῃς τῷ γεννήτορι, καὶ οὐχ ἔξω τοῦ ἐντεῦθεν εἰσαγαγέσθαι σε. Παρακαλῶ D οὖν καὶ δέομαι μὴ κενὴν ἀποπέμψῃς τὴν δέησίν μου, μέμνησο μιᾶς ἡμέρας ἀγάπην ἐμοῦ τοῦ οἰκέτου σου.

61. Interea vero Epiphanius, animadvertens, subita linguæ mutatione famulum suum, quæ nunquam didicerat, in medium proloqui, impensius rem animo perpendit exclamavitque: Papæ! quantum miraculum! quid Sancti non efficiant! Beato autem Andrea Dominum precibus pro famulo, qui eas enixe flagitarat, interrogante, quid tandem de illo futurum esset, allapsa vox est, ita inquiens: Neutiquam illud expedit, apage, cum isthoc consilio: ostende ipsi quanta res sit, impares ei vires esse ad talia aggrediendum. Andreas igitur ait Angelo adstanti sibi: Imple calicem hunc liquidæ voluptatis mero, cujus olim gustu divinæ gratiæ donis cumulatus sum. Parentique mox angelo: Da, inquit, illi ad pedes meos prostrato potandum. Quod factum continuo est modo invisibili; cœpitque famulus similes plane gestus exprimere deiferi patris Andreæ, qui illum conspiciens non se temperavit a risu. At Epiphanius rei novitate turbatus, veritusque, ne patri hinc suo commoveretur bilis, talibus Sanctum precibus adorsus est: Amabo te, famule Dei, ne tali modo patris mei famulum affici patiaris; ne forte et tu ipse malum tibi accersas, et Deus pro bonis blasphemias recipiat, et me patri meo odiosum atque exsecrandum reddas, neque audebo deinceps te huc introducere. Oro igitur atque obsecro, ut irritas ne velis esse preces meas, memor amoris et beneficii a me servo tuo tibi aliquando præstiti.

ξβ'. Ὁ δὲ Μακάριος μὴ θέλων τὸν Ἐπιφάνιον κενὸν ἀποπέμψαι, ὑπήκουσεν αὐτοῦ τῆς δεήσεως, καὶ προσέταξεν πάλιν τῷ ἀγγέλῳ τοῦ ἆραι ἀπ' αὐτοῦ τὸ καταχθὲν αὐτῷ δώρημα· καὶ πάλιν ἦλθεν ὁ παῖς εἰς τὴν προτέραν κατάστασιν, καθὼς πρώην ἐχρημάτιζεν. Ἐν λύπῃ δὲ μεγίστῃ γενόμενος ὁ οἰκέτης, παρεκάλει τὸν Ὅσιον δοθῆναι αὐτῷ πάλιν τὸ δῶρον ἐκεῖνο. Ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν ἀπεφθέγξατο· Λελάληκάς

62. Andreas hasce preces in ventum abire non ferens, Epiphanio morem gessit præcepitque rursum angelo, ut quod famulo allatum erat donum, protinus tolleret: et restitutus est ei pristinus oris corporisque habitus. Quamobrem non levi mœrore affectus, ad preces iterum confugit, Sanctumque ablatum donum repoposcit. Cui Sanctus: Dixisti modo mihi, non posse me rem tantam in te perfi-

(80) Mirum quod non potius in Scythicam, quæ Sancto materna erat. Sed et Syriacam didicisse aliqua occasione potuit, ut erat perquam docilis: et mox dicitur dono linguarum præditus, ut sua quemque lingua alloqui posset.

Digitized by Google

cere : nunc igitur vide, quo pro libitu meo in nomine Domini majora etiam in te possim : verum herus tuus Epiphanius porro perficiendæ rei obicem interposuit, nefas enim ducunt sacri canones, contra domini tui voluntatem quidquam agere. Cæterum alius e famulorum turba, ab Epiphanii patre ad id missus, hunc ad ministerium suum accivit. Jamque die in noctem vergente, compulit Epiphanius Andream, pernoctare secum : et hic compellenti morem gessit. Ecce autem sub tertiam noctis vigiliam famuli omnes, servitiis suis præstitis otium nacti, ad Epiphanium, qui cunctis in amore ac veneratione erat, ex more conveniunt, stantesque conjunctis manibus considere jussi sunt.

63. Considentibus itaque illis et Epiphanium corona cingentibus, vidit Andreas perspicaci mentis oculo, quid quisque operatus esset, quos errores delictave commisisset : cumque omnibus recte consultum vellet, exordio dicendi facto, parabolam quamdam in medium protulit. Illi vero ejus verba sensumque assequentes, pudore suffusi sunt, non secus quam si flamma ignis abstitisset a facie eorum, alii rigebant horrore, a sensibus fere abibant, alii metuebant ac trepidabant, nonnulli præ verecundia se subducebant : simplex enim et incompta viri sancti oratio universa eorum peccata præcise redarguebat, pandebatque quo modo et fine commissa essent. Qua in re illud in primis mirandum venit, quod cuilibet suum in sua lingua manifestaret peccatum, pensitantibus dicentibusque apud se : Hunc mea homo ille causa sermonem instituit.

64. Illis autem non minus timore quam tremore consternatis, dum minutim eorum delicta recensebat Sanctus, scelestissimus dæmon, animadvertens Epiphanii famulos edoceri peccata sua dedocerique, cum aliis ejusdem farinæ sociis suis ad vestibulum domus accessit, considensque elatum sustulit risum. Quo cognito, pari risu respondit Sanctus. Quod Epiphanius, quique aderant ipsi, videntes, rem insolitam arbitrabantur, et quæ risus causa esset discere in primis cupiebant : non enim perceperant malorum spirituum cachinnos, utpote tali visione non dignati. Qui desiderio illorum cognito, dixit a dexteris astanti sibi angelo, ut tolleret inde aliquod impedimentum : et continuo adapertæ sunt aures cordium illorum, perceperuntque quælibet dæmoniorum dicta et risus. Tum ad Epiphanium conversi famuli, sciscitabantur, quænam essent mulieres istæ, quæ foris astabant, libidinosæ, intemperantes, in risum effusæ? Quibus hæc Epiphanius : Dæmones, sunt, qui nos coram in os rident, quia animas nostras peccando commaculavimus. Quo audito, se suaque opera incusantes surrexere, et venerabili Epiphanio honore exhibito,

A μοι, οὐ δύνασθαί με τοιοῦτον ἐπιδείξασθαι ἐν σοί· θέασαι τοίνυν καὶ ἴδε ὅτι ἐν τῷ ὀνόματι Κυρίου καὶ μείζονα, εἰ βούλομαι, ἐν σοὶ ἐπιδείκνυμι· πλὴν ὁ κύριός σου Ἐπιφάνιος κώλυμά σοι καθέστηκεν, παρὰ γνώμην γὰρ τοῦ κυρίου σου οἱ θεῖοι κανόνες πράττειν οὐκ ἐπιτρέπονται. Εἷς δὲ τῶν συνδούλων τοῦ παιδὸς, προστάξει τοῦ δεσπότου αὐτοῦ, κέκληκεν αὐτὸν εἰς διακονίαν. Ἑσπέρας δὲ ἤδη γενομένης, ἐβιάσατο ὁ Ἐπιφάνιος τὸν Ὅσιον τοῦ μεῖναι ἐκεῖσε, καὶ ὃς ὑπήκουσε. Περὶ δὲ τρίτην φυλακὴν τῆς νυκτὸς εὐκαιρησάντων πάντων τῶν οἰκετῶν, συνήχθησαν κατ' ἔθος πρὸς τὸν Ἐπιφάνιον, ἀγάπῃ δὲ διαπύρῳ κρατούμενοι πρὸς αὐτὸν, ἦν γὰρ τοῖς πᾶσιν αἰδέσιμος καὶ ἐράσμιος· ἱσταμένων οὖν αὐτῶν χερσὶν ἐσφιγμέναις, προσέταξεν αὐτοὺς καθεσθῆναι.
B

ξγ'. Ὡς οὖν ἐκαθέσθησαν κύκλῳ αὐτοῦ, ὁ μακάριος Ἀνδρέας τῷ νοερῷ τῆς διανοίας ὄμματι ἑώρα ἑνὸς ἑκάστου τὰ ἔργα, καὶ ποίῳ σφάλματι ἕκαστος αὐτῶν προκατείληπτο· καὶ θέλων αὐτοὺς ὠφελῆσαι, τροπευσάμενος ὁμιλίαν ἤρξατο λέγειν, παραβολήν τινα ἐρευγόμενος. Αὐτοὶ δὲ ἐνωτιζόμενοι τοῦ Ὁσίου τὰ ῥήματα καὶ αἰσχυνόμενοι, ὡσεὶ φλόγα τῇ αἰδοῖ μετεφέροντο, οἱ δὲ φρίκῃ συνεσφίγγοντο, ἄλλοι ἰλιγγίουν καὶ ἐτρόματτον, ἕτεροι αἰσχυνόμενοι ἀνεχώρουν· ἡ γὰρ ἁπλῆ τοῦ Δικαίου ὁμιλία, πάντων τὰ ἁμαρτήματα ἀποτόμως ἤλεγχεν, ποίῳ τρόπῳ καὶ πῶς ταῦτα ἐξειργάσαντο. Καὶ δὴ τοῦτο θαυμαστότερον, ὅτι ἰδίᾳ διαλέκτῳ ἑκάστῳ αὐτῶν ἤλεγχεν τὸ
C ἁμάρτημα· ἔλεγον δὲ ὑπολαμβάνοντες· Δι' ἐμὲ ταῦτα ὁμιλεῖ οὗτος ὁ ἄνθρωπος.

ξδ'. Φόβῳ δὲ βαλλομένων καὶ τρόμῳ ἐν τῷ αὐτὸν ἐκφαυλίζειν τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν, ὁρῶν ὁ παμμίαρος δαίμων τοὺς οἰκέτας Ἐπιφανίου ἐλεγχομένους τὰ παραπτώματα αὐτῶν, συνεγείρει μετ' αὐτοῦ καὶ ἄλλους ἀπὸ τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων, καὶ ἐν τῷ προαυλίῳ καθεζόμενοι ἐγελοίαζον· γνοὺς δὲ τοῦτο ὁ Μακάριος ἐμειδία, ἀκούων ταῦτα. Ὁ οὖν Ἐπιφάνιος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ἐνωτιζόμενοι τὸ τοῦ Δικαίου γέλοιον, ξένον τοῦτο ἡγοῦντο, καὶ δι' ἣν αἰτίαν τοῦτο εἰσπράττει μαθεῖν ἐβούλοντο· οὐ γὰρ ἤκουον ἐκεῖνοι τῶν πονηρῶν πνευμάτων τὸ γέλοιον, οὐκ ὄντες τῆς
D τοιαύτης διαβλέψεως ἄξιοι. Συνεὶς δὲ τοῦτο ὁ Δίκαιος (81) [λέγει τῷ τοῖς δεξιοῖς αὐτοῦ ἐφεστῶτι Ἀγγέλῳ]. Ἆρον τὸ τῇδε κάλυμμα· καὶ ἅμα τῷ ῥήματι ἀπεκαλύφθησαν αἱ ἀκοαὶ τῶν ψυχῶν αὐτῶν, καὶ ἤκουον τὰ παρὰ τῶν δαιμόνων λεγόμενά τε καὶ γελοιαζόμενα. Ἐπηρώτων δὲ τὸν Ἐπιφάνιον οἱ αὐτοῦ, λέγοντες· Κύριε, τίνες εἰσὶν αἱ ἄσωτοι αὗται γυναῖκες, αἱ ἔξω ἑστῶσαι, καὶ τῷ γελοίῳ κοπτόμεναι, καὶ ταῖς ἀναιδείαις ἐπιφερόμεναι; Ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς· Ὅτι ἁμαρτωλῶν ἡμῶν ὄντων, γελῶσιν εἰς τὰ πρόσωπα ἡμῶν οἱ δαίμονες. Ταῦτα ἀκούσαντες, ἑαυτοῖς κατεμέμφοντο, καὶ εὐθὺς ἐξαναστάντες, καὶ τῷ τι-

(81) M. Vatic. τοῖς δεξιοῖς αὐτοῦ, ἔφη μετά τινος ἐξουσίας, « Stanti sibi a dextris inquit cum quadam auctoritate. »

Digitized by Google

μίῳ Ἐπιφανίῳ προσκυνήσαντες, ἐπορεύθησαν ἕκαστος ἐπὶ ταῖς κοίταις αὐτῶν. Ἀναχωρούντων δὲ αὐτῶν, ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον ἔλεγον· Ἐθεάσω πρᾶγμα παράδοξον, πῶς μοι ὁ πένης οὗτος λελάληκεν τὰ ἐμὰ πλημμελήματα; Λέγει ἕτερος· Ναὶ ἀδελφὲ, καὶ τὰ ἐμὰ πάντα διηγήσατο. Ἀπεκρίθη δὲ καὶ ἕτερος· Πιστεύσατέ μοι, ἀδελφοί, καὶ ἐμοὶ τὰ τῆς καρδίας μου κρυπτὰ ἀπεκάλυψεν. Καὶ οἱ μὲν ἔλεγον, ὅτι ἅγιός ἐστιν· οἱ δὲ ἔλεγον, Οὐχὶ, ἀλλὰ μάντις ἐστὶ, καὶ ἀπὸ τοῦ τῶν ζῴων στοχασμοῦ (82) ἀναγγέλλει ἡμῖν τὰ ἁμαρτήματα ἡμῶν. Ἄλλοι ἔλεγον· Ἀπὸ δαιμονικῆς ἐνεργείας ταῦτα ἡμῖν ἀπεκάλυψεν.

ξε'. Ὑπνωσάντων οὖν πάντων τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ, τότε ὁ Ἐπιφάνιος, ὡς ἐξ ἔθους αὐτῷ ἦν, καταλιμπάνων τὴν κλίνην αὐτοῦ, τάπητα (83) τιθεὶς ἐπὶ τοῦ ἐδάφους, τοῦ ὕπνου μετελάμβανεν. Ὁ δὲ Ὅσιος σχηματισάμενος ἐν τῇ κλίνῃ ἦν τοῦ Ἐπιφανίου τοῦ ὑπνῶσαι· ὅτε δὲ ὕπνωσεν ὁ Ἐπιφάνιος, καταλιπὼν τὴν στρωμνὴν Ἐπιφανίου, κατελθὼν ἐν τῇ αὐλῇ, εὗρεν κοπρώδη τόπον, κἀκεῖσε διέμεινεν τῆς νυκτὸς τὸ ὑπόλοιπον. Πρωΐας δὲ γενομένης προπεμπόμενος ὑπὸ Ἐπιφανίου, ἐξῆλθεν εἰς τὸν πνευματικὸν ἀγῶνα αὐτοῦ. Τότε προσκαλεσάμενος ὁ Ἐπιφάνιος τὸν παῖδα, ὃν λελάληκεν ὁ Ἅγιος τῇ Σύρᾳ διαλέκτῳ, ἐπυνθάνετο παρ' αὐτοῦ, Ποίῳ τρόπῳ τὰ μυστήρια ἐκεῖνα ἐν σοὶ διεπράχθησαν; Ὁ δὲ φίλτατος ὢν ἀεὶ εἰς αὐτὸν, ἅπαντα τὰ εἰς αὐτὸν γεγονότα ἀνελλιπῶς διηγήσατο.

ξϛ'. Ὅτε ἦλθεν, Κύριέ μου, ὁ Ὅσιος ἐν τῷ κοιτῶνί σου, ἐγενόμην εὐθέως ἐννεὸς, καὶ ἑώρων τὸ πρόσωπον τοῦ Ἁγίου ἐκείνου τὸν ἥλιον ἀπαστράπτον· ἐξισταμένου μου δὲ, ἐνωτίζομαι φωνῆς πόθεν οὐκ οἶδα, λεγούσης μοι· Πρόσχες καὶ ἴδε, ἡλίκον αὐτὸν ἡ διὰ τὸν Κύριον σαλία πεποίηκεν (84). Ἑώρουν οὖν καὶ ἰδοὺ ἀπὸ τῆς ἀκτῖνος τῆς οὔσης ἐπὶ τὸν Δίκαιον, μικρά τις ἀκτὶς μερικῶς χωρισθεῖσα προσεπέλαμψε τῇ ὄψει μου· καὶ εὐθέως ἠρξάμην ποιεῖν τὰ σχήματα αὐτοῦ ὅσην προθεσμίαν ἐτεθέασο· ἔπειτα ἀφείλασιν ταῦτα ἐξ ἐμοῦ, καὶ ὑπῆρχον καθὰ καὶ πρώην εἰς τὰ τοῦ κόσμου ὑπερειδόμενος ἤθεσιν. Ἰδοὺ, Κύριέ μου, ἀπὸ τοῦ νῦν αὐτὸς γενοῦ προνοητὴς τῆς σωτηρίας μου, ὁδηγῶν με ἐν τρίβῳ τῶν τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν. Ταῦτα ἐνωτισθεὶς ὁ θαυμάσιος Ἐπιφάνιος καὶ ἰλιγγιάσας, ἐξέστη τῷ πνεύματι, καὶ περιπλακεὶς αὐτῷ δάκρυσιν, ἠσπάσατο τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, ὡς θεατὰς γενέσθαι τῶν τοιούτων μυστηρίων, καὶ ἔλεγεν· Ὁ παντοκράτωρ Κύριος, ὁ δείξας τὰ θαυμαστὰ μυστήρια ταῦτα, δυνατός ἐστιν σώσασθαι καὶ τὴν καλήν σου ψυχὴν, ἠγαπημένε ἀδελφέ μου· κἀγὼ ἀπὸ τῆς σήμερον ὡς φίλῳ μου γνησίῳ καὶ συναίμονι πνευματικῷ οὕτω τὰ περὶ σοῦ διαθήσομαι. Ἠγάπα τοίνυν ἔκτοτε τὸν παῖδα ὁ

ad sua se cubilia quisque contulere. Inter eundum
A vero alter alterum sic compellabant: Vidistin rem admirabilem, quomodo mendicus ille omnia mihi mea adversus Deum aperuerit commissa? Cui alius: Imo vero, frater; sed et mea non celavit. Et illis rursum tertius: Credite, inquit, mihi fratres, etiam occultissima quæque cordis mei in lucem protulit. Denique alii aiebant sanctum esse, negabant alii, haruspicinæ et conjecturæ e signis cœlestibus petitæ illam peccatorum declarationem attribuentes, quanquam alii diabolicis operationibus mallent.

65. Postquam soluti somno jacebant domestici omnes, proripuit se more suo Epiphanius e lecto, positoque humi stragulo, somno illic se dedit. Andreas vero, qui interea in Epiphanii lecto somnum
B simulabat, ubi sopori ipsum succubuisse animadvertit, relicto strato, descendit in curtem, inventoque sterquilinio, quod reliquum erat noctis in eo exegit. Illucescente autem die, dimissus ab Epiphanio, ad spirituale suum certamen exivit. Tum Epiphanius, accersito ad se famulo, quem pridie Sanctus lingua Syriaca fuerat allocutus, inquirebat, quo pacto mysteria illa in ipso peracta essent. Qui, ut erat Epiphanio in primis charus, nihil quidquam eorum, quæ sibi evenerant, ipsum celavit sic narrationem exordiens:

66. Simul atque in conclave tuum inferius ille
C pedem intulit, mi Domine, me stupor invasit, conspicantem illius faciem solaribus radiis fulgidam: voxque, nescio unde, auribus meis insonuit, dicens: Adverte animum et vide, quantum stultitia, quam Domini causa simulat, ipsum extulerit. Intendens igitur animum oculosque, vidi, ex multis qui Sanctum ambiebant radiis, parvum aliquem seorsim egredi et vultum meum illuminare, cœpique statim imitari gestus modumque agendi ipsius, quandiu radius ille mihi visus est, quo tandem sublato ad priorem rerum mundi hujus consuetudinem reductus sum. Ecce autem, Domine mi, ex momento hoc salutis meæ adjutor eris et dux, qui currentem in via mandatorum Dei dirigas. Talia inaudiens Epiphanius admirabilis adolescens, sensi-
D bus pene et spiritu deficientibus præ stupore, famulum manantibus ubertim lacrymis amplexus et oculos talium arcanorum testes spectatoresque exosculatus est, dicens: Dominus omnipotens, qui mirabilia hæc tibi mysteria revelare dignatus est, potest itidem, frater dilectissime, animam tibi tuam salvare: ego autem ab hodierna die res tuas, non secus ac amici fidelis et spirituali consanguinitate

(82) Στοχασμοῦ ex ms. Mazar. est: habebat Vatic. συνθέσεως· non male.

(83) Ms. Vat. erat ἐπεύχιον, significatque id quod substernitur alicui ad orandum, et in Euchologio Goar. pag. 832 invenies, τάπητα ἤγουν ἐπεύχιον, etiam pro stragulo sacræ mensæ usurpari.

(84) Vatic. ὅτι διὰ τὸν Κύριον ποιεῖ ἃ πεπόνηκεν, « Quod propter Dominum facit, quæ fecit. »

Digitized by Google

mo contingentis, cordi habeto. Stetitque sua dicti fides: Epiphanius siquidem famulum illum omni deinceps tempore prosecutus est amore singulari, eique in omnibus præsto fuit, tum quæ ad animæ, tum quæ ad corporis necessitatem spectarent.

A Ἐπιφάνιος, συνεργὸς αὐτῷ [γενόμενος εἴς τε τὰ ψυχικὰ καὶ σωματικά (85).]

CAPUT IX.

Post accepta verbera in fimeto obdormiscens, sub pertranseunte curru illæsus manet Sanctus, noctu autem deprehensus in ecclesia ultro reserata orare, miraculo efficit, ne revelari id posset.

67. Postquam Andreas, relictis Epiphanii ædibus, luci solique se reddidit, palæstram sibi deligens ignobiliora urbis loca vicosque, ubi nulli mortalium innotuerat, patiebatur frigus intolerabile, rigebat gelu, deficiebat inedia jejuniisque: tanto autem erat omnibus odio, ut pueri quoque ipsum verberandi raptandique modum non ponerent: cædebant colaphis, injecto in collum fune per vias publicas trahebant, stramentum ex carbonibus facientes, eoque vultum ipsius denigrantes. Ita habitus, inde transiit ad artopolium, seu forum ubi panes veneunt, vires corporis, præ nimia jejunii assiduitate exhausti, aliquantulum reparaturus. Eo loco quidam Christi fideles, videntes ipsum ærumnis fatiscentem, obolo impertiebantur, quodque longo tempore sibi conspectus non fuisset, interrogabant: Ubi terrarum latuisti in hunc usque diem, stulte? ubi elapsum tempus transegisti? Quibus Andreas: O vos insani, num ignoratis, stultorum me turbis immistum, cum stultis stultum dimicasse? vos ipsi, video, soli insani estis. Hinc illi, non assecuti dictorum sensum, in effusum prorupere risum: nomine stultorum quippe veniebant Andreæ nequissimi dæmones, quibuscum congrediebatur quotidie, pro regni cœlestis præmio decertans. Interea tamen largiebantur viro, alii unum obolum, duos alii, hi panem, illi caseum, nonnulli piscem, nec deerant qui calida, quique poma porrigerent, prout quisque hæc aut illa venalia habebant: quibus ille onustus, digrediens in œnopolium, pauperibus aliis distribuebat universa. Fiebat non raro, quosdam miseros magis clementes, Andreæ misertos, vestem illi aliquam gestandam dare: verum illam alii quidam mendici harpagones, utpote fures impudentes, noctu clam accedentes, auferebant, ipsoque nudo relicto, ut natus erat, fugiebant. Illi autem erant, qui a vulgo civium, sacerdotis (86) summi filii, indigitari consueverunt.

ξζ'. Ὁ δὲ μακάριος Ἀνδρέας, μετὰ τὸ ἀναχωρῆσαι τὸν οἶκον Ἐπιφανίου, ἠγωνίζετο ἐν τοῖς ἀποκρύφοις τόποις καὶ ῥύμαις τῆς πόλεως, ὅπου οὐδεὶς αὐτὸν ἐγίνωσκεν, ἀφορήτῳ παγετῷ ψυχούμενος, καὶ τῷ κρύει πηγνύμενος, νηστείαις ταλαιπωρούμενος, ὑπὸ πάντων μισούμενος, ὥστε καὶ οἱ παῖδες τῆς πόλεως, τύπτοντες, σύροντες, καὶ ῥαπίζοντες σφοδρῶς, καὶ B τῷ αὐχένι αὐτοῦ σχοινίον βάλλοντες, ἧλκον δημοσίως, μέλαν ἐξ ἀνθράκων ποιοῦντες, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ χρίοντες. Οὗτος κακουχούμενος μετανάστης ἐν τοῖς ἀρτοπωλείοις ἐγένετο, πρὸς τὸ ἀνακτήσασθαι τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐκ τῆς ἄγαν νηστείας ταπεινωθέν. Ἐκεῖσε τοίνυν ὑπάρχοντος, τινὲς τῶν φιλοχρίστων ἐδίδωσαν αὐτῷ ὀβολούς, ὁρῶντες αὐτὸν καταπεπονημένον, καὶ ὡς ἱκανὸν χρόνον μὴ θεασάμενοι, ἔλεγον αὐτῷ· Ποῦ ὑπῆρχες ἕως τοῦ νῦν, ἔξηχε; ποῦ διῆγες τὰς τοσαύτας ἡμέρας; Ὁ δὲ Ὅσιος ἀπεκρίνατο· Ἔξηχοι, οὐκ οἴδατε ὅτι μωροῖς συμφυρόμενος, μωροῖς ὡς μωρὸς διεπάλαιον; καὶ αὐτοὶ ἔξηχοι μόνοι χρηματίζετε. Οἱ δὲ τῷ γελοίῳ ἐπαιρόμενοι οὐκ ἐγίνωσκον τὰ λεγόμενα· μωρ.οὺς γὰρ ἐκάλει τοὺς ὀλεθρίους δαίμονας, μεθ' ὧν τὴν C πάλην ἑκάστοτε ἐποιεῖτο, διὰ τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ἀγωνιζόμενος. Καὶ οἱ μὲν ἐδίδοσαν αὐτῷ ὀβολὸν, οἱ δὲ καὶ δύο· οἱ μὲν ἄρτον, οἱ δὲ τυρὸν, ἄλλοι δὲ ἰχθὺν, οἱ δὲ θέρμια, καὶ ὀπώρας, ἐξ ὧν ἐπίπρασκεν ἕκαστος· εἰσερχόμενος δὲ ἐν καθαροποτίῳ, τοῖς ὁμοίοις πένησιν διένειμε ταῦτα. Καὶ πολλάκις τινὲς τῶν ἐλεημόνων, ἐλεοῦντες καὶ [οἰκτείροντες παρεῖχον αὐτῷ τοῦ φορέσαι ἱμάτιον· καί τινες δὲ πένητες ἅρπαγες, ὡς οἷα λησταὶ ἀναιδεῖς χρηματίζοντες, νυκτὸς αὐτῷ ἐπεμβαίνοντες, ἀφέντες αὐτὸν [ὡς ἐγενέθη] γυμνὸν, ἔφυγον. Οὗτοι δέ εἰσιν οὕσπερ οἱ τῆς πόλεως εἰώθασιν καλεῖν, τὰ τοῦ ἀρχιερέως παιδία.

68. Alio rursus die, cum post œnopolium exonerandæ alvi causa secedens, in transeuntium conspectu, pudoris et verecundiæ quasi oblitus sederet, nonnemo rem ad cauponem detulit: qui foras prodiens, vidensque quod nuntiatum erat, arrepto fuste tandiu verberibus in Sanctum sæviit, quoad vires ipsum deficerent sævientem. Sed et alius, insigniter impudens moribusque admodum agrestis, illac forte

D ξη'. Πάλιν μιᾷ τῶν ἡμερῶν τὴν σωματικὴν χρείαν ὄπισθεν καθαροποτίου ποιούμενος ἐνώπιον τῶν διερχομένων, θεασάμενός τις αὐτὸν οὕτως ἀδεῶς καὶ ἀνερυθριάστως καθήμενον, ἀνήγγειλε τῷ καθαροπότῃ· ὁ δὲ ἐξελθὼν, καὶ ἰδὼν τὸν Ὅσιον οὕτως, σπασάμενος ῥάβδον, τοσοῦτον ἔτυψεν αὐτὸν, ἕως ὅτε ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ ἠλάττωσεν· διερχόμενος δὲ καὶ ἕτερος ἀναιδὴς, ἀπηγριωμένον ἔχων ἦθος, χειριζόμενος

(85) Idem minus congrue: ἐν πᾶσι τοῖς τῷ κτίστῃ εὐαρεστοῦσιν γενόμενος, καὶ ταῖς σωματικαῖς χρείαις.

(86) Notat Cangius in Glossario, ad vocem *Kalendæ*, petulantiam laicorum quorumdam Græcorum, qui (sicut in Latina versione synodi 6, cap. 16, legitur) « per quædam indusia et vestimenta sacerdotalia videbantur gradum quasi sacerdotalem sumere, proprium etiam sibi patriarcham ascribentes, et quibusque divinis illudentes, » et tales scurræ fortassis hic intelliguntur.

Digitized by Google

βόσκεον ῥάβδον, καὶ ὡς ἐθεάσατο τὸν Ὅσιον τυπτόμενον, τρωθεὶς ὑπὸ τοῦ διαβόλου, δίδωσιν αὐτῷ μεθ' ἧς ἐκράτει ῥάβδου, ὡς ἠδύνατο, ὥστε ἀκουσθῆναι τὸν κτύπον πόῤῥωθεν. Ἀπιδὼν δὲ ὁ Ὅσιος πρὸς τὸν τύψαντα, πικρῶς ἀνεστέναξεν τῷ πόνῳ· ἀναστὰς δὲ ἐπορεύθη πλησίον, καὶ πεσὼν κατησπάζετο τοὺς πόδας αὐτοῦ, διαλείχων τῇ γλώττῃ, καὶ προσευχόμενος. Τινὲς δὲ ὁρῶντες αὐτὸν ἔλεγον· Θεάσασθε, φησὶν, πῶς ὁ δαιμονιῶν οὗτος καὶ παρατετραμμένος, καθάπερ κύων κατ' αὐτοῦ σταλέντι οὕτω τοὺς πόδας τοῦ τύψαντος αὐτὸν κατασπάζεται ἀναισθήτως, καθότι ὁ δαίμων αὐτοῦ ἔνδον ἐπιμαίνεται. Ὁ δὲ μακάριος Ἀνδρέας τὰς ἀνυποίστους δεχόμενος πληγὰς τῶν ἐκεῖ ὑπανεχώρησεν, καὶ εὑρὼν κοπρώδη τόπον ἐκεῖσε ἐκάθευδεν, ὕπνου βραχυτάτου ἐφαπτόμενος. Οἱ οὖν ἐκεῖ διερχόμενοι ὁρῶντες αὐτὸν ἐπὶ τῆς κοπρίας ἡσυχάζοντα, ἐκ βάθους στενάζοντες ἔλεγον· Πῦρ καὶ θεῖον ἐπὶ τὴν κορυφὴν τῆς εἰς σε ταῦτα ἐργασαμένης· ἔφασκον γὰρ, ὅτι ἀπὸ γυναικὸς περιεργασίᾳ σατανικῇ ἐπαρέτραπτο. Οἱ δὲ, Ἀπὸ ἐπιλήψεως συνέβη αὐτῷ τοῦτο τὸ πάθος. Θεὸς δὲ ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης, ὁ τὰ ὑψηλὰ ἀπὸ μακρόθεν γινώσκων, καὶ τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐφορῶν, εἶδη τοῦ δούλου αὐτοῦ τὴν ἐργασίαν, καὶ οἷς τρόποις ἔπραττεν ταῦτα.

ξθ'. Κειμένου οὖν τοῦ Ὁσίου, καθὰ προείρηται, ἐν τῷ κοπρώδει τόπῳ, συνέβη ἅμαξαν διέρχεσθαι ἐκεῖσε· ὁ δὲ βοηλάτης, πλείονι οἴνῳ συμπεφυρμένος, τραγῳδῶν ἐπορεύετο, οὐ μέντοι συνείδει τὰ κατὰ τὸν Ἅγιον. Παριόντες τοίνυν οἱ βόες, κατεπάτησαν τὸν Ὅσιον, ἑλκόμενοι δὲ καὶ οἱ τροχοὶ μέσον τῆς κοιλίας αὐτοῦ διῆλθον (87). Θεασάμενοι δὲ οἱ τὴν ὁδὸν πορευόμενοι, κατεκραύγασαν τοῦ βοηλάτου θυμούμενοι, καί τινες τύψαντες αὐτὸν σφοδρῶς ἔλεγον· Ἔστω ὅτι οὐκ αἰσθάνῃ, κἂν οὐκ ἔβλεπες πόθεν πορεύεται ἡ ἅμαξα; Ὁ δὲ τῷ πολλῷ οἴνῳ κεκαρωμένος, μόλις ἀπεκρίνατο· Τίς ἠνάγκαζεν αὐτὸν μέσον τῆς ὁδοῦ καθεσθῆναι, καὶ σκηνώσεις ποιῆσαι; Οἱ δὲ πρὸς αὐτόν· Δῴη σοι ὁ Θεὸς τὴν αὐτοῦ φρόνησιν καὶ τὸ πνεῦμα, ὅπερ αὐτὸν εἰς τηλικαύτην ἀπίει ἀναισθησίαν ἤλασεν. Ὁ δὲ Δίκαιος χάριτι τοῦ Χριστοῦ διέμεινεν ἀβλαβής. Καί τινες θαυμάζοντες, ἔλεγον· Τί εἴπωμεν, ἢ τί φθεγξώμεθα περὶ τοῦ πεφυρμένου τούτου; Ἐπαποροῦμεν, ἄρα ὑπὸ Θεοῦ ἐσκεπάσθη οὗτος, ἢ ὑπὸ τῶν πονηρῶν πνευμάτων, ἐν οἷς κατατριβόμενος ὤλυται. Οἱ δὲ ἔλεγον· Εἰκάζομεν, ὅτι ὁ συμπεριφερόμενος αὐτῷ δαίμων, ἐπιποθῶν τοῦ συνεῖναι αὐτῷ, ὀξέως τῆς ἁμάξης τὸ βάρος ἐκούφισε, καὶ ἀβλαβὴς διέμεινεν. Ἄλλοι δὲ ἔλεγον· Οὐχ, ἀλλ' ὁ Θεὸς ἐλεήμων ὑπάρχων, οἰκτειρήσας τὴν αὐτοῦ ἀτυχίαν, ἐσκέπασεν αὐτόν. Ταῦτα πάντα ἑκουσίως ἔπραττεν ὁ Μακάριος, μισήσας τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν κόσμῳ διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

transiens, ubi vidit Sanctum verberibus exceptum, impulsus a dæmone, eumdem pastorali pedo, quod manu gestabat, collectis viribus pulsabat tanto cum impetu, ut eminus verbera exaudirentur. Andreas vero oculos in verberantem intendens, amaros præ dolore gemitus ducebat, surgensque propius accessit homini, et ad genua procidens, amplexu constringebat pedes lingebatque lingua, durum pectus precibus mollire conatus. Quod conspicati nonnulli: Ecce, inquiebant, dæmoniacum illum, mente læsum, quomodo advolutus sævientis in se pedibus, tanquam canis præbenti sibi quidpiam, blandiatur insensibilis ad verbera. Nempe dæmon in visceribus ejus fuerit. Andreas autem, gravibus afflictus vulneribus, astantium oculis se subduxit, inventoque sterquilinio, brevissimo illic somno indulsit. Viatores autem illac iter habentes, conspecto supra fimum viro sancto, ex imo corde ingemiscentes, dicebant: Ignis et sulphur capiti illius, quæ isthæc operata est in te, nam fama erat, a muliere quapiam ope dæmonis illum ad insaniam fuisse adactum: quamvis alii in epilepsiam originem mali referendam sustinerent. At Deus qui arcana cordium perspicit, et alta a longe cognoscit, et cogitationes hominum considerat, non ignorabat, quæ famulus suus, et cur operaretur.

69. Jacente igitur Andrea in spurco sordidoque, ut dictum est, loco, contigit plaustrum illac transire, cujus agitator, multo vino madens, tragœdorum more ferebatur, ignarus dormientis in platea Andreæ: qui agitatorum boum ungulis calcatus, raptatarumque rotarum impetum medio ventre excipiens, transeuntis super se currus pondere pressus fuit. Hoc qui eadem iter habebant conspicati, cum indignatione increpuerunt aurigam, nonnulli etiam ad verbera progressi, dicebant: Nihil sentias tu ipse licet, ac saltem qua currus transeat prospiciendum tibi fuit. At ille, vino plurimo obrutus, vix id responsi dabat: Quis hominem in media coegit via quietem sibi dare et habitationis locum deligere? Cui rursum illi: Utinam in te transferat Deus passionem illius et spiritum, unde ad res tam insolitas et a ratione alienas impellitur! Sanctus interim, quæ gratia Christi fuit, mansit illæsus. Quamobrem mirantes aliqui dicebant: De insano isthoc quid sentiemus loquemurve? Dubium sane est, utrum a Deo, an a malis spiritibus, a quibus ad perniciem usque exagitatur, fuerit conservatus. Alii existimabant, incolam hominis tetrum dæmona, quod perdite desideraret eum porro incolere, confestim plaustri pondus alleviasse hincque sine læsione transivisse. Alii vero id negantes, attribuere Deo malebant, qui calamitatis Andreæ misertus, ipsum protexisset. Atque hæc omnia faciebat Sanctus animo lubenti, odio prosequens mundum et ea quæ in mundo sunt, ut potiretur aliquando regni cœlestis.

(87) Ita ms. Mazar. pro quo Vatican. hæc omnia habebat: Λωβήσαντες, σπασθέντες δὲ διέβησαν ἐπάνω αὐτοῦ.

Digitized by Google

70. Aliud quoque memoratu dignum, benignissimo Domino nostro vires sufficiente, operatus est. Illud æstatis tempus agebatur, quo æstus solis intolerabilis terram quodammodo ut clibanum succendit; cum Beatus ebrium se simulavit, ebriorum exprimendo gestus gressusque imitando, procedensque in locum maxime apricum, procubuit media via, nullo sibi potusve admisso solatio, et æstuantem illic solem diu toleravit. Prætereuntes vero, quod offendiculo sibi esset, a diabolo ad iracundiam instigati, pars baculis cædebant jacentem, pars impacto in ipsum calce transibant, alii blasphemantes conculcabant pedibus, nonnulli per pedes tractum in præceps rapiebant: unde ingruente nocte resurgens, conferebat se ad ecclesiarum vestibula, vacabatque, quanta quanta nox esset, orationi.

71. Cum sic aliquando circumiens suis vacaret exercitiis, contigit miraculum quoddam perfici in famulo Dei. Vestibula namque ecclesiarum, intempestæ noctis tempore, quo minus opera sua hominibus innotescerent, more suo visitabat orationis causa, cum forte ad ædem quoque gloriosissimæ Dei Genitricis, e sinistra fori (88) Constantiniani parte sitam, delatus est, acciditque sub idem tempus famulum quemdam a domino suo responsi cujuspiam petendi causa missum, illac transire. Hic igitur, ut contentiore incedebat gradu, conferentem se precandi ergo ad memoratum oratorium Andream assecutus est, ipso id non observante. Cum igitur ventum est propius ad templi vestibulum, volente Deo commonstrare, quantus famulus suus esset, ad signum venerandæ crucis, quod Sanctus extensa manu dextera formabat, continuo valvæ sua sponte patuerunt: qui ingressus, orationi secure vacabat, nullius magis nescius, quam quod ab aliquo pone secuto deprehensus esset. Deprehensor autem ille probe noverat Andream, sciebatque e numero insanorum esse unum: cui quando portas adaperiri conspicatus est, inhorruit, totisque artubus contremiscens, ita secum pensitabat: Ecce qualem quantumque Dei famulum ii qui vere insani sunt, vesanum appellitant! o quot Deo eximiæ sanctitatis cultores occulti sunt, quorum nulla nobis gesta aut indicia innotescunt!

72. Ubi talia, consistens pro foribus, volvisset animo, accessit propius, speculaturus quid rerum intus ageret: viditque ante ambonem in aere pendulum orare, flamma ignis circum emicante, et sentiebatur egredi ab ipso singularis odorum fragrantia, quæ ad portam usque pertingebat ecclesiæ ubi famulus spectandi causa stabat: qui tam insolito miraculo obstupefactus, inde pedem retulit mandata domini sui exsecuturus. Sanctus vero,

ο'. Ἕτερον δὲ πρᾶγμα ὁ Δίκαιος ἔπραττεν, τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ ἐνδυναμοῦντος αὐτόν. Ἐν γὰρ ταῖς τοῦ θέρους ἡμέραις, ἡνίκα ὁ ἀφόρητος καύσων τοῦ ἡλίου ὑπῆρχεν, ὁ καὶ τὴν γῆν ὡς κάμινον ἐργαζόμενος· τότε ὁ Μακάριος σχηματιζόμενος ἐποίει αὐτὸν ὡς μεθύοντα, ἀφικόμενος ἐν τῷ καυσώδει τόπῳ, ἐκεῖσε ὑπέμενεν τὸν φλογερὸν καύσωνα, ἄβρωτος καὶ ἄποτος μέσον τῆς ὁδοῦ ἀνακείμενος. Οἱ οὖν διερχόμενοι συμποδιζόμενοι εἰς αὐτὸν, ἐκ διαβολικῆς ἐργασίας θυμούμενοι, οἱ μὲν ῥάβδοις ἔτυπτον, οἱ δὲ λακτίζοντες διέβαινον, ἕτεροι δὲ βλασφημοῦντες καὶ τοῖς ποσὶ καταπατοῦντες, ἄλλοι δὲ τοὺς πόδας αὐτοῦ λαβόμενοι εἰς τὸ κάταντες ἔσυρον. Ἡνίκα δὲ ἡ νὺξ κατέλαβεν, ἀνιστάμενος ἐκεῖθεν, ἤρχετο ἐν τοῖς προθύροις τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ δι' ὅλης νυκτὸς ὑπῆρχεν ἀσχολούμενος ἐν προσευχαῖς καὶ δεήσεσιν.

οα'. Ἐν μιᾷ οὖν περιόδῳ τῆς αὐτοῦ ἐργασίας, συνέβη τι ἐπιτελεσθῆναι εἰς τὸν τοῦ Κυρίου θεράποντα. Κατὰ γὰρ τὸ εἰωθὸς πορευομένου αὐτοῦ ἐν ἀωρίᾳ, πρὸς τὸ μὴ γνωσθῆναί τινι τὴν ἐργασίαν αὐτοῦ, ἐν τοῖς προθύροις τῶν ἐκκλησιῶν χάριν εὐχῆς, συνέβη παραγενέσθαι αὐτὸν, καὶ ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τῆς πανυμνήτου Θεοτόκου, τῷ ὄντι ἐν τῷ εὐωνύμῳ ἐμβόλῳ τοῦ φόρου Κωνσταντίνου. Ἔτυχεν δέ τινα παῖδα δι' ἐπιταγῆς τοῦ κυρίου αὐτοῦ ἐν τῇ λεωφόρῳ ἐπ' ἀποκρίσει διέρχεσθαι. Τοῦ οὖν Ὁσίου διερχομένου πρὸς τὸν εὐκτήριον οἶκον τοῦ προσεύξασθαι, ἐπεφθάκει αὐτὸν ὁ παῖς ὀξυτέροις βαδίζων ποσίν· ὁ δὲ Ὅσιον ἠγνόει τὸν βαδίζοντα ὄπισθεν. Ὡς δὲ πλησίον τῶν προθύρων ἐγένετο τοῦ ναοῦ, τοῦ Θεοῦ θέλοντος δειχθῆναι ὁποῖός ἐστιν, ἐκτείνας ὁ Ὅσιος τὴν δεξιὰν αὐτοῦ χεῖρα, καὶ σφραγίσας τὰς πύλας τῷ σημείῳ τοῦ τιμίου σταυροῦ, εὐθέως αὐτόματοι ἠνεῴχθησαν· εἰσελθὼν δὲ ἔνδον, ἀδεῶς τὴν προσευχὴν ἐποίει, μὴ ἐπιστάμενος ὅτι ὄπισθεν ὑπό τινος κατοπτεύεται. Ὁ οὖν παῖς, ὃς ὄπισθεν ἠκολούθει, εἶδ' αὐτὸν, καὶ ἐγίνωσκεν ἕνα τῶν παρατετραμμένων ὑπάρχειν, καὶ θεασάμενος τὰς πύλας ἀνεῳχθείσας, ἔφριξεν ἰλιγγιάσας, καὶ τρόμῳ συσχεθεὶς ἐλογίζετο ἐν ἑαυτῷ λέγων· Ἴδε ποῖον δοῦλον τοῦ Θεοῦ οἱ κατὰ ἀλήθειαν παρατετραμμένοι ἠπιώτερον ὀνομάζουσιν! ὁποῖος Ἅγιος καθέστηκεν, καὶ ἠγνοοῦμεν ἡμεῖς! ὢ πόσους κρυπτοὺς δούλους ἔχει ὁ Θεὸς, καὶ οὐδεὶς ὁ συνιὼν ἢ γινώσκων τὰ κατ' αὐτούς!

οβ'. Ὡς δὲ ταῦτα διελογίζετο, ἑστὼς πρὸ τῶν πυλῶν, πορευθεὶς ἐγγύτερον, ἐσκόπευσεν τί ἔνδον ἐργάζεται, καὶ βλέπει αὐτὸν πρὸ τοῦ ἄμβωνος ἐπὶ τὸν ἀέρα κρεμάμενον καὶ προσευχόμενον· κύκλῳ δὲ αὐτοῦ φλὸξ πυρὸς ἐξεπορεύετο, ἐξ αὐτοῦ δὲ ἐξήρχετο εὐωδία ἀσύγκριτος, μέχρι γε τῶν πυλῶν τοῦ ναοῦ, ὅπου γε ὁ παῖς θεωρίας ἕνεκα ἵστατο. Καταπλαγεὶς οὖν ὁ παῖς ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τούτῳ θαύματι, ἐκεῖθεν ἀνακεχώρηκεν, τὴν πρόσταξιν ἐκτελέσαι τοῦ κυρίου

(88) Est hæc apud Cangium, lib. iv *Constantinopolis Christianæ*, cap. 2, inter ædes, quas enumerat quinquaginta Deiparæ sacras, vicesima secunda, quam docet a Basilio Macedone vel exstructam primum vel restauratam fuisse, et a nonnullis simpliciter Εὐκτήριον φόρου appellari.

αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ὅσιος τὴν προσευχὴν πληρώσας ἐξίει· ἐν δὲ τῷ ἐξιέναι αὐτὸν, ἠσφαλίσατο αὖθις τὰς πύλας τῷ σημείῳ τοῦ τιμίου σταυροῦ. Ὡς δὲ ἐξίει τῆς ἐκκλησίας, ἐπέγνω τοῦ παρατηρησαμένου αὐτὸν παιδὸς, καὶ ἤσχαλλε λυπηθεὶς ἐπὶ τούτῳ· ἐπέγνω γὰρ τῷ πνεύματι ὅτι οἰκέτης τῶν πραχθέντων θεατὴς γέγονεν, καὶ παρετήρει τὴν τούτου ἐπιστροφὴν ἵνα παραγγείλῃ αὐτῷ, τοῦ μή τινι τὰ κατ' αὐτὸν δῆλα ποιῆσαι. Ἀνθυποστρέψαντος δὲ τοῦ παιδὸς, συνήντησεν αὐτῷ ὁ Δίκαιος καὶ λέγει αὐτῷ· Φύλαξον, τέκνον, τοῦ ἀναγγεῖλαί τινι τὰ ὁραθέντα σοι ἐν τῷδε τῷ τόπῳ, καὶ ἔσται σοι ἔλεος παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ· εἰ δὲ καὶ ῥῆμα ἐν δοκιμάσεις ἀπὸ τῶν θεαθέντων σοι ἀπαγγεῖλαί τινι, ἐντελοῦμαι πνεύματι ἀκαθάρτῳ, καὶ αὐθωρὸν (89) θρίαμβόν σε τῇ πόλει καταστήσει· ὅμως, μὰ τὸν Ἰησοῦν, ὁ φυλάσσων σε ἄγγελος οὐκ ἐάσει σε φθέγξασθαι· ἐντελοῦμαι γὰρ αὐτῷ περὶ τούτου, καὶ ἀφρόντιστος ἔσομαι.

ογ'. Ὁ δὲ μὴ βλέπων τὸν ὁμιλοῦντα αὐτῷ τίς ἐστιν, φόβῳ συσχεθεὶς ἔφη· Οὐχὶ, Κύριε. Πορευόμενος δὲ ἐξίστατο ἐν ἑαυτῷ λέγων· Βλέπε θαύματι πλέον θαῦμα· [οὐ γὰρ διέλαθεν αὐτὸν ἃ εἶδον·] ἰδοὺ ποταπὸς ἅγιός ἐστιν, καὶ ἡμεῖς ἀγνοοῦμεν οἱ παραπεφυρμένοι ἐπ' ἀληθείας. Βαβαὶ τοῦ μυστηρίου! πόσους κρυπτοὺς δούλους ἔχει ὁ Θεὸς, καὶ ἀγαθῆς πολιτείας καὶ συνειδήσεως! καὶ ἅπερ ἐν τοῖς τῶν Ἁγίων βίοις ἠκούομεν, ταῦτα οἰκείοις ὀφθαλμοῖς ἑωράκαμεν. Πορευθεὶς οὖν πρὸς τὸν κύριον αὐτοῦ, [ἐβουλεύσατο καθ' ἑαυτὸν τοῦ ἀναγγεῖλαι] πάντα τὰ ὁραθέντα αὐτῷ, ὅπως κἀκεῖνος μεταλάβῃ τοῦ θαύματος. Καὶ ἐν τῷ μέλλειν διᾶραι τὸ στόμα αὐτοῦ, ὠράθη αὐτῷ νεανίας τις ἑστὼς πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, ἀστραπῆς εἶδος ἔχων, καὶ ἐκφοβήσας αὐτὸν, εἶπεν· Παῦσον, ταπεινὲ, μὴ ληφθῇς πονηρῷ πνεύματι, καὶ δαιμόνων γενήσῃ παίγνιον. Ἰδὼν οὖν τὸν ὁραθέντα, ἐννεὸς ἐγένετο, καὶ τρόμος ἐπελάβετο αὐτόν. Βουλόμενος οὖν ἀνακράξαι ἀπὸ τοῦ φόβου, ὁ πυρινὸς ἐκεῖνος τῇ δεξιᾷ παλάμῃ τὸ στόμα αὐτοῦ ἐναπέφραξε, λέγων· Παῦσον. Καὶ εὐθέως σὺν τῷ λόγῳ ἄφαντος ἐγένετο. Φρίξας οὖν ὁ νέος εἰς τὰ ὁραθέντα αὐτῷ ἀπορῶν ἰλιγγία, καὶ τῷ θαύματι ἑκάστοτε ἐπ' αναμνῆσαι ἐκέκτητο· ἄκων γὰρ καὶ μὴ βουλόμενος διετήρει τὸ στόμα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἀναγγέλλειν τινὶ τὰ τοῦ δικαίου τεράστια.

A completa oratione templum egrediens, facto crucis signo valvas iterum obseravit : egressus autem cognovit spiritu, a famulo se observatum esse, omnium quæ gesta erant spectatore facto ; quamobrem et doluit admodum et ingemuit, præstolatusque est dum reverteretur, præcepturus monitturusque, ut ne cui res suas manifestaret. Tandem igitur viam relegenti processit obviam Sanctus, hisque eum verbis compellavit : Cave sis, fili, quæ tibi hic videre contigit, cuiquam reveles, et miserebitur tui Dominus ; si vero contra faxis, verbo vel unico indicato, præcipiam immundo spiritui, ut in triumphum te toti urbi spectabilem ducat. Sed et angelus tui custos, Dominum Jesum testor, neutiquam B patietur mentionem te facere hujusce rei, præcepto, quod ipsi ego imponam, obsecutus : sicque mihi cura libero hac super re licebit esse.

73. Famulus autem isthæc quidem audiens, nullum vero qui loqueretur videns, summopere territus : Domine, inquiebat, neutiquam revelabo. Transiens autem stupore plenus, ita secum loquitur : Ecce autem grandius priore miraculum ; non enim latent ipsum quæ ego vidi ; ecce quantus ille sanctus ! et nos, vere insensati, id ignoramus ! Papæ ! quantum mysterium ! quot occulti Deo servi sunt ! quam perfectæ conversationis, quam puræ conscientiæ ! Vere, quæ e sanctorum vitis sæpe audivimus, eadem ipsa nunc oculis nostris usurpavimus. Atque ita abiit : C abiens vero decernebat enarrare omnia domino suo, quæ per noctem illam conspexerat, quo et ipse miraculorum istorum certior fieret. Jamque os aperturus erat ad loquendum, cum se coram videndum obtulit quidam juvenis, fulguris in modum rutilans, ingentemque homini terrorem incutiens : Siste, inquiebat, infelix, ne a malo spiritu correptus, dæmonis ludibrio fias. Quo conspecto, vox sensusque deficere, et tremor invadere servum : cumque tandem metus clamorem ei expressurus videretur, fulgidus ille juvenis manu dextera os obturavit dicens : Conticesce ; simulque disparuit. Famulus autem ostentis hisce inhorrescens, anxio fluctuabat animo, visumque prius miraculum quotidie in memoriam revocabat ; non nisi invitus admodum et præter voluntatem D suam sibi uni scientiam prodigiorum Andreæ reservans.

CAPUT X.

Immaniter cæditur : occulta peccata aperit : pœnam secuturam prædicit : cum diabolo varie congreditur.

οδ'. Ἐν μιᾷ τοίνυν τῶν ἡμερῶν, τρύγης χρηματιζούσης (ἔθος ἐστὶν τοῖς τὰς ὀπώρας πιπράσκουσι τὰς καλλίστας ἐν ὑελίνοις σκεύεσι τιθέναι καὶ πωλεῖν), ἐν ἑνὶ τῶν ἐργαστηρίων προὔκειτο ἄγγος ὑέλινον, σύκων ἐπιλεκτῶν ὑπάρχον ἀνάπλεον. Ὁ οὖν Δίκαιος ἦν διατρίβων ἐκεῖσε, τινῶν δὲ γελοιαστῶν ἐκεῖσε ἑστώτων. Τοῦ οὖν πιπράσκοντος ὑπνώσαντος ὑπὸ τῶν γονάτων αὐτοῦ, εἷς τῶν παρεστώτων γελοιαστῶν

74. Aliquando tempore autumnali (cum fructus maturi, uti usus passim obtinet, exponuntur ab eorum propolis ; et selectiores quidem in vasis vitreis, quo distrahantur facilius), prostabat in taberna quadam vas ejusmodi, selectis ficubus plenum, altum dormiente tabernario, capite in genua reclinato. Aderat ibidem vir sanctus, aderant et scurræ quidam otiosi ; quorum unus trudendo An-

(89) Ita etiam idem Mazar. pro αὔθηχρον, uti legebat Vaticanum.

Digitized by Google

dream propius ad poma admovit, ficuumque congerie digito monstrata: Esto, inquit, stulte, ac ventrem imple; copia tibi fortassis imposterum nulla erit. Ille autem, dicto audiens, ut prope astabat, manducare cœpit quam potuit avidissime: quod scurræ isti videntes, signis indicium faciebant ac hortabantur, ut porro pergeret seposito timore. Jamque exhaustum prope vas erat, cum evigilans propola intemperanter vorantem conspicit: prosiliensque e sede sua, rapto ex pluribus, qui ad manum erant, fuste uno, tandiu cecidit hominem, quam per vires licebat: sicque trusum, verberatum, calcibus impetitum procul inde abegit.

75. Ecce autem idem ille famulus, qui suspensum in aere Sanctum aliaque ejus miracula coram viderat, obviam fit: statimque ruens in amplexum, manus et os deosculatus est: conspicatus vero totum corpus ejus flagris lividum, interrogavit, a quonam adeo inclementer exceptus esset. Cui Sanctus: Comparavit illa mihi, o fili, illex hæc voracissima (90), voluptate ficuum inescata et delusa misere: quod si paucularum ego ficuum voluptate fruitus, tam gravia fustium verbera perpeti necessum habuerim, qualem putas pœnam irrogabit Deus iis qui operibus summæ nequitiæ indulgentes, nulla pœnitendi cura tanguntur? Tum alio vertens sermonem: Itane, inquit, oblitus eras servare præcepta mea? nisi enim ignea coruscantis juvenis manus os tibi obstruendo edicere prohibuisset, jam numerum dæmoniacorum ipse adauxisses. Quibus auditis totus inhorruit, propter Sancti prædictionem, prodigium illud maximopere stupendum in memoriam revocans. Nihilominus junctis inter se manibus porro ire perrexerunt.

76. At vero sceleratus dæmon, visa Andreæ benignitate ac amore erga famulum, quodque illi jam alias, quæ diximus, miracula exhibuisset, incitatus invidia, assumpto secum impurissimo Satana, obviam procedit Andreæ, cum eodem famulo in porticu quadam perquam obscura incedenti; iraque incensus maxima: Anne, inquit, insanis, illusor mundi fraudulente, qui subjectos mihi per peccata extorques e manibus meis? Non sufficiebat, Epiphaniique aliorum familias, itidem potestati meæ per peccatum subditas, sceleribus purgasse, nisi et hunc eripias mihi, et per pœnitentiam emundes? Simulque famuli peccata enumerare instituit. Verum Sanctus, torva minacique fronte in adversarium intendens: Hæc omnia, inquit, meæ divinæque prudentiæ committantur; quid tua illorum refert, scelestissime? Ego pro delictis hujusce pœnas luo; ego animam meam pro ipso oppignero, nullaque tibi pars cedet animæ illius. Quibus Andreæ dictis diabolus, et qui comitabatur impurissimus Satanas, in furorem acti, injiciebant manus in famulum, eo consilio ut ipsum violenter Sancto

ὠθήσας τὸν Ὅσιον πλησίον τῶν ὀπωρῶν ἀπήνεγκεν, δακτυλοδεικτήσας αὐτῷ τὴν τῶν σύκων παλάθην, καὶ λέγει αὐτῷ· Φάγε, ἔξηχε, καὶ ἐμπλήσον ψυχήν σου, μή πως εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον οὐ γενήσωνται. Ὁ δὲ ὑπακούσας, καθεσθεὶς πλησίον, ἤρξατο ἐσθίειν ὡς ἠδύνατο· βλέποντες δὲ αὐτὸν ἀναιδῶς ἐσθίοντα, διένευον αὐτῷ ἀφόβως ἐμπλήσκεσθαι. Ἐλαττωθέντος δὲ τοῦ ἄγγους διύπνισεν ὁ πιπράσκων, καὶ ὡς ἴδεν αὐτὸν ἀναιδῶς ἐσθίοντα, ἀναπηδήσας ἐκ τοῦ καθεσθῆναι καὶ ῥάβδου τινὸς τῶν παρισταμένων δραξάμενος, ἐπὶ τοσοῦτον αὐτὸν ἔτυψεν, ἕως οὐκ ἦν ἰσχὺς ἐν ἑαυτῷ· οὕτως οὖν ὠθῶν, τύπτων, λακτίζων, πόῤῥω ἀπεδίωξεν.

οε'. Συναντᾷ οὖν αὐτῷ ὁ παῖς, ὁ ἰδὼν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ ἀέρος κρεμάμενον, ὁ καὶ βλέψας αὐτοῦ τὰ θαυμάσια, καὶ περιλαβὼν αὐτὸν, κατεφίλει αὐτοῦ τὰς χεῖρας καὶ τὸ πρόσωπον. Θεασάμενος δὲ αὐτοῦ ἅπαν τὸ σῶμα μεμελανομένον ἐπυνθάνετο, τίς ἄρα τὸ τοιοῦτον αὐτῷ κατηργάσατο. Λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Μακάριος· Ταῦτά μοι προσεξένησεν, ὦ τέκνον, ὁ πανλαίμαργος ἀγωγὸς οὗτος, ἡδονῇ σύκων δελεασθεὶς, ὁ ταλαίπωρος· εἰ τοίνυν ἐμὲ δι' εὐτελῶν σύκων ἡδονὴν τηλικαύτοις ῥάβδοις ἐχρήσαντο, τίνα ἐνδείξηται ὁ Θεὸς τοῖς ἐν ταῖς ἐσχάταις πράξεσιν ἡδυνομένοις, καὶ μὴ ἐπιδεικνυμένοις μετάνοιαν; Εἶτα λέγει ὁ Ὅσιος πρὸς τὸν παῖδα· Οὕτως ἐπιλαθόμενος, ἐτήρησας τὰς ἐπαγγελίας μου; ἐὰν μὴ ἡ πυρίνη χεὶρ τοῦ πυρφόρου νεανίου, ἡ τὸ σὸν στόμα ἐναποφράξασα, ἐκώλυσέ σε, ἔμελλες ἄρα εἷς τῶν δαιμονιζομένων χρηματίζειν. Ὁ δὲ ἀκούσας ταῦτα, ἔφριξεν ἐπὶ τὴν πρόῤῥησιν τοῦ Δικαίου, ἀναμνησθεὶς τοῦ φρικωδεστάτου τέρατος. Ὅμως χειροκρατοῦντες ἐπὶ τὰ πρόσω παρεπορεύοντο.

ϛ'. Ὁ δὲ κατάρατος δαίμων, ἰδὼν τὸν Δίκαιον φιληκηθέντα τὸν παῖδα, καὶ δι' ὧν δέδειχεν αὐτῷ τὰ προρρηθέντα θαυμάσια ὁ Δίκαιος, φθόνῳ συσχεθεὶς, συμπαραλαμβάνει μετ' αὐτοῦ καὶ τὸν παμβέβηλον Σατᾶν, καὶ συναντῶσι τὸν Δίκαιον μετὰ τοῦ παιδὸς ὁδεύοντα ἔν τινι ἐμβόλῳ σκοτεινῷ, καὶ ἐξαφθεὶς μεγίστῳ θυμῷ, ἔφη· Μέμηνας, κόσμῳ ἐμπαῖκτα δόλιε, τοὺς ὑπευθύνους μοι τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπ' ἐμοῦ ἀφαρπάζων; οὐκ ἤρκει σοι Ἐπιφανίου ὁ οἶκος, καὶ τῶν λοιπῶν, οὕσπερ ὑπευθύνους μοι ὄντας τῇ ἁμαρτίᾳ ἐκάθηρας, καὶ τῷ Θεῷ σου προσήγαγες, ἀλλὰ βούλει καὶ τοῦτον ἆραι ἀπ' ἐμοῦ, καὶ καθᾶραι διὰ μετανοίας; καὶ εὐθέως ἤρξατο ἐξαγγέλλειν τοῦ παιδὸς τὰ ἁμαρτήματα. Ὁ δὲ Ὅσιος ἐμβριμώμενος, λέγει πρὸς αὐτόν· Ταῦτα πάντα οἰκονομείσθωσαν τῆς ἐμῆς σὺν Θεῷ ἐπιμελείας, καὶ τί δέει σοι πρὸς ταῦτα, παμμίαρε; ἐγὼ ὑπὲρ τῶν τούτου πλημμελημάτων τίνω τὰς δίκας· ἐγὼ τὴν ψυχήν μου τίθημι ὑπὲρ τούτου, καὶ σὺ αὐτὸς ἐν τῷ τέως οὐχ ἕξεις μερίδα ἐπὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Ταῦτα εἰπὼν ὁ Ὅσιος, ἐμμανὴς γενόμενος ὁ διάβολος καὶ Σατᾶν ὁ παμβέβηλος ἐπέβαλον χεῖρας τῷ παιδὶ, ἐκσπάσαι τοῦτον

(90) Intellige, *gula*. Cum enim hæc diceret, videtur aut gulam aut gutur suum monstrasse: quia de alio esse sermo non potest.

Digitized by Google

τοῦ Ὁσίου σπεύδοντες (91)]. Ὁ δὲ Ὅσιος μεγάλως θυμωθεὶς, ἄρας λίθον ἐκ τοῦ ἐδάφους, κατὰ τῶν πονηρῶν ἐκείνων ἔβαλεν· καὶ ἦν ἰδεῖν θέαμα, χοίρων δίκην ἐπὶ τοῦ ἀέρος θρηνοῦντες ἠφαντώθησαν.

οζ'. Ὁ δὲ μακάριος ἔρχεται μετὰ τοῦ παιδὸς ἔν τινι καθαροποτίῳ, καὶ ὀνησάμενος ὁ παῖς ἄρτον καὶ οἶνον καθεσθέντες ἤσθιον. Παραγίνεται δέ τις νεανίας [ἄρτι ἐπανθοῦντα τὸν ἴουλον ἔχων (92)] μεθ' ἑτέρου νεανίου ὁμοίου, καὶ καθεσθέντες πλησίον τοῦ θεοφόρου ἀνδρὸς τοῖς ὁμοίοις ἐχρήσαντο. Ὁ δὲ Ὅσιος ἐπιγνοὺς τὰ αὐτῶν πλημμελήματα, ἀπεσκόπει εἰς αὐτοὺς, καὶ βουλόμενος εἰς ὑπόμνησιν τῶν ἡμαρτημένων αὐτοὺς ἀγαγεῖν, ἤρξατο τοῖς παιγνίοις κεχρῆσθαι. Πάντες οὖν οἱ ἐκεῖσε καθεζόμενοι, βλέποντες τὴν τούτου προσποίητον παροινίαν, τῷ γελοίῳ ηὐφραίνοντο· ἐκτείνας δὲ τὴν χεῖρα ὁ Ὅσιος, τὸ ἐξ ἑνὸς αὐτῶν κρατούμενον παξιμάτιον τοῦ ἐσθίειν ἥρπαζε. Ὁ δὲ ἀγανακτήσας, ἔφη τῷ Δικαίῳ· Οὐ καθεύδεις σιωπῶν, δαιμονιάριε καὶ παρατετραμμένε, ἀλλὰ ἀναιδῶς τὰ ἀλλότρια ἁρπάζεις. Λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Μακάριος· Κατὰ ἀλήθειαν, ἔξηχε, οὐχ ἡσυχάζεις ἐρημῶν, ἀλλά γε τοῦ Συμεὼν τὰ πράγματα σεσύληκας· καὶ ἐχόμενος τοῦ ῥήματος, δίδωσιν αὐτῷ ῥάπισμα ὡς ἦν δυνάμει πολλῇ, ὥστε ἡμιώριον ἠχεῖν τὴν ἀκοὴν αὐτοῦ. Συνεὶς δὲ ὁ κλὼψ τὸ ἴδιον πταῖσμα, οὐκ ἐτόλμησέν τι ἀποκριθῆναι ἢ ἀνταμύνασθαι αὐτῷ· ἐξενίζετο δὲ τὸ πρᾶγμα ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτοῦ λέγων· Πόθεν οὗτος ἐπίσταται ταῦτα; Δίδωσιν οὖν καὶ τῷ ἑτέρῳ, καί φησιν· Καὶ σὺ, ἔξηχε, κλεψιμαῖα ἐσθίων οὐκ αἰδῇ; Ὁ δὲ φοβηθεὶς, ἠρνήσατο μὴ οὕτως εἶναι. Ὁ δὲ Μακάριος λέγει· Πίστευσον, ἐὰν προσθήσῃς ἔτι τοῦ κλέψαι, ἐξετασθήσῃ τῷ δαίμονι· καὶ ἐπιστραφεὶς, λέγει ὡς πρός τινα· Εἰ ἔτι ἅπαξ προσθήσῃ τοῦ κλέψαι, χρῆσαι αὐτὸν εἰς ἐξέτασιν. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἀνεχώρησεν.

οη'. Ὁδεύοντος δὲ τοῦ Μακαρίου μετὰ τοῦ παιδὸς, συνήντησεν αὐτῷ ὁ διάβολος μετὰ ὄχλου πολλοῦ δαιμόνων, καὶ ἐθορύβει μεγάλως τὸν Ὅσιον, ὑπέρ γε τοῦ παιδὸς, καὶ ὧν ἤλεγξεν κλεπτῶν τὰ παραπτώματα. Ὁ δὲ Ὅσιος, ἰδὼν τὸν δαίμονα θορυβούμενον, ἐμβριμησάμενος λέγει· Καὶ πάλιν τὴν ὀργήν σου ἧκας (93) ἐπᾶραι κατὰ τῶν φοβουμένων τὸν Κύριον, δόλιε; μὰ τὸν Ἰησοῦν! κακή σου ὥρα ἐγένετο, αἶρε ἐντεῦθεν, ταλαίπωρε (94), οὐδὲν ἡμῖν ἀπάρτι ὑπολέλειπται ἀπὸ τῆς σῆς ματαιότητος. Ταῦτα τοῦ Δικαίου εἰπόντος, ἀνταπεκρίθη αὐτῷ ὁ διάβολος· Ἀδικεῖς με, Ἀνδρέα, μὰ τὸν ἀσάλευτον θρόνον, καὶ τὴν τούτου εὐπρέπειαν! πάντα κατὰ τυραννίδα τε-

extorquerent. Quamobrem magna ille commotus iracundia, sublatum humo saxum in nequam dæmonia jecit. Ecce autem, spectaculum lepidum! dæmones, porcorum more per aerem grunnientes, ab oculis evanuere.

77. Venit posthæc Andreas, comitante famulo, in œnopolium; cumque hic panem ac vinum emisset, considerentque simul et manducarent, ingressi eodem sunt adolescentes bini, quibus nuper prima barbæ lanugo excreverat, et prope a divino Andrea assidentes, similiter cibo reficiebant corpora. Ille vero, cognitis utriusque peccatis, in ipsos intuitus, cupiensque obliviosos in illorum cognitionem deducere, consueta sibi ludificatione uti instituit: unde quotquot aderant, solertiam fictamque debacchationem conspicati, in risum continuo soluti sunt universi. Etenim Sanctus extensa manu alterius paximatium, quod jamjam ori ingerendum tenebat, rapuit. Quare indignatus ille: Nentiquam dormis, insane energumene, inquit, etsi taces: sed aliena impudenter rapis. Cui ita occurrit Sanctus: Revera, stulte, tu non dormis cum solitarius es, sed Simeoni suffuraris quæ sua sunt. Vix dicta hæc protulerat, cum colaphum eidem vi tanta infringit, ut inde per mediam horam ipsi aures tinnirent. Ille autem, objecti furti sibi conscius, nec vindictam sumere nec responsum dare ausus fuit; solummodo miratus secum, unde hæc innotuissent Andreæ. Deinde ad alterum conversus, itidem inflicto ei colapho, Et tu, inquit, insane, quæ abstulisti furto, liguriendo consumere non vereris? At ille perterritus, factum negavit. Cui Sanctus: Credito, inquit, si deinceps furtum commiseris, extorquendus dæmonio traderis; et conversus, ac si quempiam alloqueretur: Si adhuc semel, ait, ad aliena manum extenderit, rape illum in quæstionem. Quibus dictis, abiit.

78. Incedentibus itaque pariter Andrea et famulo, objicit se iterum in via diabolus, multa dæmonum caterva comitatus; et magno cum tumultu in Sanctum irruit, tum quod famulum ad meliorem frugem adduxisset, tum quod dictos fures suorum scelerum coarguisset. Quem ubi Andreas tanto cum strepitu se inferentem conspexit, minitabundus sic illum aggreditur: Iterumne tuam in timentes Dominum effundere paras bilem, fraudulente? Jesum testor, inauspicato ades: facesse hinc, infelix. Talibus illius dictis ita respondit diabolus: Injuriam mihi facis, Andrea, per inconcussum thronum ejusque decorem et majestatem! in rebus omnibus,

(91) Pro illis paucis, inclusis, plura habet Ms. Vatic. turbam majorem dæmonum istic apparentium indicantia: quæ cum obscura sint, et ad rem non multum pertineant, huc rejicere malui. Sunt autem hæc: Τάραχοι πίλοντες δεινοὶ καὶ ἐπόλεθροι, τῶν ἐν τῇ μεγίστῃ ταύτῃ καὶ βασιλίδι πόλει παμπονήρως ἐνεδρεύοντες, καὶ πολεμοῦντες τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, ἐπὶ τὸ πράττειν ταύτης αἰσχύνης ἔργα, ὠθοῦν καὶ ἀντωθοῦντες ἐκραταιοῦντο τοῦ ἀποσπάσαι τὸν παῖδα ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ Ὁσίου.

(92) Ms. Vatic. sic legit, ἐπανθοῦσαν τὴν οὐλὴν τῆς γενειάδος κεκτημένος.

(93) Isthæc e ms. Maz. correcta, sic legebantur in Vatic. Ἧκας, ἐπάρατε· τί τοίνυν ὧδε γέγονας, μάταιε καὶ δόλιε; πάλιν κατὰ τῶν φοβουμένων τὸν Κύριον ἧκας.

(94) Adjicit ms. Vatic. isthæc: Οὐδὲν ἡμῖν ἀπάρτι ὑπολέλειπται ἀπὸ τῆς σῆς ματαιότητος.

Digitized by Google

quas agis, tyrannidem exerces. Nam cur opera tam A multis sua manifestas, quibus cognitis ad compunctionem et pœnitentiam adducuntur? Apage, procul a me abscede; in primis vero caveto, ne, qui per scelerum suorum nequitiam obstricti mihi sunt, hortatione tua ab iniquitate, qua nihil mihi charius est, declinent. An nescis, quod Moysen habeant et prophetas? illos audiant. An nescis quod Evangelia, Paulum, Vitasque sanctorum conscriptas habeant? hisce auscultent. Nonne illi ad vitam honestius agendam sufficiunt hortatores, nisi et tu te interponas? Quid mihi tecum rei est, irrisor mundi stolidissime? proripe te e conspectu meo, comestor fabarum: ni feceris, uti quondam Jobum, ita te modo ad pœnas deposcam.

79. Respondit insultanti B. Andreas: O nimis B maledicte, quantis flammis ustulatur modo cor tuum! qua quæso ratione effectum dabis, ut ego ab instituto desistam? quo modo tu mihi pœnas accerses a Deo? Pudeat te nugacitatis tuæ, nequissime; quo enim modo aut prætextu rem istiusmodi adversum me exsequeris? Non ratione auri, quod non possideo: non argenti, quod mihi nullum suppetit. An causa prædiorum? an famulorum? an quia mollibus induor? Age, si quid illorum penes me repereris, ne te ulla rerum mearum capiat misericordia; everte domuum substructiones; fac, si possis, ut blasphemus Deo fiam. Nunquid mutanda crebro vestimenta mihi sunt, quæ invidiam tibi moveant? nunquid splendidi calcei? nunquid C domicilium aliud quam plerisque pauperibus? Quænam illa, cedo, quibus me paras aggredi, impure, profane, mendax, canis nefande? Attendesis et vide num sordidum hoc lacerumque panni frustum, quo tegor, tibi arrideat: ecce lubens concedo. Neque vero citius hæc loqui desiit, quam pauperculum exutum palliolum in adversarii os impudens objecerit; sicque nudus inde abivit. Famulus vero, Andreæ comes, quod factum erat intuitus, sublato ipse pallio sese induit: quem et Sanctus mox amplexus, et multis ut a nocivis abstineret hortatus, domum dimisit. Ipse vero in mediis turbis consueto sibi modo agere pergens, cum progressu in rebus spiritualibus arduisque singulari, pessimas versuti D dæmonis artes illudebat; crebrisque jejuniis et vigiliis se macerans, quotidianoque per urbem cursu, fatigatione, sudore se exhauriens; injurias, sputa, verbera patiens, in instituta palæstra perseverabat.

80. Interim ille juvenis, quem obtestatus fuerat Andreas, ut ne furto deinceps sese astringeret, salutarium oblitus monitorum, ad ingenium redierat et consuetudinem furandi; quin imo in deteriora quotidie prolabebatur. Quare animadvertens Andreas, nihil agi longanimitate, delatus spiritu, adstitit in domicilio hominis illius; malorumque uni angelorum imperavit, ut pertinaciter adhærentem consuetudini pravæ invadens excruciaret, peccataque ejus omnia, suis ipsius verbis enuntiata, uni-

A λεῖς, ἅπερ πράττων καθέστηκας· διατί γὰρ φανεροῖς τοῖς πολλοῖς τὰ ἔργα αὐτῶν, καὶ βλέποντες ταῦτα ἔρχονται εἰς κατάνυξιν καὶ μετάνοιαν; ὕπαγε ἀπ' ἐμοῦ, ἀναχώρησον, φύλαττε δὲ ἐκ τῶν δι' ἁμαρτίας φαυλότητα ὑποκειμένων μοι, καὶ μὴ παραίνει αὐτοῖς τῆς ἐμοὶ φιλτάτης ἀνομίας ἀποδιδράσκειν· οὐκ οἶδας ὅτι ἔχουσιν Μωσέα, καὶ τοὺς Προφήτας; τούτων ἀκουσάτωσαν· οὐκ οἶδας ὅτι ἔχουσι τὰ Εὐαγγέλια, Παῦλον, τοὺς βίους τῶν Ἁγίων ἀναγράπτους; καὶ αὐτῶν ἀκουσάτωσαν· οὐκ ἀρκοῦσιν πρὸς νουθεσίαν, ἀλλὰ καὶ σύ μοι παρεμβέβληκας; τί δὲ ἐμοὶ καὶ σοί, παρατετραμμένε καὶ κοσμεμπαῖκτα; Ἀπόστηθι ἀπ' ἐμοῦ, ὁ τὰ σέλη ἐσθίων· εἰ δὲ μὴ, ὡς τὸν Ἰὼβ σε ἐξαιτήσομαι.

B οθ'. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Μακάριος λέγει· Ὢ ἐπικατάρατε, οἵοις πρηστῆρσι τῇ ὥρᾳ ταύτῃ τιτρώσκεται ἡ καρδία σου! τίς δὲ ὁ τρόπος, δι' οὗ δυνήσῃ με ἀποστῆσαι τῆς προθέσεως, καί με παρὰ Κυρίου ἐξαιτήσασθαι; φεῦ τῆς σῆς ληρωδείας, παγκάκιστε, διὰ ποίαν πρόφασιν τὴν πρᾶξιν ταύτην ἐπ' ἐμοὶ βούλει ποιῆσαι; μὴ γὰρ διὰ τὸ χρυσίον, ὅπερ οὐ κέκτημαι· μὴ γὰρ διὰ τὸ ἀργύριον, ὅπερ οὐχ ὑπάρχει μοι· διὰ τὰ προάστεια; διὰ τοὺς οἰκέτας; διότι εἰμὶ εἷς τῶν μαλακὰ ἠμφιεσμένων; [Εἰ ταῦτα ἐν ἐμοί,] μὴ ἐλεήσῃς τι τῆς ἐμῆς ὑποστάσεως, τῆς οἰκίας τὰ οἰκοδομήματα κατάστρεψον, ποίησαί με βλασφημῆσαι πρὸς Κύριον· μὴ τὰ ἀλλασσόμενά μοι σκεπάσματα ἐπὶ φθόνῳ σοι καθέστηκεν; μὴ τὰ C στίλβοντα ὑποδήματα; μὴ ἡ καλύβη, ἣν κέκτημαι ὡς πάντες οἱ πένητες; τίνα εἰσὶν ἃ ἔχεις κατ' ἐμοῦ ἐργάσασθαι, βέβηλε, μάταιε, καὶ ψευδῆ, κύων μιαρέ; πρόσσχες καὶ θέασαι μὴ τὸ ἐρρυπωμένον καὶ διερρωγός σοι [ἀρέσκει] τοῦτο ῥακίον ὃ περιβέβλημαι· ἰδοὺ δίδωμί σοι καὶ αὐτό· καὶ σὺν τῷ λόγῳ ἀποδυσάμενος τὸ πενιχρὸν ἐκεῖνο χιτώνιον, εἰς τὴν ἀπρόσωπον αὐτοῦ ὄψιν ἔρριψεν, καὶ γυμνὸς ἀπεχώρησεν. Ὁ δὲ παῖς θεασάμενος τοῦτο αὐτὸν ἐργασάμενον, ἦρεν καὶ ἐνέδυσεν ἑαυτόν. Ὁ δὲ μακάριος Ἀνδρέας ἀσπασάμενος τὸν παῖδα, καὶ πολλὰ παρεγγυήσας τῶν βλαβερῶν ἀπέχεσθαι, ἀπέλυσεν οἴκαδε· αὐτὸς δὲ μέσον τοῦ θορύβου ἐσχόλαζεν, ἐν τοῖς πνευματικοῖς ἔργοις τε καὶ καμάτοις προκόπτων τε καὶ ὑπεραιρόμενος [τῶν τοῦ πονηροῦ τεχνασμάτων], νηστεύων, ἀγρυ- D πνῶν, κοπούμενος ἀπὸ τοῦ καθ' ἡμέραν πόνου καὶ δρόμου καὶ ἱδρῶτος, ὑβριζόμενος, τυπτόμενος, ἐμπτυόμενος, ἐν τοῖς τοιούτοις ἀγῶσι διημερεύων.

π'. Ὁ δὲ νεανίας ἐκεῖνος, ὃν παρήγγειλεν ὁ Δίκαιος τοῦ μηκέτι κλέπτειν, ἐπιλαθόμενος τῶν ῥημάτων τοῦ Ἁγίου, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐπορεύετο ἤθεσιν, καὶ μᾶλλον ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐληλάκει. Βλέψας δὲ ὁ Δίκαιος ὡς οὐδὲν ὠφελεῖ ἐπ' αὐτῷ ἡ μακροθυμία, ἐπιστὰς ἐκεῖσε τῷ πνεύματι, ὅπου ἐποίει τὴν οἴκησιν, ἐκέλευσεν ἑνὶ τῶν πονηρῶν ἀγγέλων ἐξετάσαι αὐτὸν, καὶ διὰ τῶν ἰδίων ῥημάτων πάσας τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ θρίαμβον τοῖς ἅπασι καταστῆσαι. Ὡς οὖν συνελήφθη τῷ πονηρῷ πνεύματι, συνῆκεν εὐθέως

Digitized by Google

τῇ ἐπαναμνήσει τοῦ κόσσου τοῦ ἀπὸ τοῦ Δικαίου, καὶ ὅπως ὡς αὐτῷ προειρήκει, ἐγένετο. Ἐν ἀδημονίᾳ οὖν ἐγένετο, καὶ καταφεύγει πρὸς εὐκτήριον οἶκον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, τὸν ἐπονομαζόμενον Μυρέλαιον (95), διὰ τὸ τὸν τίμιον αὐτῆς χαρακτῆρα βλύζειν τὸ μύρον ὡς ἔλαιον · ὡς δὲ ἐκεῖσε κατέφυγεν εἰς τὴν ἐπίσκεψιν ἐκείνην τὴν θαυματουργὸν, ἤρξατο δάκρυσιν εὐκατανύκτοις ἐκλιπαρεῖν τὴν βοηθὸν πάντων τῶν θλιβομένων γινομένην, καὶ μᾶλλον τοῖς πρὸς αὐτὴν θερμοτέρῳ καὶ ἀδιστάκτῳ πίστει προστρέχουσιν · λαβόμενος τοῦ θεοπαρόχου ἐλαίου, καὶ ἀλειψάμενος ἅπαν τὸ σῶμα, ἵστατο τὴν δέησιν ποιούμενος πρὸς τὴν προστάτιν τοῦ ἡμετέρου γένους.

πα'. Εὐχομένου δὲ αὐτοῦ, ἔκστασις ἐπίπνευσεν αὐτῷ, καὶ θεωρεῖ γυναῖκα ἑστῶσαν πρὸ τῶν θυρῶν τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, βύσσου καὶ πορφύρας ἠμφιεσμένην · ἀπηύγαζεν δὲ τὸ πρόσωπον αὐτῆς καθάπερ ἥλιος · ἰταμῷ δὲ θυμῷ καὶ λοξῷ τῷ βλέμματι ἐπαπιδοῦσα τῷ δαίμονι, ἔφη · Μένεις ἀκμὴν, ῥαδιουργὲ καὶ μεμελανωμένε; ἔξελθε ἐκ τοῦ πλάσματος τοῦ Υἱοῦ μου [κατάρατε, ἐπεὶ πρός με πέφευγεν (97)]. Ὁ δὲ διὰ τῶν ὀργάνων τοῦ νέου ἀπεκρίνατο· Ὁ διὰ τὸν σὸν Υἱὸν τὰ παίγνια ἀπαναλαβόμενος Ἀνδρέας, αὐτός μοι τὴν τούτου ἐξέτασιν ἐνεχείρισεν. Ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν ἀπεφθέγξατο· Ἔξελθε, καὶ μὴ φλυάρει, ἐπεὶ [κἀκεῖνός σοι τὴν ἀπόφασιν ἀπέστειλε] ἀπενέγκαι ποιήσομαι πρὸς τὸν λόγον τοῦτον (98). Πτήξας οὖν ὁ δαίμων, ἐξῆλθεν · αὐτῆς δὲ τῆς φανείσης ἔνδον τοῦ βήματος εἰσδυσάσης, εἰς ἑαυτὸν ὁ νέος ἐγένετο εὐθέως, καὶ ἐπέγνω ὅτι ἀπηλλάγη τοῦ πονηροῦ πνεύματος. Καὶ τὸν μὲν φιλάνθρωπον Κύριον ἐδόξασεν, μεγάλως δὲ τῇ παναγίᾳ Θεοτόκῳ ἐπευχαριστήσας, δέδωκεν ὅρκῳ μηκέτι κλέψαι, μήτε πορνεῦσαι, μήτε τοῖς μωροῖς καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσιν τὸ λοιπὸν συγγυμνάσαι, ἢ συναναφύρεσθαι. Ταῦτα ἐνώπιον τοῦ σεπτοῦ χαρακτῆρος τῆς Θεοτόκου συνθέμενος, καὶ ταῖς πρεσβείαις τῆς ἐγγυησαμένης αὐτὸν πεποιθὼς, εἰς ἄκρον ἀρετῆς ἤλασεν, ὥστε ἐκπλήττεσθαι πάντας τὴν ἀθρόαν μεταβολὴν τῆς πολιτείας αὐτοῦ. Ὁπότε δὲ εἶχεν ἐν τῇ πλατείᾳ πορευόμενος, καὶ συνήντησεν τὸν Μακάριον παίζοντα, ἀπὸ τῆς δημοσίας ἐξέκλινεν, εἰς τὴν ῥύμην ἀχθησό-

A verso mundo perspicua et manifesta redderet. Vix insidebatur a malo genio, cum repente colaphi, ab Andrea inflicti, memoria ipsi recurrit comperienti, ut ille prædixerat, evenire omnia. Hinc animi anxius confugit ad sacrum sanctissimæ Dei Parentis oratorium, quod, quia ibidem sacrosancta illius effigies unguento, velut oleo, manat, Myrelæum cognominatur. Ubi igitur ad imaginem thaumaturgam venit, manantibus ubertim lacrymis contriti cordis indicibus, afflictorum omnium auxiliatricem, singulariter tamen propitiam iis qui cum ferventiore ac indubitata fide accurrunt, cœpit obsecrare, et oleo, quod divino munere istic affluebat, totum corpus inungens, perrexit benignam generis nostri patronam precibus interpel-
B lare.

81. Inter orandum vero raptus in exstasin, spectavit mulierem, pro sacri presbyterii (96) foribus consistentem, bysso et purpura vestitam, splendore faciei solis radios offuscantem : quæ vultu severo et oculis obliquis in dæmonem intuita, dicebat : Moraris etiamnum, vaferrime ac sordidissime? Exi ocius e creatura Filii mei, impurissime, quoniam ad me confugit. Cui diabolus, organo juvenis usus, ita respondit : Ille, qui Filii tui causmundum ludere aggressus est, Andreas, hominem istum mihi excruciandum commisit. At illa : Exi, præcisis nugis omnibus, quoniam et ipse sententiæ meæ subscribens te hinc amandat. Quibus dæ-
C mon terrefactus, inde abiit : ac muliere, quæ apparuerat, se intra bema recipiente, rediit adolescens ad se, cognovitque nequam spiritum corpore suo excessisse. Quapropter gloria benignissimo Domino tributa, gratiisque sanctissimæ Dei Genitrici persolutis, jurejurando se obstrinxit fore, ut nunquam furto quid auferret, ut abstineret libidinis peccato, ut cum impiis et peccatoribus deinceps commercium haberet nullum. Isthæc coram venerata Deiparæ imagine sancte pollicitus, ejusdemque precibus pro ipso intercedentis confisus, ad tam sublimem subito virtutis apicem evasit, ut repentinam adeo vitæ mutationem omnes cum stupore admirarentur. Idem ille, si quando obambulans plateam in sanctum Andream more suo ludentem incideret, e
D publica via in angiportum declinabat, cum gemitu

(95) De Myrelæo, sed monasterio, multa habet *Constantinopolis Christiana* viri eruditissimi D. du Cange lib. IV. Præter istud constat ex Codino, uti ibidem etiam notatur, alium fuisse ejusdem nominis locum. Codini verba hæc sunt : Εἰς τὰ δύο Μυρέλαια μύρα ἔῤῥεε, καὶ ἰάματα πολλὰ ἐγίνετο ὑπὸ τῆς Θεοτόκου. Καὶ διὰ τοῦτο ἐκλήθησαν. « In duobus Myrelæis unguenta fluebant, fiebantque sanationes multæ, unde et nomen eis inditum. » Paulo accuratius hic noster originem nominis indicat, quod nempe unguentum profluens, oleo simile esset, sicque ex utraque voce μύρον et ἔλαιον compont Μυρέλαιον.

(96) Græce quidem non πρεσβυτερίου, sed θυσιαστηρίου θύραι dicuntur : sed cum primo obvia hujus vocis significatio sit *altare*, idque hic intelligi nequeat : alteram substitui quadantenus synonymam. Constat enim ex auctoribus, et ex paulo post hic dicendis, θυσιαστήριον non raro idem esse quod βῆμα, hoc autem ita interpretari solent auctores Latini, frequentique in usu est Anastasio Bibl., Ordini Romano aliisque. Ut autem capiatur facilius, quæ pars templi βῆμα seu θυσιαστήριον sit, putem reflecti oculos ad Choros nostrates posse, a reliquo templo parietibus cancellisque separatos, quo nulli olim laicorum etiam apud Latinos patebat aditus.

(97) Ms. Vatic. Ἐφ' ἣν ἐμαῖς ἀγκάλαις προσπέφηλεν.

(98) Ms. Vatic. Κἀκείνῳ σοι μὴν ἀπόφασιν ἀπενέγκαι ποιήσομαι πρὸς τὸν λόγον τοῦτον.

Digitized by Google

ac mœrore dicens: Domine Jesu Christe, verissime admodum justus hic est: et frequentissime ei gratias, quasi principio et causæ salutis suæ, agebat.

A μενος, καὶ λέγων· Μὰ τὸν Κύριον Ἰησοῦν, ὄντως Δίκαιος! καὶ ἀπηυχαρίστει ἑκάστοτε, ὡς αἰτίῳ γεγονότι τῆς σωτηρίας αὐτοῦ.

CAPUT XI.

Mortui damnatio cognita, et prædictus Epiphanio patriarchatus.

82. Aliquando ad palæstram spiritualem egressus, fit obviam funeri, eminus venienti, primatis cujusdam admodum opulenti; multitudine innumerabili comitante, perstrepentibus elata voce cantoribus, lucentibus magno numero cereis, cœlum obnubilante plurimi incensi fumo, gemitu planctuque propinquorum late personante. Videns igitur Dei famulus, quæ procedentem exsequiarum pompam comitabantur, substitit: raptusque extra se per longum tempus conspicit ante candelabra ingentem procedere atrorum dæmonum catervam, qui multo contentiori voce quam cantores usi, lamentabile Væ ingeminabant. Omnis qui incendebatur suffitus, stercora redolebat; et tanquam ex utribus quos manibus tenebant, fuliginem ac cineres spargebant; effundebanturque in risum intemperantem, more turpium mulierculcularum et meretricium profligatæ inverecundiæ: et modo quidem latrabant ut canes, modo ut porci grunniebant; voluptatemque ex funebri hac pompa capiebant ac gestiendo indicabant singularem. Alii quoque circum feretrum cursitantes, lutulentam et sentina fœtentiorem aquam in demortui vultum effuse immittebant: ex ipso demum feretro eique imposito peccatoris cadavere tanta prodibat graveolentia, quanta cum exhauritur sentina consuevit. Nonnulli in faciem ejus caninas pelles aliasque ejusmodi odoris gravissimi sordes projiciebant: quidam et ingenti strepitu manibus pedibusque, nec non risu tumultuque intemperanti excitato, psallentibus officiebant, dicentes: Ne quis vestrum lucem aspiciat, stolidi Christiani, qui canem illum psalmis prosequimini, ejusque animæ sanctorum requiem precamini; quin etiam famulum Dei illum nuncupatis, qui mera iniquitas est.

πβ'. Ἐν μιᾷ δὲ τῶν ἡμερῶν ἐπὶ τὸν πνευματικὸν ἀγῶνα μολοῦντος αὐτοῦ, συνήντησεν ἐξόδιον μήκοθεν πορευόμενον· ἦν δὲ μεγιστάνου τινὸς τῶν πάνυ εὐπόρων· πλῆθος δὲ ἀναρίθμητον περιεῖπεν αὐτῷ. βοή τε τῶν ψαλλόντων μεγίστη ἠκούετο, πλήθη δὲ κηρῶν καὶ θυμιαμάτων, θρῆνός τε καὶ κοπετὸς τῶν συγγενῶν ἐξήρχετο. Θεασάμενός τε ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων τὸ ἐξόδιον [συνεπόμενα, ἔστη (99)], καὶ ἔννεος γενό- B μενος ἐπὶ πολλὴν ὥραν βλέπει· καὶ ἰδοὺ ἔμπροσθεν τῶν μανουαλίων (1) πλῆθος Αἰθιόπων δαιμόνων ἐπορεύετο, σφοδρότερον τῶν ψαλλόντων κράζοντες τὸ Οὐαί· πάντα δὲ τὰ ἐκεῖ θυμιάματα ὡσεὶ κόπρος ἐδυσώδουν, καὶ ὥσπερ ἀσκοὺς ἐν ταῖς χερσὶν κατέχοντες ἀσβόλην καὶ σποδὸν ἔρραινον· ἐσαλεύοντο (2) δὲ τῷ γελοίῳ ἀναιδῶς, ὃν τρόπον ἄσεμναι γυναῖκες, πόρναι καὶ ἀδιάτροποι· καὶ ποτὲ μὲν ὡς κύνες ἰβάδιζον, ποτὲ δὲ ὡς χοῖροι ἐγρύλλιζον. καὶ ἦν αὐτοῖς τὸ ἐξόδιον εὐφροσύνη τις καὶ γεγήθησις· καὶ οἱ μὲν τῆς κλίνης ἐπορεύοντο κύκλῳ, βόρβορον καὶ καλανῶδες ὕδωρ τῷ προσώπῳ τοῦ τεθνεῶτος περιεπάσαντο, ἐξήρχετο δὲ πολλὴ δυσωδία ἐκ τῆς κλίνης καὶ τοῦ σώματος ἐκείνου τοῦ ἐφαμάρτου, ὃν τρόπον οἱ ἐξαντλοῦντες κάλανον· καὶ οἱ μὲν κυνέαν μετὰ C ἄλλων εἰδῶν δυσωδεστάτων ἐναπέρριπτον εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ· ἕτεροι δὲ ἠκολούθουν ὄπισθεν ἀσήμνως ὀρχούμενοι, κρότον καὶ ψόφον ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσὶν ἀπετέλουν, γελῶντες καὶ χυδιάζοντες ἀσώτως τοῖς ψάλλουσι καὶ φάσκοντες· Μὴ ἴδοι φῶς εἷς ἐξ ὑμῶν, μάταιοι Χριστιανοὶ, ψάλλοντες τὸν κύνα, Μετὰ τῶν Ἁγίων ἀνάπαυσον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀλλά γε καὶ δοῦλον Κυρίου τοῦτον ὀνομάζοντες, τὸν πάσης ἀλογίας ἀνάμεστον.

83. Terribili illa visione a beato viro conspecta, ecce tibi, malorum dæmonum princeps adest, vultu tam efferato ac terribili, ut horrorem incuteret intuenti. Ferebat manibus ignem, sulphur, picem; contendebatque velociter ad infelicis illius monumentum, cadaver, postquam sepulturæ traditum esset, in cineres redacturus. Cum vero transiisset funus, ecce tibi, juvenis illud pone sequebatur, pulchritudine insignis, dejecto humi vultu mœstus, planctuque magno præ calamitatis alicujus dolorisque sensu misere plangens. Accessit ad hunc propius Andreas, et ratus aliquem esse e familiari-

πγ'. Τοῦτο τὸ φοβερὸν ὅραμα τοῦ Δικαίου βλέποντος, καὶ ἰδοὺ ἄρχων τῶν πονηρῶν δαιμόνων ἀπηγριωμένους ἔχων τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ τρόμον ἐξ ἀηδίας τῷ D θεωροῦντι ἐμποιῶν· κατεῖχεν δὲ πῦρ εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ μετὰ θεάφου καὶ πίσσης, καὶ ἔσπευδεν ἐπὶ τὸ μνημεῖον τοῦ δυστήνου νεκροῦ, ὥστε (3) πυρίκαυστον αὐτὸν ἀπεργάσασθαι μετὰ τὴν ταφήν. Μετὰ δὲ τὸ παρελθεῖν τὸ ἐξόδιον, ἰδοὺ ὄπισθεν ἠκολούθει νεανίας τις ὡραῖος, κατηφὴς, ἐκόπτετο δὲ κοπετῷ μεγάλῳ, ἀδημονίᾳ καὶ λύπῃ τινὶ συνεχόμενος· παράγοντος δὲ τοῦ Δικαίου, πλησίον ἐγένετο. Νομίσας δὲ ὅτι ἐστὶν ἀπὸ τῶν ἰδίων τοῦ τεθνεῶτος, καὶ τοῦτον

(99) Desunt hæc ms. Mazar.

(1) Μανουαλίων, *candelabrorum* expono, nixus illo Pentecostarii loco, ubi dicitur, Προπορευομένου ἑνὸς τῶν κληρικῶν μετὰ λαμπάδων καὶ μανουαλίων ἔμπροσθεν τοῦ ἱερέως. Quod sic explico: « Præcedente sacerdotem uno clericorum cum candelis et candelabris. »

(2) Quæ hic amplius habet ms. Vatic. quamquam ad rem facere possint, cum tamen obscuriora sint, malui extra textum hic apponere, nempe hæc: εἰς καθεὶς ἐξερχόμενοι τοῦ χοροῦ μετ' ὀρχήσεως.

(3) Ms. Vatic. hæc præterea habet θρίαμβον καταστῆσαι τὸ σῶμα αὐτοῦ.

Digitized by Google

χάριν ὀλοφύρεται, ὥσπερ ἐπιλαθόμενος τῆς κατὰ Θεὸν ἐργασίας, ἐκτείνας τὴν χεῖρα, καὶ κατασχὼν τὸν θρηνωδοῦντα νεανίαν παρακλήσει, ἔφη πρὸς αὐτόν· Τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς ὁρκίζω σε τί σοι ἡ αἰτία, δι' ἣν τοσαῦτα δάκρυα προβάλλῃ ὀλοφυρόμενος; οὐδὲ γὰρ πώποτε τεθέαμαι τηλικοῦτον θρῆνον ἐπὶ νεκρῷ· σαφήνισόν μοι, παρακαλῶ, διὰ τί οὕτω. Λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ ἄγγελος· Ἡ αἰτία τοῦ θρήνους μου αὕτη ἐστὶν, ἐπεὶ κεκληρονόμηκεν αὐτὸν ὁ διάβολος, οὗ τινος τὸ ἐξόδιον ἑώρακας· αὐτός ἐστιν ἡ αἰτία τῆς θλίψεώς μου, καὶ τοῦ ὀλοφυρμοῦ, ὡς ἅτε ἀπωλέσας αὐτὸν οὕτως ἐποδύρομαι. Ἔφη πρὸς αὐτὸν ὁ μακάριος· Ἀνάγγειλον δή μοι, φίλτατε, ἔγνων γὰρ τίς εἶ, τί ἄρα ἦσαν αὐτοῦ τὰ παραπτώματα; Λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ ἄγγελος· Ἐπειδὴ αὐτὸς εἶ Ἀνδρέας ὁ τοῦ Θεοῦ ἐκλεκτὸς, καὶ αὐτὸς συνῆκα, καὶ ἐπειδὴ ἔξεστίν σοι μαθεῖν, πρόσσχες καὶ ἄκουσον· νυνὶ γάρ σου τὸ κάλλος τῆς ὡραιομόρφου ψυχῆς καθαρὸν καὶ στίλβον καὶ ὥσπερ χρυσίον θεασάμενος, ὀλίγον ἀνέθην τῆς λύπης μου.

πδ'. Οὗτος οὖν, ὦ σεβασμιώτατε, μεγιστάνος ὑπῆρχεν τοῦ βασιλέως, ἦν δὲ ἐφάμαρτος ἄνθρωπος, καὶ χαλεπὸς λίαν ἐν πάσῃ τῇ ζωῇ αὐτοῦ· ὑπῆρχεν οὖν πόρνος καὶ μοιχὸς, ἀλαζὼν καὶ ὑπερήφανος, ἀρσενοκοίτης, φειδωλὸς, ἄσπλαγχνος, φιλάργυρος, ψεύστης, μνησίκακος, μισάνθρωπος, δωρολήπτης, ἐπίορκος, τοὺς οἰκέτας αὐτοῦ κατάγων τῇ πείνῃ, καὶ τῇ δίψῃ, καὶ ταῖς μάστιξιν, καὶ τῇ γυμνότητι, ἀχίτωνας καὶ ἀνυποδήτους ἐπαφίων ταῖς τοῦ χειμῶνος ἡμέραις, ἱκανούς τε καὶ τοῖς ῥοπάλοις ἀνεῖλεν, καὶ τοῖς σπονδύλοις τῶν ἀλόγων συνέχωσεν· τοιοῦτος δὲ ἦν εἰς τὴν μυσαρὰν καὶ πυρίκαυστον ἀρσενοκοιτίαν, εἴς τε τῶν παίδων καὶ τῶν εὐνούχων ἀσελγῆ καὶ θεομίσητον ἐπιθυμίαν, ὡς μιᾶναι αὐτῶν ὡσεὶ τριακοσίας ψυχὰς τὸν ἀριθμὸν αἱμοβόρῳ ἐπιμιξίᾳ τῆς βδελυρᾶς ταύτης καὶ αἰσχρᾶς ἁμαρτίας· λοιπὸν, φιλούμενε ὑπὸ Κυρίου, ἔφθασεν εἰς αὐτὸν ὁ θερισμὸς, καὶ παραγενόμενος ὁ θάνατος εὗρεν αὐτὸν ἀμετανόητον, ἐν ἀφάτοις ἁμαρτημάτων πλήθεσι συνεχόμενον· τὸ δὲ βέβηλον καὶ μιαρὸν αὐτοῦ σῶμα αὐτὸς καθεώρακας ὁποίας ἀτιμίας ὑπέστη, ὡς ἦν ἄξιον· καὶ νῦν ἀπάγεται κατακαῆναι. Ἕνεκεν δὲ τούτου, ὦ ἁγία καὶ θεοφιλὴς ψυχὴ, καὶ αὐτὸς ἐγὼ ἀσχάλλων ἀλοιοῦμαι (*sic*), διότι γέγονεν δαιμόνων παίγνιον, καὶ δυσωδίας μυσαρὸν καταγώγιον.

117. Talia monente illustri Epiphanio, induratum est a malo dæmone cor adolescentis, usque adeo ut ægerrime hortantem tulerit, prostratusque quodammodo et mœstus abierit, ita loquens: Quando igitur licet, mundi me deliciis dabo, deinde ubi visum fuerit, illi nuntium remissurus. Neque deinceps in animum induxit convenire Epiphanium ut in spiritu erudiretur, et totum se voluptatibus addicens, nullumque scortandi ac adulterandi modum faciens, pulcherrimam animam suam miserabiliter conspurcavit. Verumtamen aliquanto post in tentationes et calamitates gravissimas incidit, quibus ad incitas redactus, quotidie panem suum mendicare necessum habuit. Hinc mœstus turbatusque Epiphanius, famulum Dei Andream adit oratque, ut miselli adolescentis misereatur. Cui Sanctus: Absit, fili mi, sed animæ illius capiat te potius miseratio quam corporis; ita porro se habeat, uti modo, id namque expedit. Veniet autem tempus, quo miseriam illius et humilitatem respiciente Domino, in pristinum statum restituetur. Tum Epiphanius: Obsecro te, inquit, famule Dei, ut exponas mihi, quamobrem adolescens ille tam subito dæmonum tentationi traditus sit. Nulla, reponit Andreas, alia de causa succensuit illi Dominus, nisi quod perjurus, mendax, præfidens ac tumidus esset, quamvis et alia forte, etiam graviora, in se scelera admiserit: sed non tantam propter hæc, quantam propter illa indignationem incurrit. Ita enim se res habet: Nisi olla igni imposita multum ferbuerit, nihil suavitatis habebit cibus, qui continetur: ita et nobiscum agitur misellis abjectisque peccatoribus, nisi multis calamitatibus pressi ac tentationibus exercitati fuerimus, aditus non patebit in regnum cœlorum. Tum Epiphanius: Si ita conducit ad salutem animæ illius, verbum non adjiciam deprecandi causa: modo videam, generose sustinentem adversa, ad spem bonis propositam, et aulam Domini cœlestem pervenire.

ριζ'. Ταῦτα τοῦ φωστῆρος Ἐπιφανίου τῷ νεωτέρῳ ἐκείνῳ νουθετοῦντος, ὑπὸ τοῦ πονηροῦ σκληρωθείσης αὐτοῦ τῆς καρδίας, βαρέως τὰ ῥήματα ἤνεγκε, καὶ ὀκλάσας πρὸς τὰ λεγόμενα, λυπηθεὶς, ἀνεχώρησεν εἰπών· Ὁπηνίκα ὀφείλω, ἀπολαύσω τὸν κόσμον, τότε αὐτοῦ ἀπόσχομαι. Οὐκέτι οὖν προσέθετο συνελθεῖν τῷ Ἐπιφανίῳ εἰς τὸν πνευματικὸν ἀγῶνα, ἀλλ' ἐμφιλοχωρῶν ταῖς ἡδυπαθείαις, πορνείαις καὶ μοιχείαις, τῆς ἐλεεινῆς αὐτοῦ ψυχῆς τὸ κάλλος κατεμίανεν. Μετὰ ταῦτα περιέπεσε πειρασμοῖς καὶ θλίψεσι σφοδροτάταις, ὥστε καὶ εἰς μεγίστην πενίαν ἐλθεῖν, καὶ τὸν ἄρτον ζητεῖν καθημέραν. Ἐλυπήθη οὖν ἐπὶ τούτῳ ὁ Ἐπιφάνιος, καὶ παρεκάλει τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ ποιῆσαι μετ' αὐτοῦ ἔλεος. Ὁ δὲ Ὅσιος ἔφη· Οὐχὶ, τέκνον, ἀλλὰ συμπάθησον αὐτοῦ μᾶλλον τῇ ψυχῇ, κάμνοντος τοῦ σώματος· ἔασον τοίνυν αὐτὸν οὕτως· ἁρμόδιον γὰρ τοῦτο αὐτῷ πάρεστιν. Ἐλεύσεται δὲ καιρὸς, ὁπηνίκα ὁ Κύριος θεασάμενος τῆς ταλαιπωρίας τὴν ταπείνωσιν, μετέπειτα ἐπὶ τὴν προτέραν αὐτοῦ κατάστασιν ἀνακαλέσηται αὐτόν. Ἐπιφάνιος ἔφη· Παρακαλῶ σε, δοῦλε Κυρίου, γνώρισόν μοι διὰ ποίαν αἰτίαν οὕτως ὀξέως τοῖς πειρασμοῖς παρεδόθη. Ὁ δὲ εἶπεν· Οὐκ ὠργίσθη αὐτῷ ὁ Κύριος δι' οὐδὲν ἕτερον, εἰ μὴ ὅτι ἦν ἐπίορκος, καὶ ψεύστης, καὶ θρασὺς, καὶ ὑπερήφανος· κἂν τάχα γὰρ καὶ ἄλλα χείρονα διεπράξατο σωματικὰ πλημμελήματα· ἀλλ' οὖν οὐ τοσοῦτον διὰ ταῦτα, ὅσον δι' ἐκεῖνα. Οὕτω γάρ ἐστιν, ἐὰν γὰρ μὴ βράσῃ ἡ χύθρα ὑψουμένη ἰσχυρῶς, ἡδύτητα βρῶσις οὐκ ἔχει· οὕτω καὶ ἡμεῖς οἱ ἁμαρτωλοὶ καὶ ταπεινοὶ, ἐὰν μὴ ἑψηθῶμεν διὰ πολλῶν θλίψεων καὶ πειρασμῶν, οὐ μὴ εἰσέλθωμεν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ἐπιφάνιος εἶπεν· Εἰ οὕτως ἐστὶ τὸ συμφέρον τῆς ψυχῆς αὐτοῦ σωτηρίας, οὐκέτι περὶ αὐτοῦ φθέγξομαι· μόνον ἴδω αὐτὸν ἐν ὑπομονῇ ἀνδρειούμενον, καὶ εἰς ἀγαθὰς ἐλπίδας καὶ ἐπαύλεις παρὰ Κυρίου βαδίζοντα.

118. Alius quoque adolescens, cui nomen Joannes, familiariter utebatur Epiphanio, eumque ut condiscipulum, quod simul sacrarum Litterarum studio vacassent, amabat: sed amabat tantum, non etiam æmulabatur virtutem. Contigit aliquando considentibus utroque in loco publico et colloquentibus, meretricem illac iter habere: quæ ubi adolescentes conspexit, primum gesticulari impura, deinde corpus modis indecoris movere, eo sua dirigens conanima, ut alterum saltem illorum in sui concupiscentiam pertraheret perniciosa. Interea faciem suam averterat Epiphanius, socioque subridens dicebat: Ecce vulpiculam inverecundam, quam blande aviculam tentet intercipere, juvenis, inquam, alicujus animam prædari. At vero Joannes, ut erat perditissimus, furtivo in illam obtutu conversus erat, clam, ut putabat, Epiphanio: qui perniciem animæ illius, revera libidinosi, et insano erga feminas amore succensi, uberibus prosequebatur lacrymis, et minaciter in meretricem in-

ριη'. Ἕτερος δέ τις νεανίας, ὀνόματι Ἰωάννης, ἐχρημάτιζε προσφιλὴς Ἐπιφανίῳ, καθότι καὶ τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἀμφότεροι τὰ μαθήματα ἐπαιδεύθησαν· ἠγάπα οὖν τὸν Ἐπιφάνιον συμφοιτητὴν, τὴν δὲ ἀρετὴν αὐτοῦ οὐκ ἐμιμεῖτο τὸ σύνολον. Μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν, συγκαθεζομένων τῶν ἀμφοτέρων παίδων ἐν τῷ δημοσίῳ, καὶ τὰ ῥήματα ὁμιλούντων, γυνή τις μιμὰς διερχομένη ἐν τοῖς ἐκεῖ, ὡς τοὺς ἀμφοτέρους παῖδας ἐθεάσατο, ἤρξατο ἡ ἀκάθαρτος σχήματα πράττειν, ἑξῆς καὶ κινήματα καὶ βλακεύματα, πειρωμένη ἡ γάγγραινα κἂν ἕνα συλῆσαι εἰς τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῆς. Ὡς δὲ ταῦτα διεπράττετο, ἀπέστρεψε τὴν ὄψιν αὐτοῦ ἰδὼν Ἐπιφάνιος ὑπομειδιάσας, καί φησιν· Βλέπε τὴν ἀλώπεκα τὴν ἀναίσχυντον, πῶς ὑποκυνεύεται ὄρνιν πειρωμένη λαβεῖν, φημὶ νεωτέρου τινὸς ψυχὴν τοῦ θηρεῦσαι. Ὁ δὲ Ἰωάννης, ὡς ὢν ἐξωλέστατος, κατεσκόπει κρυφίως, ὡς ὑπολανθάνων τῷ Ἐπιφανίῳ. Πορευθεὶς δὲ ὁ Ἐπιφάνιος, ἐλυπεῖτο ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ· ἐπ' ἀληθείας γὰρ ἄσωτος ὤν, ἐμαίνετο εἰς τὰ σκωλη-

Digitized by Google

κόδρωτα πάχη τῶν γυναικῶν ὁ ταλαίπωρος. Ἐνεβριμήσατο οὖν ὁ Ἐπιφάνιος τῇ γυναικὶ ἐκείνῃ, καὶ εὐθέως ἀνεχώρησεν. Ἔφη δὲ Ἰωάννης πρὸς τὸν Ἐπιφάνιον· Ἐπιτιμήσεται αὐτὸν ὁ Θεὸς, ὅτι ἐσάλευσεν ἡ τάλαινα τὴν καρδίαν μου. Ἐπιφάνιος εἶπεν· Μακάριόν ἐστιν ἵνα ἐσάλευσε καὶ μὴ ἥρπασεν· ὁ ἐμβλέψας γὰρ γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Νῦν οὖν ὡς οὐκ ἐπιθυμεῖς, πῶς ἐντρανίζεις ἡδέως τῇ πόρνῃ; Διὰ τοῦτο εἶπον, ὅτι μακάριόν ἐστιν, ἵνα σε παρεσάλευσε καὶ μὴ ἥρπασεν.

ριθ'. Ἔφη Ἰωάννης πρὸς αὐτόν· Καὶ μὴ ὁ διάβολος τὴν γυναῖκα ἐποίησεν; Πάντως ὁ Θεὸς, κἀκεῖνος ὥρισε τοιαῦτα γενέσθαι. Ἐὰν δὲ οὐκ ἤθελε ταῦτα γενέσθαι, ἵνα τί αὐτὴν εἰς τὸν κόσμον παρήγαγεν; B Αἴτιόν ἐστιν ὁ Θεὸς τοῦ τοιούτου πράγματος. Ἐπιφάνιος λέγει· Μὴ ἀπερισκέπτως τι φθέγγου, ἀδελφέ· στοχάζομαι γὰρ ὅτι οὐκ οἶδας τί φθέγγεσαι· εἰπὲ δέ μοι πρὸς τοῦτο· Εἰσήγαγεν ὁ Θεὸς εἰς τὸν κόσμον τοῦτον, καὶ εἰς τὸν βίον τὸν ἡμέτερον μάχαιραν, διὰ ποίαν αἰτίαν; Πάντως, ἵνα τέμνωμέν τι τῶν προσδεομένων τῆς τομῆς αὐτῆς, οὐχ ἵνα σφάζωμεν ἀλλήλους. Ἐποίησεν ὁ Θεὸς σχοινίον, οὐχ ἵνα πνίγωμεν ἑαυτοὺς, ἀλλ' ἵνα ἐν αὐτῷ στηριζώμεθα. Καὶ ἵνα τὰ πολλὰ παρεάσω, καὶ τοῦ ζητουμένου ἐπιμνησθῶ· ἐποίησεν ὁ Θεὸς καὶ τὴν γυναῖκα, ἵνα αὔξῃ ὁ κόσμος, καὶ ἵνα πᾶς ἄνθρωπος ὁ βουλόμενος ἔχειν γυναῖκα ἔχῃ αὐτὴν μετὰ συνειδήσεως Θεοῦ, μετὰ βουλῆς αὐτοῦ· τουτέστι κατὰ τὸν νόμον, τὸν πρὸ τούτου ἐκδοθέντα ὑπ' αὐτοῦ [καὶ ἐν τοῖς θείοις C Εὐαγγελίοις παραγγελλόμενον, « Ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν »]· ἵνα σκέψῃ ἐν τῇ νεότητί σου, καὶ ἴδῃς εἰ ἄρα δύνῃ παρθενεύειν χάριτι Κυρίου· εἰ δὲ οὐ δύνῃ, ἵνα εὑρήσῃς γύναιον σεμνὸν, ἀγαθὸν, καὶ ἐνάρετον, καὶ βουλῇ τῶν γονέων ἵνα ἄρῃς αὐτήν. Καὶ λοιπὸν οὔτε ἐκείνη, οὔτε σὺ ἕξετε ἐξουσίαν τοῦ ἑτέρωθεν ῥεμβεύεσθαι, καὶ ὀφείλετε εἶναι ὥσπερ ζεῦγος τρυγόνων, ἢ σεμνὰ καὶ τερπνὰ ἀδέλφια. Εἴ τις οὖν φυλάξει οὕτω τὴν μονογαμίαν, ὥσπερ εἶπεν ὁ Κύριος, ὅτι ἐν τῇ ἀναστάσει ἐπιγνώσονται οὗτοι ἀλλήλους ἐν χάριτι, οὐ μέντοι πάλαι ὥσπερ ἐζεύχθησαν, ἀλλ' ἔσονται ὡς ἄγγελοι Θεοῦ. Διὰ τοῦτο, ὁ Ἐπιφάνιος εἶπεν, ἡ γυνὴ κατὰ τὸν νόμον Κυρίου ζεύγνυται ἀνδρὶ, καὶ συνάπτεται χάριν παιδοποιίας οὐχὶ δὲ χάριν δαιμονολαγνείας. Ὅσοι οὖν πορνεύου- D σιν, ἢ μοιχεύουσιν, ἢ τὴν Σοδομικὴν ἐργασίαν ἐργάζονται, [οὗτοι γνώσονται ἐν τῇ ὥρᾳ τοῦ θανάτου τί αὐτοῖς ἡτοίμασται (41)·] ἐπεὶ ἀρτίως παίζουσιν ὥσπερ τετυφλωμένα κτήνη καὶ ἀναίσθητα. Οἷον γὰρ τὸ φοβερὸν ἐκεῖνο πῦρ, ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, ὁ κλαυθμὸς ὁ ἀπαράκλητος, τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, οἱ δήμιοι ἐκεῖνοι ἄγγελοι, οἱ τὰς πυρίνους ῥάβδους κατέχοντες, καὶ τύπτοντες τοὺς ἐμοὶ ὁμοίους ἁμαρτωλοὺς, τοὺς μέλλοντας εἰς τὸ πῦρ ἐκεῖνο τὸ ἄσβεστον ἐμβιβάζεσθαι; Νῦν οὖν καὶ σὺ, εἰ οὐ δύνῃ

A surgens e vestigio se subduxit. Cui Joannes: Castigabit illam Deus, inquit, quod animum meum suis illecebris commovit misera. Et Epiphanius: Salva res est, inquit, si commovit tantum, non etiam rapuit; nam et qui viderit mulierem ad concupiscendum, jam mœchatus est eam in corde suo. Nunc igitur, si non concupiscis, cur oculos tam blande in scortum intendis? Ac propterea dixi: Salva res est, si commovit tantum, non etiam rapuit.

119. Excipiens rursus sermonem Joannes: Etenim, ait, numquid diabolus feminam effinxit? Minime vero, sed Deus, qui et constituit talia fieri: si enim fieri noluisset, cur ipsam produxisset in mundum? Deus igitur istiusmodi operum causa dicendus est. Noli, mi frater, subsumit Epiphanius, de Deo quidquam temere proloqui: reor hæc tibi minus animadvertenti excidisse. Responde, quæso, mihi ad hæc: Quam ob causam introduci voluit Deus cultros in mundum hunc? Utique ut illis scindamus, quæ ad usum nostrum scindi debent; non vero ut alteri necem inferamus. Funes quoque fecit Deus, non sane ut nos ipsi strangulemus, sed ut iis manus prehensis gressum firmemus. Atque ut plurima silentio præteriens, ad quæstionem propositam demum revertar, condidit quoque feminam Deus, ut accrescat humanum genus et multiplicetur, ut vir omnis, qui animum ad conjugium appulit, feminam sibi conjungat ex consensu ac voluntate divina, id est congruenter convenienterque legi, quam Deus jam pridem tulit, inque sacris Evangeliis posteritati reliquit, dicens: « Erunt duo in carne una [16], » ut consideres in juventute tua et circumspicias, an virginitatem colere illibatam possis per gratiam Dei, si vero non possis, pudicam, bonam, virtuti deditam virginem quæras, quam e consensu parentum uxorem tibi ducas. Denique nec illi, nec tibi fas erit ab altero separari, sed vivere debetis, uti par turturum, aut casti jucundique fratres. Quod si qui conjugium ita ex præcepto Domini servaverint, in resurrectione mortuorum cognoscent invicem in gratia, non quidem uti pridem conjugati, sed erunt sicut angeli Dei. Ac propterea dicebat Epiphanius, viro conjungi atque adhærere debere mulierem congruenter convenienterque legi divinæ, liberos procreandi, non immodicæ ac diabolicæ libidinis causa. Quicunque igitur scortantur, adulterantur, aut Sodomitico sceleri indulgent, cognoscent aliquando, cum mors supervenerit, quid sibi paratum sit: quia modo hanc vitam, uti occæcata sensuque destituta jumenta, ludendo transigunt. Qualis enim futurus est terribilis iste ignis? quis dentium stridor? quis ploratus, nullo

[16] Matth. xix, 5.

(41) Ms. Vatic., ὄψονται· ὁ γὰρ θάνατος, ὅταν ἔλθῃ ἐπ' αὐτοῖς, γνώσονται.

unquam consolatione fruendus? quales tenebræ istæ exteriores? quales angeli isti tortores, torribus armati, peccatoresque mei similes, in ignem illum inexstinguibilem præcipitandos, cædentes? Nunc igitur et tu, si nequeas castimoniam servare, ex divinæ legis præscripto matrimonium ini: ut pro ratione status hic caste vivens, in sæculo futuro amplam a munifica Dei manu mercedem consequaris.

καρτερεῖν ἐν ἁγνείᾳ, χρῆσον κατὰ τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ, ὅπως καὶ ἐνταῦθα σεμνῶς βιώσῃς, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι πολλῆς ἀπολαύσῃς τῆς τοῦ Θεοῦ ἀντιλήψεως.

120. Ad hæc Joannes: Beatum, inquit, os, et labia tua, domine Epiphani, qui talia loqueris: verum ne putes, omnes tanta instructos a Deo sapientia, tali donatos sanctitate, tam certo ad salutem prælectos, quemadmodum te. Opto enim ego similis esse tui, sed fieri nequeo: cupio jejuniis macerare corpus, et totis diebus ac noctibus orationem continuare, sed nequeo: cupio eleemosynas erogare pauperibus, sed facultas non est, auro, argento, rebusque aliis deficientibus. Si in potestate mea foret, nollem succensere cuipiam, aut detrahere aut noxam inferre; nunc vero vel invitus cogor, tum a depravata natura, tum a dæmone, tum a pessima consuetudine, talia patrare.

ρκ'. Λέγει Ἰωάννης· Μακάριόν ἐστι τὸ στόμα σου καὶ τὰ χείλη σου, κύρι Ἐπιφάνιε, ὅτι ταῦτα φθέγγεσαι· πλὴν μὴ νομίσῃς ὅτι πάντας ὁ Θεὸς οὕτως ἐσόφισε, καὶ ἡγίασε, καὶ ἐξελέξατο ὥσπερ σέ· προαιροῦμαι γὰρ εἶναι ὡς σὺ, ἀλλ' οὐ δύναμαι γενέσθαι· ἤθελον νηστεύειν, καὶ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας καὶ νυκτὸς προσεύχεσθαι, ἀλλ' οὐ δύναμαι· ἤθελον διδόναι τοῖς πτωχοῖς, ἀλλ' οὐκ ἔχω χρυσίον, ἢ ἀργύριον, οὔτε τι ἕτερον εἰς πλησμονὴν ἀποκείμενον. Εἰ ἦν τὸ κατ' ἐμὲ, οὐκ ἐβουλόμην τινὶ ὀργίζεσθαι, ἢ τινα καταλαβεῖν, ἢ τι τῶν βλαβερῶν ποιεῖν· νῦν δὲ καὶ ἄκων ἀναγκάζομαι, τὰ μὲν ὑπὸ τῆς φύσεως, τὰ δὲ ὑπὸ τοῦ δαίμονος, ἄλλα δὲ ὑπὸ κακῆς συνηθείας πράττειν.

121. Hisce ita rursum occurrit Epiphanius: Næ tu, inquiens, speciose admodum illa nosti prætexere. Dixeras, te meæ similem sectari vitam percupere, sed non posse. Age igitur modo: quid eximium et inimitabile, uti dicis, in me deprehendis? Num quiete extra turbas agere non potes, uti ego? num sacram volvere Scripturam, templa frequentare sanctorum, omnes amore prosequi, corpus castigare jejuniis non potes? At illa inter necessaria ad salutem non reponit Dominus, nihil requirens aliud, quam ut ne gulæ ac ebrietati immoderatæ serviatur: neque enim manducare aut bibere, sed ventrem cibo potuque ad ebrietatem farcire aut aliter peccare vetat. Dixeras, te precibus vacare volentem non posse. At, quæso, cur non possis, adolescens cum sis et integris viribus? Istiusmodi defensionem si attuleris pro te in extremo judicii die, muliercula una aut anicula, virtutis studiosa, quamvis viribus destituta, convincet te ac condemnabit. Dicetur namque tibi: Ecce illam, nullarum virium afflictæque valetudinis feminam, ecce quomodo conatu toto in palæstra virtutis decertavit: et tu, cum robusta juventute præstes, ausis afferre talia? Ecce quomodo illa, propter amorem Dei, noctes diebus conjunxerit orationi vacans: et tu adolescens, parem aniculæ pietatis gradum attingere nequivisti? Utque supersedeam pluribus, hoc unum tibi modo inculcatum velim: videlicet ut probe intelligas, nihil quidquam in hoc mundo esse, quod tum temporis profuturum sit, nullum prætextum aut excusationem, defensionem nullam, cum liberum in nobis arbitrium insit. Quod si me sincere ames audiasque, fuge fornicationem, luxuriam, ebrietatem; cave qualibet diei hora in publicum procedas, flagitiosarum feminarum pulchritudinem per fenestras contemplaturus; labora salvare animam tuam, et misericordia gratiaque

ρκα'. Λέγει πρὸς αὐτὸν Ἐπιφάνιος· Προφάσεις ταῦτα· εἶπας οὖν ὅτι Ἤθελον εἶναι ὥσπερ καὶ σὺ, ἀλλ' οὐ δύναμαι. Καὶ νῦν τί ἄρα ἐν ἐμοὶ στοχάζῃ, ὡς ἔφησας; Μὴ οὐ δύνῃ ἡσυχάζειν ὡς ἐγώ; μὴ οὐ δύνῃ τὰς θείας Γραφὰς ἀναγινώσκειν; μὴ οὐ δύνῃ σχολάζειν τοῖς ναοῖς τῶν ἁγίων; μὴ οὐκ ἰσχύεις ἔχειν ἀγάπην μετὰ πάντων; οὐ δύνασαι νηστεύειν; Καὶ μὴ ὁ Κύριος ἐπ' ἀνάγκαις τοῦτο ἔχει, οὐδὲν ἕτερον ἐπιζητεῖ, εἰ μὴ τοῦ μὴ γαστριμαργίζεσθαι, καὶ τοῦ μὴ μεθύσκεσθαι. Μὴ εἶπεν· Μὴ φάγῃς, μὴ πίῃς· ἀλλ' εἶπεν· Μὴ γαστριμαργεῖν, μὴ μεθύειν καὶ ποιεῖν τὴν ἁμαρτίαν. Εἴρηκας, ὅτι θέλω προσεύχεσθαι, καὶ οὐ δύναμαι· διατί οὐ δύνῃ, νεώτερος ὢν, καὶ ῥῶσιν ἔχων σώματος; Εἰ ταύτην τὴν ἀπολογίαν δώσῃς ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἓν γυναικάριον, γραΐδιον, ἐνάρετον, ἀδύνατον, ἔχει ἐκβαλεῖν, καὶ καταδικάσαι σε· ἐροῦσι γὰρ πρός σε· Θέασαι τὴν ἀδύνατον καὶ ταλαίπωρον τῷ σκηνώματι πῶς εὐψύχως ἠγωνίσατο· καὶ σὺ νέος ὢν τολμᾷς φθέγξασθαι τοιαῦτα; Πῶς διὰ τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ προσευχαῖς καὶ δεήσεσιν ἐσχόλαζεν; καὶ σὺ νέος ὢν, οὐδὲ κἂν ἴσην τῆς γραΐδος ἐπεδείξω εὐλάβειαν; Καὶ ἵνα παρεάσω τὰ πολλὰ, ἓν μόνον σοι λέγω· γίνωσκε ὅτι οὐδὲν ἡμᾶς ὠφελήσει ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, οὐ πρόφασις, οὐκ ἀπολογία, ὄντος ἐν ἡμῖν τοῦ αὐτεξουσίου. Καὶ εἰ ὅλως ἀγαπᾷς με, καὶ ἐμοὶ πείθῃ, φεῦγε, ταπεινὲ, τὴν πορνείαν, καὶ τὴν βλακείαν, καὶ τὴν μέθην, καὶ τὸ ἑκάστῃ ὥρᾳ ἐπιμέσως προσέρχεσθαι, καὶ βλέπειν τὰς θυρίδας τοῦ καθοπτεῦσαι κάλλος μοχθηρόν· καὶ ἀγώνισαι σωθῆναι, καὶ εὑρεῖν ἔλεος καὶ χάριν παρὰ Κυρίου ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως· οὐδὲν γὰρ ἡμῖν ὠφελήσει, ὡς προείρηκα, εἰ μὴ μόνη ἡ εὐσπλαγχνία τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ ἔργα ἡμῶν.

Digitized by Google

Domini potiri in judicii die: nihil quippe nobis, uti jam monui, solatio istic aut subsidio erit, prælerquam sola benigni Domini misericordia, et bona quæ fecerimus opera.

CAPUT XVI

Præfati juvenis damnatio ab Andrea præostensa Epiphanio, moxque secuta.

ρκβ'. Ὡς δὲ ταῦτα ὡμίλει ὁ Ἐπιφάνιος τῷ Ἰωάννῃ, A αἰφνιδίως εὑρέθη ὁ μακάριος Ἀνδρέας ἐκεῖσε διερχόμενος· καὶ ὡς ἐθεάσατο αὐτὸν ὁ Ἐπιφάνιος, ἀναστὰς ταχέως, καὶ ἀφεὶς τὸν Ἰωάννην, ἀπῄει πρὸς τὸν Μακάριον· καὶ γενόμενοι ἐν ἀποκρύφῳ τόπῳ, ἤρξαντό τινα θεόπνευστα ῥήματα ὁμιλεῖν τῶν Γραφῶν. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Μακάριος πρὸς τὸν Ἐπιφάνιον ἔφη· Οἶμαι, ὦ φίλτατέ μου καὶ μελίῤῥυτε, οἵους λόγους καὶ μυρίπνοα ῥήματα τῷ νέῳ ἐκείνῳ τῷ σύν σοι πρὸ τῆς ὥρας καθεσθέντι, εἰς μάτην κεκένωκας. Λέγει Ἐπιφάνιος· Εἰς μάτην; κατὰ τίνα τρόπον; Ἔφη ὁ Ὅσιος· Οὐκ εἰσακούσεταί σου εἰς τὸν αἰῶνα, ἐπεὶ σφόδρα ἐστὶν ἐξωλέστατος· ἐγὼ γὰρ ἤμην πρὸς ὑμᾶς τῷ πνεύματι, ὁπηνίκα πρὸς ἑαυτοὺς διεσκέπτεσθε. Πρόσεχε δὲ, τίνα εἰσὶν ἅπερ συμβήσεται αὐτῷ οὐ μετὰ πολὺν χρόνον ἀπὸ τῆς B προκειμένης ὥρας, δι' ὧν ἐστι πόρνος καὶ μοιχὸς καὶ ἀρσενοκοίτης τὸ βδελυρώτατον. Πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν ἔμελλεν ὁ Κύριος ἐξολοθρεῦσαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς γῆς, δι' ὧν θλίβει αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν ταῖς ἀσωτίαις αὐτοῦ πορευόμενος. Ἠτήσατο δὲ τὸν Κύριον ὁ ἄγγελος, ὁ φυλάσσων αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, δοθῆναι αὐτῷ ὅρον μετανοίας κἂν ἕνα καιρὸν, καὶ ἐπήκουσε Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ ἀγγέλου, καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐνιαυτὸς ἡμερῶν, καθάπερ ᾐτήσατο ὁ ἄγγελος. Ἐνετείλατο δὲ ὁ δίκαιος κριτὴς τῷ τῆς λύμης ὀλοθρεύοντι ἀγρίῳ ἀγγέλῳ, Ἐὰν ἔνδοθεν τῆς ὁρισθείσης περιοπῆς μεταγνῷ, οὗ ἂν ἔχοι· εἰ δὲ μήγε, χρῆσαι αὐτῷ τῇ ἰδίᾳ τῆς σήψεώς ἀνάγκῃ, ἥτις καὶ διαλύσει τὰς ἁρμονίας αὐτοῦ, καὶ καταῤῥεῦσαι C ποιήσει τὰς σάρκας αὐτοῦ, καὶ οὕτω τὴν ἐλεεινὴν αὐτοῦ ψυχὴν εἰς τὸν ᾅδην παραπέμψει. Ἀλλ' οὗτος εἰς ἀνοήτους φληναφίας καὶ αὐτὸν τὸν καιρὸν κατεδαπάνησε, καὶ οὐδὲν ὠφελήσας τὴν ὀργὴν ἐπεσπάσατο. Καὶ οὐαὶ τῷ φιλοπόρνῳ, τῷ ἐλεεινῷ καὶ βεβήλῳ καὶ ταλαιπώρῳ! ἱκανὰ γὰρ μεταμεληθήσεται ἐν σκοτεινοῖς καὶ σκιᾷ θανάτου καθεζόμενος, καὶ τῶν λόγων σου τῶν θεοπνεύστων μεμνημένος.

122. Ita inter se colloquentibus Epiphanio et Joanne, subito illac præterivit beatus Andreas; quem ut vidit Epiphanius, dimisso Joanne, statim convenit: ac secedentes simul in locum a turbis remotum, cœperunt sermones de sacra Scriptura divinitus inspiratos miscere; sic primum compellante Epiphanium Andrea: Assequi me puto, dilectissime suavissimeque adolescens, qualem modo orationem, quam suavia ad juvenem, lateri tuo assidentem, verba feceris; sed in vanum. Quid, ait Epiphanius, in vanum? quamobrem? Quia, respondet Sanctus, insigniter lascivus est, non te audiet in æternum; ego namque vobis colloquentibus in spiritu adfui. Accipe vero, quæ misero isti obventura sunt non multo post, propterea quod scortator, adulter, masculorum concubitor sit nefandissimus. Paucis abhinc diebus sublaturus illum ac disperditurus erat a terra Dominus, quod perstans in turpitudine sua contristaret Spiritum sanctum: cum angelus, cui cura animæ illius servandæ demandata est, intercedens pro ipso apud Dominum, spatium pœnitendi annum saltem unicum petiit obtinuitque; exaudiente Domino et concedente, ut ex voto angeli annus unus adolescenti daretur. Præcepit quoque idem Dominus, judex justus, parato in perniciem nostram malo genio, ut si ante præscripti temporis decursum ad pœnitentiam adjiceret animum, salvus esset; sin autem, ut sibi illum vindicaret perniciei destinatum, ut membrorum compaginem dissolveret, carnem putrefactam diffluere faceret, sicque animam miserabilem ad orcum deduceret. Sed illud quoque tempus nugis inutilibus impendit perditque infelix, ac nihil omnino ad animæ suæ salutem proficiens, iram in caput suum divinam provocavit. Væ homini luxurioso, miserabili, impuro, misero; quam crebro, cum in tenebris et umbra mortis sedebit, pœnitentiam nequidquam ducetur, nunquam non memor admonitionum tuarum divinitus inspiratarum!

ρκγ'. Λέγει πρὸς αὐτὸν Ἐπιφάνιος· Κύριέ μου, εἰ κελεύεις, ἀναγγελῶ αὐτῷ ταῦτα, ἅπερ μοι λελάληκας· ἴσως εἰσελεύσεται εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ φόβος Κυρίου, καὶ μεταμεληθεὶς ἀποστρέψῃ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς. D Ἔφη ὁ Μακάριος· Εἰ ταῦτα ἐρεῖς αὐτῷ, γελάσεται· ὅλος γάρ ἐστι πεπωρωμένος τοῦ τῆς πορνείας δαίμονος. Ἀλλ' οὐδὲ ὁ Κύριος τὰ τοιαῦτα λέγει τινὶ τοῦ ἐπιστρέφειν· οὐκ ἔστι γὰρ τοῦτο συμφέρον αὐτῷ· εἰ γὰρ ἦν συμφέρον, ὁ Θεὸς ἂν τοῖς ἅπασι τὴν ὥραν τοῦ θανάτου καὶ τὴν ἡμέραν δι' ἀγγέλων ἐμήνυεν. Σὺ δὲ, ἀγαπητόν τέκνον μου, ἀγωνίζου, εἴ τι δύναται, ἵνα, ὅτ' ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος μεταστῆσαι ἡμᾶς ἐκ τῶν ὧδε, κληρονομήσωμεν

123. Tum vero Epiphanius: Domine mi, ait, si ita jubes, renuntiabo homini isti hæc dicta tua; quis scit an timor Domini occupaturus sit cor illius, pœnitentiam acturi et declinaturi a via in qua graditur pessima? Ad hæc beatus Andreas: Si talia ei renuntiaveris, ridebit te: totus quippe induruit per libidinis dæmonem. Verum neque Dominus ipse talia renuntiat cuipiam, ut se convertat; neque vero expedit: si enim expediret, cunctis hominibus aperiret per angelos diem ac horam mortis suæ. Tu vero, fili dilectissime, quantum potes, contende, ut cum venerit Dominus, hinc nos alio translaturus, bonorum illorum, quæ

Digitized by Google

oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, hæreditatem adeamus.

124. Exspiraverat jam tempus a Domino concessum Joanni, quo pœniteret atque ad frugem rediret meliorem: cum per visionem beatus Andreas Dei famulus apparuit Epiphanio, apprehensumque manu deduxit ad loca admodum profunda, visu horrida, densisque tenebris perfusa; quas lumine manu prælato discutiebat. Videbantur autem hæc Epiphanio intra terræ sinum geri: ubi et custodiæ, et claustra, et carceres deformes ac tenebrosi visebantur, quorum alii muribus, æluris, vulpeculis scatebant; in aliis serpentes, asini, echidnæ, aspides, cornices, corvi, et cæteræ volucres immundæ ac fetidæ, necnon feræ, canes, aliæque plurimæ animantes stabulabantur tanto numero, ut stellas cœli æquarent. His visis, ventum est tandem ad humile fetensque tugurium, ubi nihil quidquam videre erat præter hominum canumque excrementa. Tum Epiphanius Andreæ: Amabo te, cur huc venimus? Idne laboribus nostris obtinuimus, ut huc delati tam inamœna et miserabilia oculis nostris usurparemus? Et beatus Andreas: Nequaquam, fili mi, sed ut coram inspiceres locum, quem familiaris tibi Joannes sceleribus sibi suis paravit; quæ autem vides stercora, sunt nefanda illius crimina laboresque inutiles. Sed et scripturam istam respice. Respicienti autem oblata est tabula tenebrosa, medio in aere, cum hac inscriptione; Commoratio sempiterna et gravis pœna Joannis, filii Celeustioni; ita enim pater illius nuncupabatur.

125. Exclamavit ad hæc Epiphanius: Hei misero mihi peccatori! ne quis, oro, vel pessime de me meritus, huc deveniat mansurus. Verum quid hæc sibi volunt excrementa? Et respondens Andreas: Ecce, inquit, illi tam viri quam feminæ, qui paria cum Joanne patrant scelera, hic sentinam et stercora congerunt, ut cum e vivis excesserint, animas suas, catenis constrictas, sordibus illis exsatient, post resurrectionem corporum toti in ignem infernalem conjiciendi. Tum rursus interroganti Epiphanio de muribus, de canibus, de feris, de asinis, de mulis, de serpentibus, quos isto jam ante viderant loco degere; respondet Andreas, esse injustorum, luxuriosorum, aliter peccantium animas. Ad hæc rursus exclamanti Epiphanio: Heu me, domine, tam abjectas formas indutæ sint nobilissimæ hominum animæ! rursus occurrit Andreas: Minime vero, inquiens, dilectissime fili, sed nostra causa Deus tali sub schemate spectandas proposuit, et per cujusque speciem commonstraret, cui similes fiant, qui in hoc mundo versantur, per quamlibet turpem actionem. Aliæ siquidem homicidarum, adulterorum aliæ; illæ scortatorum, istæ Sodomitarum, reliquæ furum, cuclionum, hæreticorum, vanæ gloriæ studiosorum, et si quæ propter alia scelera damnantur, sunt animæ: suntque illorum omnes, qui comparati sunt jumentis insi-

A τὰ ἀγαθὰ, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ οἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη.

ρκδ'. Πληρωθέντος δὲ τοῦ ὅρου τοῦ δοθέντος παρὰ Κυρίου τῷ Ἰωάννῃ λόγῳ μετανοίας καὶ ἐπιστροφῆς αὐτοῦ, εἶδεν ἐν ὁράματι ὁ Ἐπιφάνιος τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ, ὅτι παρέλαβεν αὐτὸν καὶ ἤγαγεν εἰς δυσβάτους τόπους, δυσειδεῖς καὶ λίαν ζοφώδεις, καὶ κατεῖχε λαμπάδα, καὶ δι' αὐτῆς ἐφώτιζε τὸν σκοτεινὸν ἐκεῖνον. Εἴκαζε δὲ ὅτι ὑποκάτω τῆς γῆς ἦν ταῦτα τὰ φαινόμενα. Ἑώρων οὖν ἐκεῖ φυλακὰς, καὶ κλεῖθρα, καὶ δεσμωτήρια ἀειδῆ καὶ ζοφερὰ, καὶ ἐν οὕτοις μύες πολλοὶ καὶ αἴλουροι, καὶ ἀλώπεκες ἐναπέκλειστο. Ἐν δὲ τοῖς ἑτέροις ὄφεις, καὶ ὄνοι, καὶ ἔχιδναι, καὶ ἀσπίδες, καὶ κορῶναι, καὶ κόρακες, καὶ πετεινὰ ἄλλα ἀκάθαρτα καὶ δυσώδη, καὶ θηρία, καὶ
B κύνες, καὶ ἄλλα πλεῖονα ἐφαίνετο ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ. Ὅτε οὖν πάντα ἐθεάσαντο, ἔσχατον ἦλθεν ἔν τινι δυσώδει οἰκίσκῳ, ἐν ᾧ οὐδὲν ἦν, εἰ μὴ κόπρια ἀνθρώπων καὶ κυνῶν. Ἔφη Ἐπιφάνιος τῷ Μακαρίῳ· Δέομαί σου, τί ὧδε ἤλθομεν; Εἰς τοῦτο ἦν ὁ ἀγὼν ἡμῶν, ἵνα ὧδε γενόμενοι τὰ ἐλεεινὰ ταῦτα ἴδωμεν; Λέγει ὁ Μακάριος· Οὐχὶ, τέκνον, ἀλλ' ἵνα ἴδῃς τὸν τόπον, ὃν ὁ φίλος σου ὁ Ἰωάννης ἑαυτῷ ἐπεκτήσατο· τὰ δὲ κόπρια, ἃ ὁρᾷς εἰσὶν αἱ ἐργασίαι αὐτοῦ, καὶ ὁ κόπος, καὶ ὁ κάματος. Ἀλλὰ βλέψον τοῖς ὧδε, τί εἰσι τὰ γεγραμμένα. Βλέπει οὖν ὁ Ἐπιφάνιος, καὶ ἰδοὺ πίναξ σκοτώδης ἐπὶ τοῦ ἀέρος, καὶ ἐν αὐτῷ ἦν γεγραμμένον· Μονὴ αἰωνία, καὶ τιμωρία βίαιος Ἰωάννου υἱοῦ Κελευστιώνου· τοῦτο
C γὰρ ἦν ὄνομα τῷ πατρὶ αὐτοῦ.

ρκε'. Ἔφη Ἐπιφάνιος· Οὐαί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ! ἐνταῦθα μηδὲ οἱ ἐχθρωδῶς πρός με διακείμενοι. Τί δέ εἰσι ταῦτα τὰ κόπρια; Ὁ Μακάριος ἔφη· Ἰδοὺ οὖν καὶ οἱ τούτῳ ὁμοίως ἐργαζόμενοι εἴτε ἄνδρες, εἴτε γυναῖκες, οὗτοι ὧδε στοιβάζουσι κάλαμον καὶ κόπρον, ἵνα, ὅταν τελευτήσωσι, χορτασθήσονται τούτων αἱ ψυχαὶ δεδεμέναι ἁλύσεσι, μετὰ δὲ τὴν ἐξανάστασιν τῶν σωμάτων, τότε πυρὶ φλογκλήρῳ παραδοθήσονται. Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος ἠρώτησε τὸν Μακάριον περὶ τῶν προθεαθέντων μυῶν, καὶ κυνῶν, καὶ κνωδάλων, καὶ ὄνων καὶ ἡμιόνων, καὶ ἑρπετῶν τῶν ἐκεῖσε ἠσφαλισμένων. Λέγει ὁ Δίκαιος· Ταῦτα
D πάντα εἰσὶ τῶν ἀνόμων καὶ ἁμαρτωλῶν καὶ ἀσώτων αἱ ψυχαί. Ἐπιφάνιος εἶπεν· Οἴμοι, κύριέ μου, καὶ τοιαύτας ἰδέας αἱ ψυχαὶ τῶν ἀνθρώπων περιφέρουσιν! Ἔφη ὁ Ὅσιος· Οὐχὶ, τέκνον μου φίλτατον, ἀλλὰ δι' ἡμᾶς ὁ Θεὸς οὕτως αὐτὰς θεαθῆναι παρεσκεύασε, δείξας, ὅτι ἑκάστῃ ἀφομοιοῦνται ἐν τῷ κόσμῳ τῇ πολιτείᾳ καὶ ταῖς αἰσχίσταις πράξεσιν· αἱ μὲν γάρ εἰσι φονέων, αἱ δὲ μοιχῶν, αἱ δὲ πορνῶν, αἱ δὲ σοδομιτῶν, αἱ δὲ κλεπτῶν καὶ φιλαργύρων, καὶ αἱρετικῶν, καὶ κενοδόξων, καὶ τῶν τοῖς ὑπολοίποις πλημμελήμασι καταδεδικασμένων. Αὗταί εἰσιν αἱ ψυχαὶ, αἳ παρασυνεβλήθησαν τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθησαν αὐτοῖς· διὰ τοῦτο γὰρ ὁ Κύριος τοιαύτῃ ὁράσει θεαθῆναι αὐτοὺς παρεσκεύασε, καὶ ὅπως ἡγεῖται αὐτούς.

Digitized by Google

pientibus et similes facti sunt illis. Et hæc est ratio, cur Dominus talibus sub speciebus nobis illas obtulerit videndas, simul ostendens quo easdem ipse loco habeat.

ρκς'. Τοὺς γὰρ φονεῖς ἡγεῖται ὡς σκορπίους, τοὺς εἰδωλολάτρας ὡς κίβδηλα, τοὺς μοιχοὺς ὥσπερ τοὺς τὸν νοῦν ἀπολέσαντας, τοὺς μάγους καὶ τοὺς φαρμακοὺς ὡς τοὺς ὄφεις, τοὺς κτηνοβάτας καὶ ἀρσενοκοίτας ὡς τὸν μῦν καὶ ὡς τὸν σκωληκόβρωτον κύνα τὸν ἐπὶ τῆς κόπρου ἐῤῥιμμένον, τοὺς πόρνους ὡς τοὺς χοίρους, τοὺς κλέπτας ὡς τοὺς λύκους, τοὺς δολεροὺς ὡς τὰς ἀλώπεκας, τοὺς φιλαργύρους ὡς τοὺς αἰλούρους, τοὺς ὀργίλους ὡς τὰ θηρία, τοὺς μνησικάκους ὡς ἐχίδνας, τοὺς ψεύστας ὡς τὸν ὄφιν, τοὺς λαιμάργους ὡς τὰ ἄλογα, τοὺς μεθύοντας ὡς τοὺς δαιμονῶντας, τοὺς αἱρετικοὺς ὡς τὴν κόπρον, τοὺς πορνοκαπήλους ὡς ὄνους, τοὺς προξενητὰς τῆς πορνείας, οἵτινες ὅρκοις καὶ ψεύσμασιν ἄνδρας εἰς γυναῖκας καὶ γυναῖκας εἰς ἄνδρας ἐπιμιξίᾳ βοθρίζουσι, καὶ κατεργάζονται αὐτοὺς ναὸν τοῦ διαβόλου, καὶ τῆς κοπρίας καταγώγια, ἡγεῖται ὡς τὸν ἐρχόμενον Ἀντίχριστον· τοὺς λοιδόρους ὡς κορώνην, τοὺς καταλάλους ὡς κόρακας, τοὺς κρίνοντας τὰ ἀλλότρια πταίσματα ἀναισθήτως ὡς μεμηνότα κυνάρια καὶ τὰς ἀνθρωπίνας σάρκας ἐσθίοντα, τοὺς τραγῳδοῦντας ὡς βατράχους, τοὺς κιθαρῳδοὺς ὡς τοῦ διαβόλου ὄργανα, τὰς ὀρχουμένας γυναῖκας ὡς τοὺς ἐρωδιούς, τὰς πόρνας ὡς τὰς αἶγας· καὶ τὰ παιδάρια ὡς τοῖς παιγνίοις, καὶ τοῖς γελοίοις, καὶ ταῖς μιμολογίαις, καὶ τῇ μέθῃ, καὶ τῇ παιδοφθορίᾳ συγκυλινδούμενα, ἡγεῖται ὡς ἀκάθαρτα ἑρπετὰ τῆς γῆς, καὶ ὡς τὰ κνώδαλα, καὶ ὡς τὰ τῶν ἐχιδνῶν γεννήματα.

ρκζ'. Ὡς δὲ ταῦτα ὡμίλει ὁ Ὅσιος τῷ Ἐπιφανίῳ, εὐθέως ἔξυπνος ἐγένετο ὁ Ἐπιφάνιος, ἐκπληττόμενος τοῖς δειχθεῖσιν αὐτῷ. Πρωΐας δὲ γενομένης, φάσις ἦλθε πρὸς αὐτοὺς Ὅτι Ἰωάννης ὁ φίλος σου τῷ τῆς λύμης κατεσχέθη νοσήματι, καὶ οὐκ ἀπέρχει τοῦ αὐτὸν ἐπισκέψασθαι; Ὁ δὲ ἀκούσας, σύνδακρυς γενόμενος, ἔφη· Ἀβάλε τῇ ἐμῇ ἀνικανότητι! ἴδε καὶ τὰ ὁραθέντα μοι. Ἀπάρας οὖν ἐπορεύθη εἰς ἐπίσκεψιν τοῦ ἀσθενοῦντος, καὶ ὡς αὐτὸν τῇ λυμικῇ νόσῳ τεθέακε ὀλλύμενον, ἔφη· Βαβαὶ τοῦ φρικωδεστάτου θαύματος! ἴδε τοῦ μακαριωτάτου Ἀνδρέου τὴν πρόῤῥησιν. Θεασάμενος δὲ αὐτὸν ὁ Ἰωάννης, καὶ ἐκ βάθους στενάξας, ἔφη· Εὖξαι ὑπὲρ ἐμοῦ, ἅγιε τοῦ Θεοῦ, ὅπως φείσηταί μου ὁ Θεός, καὶ συμπαθήσῃ μοι πρὸς τὸ παρὸν, καὶ μὴ χρήσωμαι τέλει τοῦ τῇδε βίου· στοχάζομαι γὰρ ταύτης τῆς κλίνης μὴ ἀνίστασθαι. Ὁ δὲ σεμνὸς Ἐπιφάνιος εἶπεν· Ὁ Κύριος, ἀδελφὲ, τὸ δέον ποιήσει, αὐτὸς γὰρ γινώσκει τὰ συμφέροντα· ἐπεὶ αὐτός τί σε ὠφελῆσαι οὐκ ἔχω. Ἱκέτευσον οὖν τὸν Θεὸν, καὶ αὐτὸς τὰ δόξαντα τῇ αὐτοῦ ποιήσει ἀγαθότητι. Ἡμέρᾳ δὲ καὶ ἡμέρᾳ διελύθη ὁ ταλαίπωρος· καὶ ἔῤῥευσαν αἱ σάρκες αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν ὡς ὕδωρ, καὶ ἠφανίσθη ἡ ὄψις αὐτοῦ ἅπασα· διεφθάρη δὲ καὶ ἐβδελύχθη τὰς ἁρμονίας ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε φοβηθῆναι πάντας τοὺς ὁρῶντας αὐτὸν, καὶ ἀναβοᾷν τὸ Κύριε ἐλέησον. Οὕτω τὸν βίον αὐτοῦ κατέστρεψε πολυωδύνως ὁ ταλαίπωρος, καὶ διεσκορπίσθη τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ παρὰ τὸν ᾅδην.

A 126. Habet vero homicidas, loco scorpionum; idolorum cultores, inter ambiguæ speciei hybridas; adulteros, inter mente captos, magos veneficosque inter serpentes, bestiarum incursores et masculorum concubitores, inter mures canesque putidos in sterquilinium abjectos reponit: scortatores porcis, fures lupis, fraudulentos vulpibus, avaros felibus, iracundos feris, injuriarum memores echidnis, mendaces anguibus, helluones brutis animantibus; ebriosos dæmoniacis, hæreticos stercori, leones asinis assimilat. Stupri arbitros et conciliatores qui viros in mulieres, et has in illos, commistionis causa, juramentis et mendaciis impellentes, ipsos delubra quædam diaboli omnisque fœditatis receptacula efficiunt, non secus quam venturum B Antichristum considerat. Jam vero qui facile conviciantur, cornices qui detrahunt alienæ famæ, corvos, qui gesta proximorum temere judicant, canes rabidos, humanis carnibus sese implentes, qui tragœdorum more se jactant, ranas, qui citharis vacantes, organa diaboli, quæ choreis indulgent mulieres, herodios, quæ libidini se dant, capras referre putandi sunt. Denique adolescentes, qui lusibus, risui, scurrilitati, temulentiæ, corruptioni puerorum se totos addicunt, in numero immundorum terræ serpentium, silvestrium ferarum, et geniminum viperinorum collocantur.

C 127. Ubi talia loquentem sibi Andream audivit Epiphanius, subito experrectus est, rerum sibi ostensarum novitatem cum stupore admirans. Affulgente vero posteræ diei luce, fama advolat, sic Epiphanium increpans: Joannes, intimus tuus pernicioso correptus morbo, periclitatur vita, et nondum abis ipsum invisurus? Quo audito, cum lacrymis: Heu me impotentem! exclamat. Hæc scilicet mihi modo visa portendebant. Et abiens ad visitandum infirmum, reperit illum exitiali morbo ad desperationem laborare, dixitque: Papæ, quam horrendum illud prodigium! ecce beatissimi Andreæ completum vaticinium. Ut venientem conspexit Joannes, ex imo corde ingemuit, dicens: Ora pro me, sancte, cui famulaD ris Deum, ut mihi parcens miseransque modo, non incidat vitæ meæ filum, puto enim ex hoc lectulo non surrecturum me amplius. Cui Epiphanius: Dominus, mi frater, aget quod agendum est, ipse quid e re tua sit, optime novit; quia nihil mihi suppetit, quo te juvem. Quare ad Deum supplex confuge, facturum quæcunque bonitati suæ visa sunt expedire. Sed in dies miselli hominis membra nervique dissolvi, caro in modum aquæ per terram diffluere, fugere totius faciei decor, tota denique corporis compages soluta contabescere, atque adeo horrenda videri, ut quotquot spectarent hominem, exhorrescerent illico, excla-

Digitized by Google

mærentque : Domine, miserere. Atque ita in summis animi corporisque doloribus vitam terminavit infelix : et dissipata sunt ossa ejus secus infernum.

128. Post dies aliquot Epiphanio in publica pla- A tea factus obviam Andreas, ei cuncta quæ per visionem oblata ei fuerant in memoriam revocat, non sine horrore quodam, ac stupore, sic inquiens : Nostine, fili, quomodo superiore nocte per caliginosas inferni plagas ambulaverimus uterque? Memorne es, qualia in subterraneo illo specu claustra carceresque sint? recordaris, quam caliginosa et tenebrosa sedes amicum tuum Joannem maneat? legistine feralis istius tabulæ inscriptionem? oculisne obversantur adhuc animæ, pridem ob peccata damnatæ, quomodo in tenebris et umbra mortis sedeant? Procul ab eorum societate remotos vivere nos jubeat Dominus Deus noster. Admirabilis adolescens Epiphanius, dum sic loquentem Andream audit, totis pene artubus tremore concus- B sus : Vidi, ait, venerande Pater, et videndo inhorrui : quapropter intercede pro filio tuo, ut ne ad illorum consortium pœnasque condemnetur : irruit namque timor super me, et tenebræ operuerunt me, et vereor ne princeps tenebrarum, illecebris peccatorum expugnatum, eo me detrahat. Ad hæc Beatus : Delectat me tuus iste timor; quare quotidie te adhortor, ut strenue decertes, quominus regni cœlestis hæreditate excidas; quin etiam oro atque obsecro te, benedicte fili, alacriter decurre pulcherrimum continentiæ stadium, ut ego quoque, profectum tuum spiritualem videns, in spiritu exsultem. Ubi talia collocuti essent, quibusdam forte eminus eo appropinquantibus, Andreas, occultandæ virtutis suæ stu- D dio priusquam propius adventarent, salvere jusso Epiphanio inde se subduxit.

A ρκη'. Μετὰ οὖν ἡμέρας τινὰς συναντᾷ ὁ θεσπέσιος Ἀνδρέας τῷ Ἐπιφανίῳ κατὰ τὴν πλατεῖαν τῆς λεωφόρου, καὶ τὰ ὁραθέντα αὐτοῦ ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς ἀναμνήσας αὐτὸν, εἰς φρίκην καὶ τρόμον ἐνέβαλεν λέγων· Οἶδας, τέκνον, τῇ προτέρᾳ νυκτὶ πῶς εἰ ἀμφότεροι ἐπορεύθημεν ἐν τοῖς ζοφεροῖς ταμιείοις τοῦ ᾅδου ; κατενόησας τὰ ἐκεῖ κλεῖθρα καὶ φυλακὰς τὰς ἐν τοῖς καταχθονίοις ; οἶδας τοῦ φίλου σου τὴν καχέσπερον καὶ ζοφερὰν κατάπαυσιν ; ἀνέγνως τὸν χαλεπὸν ἐκεῖνον πίνακα, καὶ ἅπερ ἐν αὐτῷ γέγραπτο ; κατενόησας τῶν ἀπ' αἰῶνος ἁμαρτωλῶν τὰ πνεύματα, ὅπως ἐν σκοτεινοῖς καὶ σκιᾷ τοῦ θανάτου καθεύδουσιν ; Ἀφαιρεῖται ἡμᾶς τῶν ἐκεῖσε Κύριος ὁ Θεός. Ὁ δὲ θαυμάσιος Ἐπιφάνιος ἐν τῷ ἀκηκοέναι αὐτὸν ταῦτα παρὰ τοῦ Δικαίου, ἰλιγγιάσας B ἔφριξε, καί φησι πρὸς αὐτόν· Τεθέαμαι, τίμιε Πάτερ, καὶ θεασάμενος τρόμῳ συνεσχέθην· δεήθητι οὖν ὑπὲρ τοῦ τέκνου σου, τοῦ μὴ κατακριθῆναί με ἐν τοῖς ἐκεῖσε· δέος γὰρ ἐγεγόνει ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐκάλυψέ με σκότος, καὶ φοβοῦμαι μή ποτε ὁ τοῦ σκότους ἄρχων κατασπάσῃ με, ταῖς τῶν πλημμελημάτων ἡδυπαθείαις κρατούμενον. Ἔφη ὁ Μακάριος· Καὶ ἐμοὶ οὕτως ἐστὶν ἐράσμιον τοῦ φοβηθῆναί σε· διὰ τοῦτο ἑκάστοτε παραινῶ σε τοῦ ἀγωνίζεσθαι, ἵνα κληρονόμος γενήσῃ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας· διὰ τοῦτο παρακαλῶ καὶ ἱκετεύω, τέκνον εὐλογημένον, σπούδαζον ἑκάστοτε τρέχειν τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς ἐγκρατείας, ὅπως ὁρῶσά σε ἡ ψυχή μου ἐν τοῖς πνευματικοῖς προκόπτοντα, ἀγαλλιάσηται σὺν τῷ πνεύματι. Ὡς δὲ ταῦτα ὡμίλουν, τινῶν τῷ τόπῳ D προσεγγιζόντων, σκέπων τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν ὁ Δίκαιος, πρὸ τοῦ ἐκείνους πλησιάσαι, ἀσπασάμενος τὸν Ἐπιφάνιον, ἀνεχώρησεν.

CAPUT XVII.

Mulieri a mago deceptæ, et diabolicis illusionibus subjectæ, succurrit Epiphanius.

129. Mulier quædam ad Portum (42) habitans, admodum religiosa, et timore Domini eximia, virum nacta erat dyscolum atque insigniter voluptuarium, qui quidquid erat rei familiaris dilapidabat in lupanaribus infelix. Uxor itaque, ut erat piissima, mœrens lugensque pendebat animi, quid facto foret opus, ut a pessimo vitæ instituto ad saniora consilia adduceret maritum : ac talia sæpe animo D versans, statuit tandem quærere hac super re virum quempiam, qui eam sibi effectum dare posset; qualem opportune statim suggerit mulier alia, videlicet Bigrinum quemdam, pollicentem omnia se mulieris vota expleturum. Quamobrem illico consurgens, hominem adivit, reperitque frequentem in domo ejus turbam, consulendi causa præstolantium. Ili cum votorum compotes ad se quique rediissent, tandem et hæc propius congreditur, ac sede prope virum occupata, cœpit ei doloris

ρκθ'. Γυνή τις ἐν τῷ Νεωρίῳ οἰκοῦσα, εὐλαβὴς καὶ φοβουμένη τὸν Κύριον, ἐκέκτητο ἄνδρα χαλεπὸν καὶ φιλήδονον σφόδρα, διασκορπίζων πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ, ἐν τοῖς πορνοκαπηλίοις ἀσχολούμενος ὁ ταλαίπωρος. Ἡ δὲ γυνὴ οὖσα εὐλαβεστάτη ἐλυπεῖτο λίαν, ἐπαπορούσα τὸ τί δέοι γενέσθαι καὶ καταργῆσαι τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς τὸν πονηρότατον σκοπόν. Ὡς δὲ ταῦτα εἶχεν ἐν διανοίᾳ, ἀνίχνευε μαθεῖν περὶ ἀνδρὸς τοῦ τηλικαύτην δύναμιν κεκτημένου· ὑποβάλλει οὖν αὐτῇ γυνή τις Βιγρῖνον ἄνδρα τινὰ, ὃς ἔφασκε, δύνασθαι ποιεῖν πάντα αὐτῆς τὰ καταθύμια. Ἀναστᾶσα οὖν εὐθέως ἐπορεύθη πρὸς αὐτόν· εὗρε δὲ ἐκεῖ πλῆθος ἱκανόν. Ὡς δὲ πάντων ἐποίει τὰ καταθύμια καὶ ἀνεχώρουν, ἐπὶ τέλους ἦλθε καὶ αὐτή, καὶ ὡς ἐκαθέσθησαν, ἤρξατο ἡ γυνὴ τὸ κατώδυνον αὐτῆς ὁμιλεῖν αὐτῷ· ὡς ὅτι· Ὁ ἀνήρ μου ἐξέδοτο ἑαυτὸν ταῖς τοῦ μοχθηροῦ βίου ἀπάταις, καὶ ἐκ καταγωγίου εἰς καταγώγιον τῶν μιμάδων ἀφικό-

(42) Cangius lib. I *Constantinop. Christ.* cap. 17, Portus seu Navalia quatuor numerat, quorum præcipui Vetus ac Novus. De veteri ego hic agi censeo.

Digitized by Google

μενος πᾶσαν τὴν περιουσίαν μου κατηνάλωσε· νυνὶ A δὲ ἄσεμνόν τινα κόρην ἐπελάβετο, καὶ καθεκάστην πρὸς αὐτὴν εἰσπορεύεται, ἀποφέρων πᾶσάν μου τὴν οὐσίαν. Νῦν οὖν ἤκουσταί μοι τὰ κατὰ σὲ, ὅτι εἷς εἶ τῶν ἐναρέτων τῷ Κυρίῳ, καθότι πολλοὺς τῶν κινδύνων ἐξήρπασας, καὶ ἐν τούτῳ παρεγενόμην πρὸς σέ· εἴ τι δύνασαι, βοήθησόν μοι, καὶ παρέξω σοι ὅπερ μοι κατὰ δύναμιν πρόσεστιν.

sui causam aperire, sic orsa: Tradidit sese maritus meus flagitiosæ vitæ, fallaciis atque illudentibus deliciis, et ex alio in aliud lupanar se transferens, rei familiaris meæ dispendium fecit non leve; nunc vero deperit infamem nescio quam puellam, quam nullo non die conveniens, collatis quæ nobis reliqua sunt bonis locupletat. Nunc igitur cum innotuerit mihi, virum esse te ex iis unum qui magna coram Deo virtute polleas, et plurimos periculis suis eripueris, ideo et ego ad te venio ut si quomodo possis, auxilieris mihi, relaturus mercedem, quam reliquæ facultates meæ permittent.

ρλ'. Ταῦτα εἰποῦσα, ἔφη ἐκεῖνος πρὸς αὐτήν· Πάντα ὅσα θέλεις καὶ φιλεῖς, παρ' ἐμοὶ λήψῃ· ἐὰν γὰρ κελεύῃς, μαρανῶ τὴν αὐτοῦ ἐπιθυμίαν πρὸς τὸ μὴ χρᾶσθαι γυναικὸς συνουσίαν· εἰ δὲ βούλει ἐπι- B τρέψω, καὶ παραλήψεται αὐτὸν θάνατος· ἐὰν δὲ θέλῃς, παραδίδωμι αὐτὸν πνεύματι πονηρίας, καὶ ἔσται περιάγων καὶ δαιμονιζόμενος· σκέψαι οὖν, καὶ τὰ δοκοῦντά σοι δῆλα ποίησον. Ἔφη πρὸς αὐτὸν ἡ γυνή· Οὐδὲν ἕτερον βούλομαι, κύριέ μου, ἢ τοῦ καταργηθῆναι ἀπὸ τῶν τοιούτων τὸν ἐμὸν σύζυγον, καὶ ἐμὲ μόνην ἀγαπᾷν καὶ φιλεῖν. Ὁ δὲ εἶπεν· Καθὰ ᾐτήσω, ποιήσω σοι. Ὡς δὲ ἐκαθέζοντο, ἐξεῖπεν αὐτῇ ὅσα ἂν ἔπραξεν ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας· ἐξέστη δὲ ἡ γυνὴ ἀκούουσα, καὶ θαμβουμένη ἥσυχος ἐκάθητο. Ἐκεῖνος δὲ λέγει πρὸς αὐτήν· Ἀναστᾶσα πορεύθητι εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ ἑτοίμασόν μοι κανδῆλαν καὶ ἔλαιον, καὶ ἀπτρότουβον, καὶ ζώνην, καὶ πῦρ· καὶ τῇ τετράδι ἐκεῖσε παραγενόμενος, τὸ ποθούμενόν σοι ποιήσομαι. Ὁ δὲ παραγενόμενος τῇ C τετράδι, ἔλαβε τὸ ἔλαιον, ὑποψιθυρίζων δὲ καὶ ἐπικαλούμενος ἐν τῇ κανδήλῃ ἔβαλεν· καὶ ἀπάρας τὸ ἀπτρότουβον (43), ἧψεν αὐτὴν, καὶ τέθεικεν αὐτὴν ὅπου ὑπῆρχον αἱ εἰκόνες τῆς γυναικός· εἶτα λαβὼν καὶ τὴν ζώνην, καί τινα ῥήματα τῆς αὐτοῦ κακουργίας ὑποψιθυρίσας, καὶ δήσας τέσσαρας κόμβους, δέδωκεν αὐτῇ εἰπών· Περίζωσαι αὐτὴν ἐν τοῖς ὑποκάτω ἱματίοις· δὸς δέ μοι ἓν τριμήσιον (45) τοῦ διανεῖμαι τοῖς πένησιν ὑπὲρ ψυχικῆς σου σωτηρίας. Ἡ δὲ δέδωκεν αὐτῷ, ὑποσχομένη δοῦναι καὶ ἕτερα, ἐὰν εἰς πέρας γένηται ὃ θέλει. Ὁ δὲ ἀνὴρ αὐτῆς ἐμίσησε καὶ ὑπέσχετο ὅσα διεπράττετο, καὶ μόνην τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἠγάπα, καὶ ἠγωνίζετο εἰς τὰ τῆς οἰκίας αὐτοῦ

130. Abrumpente hic sermonem muliere: Quæcunque vis ac desideras, inquit alter, per me auferes. Quod si ita vis, concupiscentiam in illo omnem sic exstinguam, ut mulieris cujusvis concubitum deinceps appetiturus non sit. Si vis, mandabo, ut hinc eum mors tollat. Si vis, tradam eum spiritui nequam cruciandum, et efficietur vagus ac dæmoniacus. Considera igitur, et quod probatum tibi maxime fuerit, mihi significa. Respondet mulier: Aliud nihil in votis mihi est, mi domine, quam ut conjux meus, a prava aliarum consuetudine aversus, in me solam omnem amorem suum transferat. Cui alter: Ut petiisti, effectum dabo. Inter sedendum autem enuntiavit illi, quidquid a teneris annis fecerat, obstupescenti ad audita, trementi, et verbum non proferenti; tum ita pergit: Vade domum tuam et para mihi ellychnium, et oleum, et lampadem, et zonam, et ignem; quarto post die namque veniam, quæ desideras tibi præstiturus. Et vero adfuit die quarto: acceptoque oleo, nescio quid immurmurans atque invocans, in lampadem illud infudit, sursumque attracto ellychnio acceptam lampadem accendit, et collocavit eodem quo mulieris imagines (44) servabantur loco: deinde accepit quoque zonam, et nefariæ artis suæ arcana quædam verba proferens, in eaque nodos quatuor innectens, mulieri tradidit dicens: Intra vestes corpori tuo illam astringe, et mihi tremissem porrige pauperibus distribuendum pro salute animæ tuæ. Porrexitque illa, pollicitans daturam se plura, si quod optabat consequeretur. Ecce autem maritus ejus odisse ac detestari cœpit, quæ prius cupide operabatur, solamque uxorem suam amore prosequens, in curanda re familiari totus versabatur.

ρλα'. Μετὰ οὖν ἓξ ἡμέρας θεωρεῖ ἡ γυνὴ κατὰ τοὺς D

131. Verum diebus non amplius sex elapsis,

(43) Ἀπτρότουβον hoc ipso capite tertio scribitur: quanquam et ἀπρότουβον et αὐτότρουβον semel reperiatur. Ms. Mazar. constanter habet ἀπρότουβον. Goar in Euchologio fol. 428, in officio sacri Olei, tam ἄπτριον, quam τοῦβιν, *ellychnium* vertit, quare ex utroque compositam vocem idem significare censeo. Idonee autem ab ἅπτω accendo dicitur ἄπτριον, a *tubo* autem lampadis, cui inseritur ut promineat, τοῦβις. Cangius quoque suggerit, idem significantes voces hoc modo sæpe a Græcis jungi.

(44) Has imagines infra patebit fuisse eorum auctorum, quos mulier specialiter patronos colebat: atque ad hunc locum illustrandum præclare faciunt, quæ ante tomum I Maii post Ephemerides Græco-Moscas deducta leguntur, de Diptychis Triptychisque, qualia unusquisque fidelium apud Græcos habuisse videtur ad privatæ devotionis familiare exercitium.

(45) Τριμίσιον Theophani et Leoni Grammatico, quod Latinis *tremissis*, tertia pars aurei, cujus inventorem Alexandrum Severum facit Lampridius. Vide Dissertationem Cangii post Glossarium de inferioris ævi numismatibus, num. 84, pag. 57.

Digitized by Google

objicitur mulieri per quietem talis visio. Putabat, sibi sibi in planitie quadam consistenti accedere senem Æthiopem, qui per modum ludentis in amplexum ruere ac deosculari cœpit: Opportune, inquiens, in te incidi, domina mea, veni, amica mea, dormiamus simul ambo, quoniam nuper conjugati sumus: magno tui ego tenebar desiderio, modumque exquirebam quo te adducerem ad me. Nunc igitur, pulcherrima vitæ meæ socia, cubemus hic simul, quo et me tu fruaris, et ego venustatis tuæ admiratione gustuque exsatier. Talibus blandientem sibi loquentemque ad gratiam Æthiopem, exsecrari mulier, quamvis trepida et metu correpta, fugam circumspicere, dolore vehementi affici, abitum per quidquid sacrum est imperare infami, ita inquiens: Facesse hinc ocius; meus enim mihi conjux est, nunquam solitæ alieno cuilibet viro operam dare. Atque hoc modo per somnium vim sibi intentatam repellens, experrecta et magno veluti labore perfuncta, vix sibi reddita tandem est: cœpitque animo volvere, quid isthæc sibi ostenta vellent, ac unde diabolo, quem sub Æthiopis specie latere jam cognoverat, tantum in se liceret.

ὕπνους αὐτῆς ἑστάναι αὐτὴν ἐν πεδιάδι μόνην, καὶ ἔρχεται πρὸς αὐτὴν Αἰθίοψ γέρων, καὶ ἤρξατο ὡς ὑποπαιγνιάζων περιπλέκεσθαι καὶ καταφιλεῖν αὐτὴν, καὶ λέγειν· Καλῶς σε εὗρον, κυρία μου, δεῦρο φιλία μου, κοιμηθῶμεν ὁμοῦ οἱ δύο, καθότι νεωστὶ συνεζεύχθημεν· πολλά σου ἐγὼ ἐπεθύμουν, καὶ πρόφασιν ἐζήτουν ὅπως πρὸς ἐμαυτὸν συναγάγω σε· νῦν οὖν δεῦρο, ὡραία μου σύμβιε, κοιμηθῶμεν οἱ ἀμφότεροι, ὅπως καὶ σὺ ἐμοῦ ἀπολαύσῃς, κἀγὼ τοῦ κάλλους σου κορεσθήσομαι. Ὡς δὲ ταῦτα ἐκεῖνος ἐφθέγγετο αὐτῇ, εἰς τρόμον ἐμπεσοῦσα ἡ γυνὴ, ἤρξατο ἀναθεματίζειν αὐτὸν καὶ φεύγειν, καὶ ἀνιᾶσθαι, καὶ ἐξορκίζειν αὐτὸν τοῦ ἀποστῆναι ἐξ αὐτῆς, λέγουσα· Ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ, καθότι ἄνδρα κέκτημαι ἴδιον, καὶ ἑτέρῳ οὐ συνάπτομαι. Οὕτω δὲ ἡ γυνὴ βιαζομένη κατ' ὄναρ καὶ πολεμουμένη, ἔξυπνος ἐγένετο· καὶ ὡς ἀπὸ κόπου ῥυσθεῖσα, μόλις εἰς ἑαυτὴν ἐπανῆλθεν. Διελογίζετο δὲ τὰ ὁραθέντα αὐτῇ, τὸ τί ἂν εἴη ταῦτα, καὶ πόθεν ὁ διάβολος εὗρε τοσαύτην παῤῥησίαν κατ' ἐμοῦ· ἔγνω γὰρ ὅτι ὁ Αἰθίοψ ἐκεῖνος δαίμων ἦν πονηρός.

132. Tali occupata consideratione, rursus in somnum incidit, viditque inusitatæ magnitudinis canem, colore nigrum, summa cum impudentia sese amplexum, conjunctoque inter se ore instar hominis exosculantem. Spectaculo terrefacta, excusso somno, ita secum loqui incipit: Me miseram et peccatricem! cujus amore nequam spiritus exarsit, quamque infestare non desinit impurus! Quid consilii capiam, ignoro: qua de causa istiusmodi mihi spectra offerantur, rescire equidem non possum. Rursum alia nocte conspicit se ipsam in theatro hippodromi, amplexantem positas istic statuas stimulari a libidinosa concupiscentia, ut cum illis rem haberet: alias sese a cane celeriter fugiente auferri contemplata est: non raro videbatur sibi ranis, serpentibus, viperis, et his deterioribus vesci animantibus. Talibus itaque spectris excruciata misere, oculisque suis somnum rarissime videns, variis premebatur ærumnis, cumque inter homines nihil reperiret opis, ad orationem et jejunium se convertens, suppliciter Deum percunctata est, quid causæ demum foret miseriarum suarum, quidque facto opus esset ut affectionibus tam inordinatis liberaretur.

ρλβ'. Ὡς οὖν ταῦτα διελογίζετο, πάλιν εἰς ὕπνον ἐτράπη, καὶ ἰδοὺ κύων μέλας, μέγας, καὶ ἄχρωμος, περιπλεκόμενος αὐτῇ στόμα πρὸς στόμα κατεφίλει αὐτὴν ὥσπερ ἄνθρωπος. Σύντρομος δὲ γενομένη ἀφυπνίσθη, καὶ ἐν φόβῳ καθ' ἑαυτὴν ἔλεγεν· Οἴμοι τῇ ταλαίνῃ καὶ ἁμαρτωλῷ, ὅτι ἔρωτα τέθεικε κατ' ἐμοῦ ὁ πονηρὸς, καὶ οὐδ' ὅλως μοι ἀπαλλάσσεται! Τί ποιήσω οὐκ οἶδα· πόθεν μοι συνέβη οὐκ ἐπίσταμαι. Πάλιν οὖν ἑτέρᾳ νυκτὶ ὁρᾷ ἑαυτὴν ἐν τῷ θεάτρῳ τοῦ ἱπποδρομίου ἑστῶσα καὶ ἀσπαζομένη τὰ ἐκεῖσε ἰνδάλματα, νυττομένη ὑπὸ πορνικῆς ἐπιθυμίας τοῦ συγγενέσθαι αὐτοῖς· πάλιν δὲ ὁρᾷ κύνα αἴροντα αὐτὴν καὶ φεύγοντα· καὶ πάλιν ὁρᾷ ἑαυτὴν ἐσθίουσαν βάτραχον, ποτὲ δὲ ὄφιν, ἢ ἑρπετὰ, καὶ τὰ τούτων χείρονα. Τούτοις ἡ ἐλεεινὴ ἐβασανίζετο, ἀγαθὸν ὕπνον μὴ ὑπνώσασά ποτε. Στενοχωρηθεῖσα οὖν καὶ μὴ ἔχουσα τί εἰσπράξασθαι, ἤρξατο προσευχαῖς καὶ νηστείαις σχολάζειν καὶ τὸν Θεὸν ἐξιλεοῦσθαι, πόθεν αὐτῇ συμβέβηκε ταῦτα, καὶ τί δέῃ ποιῆσαι, καὶ ἀπαλλαγῆναι τῶν τοιούτων ἀτοπημάτων.

133. Talibus operam dabat, cum in somnis videt imagines suas ad occidentem conversas, uti et seipsam, nec aliter quam deliram menteque captam orationi insistere: superveniitque adolescens quidam, hunc ipsam in modum alloquens: Propterea quod jejuniis demeruisti me, ecce adsum, postulatam toties causam, cur talia tibi evenerint, explicaturus, simulque icones commonstrans: Vidésis, ait, quid maledictus iste magus tibi contulerit. Et intendens illuc oculos mulier, videt humano stercore turpiter illitas, idque a summo vertice ad plantam pedum, ac sentit incomparabilem inde fœtorem absistere. Obstupuit animo ad tale spe-

ρλγ'. Ὡς δὲ οὕτως ἐσχόλαζεν, ὁρᾷ κατ' ὄναρ ὅτι ἵσταντο αἱ εἰκόνες αὐτῆς ἐπὶ δυσμὰς, καὶ αὐτὴ ὁμοίως, καὶ οὕτω προσευχομένη ὥσπερ τις πασχικὴ νομιζομένη καὶ πάρετος. Ὡς δὲ οὕτως ἠδολέσχει, ἔρχεταί τις νεώτερος πρὸς αὐτὴν καὶ λέγει· Ἐπειδὴ ἐθεράπευσάς με νηστεύουσα, ἰδοὺ ἐγὼ παραγενόμην τὴν αἰτίαν διδάσκων σε, δι' ἣν ταῦτα συμβέβηκεν· καὶ σὺν τῷ λόγῳ δείκνυσιν αὐτῇ τὰς εἰκόνας, καὶ φησιν· Ἴδε τί σοι ἐποίησεν ὁ μάγος ἐκεῖνος ὁ κατάρατος. Ἡ δὲ προσέσχεν καὶ ὁρᾷ, καὶ ἦσαν κεχρισμέναι ἀνθρωπίνῳ κόπρῳ ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω, καὶ δυσωδίαν ἀνείκαστον φέρουσαι. Ὡς οὖν ταῦτα ἐθεάσατο ἡ γυνὴ, ἐξέστη, καὶ στραφεῖσα

Digitized by Google

λέγει πρὸς τὸν νεώτερον. Δέομαί σου, τίς ταῦτα ἐτόλμησε ποιῆσαι, ἀνάγγειλόν μοι. Ὁ δὲ εἶπεν· Βιγρῖνος ὁ φαρμακὸς καὶ μάγος καὶ τοῦ Θεοῦ ἀλλότριος, σοῦ παρασχούσης αὐτῷ τὴν ἐξουσίαν· νῦν οὖν οὐκ ἔστιν ἐν ταῖς εἰκόσι σου εἰ μὴ χρῶμα, καὶ ξύλον, καὶ κόπρος, καὶ δαιμόνων φαντάσματα· ἡ γὰρ χάρις τοῦ Θεοῦ ἐξ αὐτῶν ἀνεχώρησεν, μὴ φέρουσα τὴν τῶν δαιμόνων δυσωδίαν καὶ μείωσιν. Ὡς δὲ ταῦτα ἔλεγεν, ὁρᾷ τὴν κανδῆλαν γέμουσαν οὔρου κυναίου, καὶ ἐν τῷ ἀπτροτούδῳ ἐγγεγραμμένον τοῦ Ἀντιχρίστου τὸ ὄνομα· ὑπεράνω δὲ ἐν τῷ ἀέρι ἐγγέγραπτο, Θυσία δαιμόνων.

saturus, in sublime se tollit; ac per aerem fugiens, terribile ac violentum fulgur declinat : inter fugiendum vero, id studiose agit, ut alicubi ex homine suspensus maneat, quo, parcere cupiente Deo homini, ipsi quoque parcatur. Verum qui occultissima quæque perspicit Deus, cognito nefandissimi spiritus consilio, dat signum angelo prædicto, dicens : Tolle et amicum pariter et inimicum ; id est, quandoquidem apud hominem justum sibi asylum quæsierit nequissimus, utrumque crema : famulum ego meum dein consolatione dignabor copiosiore. Denique ubicunque deprehenderit draconem angelus, seu in arbore, sive in campo, in domo, in navigio, in homine; istic ipsum percutit, in cineres redigit, et naturam penitus disperdit; Satanam vero catenis solvi nesciis constrictum, ad extremum usque judicii diem igne fulmineo torquebit.

ἀλλ' εἰδὼς ὁ τὰ ἀπόῤῥητα ἐπιστάμενος Θεὸς τὸν σκοπὸν τοῦ ματαίου, ἔδωκε σημεῖον τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἀστραπῆς φήσας· Ἆρον φίλον σὺν ἐχθρῷ· τουτέστιν, ὅτι κἂν εἰς ἅγιον προσφύγῃ, καῦσον αὐτὸν σὺν αὐτῷ, καὶ ἐγὼ τὸν δοῦλόν μου πλείονος παραμυθίας ἀξιώσομαι. Λοιπὸν ὅπου καταλάβῃ αὐτὸν, κἂν ἐπὶ δένδρον, κἂν ἐπὶ κάμπου, κἂν ἐν οἰκίᾳ, κἂν ἐν πλοίῳ, κἂν ἐπὶ ἀνθρώπῳ προσφεύγῃ, ἐκεῖ αὐτὸν πατάσσει καὶ τεφρόνει, καὶ τὴν φύσιν αὐτοῦ διαφθείρει· τὸν δὲ Σατανᾶν δεσμοῖς ἀλύτοις ὑποβάλλων, τῇ ἀστραπῇ κατακαίει μέχρι τῆς συντελείας τῆς πληρεστάτης ἀνταποδόσεως.

171. Interloquens iterum Epiphanius : Nix, ait, quam subinde e cœlo delabi conspicimus, unde albescit, aut unde concrescit in floccos? Respondet Andreas : In comperto est, aqua in nubibus residente, jussu Dei e firmamento prodire spiritum, laneum candorem præ se ferentem; eumque in nubes aqua refertas delapsum, albedinem suam cum illa communicare : eo fere modo, quo ros ceram dealbat. Jam vero aqua illa per aerem delabens', non tenuis et minutæ guttulæ, qualis post suum ex immensa cœli altitudine descensum in terra conspicitur, sed copiosa conjunctaque massa est; quæ inter cadendum multas in particulas divisa, tandem ad nos pervenit. Considera hic autem admirandam Dei potentiam ; quomodo, cum ipsi libuerit, faciat pluviam in rotunda densatam grana, quæ grandinem appellare consuevimus, decidere : quomodo, cum ipsi libuerit, eamdem pluviam formet in mollem nivem, quam lanæ similem descendere in terram conspicimus : quomodo denique, cum libuerit, jubeat aquam transire in glaciem, et hanc iterum in aquam. Mirabilis namque in his omnibus est Dominus.

ροα'. Ἐπιφάνιος εἶπεν· Ὁ χιὼν ὁ φερόμενος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πόθεν λευκαίνεται, ἢ πόθεν πήσσεται εἰς χιόνα μεταπεμπόμενος; Ὁ Ἅγιος εἶπεν· Πρόδηλόν ἐστιν, ὅτι ἔτι τοῦ ὕδατος ἐν ταῖς νεφέλαις χρηματίζοντος, ἐξέρχεται ἐκ τοῦ στερεώματος τὸ πνεῦμα λευκὸν ὡσεὶ ἔριον, προστάξει Θεοῦ, καὶ αὐτὸ ἐπιπίπτει ταῖς νεφέλαις τοῦ ὕδατος ἀναμέστοις χρηματιζούσαις, καὶ λευκαίνει τὸ ὕδωρ ἄγαν, ὃν τρόπον καὶ τὸν κηρὸν (81) ἡ δρόσος. Κατερχόμενον δὲ τὸ ὕδωρ διὰ τοῦ ἀέρος, οὐχ οἷον δὴ ἐπὶ τῆς γῆς θραύει λεπτότατον, τοιοῦτον ἐκ τοῦ ὕψους ἐκείνου τοῦ φοβεροῦ ἐκ τοῦ ἀέρος κατέρχεται, ἀλλὰ μεγεθέστερον· κατερχόμενον δὲ εἰς πολλὰ τμήματα μερίζεται διαχεόμενον. Ὅρα δὲ Θεοῦ φρικτὴν δύναμιν, πῶς ὅταν δόξῃ αὐτῷ, ποιεῖ τὴν βροχὴν ὥσπερ κόκκον στρογγυλοειδῆ ἐπὶ τῆς γῆς κατέρχεσθαι, ὃ χάλαζαν καλεῖν εἰώθαμεν· ὅτε δὲ δόξῃ αὐτῷ, ποιεῖ αὐτὴν φύσιν ἁπαλὴν χιόνα ὥσπερ ἔριον, καὶ οὕτως αὐτὸ καταφέρει ἐπὶ τῆς γῆς. Πάλιν κελεύει, καὶ μετατρέπεται τὸ ὕδωρ εἰς πάγος, καὶ πάλιν τὸ πάγος εἰς ὕδωρ. Θαυμαστὸς γάρ ἐστιν εἰς ταῦτα ὁ Κύριος.

172. Et Epiphanius, mox aliam subjiciens quæstionem : Quomodo, inquit, interpretandum putas quod dicit Propheta : « Quia calix in manu Domini vini meri plenus misto. Et inclinavit ex hoc in hoc : verumtamen fæx ejus non est exinanita : bibent omnes peccatores terræ [83]? » Solutionem vero ita statim subdit Andreas : Dominus noster dixit : « Si quis sitit, veniat ad me, et bibat [84]. » Calix igitur est Jesus Christus, verus Deus et homo. Calix humanitatem illius, vinum merum, simplex Deitatis Verbum adumbrat. Nam sicut vinum non tenetur nisi in vase; sic absque carne non posset Dei sapientia invisibilis cum hominibus visibiliter conversari. In manu itaque Patris est

ροβ'. Ἐπιφάνιος εἶπεν· Τί ἑρμηνεύει, « Ὅτι ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου, οἴνου ἀκράτου πλῆρες κεράσματος » καὶ ἔκλινεν ἐκ τούτου εἰς τοῦτο, πλὴν ὁ τρυγίας αὐτοῦ οὐκ ἐξεκενώθη· πίονται πάντες οἱ ἁμαρτωλοὶ τῆς γῆς; » Ὁ Ἅγιος εἶπεν· Ὁ Κύριος ἡμῶν εἴρηκεν· « Ὁ διψῶν ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. » [Ποτήριον οὖν ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς Θεὸς τέλειος καὶ ἄνθρωπος. Ποτήριον ἡ ἀνθρωπότης αὐτοῦ· οἶνος ἄκρατος ὁ Λόγος τῆς θεότητος ἄδολος (82).] Ἄνευ γὰρ ἀγγείου ὁ οἶνος οὐ κατέχεται· οὕτως καὶ ἄνευ σαρκὸς ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία ἀνθρώποις προσομιλῆσαι ὁρατῶς (83) οὐκ ἠνέσχετο. Ἐν χειρὶ οὖν Πατρὸς ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· αὐτὸς γὰρ εἶπεν· « Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου. »

[83] Psal. LXXIV, 9. [84] Joan. VII, 37.

(81) Ita mutavi, licet ms. Vatic. καιρὸν, Maz. σκληρῶν habeat.

(82) Prolixius hic ms. Vatic. Νοητὸν γάρ ἐστι τὸ νόημα· ποτήριόν ἐστιν, Ἰησοῦς ὁ Κύριος ὁ τέλειος ἄνθρωπος, οἶνος ἄκρατος ὁ Λόγος τῆς θεότητος· διπλοῦς γὰρ ἦν ὁ Λόγος τῆς θεότητος, καὶ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος καὶ Κύριος Ἰησοῦς· ποτήριον ἦν ἡ ἀνθρωπότης αὐτοῦ, οἶνος ἄκρατος ἄδολος ἡ θεότης αὐτοῦ.

(83) Ms. sensu contrario habet ἀοράτως.

Digitized by Google

Τὸ δὲ, «Πλῆρες κεράσματος,» ὅλη ἡ Θεότης, τὸ γλυκὺ κέρασμα, τὸ εὐφραῖνον τὰς καρδίας ἡμῶν τῶν πιστευόντων εἰς αὐτόν· πλήρης γὰρ Θεότητος ἀκράτου, ἤγουν ἀδόλου ἡ ἀνθρωπότης αὐτοῦ.

ρογ'. Τὸ δὲ, «Ἔκλινεν ἐκ τούτου εἰς τοῦτο,» ἦλθε σαρκωθεὶς εἰς τὸ ἔθνος τῶν Ἰουδαίων, ἵνα διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ γνωρίσῃ τὴν ἔνδον ἄκρατον θεότητα [δι' ἧς ἐποίησε σημεῖα καὶ τέρατα ἔμπροσθεν αὐτῶν· ἐκεῖνοι δὲ φθόνῳ βαλλόμενοι, ἔλεγον· Ἐκ μαγείας ποιεῖ αὐτά (84)]. Εἶτα ἰδὼν ὁ Πατὴρ ὅτι ἀπιστοῦσι τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ Υἱῷ, καὶ ὅτι ἐθανάτωσαν αὐτόν· αὐτὸς ὁ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὸ ποτήριον κρατῶν, ἤγουν τὴν χάριν αὐτοῦ, ἐκ τοῦ ἔθνους τῶν Ἰουδαίων ἦρε, καὶ Ῥωμαίοις παρέδωκεν. «Πλὴν ὁ τρυγίας [ἤγουν τὸ ἔσχατον τῆς ὀργῆς] αὐτοῦ οὐκ ἐξεκενώθη.» Ἔκλινε τὸ Εὐαγγέλιον αὐτοῦ ἐκ τῶν Ἰουδαίων εἰς τὰ θεοφόρητα ἔθνη, ὁμοίως τοὺς ἀποστόλους καὶ τὸ πανάγιον Πνεῦμα· καὶ ἅπασαν τὴν χάριν καὶ γνῶσιν τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν ἐκένωσεν εἰς ἡμᾶς. Πλὴν ὁ τρυγίας αὐτοῦ οὐκ ἐξεκενώθη· ὥσπερ ἡ τρυγία τοῦ οἴνου ἐν πίθῳ οὐκ ἐκκενοῦται, οὕτω τὸ γράμμα τὸ νομικὸν ἀνενέργητόν ἐστι καὶ ἀνωφέλητον. Τρυγία γὰρ ἡ ἐλπὶς τῶν Ἰουδαίων ἐστίν· ἔτι γὰρ πάσῃ τῇ γῇ σκορπισθέντες, πίνουσιν ἐν τῇ τρυγίᾳ τὴν πλάνην, προσδοκῶντες τὸν Ἀντίχριστον.

ροδ'. Ἐπιφάνιος λέγει· Εἰπέ μοι, παρακαλῶ, ποταπὴν ἑρμηνείαν βεβαίαν ἔχει καὶ τοῦτο, «Κτηνώδης ἐγενήθην παρά σοὶ, κἀγὼ διὰ παντὸς μετά σου;» Ὁ Μακάριος εἶπεν· Ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ λέγει ὁ Προφήτης, διὰ τὸ γενέσθαι ἄνθρωπον τὸν σὺν Πατρὶ ὄντα ἀΐδιον Λόγον καὶ Θεόν· ἄνθρωπος γὰρ ὀνομάζεται κτῆνος Θεοῦ λογικόν. Ἐπεὶ οὖν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐγένετο ἄνθρωπος τέλειος, λέγει πρὸς τὸν Πατέρα, Εἰ καὶ ἄνθρωπος, φησὶν, ἐγενήθην παρὰ σοὶ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων, ἀλλὰ τῇ θεότητί εἰμι διαπαντὸς μετὰ σοῦ. Ἐπιφάνιος εἶπεν· Τίνα ἑρμηνείαν ἔχει τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου, «Μὴ βαττολογήσητε ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑμῶν, ἀλλ' ὡς ἐδιδάχθητε, οὕτω προσεύχεσθε;» Ὁ Μακάριος λέγει· Βαττολογία ἐστὶν, ὅταν τις ἑστὼς ἐν τῇ προσευχῇ οὐ λέγει· Κύριε, ἥμαρτον, συγχώρησόν μοι, καὶ ἐλέησόν με, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια· ἀλλ' ἀντὶ τούτων λέγει τῷ Θεῷ· Κύριε, μερίμνησόν μοι φαγεῖν καὶ πιεῖν καὶ πλουτεῖν, ἵνα χαίρωμαι εἰς τόνδε τὸν κόσμον, σωματικῶς ἀπολαύων τῆς σαρκικῆς ἡδονῆς. Τοῦτό ἐστι βαττολογία, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Ὁ δὲ Θεὸς οὐκ ἀγαπᾷ οὕτως ἡμᾶς προσεύχεσθαι, ἀλλὰ ζητεῖν πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ἡμῖν.

Filius hominis; ipso dicente: «Pater, in manus tuas commendo spiritum meum [35].» Quod autem dicitur: «Calix plenus misto,» intellige totam Deitatem, quæ suave mistum est, quod exhilarat corda hominum in Deum credentium: plena namque meræ ac simplicis Deitatis humanitas ejus est.

173. Quod deinde subjungitur: «Inclinavit ex hoc in hoc,» ita sonat: Venit per incarnationem ad gentem Judaicam, ut sic latentem intus meram divinitatem, per quam patrabat signa ac prodigia, coram ipsis notam faceret. At illi, invidia stimulati, arti magicæ hæc attribuenda dicebant. Postea cum animadverteret Pater, in infidelitate illos persistere, nolentes ullo modo fidem adhibere unigenito Filio suo, imo et mortem ei machinatos esse; quem manu tenebat calicem, gratiam, inquam, suam, a gente Judaica ablatam, transtulit ad Romanos. «Verumtamen fæx,» sive extremum iræ illius, «non est exinanita:» Evangelium quidem suum, uti et apostolos et Spiritum sanctum a Judæis ad gentes, illa accipere paratas, deferri voluit; omnemque gratiam et inspiratarum divinitus Scripturarum intelligentiam in nos effudit: verumtamen fæx ejus non est exinanita. Quemadmodum enim fæx quæ in cado est non exhauritur, sic legale verbum inutile ipsis et inefficax manet. Fæx quippe spes est Judæorum: nam in præsentia quoque per orbem universum dispersi, ex fæce illa errorem hauriunt crassissimum, quo adventum Antichristi anxie exspectant.

174. Quis autem, quærit porro Epiphanius, istius loci genuinus sensus est: «Ut jumentum factus sum apud te, et ego semper tecum [36]?» Personæ Christi, ait sanctus Andreas, istic loci mentionem facit Propheta: quia nempe ille, qui sempiternus cum Patre Deus divinumque Verbum est, humanam induit naturam: homo siquidem jumentum Dei, ratione præditum, appellatur. Cum igitur Filius Dei perfectus homo factus sit, ita quodammodo Patrem alloquitur: Tametsi extremis hisce temporibus homo factus sum coram te, nihilominus ratione divinitatis semper tecum sum. Iterum Epiphanius: Qui explicas, inquit, istam Domini sententiam: «Orantes autem nolite multum loqui; sed uti docti estis, ita orate [37]?» Multiloquium est, reponit Andreas, cum quis ad orandum paratus, non dicit: Domine, peccavi; dimitte delicta mea, et miserere mei, atque alia his similia; sed contra sic Deum alloquitur: Domine, curam gere mei, ut cibo, potu, divitiis abundem, ut vitam in hoc mundo læte transigam, ut carnis voluptatibus affluam. Ista et istorum similia multiloquium sunt. Deus sane non isto nos modo instituere orationem vult, sed primum quæri regnum Dei et justitiam ejus, et hæc omnia adjicientur nobis.

[35] Luc. XXIII, 46. [36] Psal. LXXII, 23. [37] Matth. VI, 7.

(84) Iterum ms. Vatic., ἐκεῖνοι ἠπίστησαν, ἐποίησε σημεῖα καὶ τέρατα ἔμπροσθεν αὐτῶν· ἐκεῖνοι ὑπέλαβον ἐκ μαγείας αὐτὸν ταῦτα πεποιηκέναι.

Digitized by Google

CAPUT XXII.

Cæteræ quæstiones ab Epiphanio propositæ, et ab Andrea apte solutæ.

A 175. Epiphanio rursum interroganti, plusne aliquid, ad naturam quod attinet, habeant dæmones, quam angeli beati, hunc in modum respondit beatus Andreas: Eadem quæ angelis, dæmonibus quoque est natura, hoc solo duntaxat discrimine intercedente, quod angeli, incontaminati purissimique, dæmones vero, luridi, atri, tenebricosi, peccatis sordidi ac maledicti sint: quod angeli multo lumine coruscent, dæmones autem tenebris circumfundantur: quod illi ipsum lumen, hi ipsæ tenebræ videantur. Quantum denique inter hominem justum et peccatorem, tantum inter angelum et dæmonem interest. Porro autem percunctanti Epiphanio, ubinam sanctorum animæ modo sint, respondit Andreas in paradiso esse, B contemplantes bona illa, quæ post terribilem illam corporum resurrectionem hæreditario jure possessuræ sunt: si enim non excitentur veneranda illorum corpora, animæ solæ non poterunt præparatis istic gaudiis integre frui.

ροε'. Ἐπιφάνιος λέγει· Τί περισσὸν κέκτηνται οἱ δαίμονες ἐν τῇ φύσει αὐτῶν ὑπὲρ τοὺς ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ; Ὁ Ὅσιος λέγει· Τοιαύτη καὶ τοῖς δαίμοσιν ὑπάρχει· ἓν δὲ μόνον χωρίζει αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, ὅτι οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ εἰσιν ἄσπιλοι καὶ καθαροὶ, οἱ δὲ δαίμονες ἄγριοι, μαῦροι, ζοφώδεις, ἁμαρτωλοὶ, καὶ ἐπικατάρατοι· οἱ ἄγγελοι ἀστράπτουσιν, οἱ δαίμονες ζοφώζουσιν· ἐκεῖνοι φῶς, οὗτοι σκότος· εἴ τι δὲ διαφέρει ἁμαρτωλὸς δικαίου, τοῦτο διαφέρει καὶ δαίμων ἀγγέλου. Ἐπιφάνιος εἶπεν· Αἱ ψυχαὶ τῶν ἁγίων ποῦ εἰσιν ἀρτίως; Ἔφη ὁ Ἅγιος· Αἱ ψυχαὶ τῶν ἁγίων ἐν τῷ Παραδείσῳ εἰσὶν, καὶ βλέπουσιν ἃ μέλλουσιν ἀγαθὰ κληρονομεῖν μετὰ τὴν φρικτὴν ἐκείνην τῶν σωμάτων ἐξανάστασιν. Ἐὰν γὰρ μὴ ἐγερθῇ τὰ τίμια αὐτῶν σώματα, αἱ ψυχαὶ μόναι ἀπολαῦσαι οὐ δύνανται τῶν ἐκεῖ ἡτοιμασμένων αὐτοῖς ἀγαθῶν.

176. Epiphanius post hæc: Quæ notio subest, inquit, illi Salomonis effato: « Dominus condidit me initium viarum suarum in opera sua [38]? » Certe hic periit Arius, sustinens Filium Dei creaturam esse. Andreas respondit: Humana Filii Dei natura ita loquitur per os sapientissimi Salomonis, Dominum ac Deum vocans Patrem, qui ante initium rerum exstitit. Dicit namque: Dominus condidit me hominem in extremis temporibus, principium viarum novæ gratiæ et legislatorem. Christus enim per se principium est sa- C lutis, principium misericordiæ, principium charitatis, principium signorum novæ legis, principium doctrinarum, præceptorum, mansuetudinis et pacis. Ipse Dominus, vere Deus et homo exsistens, principium est continentiæ, virtutis omnis et honestatis. Nam quælibet virtus, quæ homines ad paradisum cœlestem adducit, via appellatur a sacra Scriptura: et Christus, quoad humanam naturam, omnis viæ, quæ per virtutem teritur, veluti caput est et summa; futurus etiam, quæ alibi est, caput Ecclesiæ: propterea quod ipse in primis viam omnem, quæ ad vitam ducit æternam, secuit paravitque, uti suavissimus ac pulcherrimus legislator. Atque illa quidem quoad effatum: « Dominus condidit me initium viarum suarum. »

ρος'. Ἐπιφάνιος εἶπεν· Τί ἑρμηνείαν ἔχει, « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ; » Ἐν ταύτῃ γὰρ τῇ ῥήσει ἀπώλετο Ἄρειος, κτίσμα εἶναι ὑπολαβὼν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Ὁ Ἅγιος ἔφη· Ἡ ἀνθρωπότης τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦτο λέγει τῇ σοφίᾳ τοῦ Σολομῶντος [Κύριον καὶ Θεὸν αὐτὴ καλεῖ τὸν προάναρχον Πατέρα (85)]· Κύριος γὰρ, φησὶν, ἔκτισέ με εἰς ἄνθρωπον ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων, ἀρχὴν ὁδῶν τῆς νέας χάριτος καὶ νομοθέτην. Καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἀρχὴ σωτηρίας ὑπάρχει, ἀρχὴ ἐλεημοσύνης, ἀρχὴ ἀγάπης, ἀρχὴ σημείων τῶν ἐν τῇ νέᾳ χάριτι, ἀρχή τε διδαγμάτων, νομοθετημάτων, πραότητος καὶ εἰρήνης. Αὐτὸς ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἄνθρωπος, ἀρχὴ ἐγκρατείας, καὶ πάσης ἀρετῆς καὶ σεμνότητος· πᾶσα γὰρ ἀρετὴ (86), ὅση εἰσάγει εἰς τὸν παράδεισον τοὺς ἀνθρώπους, ὁδὸς ὀνομάζεται παρὰ τῆς θείας Γραφῆς· πάσης ὁδοῦ νοητῆς ὁ Χριστὸς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα πέφυκεν ὥσπερ κεφαλὴ, καὶ τῆς ἀλλαχοῦ Ἐκκλησίας ἑτοιμάζεται, ἐπειδὴ αὐτὸς ἐν πρώτοις πᾶσαν ὁδὸν ἔτεμεν τὴν ἀπάγουσαν εἰς τὴν ζωὴν καὶ εἰς τὸν παράδεισον, ὡς νομοθέτης ἡδὺς καὶ πανωραῖος. Καὶ τοῦτο μὲν τὸ, « Ὁ Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ. »

D 177. Nunc vero illud, quod in eadem Scriptura mox subjicitur: « Ante sæcula fundavit me, » attentis auribus excipe. Æternam et ante sæcula fuisse generationem, istic significatur, cujus fundamentum Patris æterni Verbum est; primum quidem quia genitus est ex Patre suo Filius unigenitus Verbum divinum: eoque posito fundamento, im-

ροζ'. Τὸ δὲ, « Πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με, » πρόσεχε. Ἐνθάδε τὴν ἄχρονον γέννησιν ὑποσημαίνειν ἠνοίξατο, καὶ ὅτι πρὸ πάντων αἰώνων ἐκτίσθη. Ἔχει δὲ θεμέλιον τοῦ Πατρὸς τὸν Λόγον· πρῶτον μὲν ὅτι ἐγεννήθη ἐκ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ ὁ μονογενὴς καὶ Λόγος Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐτέθη θεμέλιος, καὶ τότε αἰὼν ἐπὶ τῷ θεμελίῳ ἐκτίσθη. Πρόδηλον ἦν, ὅτ

[38] Prov. VIII, 22.

(85) Hæc ita reddit ms. Vatic. Κύριον δὲ καλεῖ τὸν προάναρχον Πατέρα καὶ Θεόν φημι δι' ἑαυτοῦ καὶ μάλα.

(86) Hinc usque ad ultimum versum hujus numeri καὶ τοῦτο μὲν, desiderantur in ms. Mazar.

Digitized by Google

ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ τοὺς αἰῶνας συνέχει· εἰ μὴ γὰρ A αὐτὸς ἐτέθη θεμέλιος, οὐδαμοῦ εἶχον σύστασιν τὰ κτίσματα πάντα. Λέγει γὰρ ὁ ἀπόστολος Παῦλος, ὅτι « Ἐν αὐτῷ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα ἐκτίσθη, καὶ δι' αὐτοῦ. » Τὸ μὲν, « ἐν αὐτῷ, » λέγει αὐτὸν θεμέλιον· τὸ δὲ, « δι' αὐτοῦ, » σημαίνει ὅτι ὁ Λόγος ὢν τοῦ Πατρὸς, ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς ἐξήρχετο ἀῤῥεύστως, καὶ τῶν κτισμάτων τὴν ποίησιν εἰργάζετο· ὥστε αὐτὸς ἦν καὶ θεμέλιος, καὶ κτίζων ἐπὶ ἑαυτοῦ τὰ σύμπαντα· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ σύστασις τῶν ὁρατῶν καὶ τῶν ἀοράτων· διὰ τοῦτό φησι, « Πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με· » καὶ ὁ Ἀπόστολός φησιν· « Ἕκαστος δὲ βλεπέτω πῶς ἐποικοδομεῖ, θεμέλιον γὰρ παρὰ τὸν κείμενον ἕτερον κτισθῆναι οὐ δύναται, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός. »

positum deinde sæculum est. Manifestum est igitur, Verbum divinum omnia omnino sæcula complecti. Quod si ipsum rationem fundamenti non haberet, jam nec haberent creaturæ universæ, ubi consisterent. Dicit quippe apostolus Paulus : « In ipso et per ipsum creata sunt omnia [39]. » Ubi quod dicitur : « in ipso, » Verbum esse fundamentum, indicat ; illud autem : « per ipsum, » commonstrat quod, cum Verbum Patris sit, ex ipso Patre citra corruptionem exiverit, rerumque omnium creationem perfecerit; adeo ut ipsum sit et fundamentum et conditor universorum : cum ipsum tam quæ videntur, quam quæ non videntur sustentet omnia. Hinc dicitur : « Ante sæcula fundavit me. » Et Apostolus : « Unusquisque autem videat, ait, quomodo superædificet : fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, Jesus Christus [40]. »

ροη'. Ἐπιφάνιος λέγει· Πῶς καὶ ἐν τούτῳ Ἄρειος B κατεστράφη; Ὁ Ἅγιος εἶπεν· Ἀκούων ὁ ἄθλιος τὸ, « Ὁ Κύριος ἔκτισέ με, » οὐκ ἐνόησεν ὅτι περὶ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ λέγει, ἀλλ' ἐνόησεν ὅτι περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ τοῦτο ἐλέχθη· καὶ οἶμαι συναπαχθεὶς τῇ φρενοβλαβείᾳ τῶν δαιμόνων, εἰς ἄνοιαν ἐξέπεσεν· οὐ γὰρ ἐφρόνει τὸν Χριστὸν διπλοῦν εἶναι, Θεὸν καὶ ἄνθρωπον, ἀλλὰ μοναπλοῦν τοῦτον στοιχειώσας καὶ δεινὰ φαντασθεὶς, εἰς κτίσμα καὶ ποίημα τὸ Θεῖον κατήγαγεν.

178. Moxque Epiphanius : Quomodo autem per locum prædictum subversus est Arius? Et Andreas : Miser ille, cum audisset : « Dominus condidit me, » non animadvertens, de humana Filii Dei natura id intelligendum esse, deitati applicare voluit. Atque ego quidem mihi persuadeo, hominem diabolico furore correptum, in hanc dementiam incidisse, quia duplicem in Christo naturam, humanam scilicet ac divinam, admittere recusans, unam simplicemque duntaxat statuendam per gravem illusionem docuit, referendo Deitatem in ordinem creaturarum.

ροθ'. Ἐπιφάνιος εἶπεν· Τί λέγει, « Ὁ Θεὸς, ἐν τῷ ὀνόματί σου σῶσόν με, καὶ ἐν τῇ δυνάμει σου κρινεῖς με; » Ὁ μακάριος ἔφη· Ἡ κρίσις αὕτη καθολική ἐστι πάσης ἀνθρωπότητος, μᾶλλον δὲ τῆς C Ἐκκλησίας ὑπάρχει πρὸς τὸν Θεὸν ἡ παράκλησις· βοᾷ γὰρ αὕτη διὰ στόματος τοῦ Προφήτου πρὸς τὸν Ὕψιστον, λέγουσα· Ὁ Θεὸς, δίκην ἔχω μετὰ τοῦ διαβόλου καὶ τῶν εἰδώλων αὐτοῦ· καταπονεῖ γὰρ τυραννῶν με τῇ πονηρίᾳ αὐτοῦ, ἀλλ' ἐλθὲ σαρκωθεὶς, ὀνομάσθητι Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ πιστεύσω· ἐν τῷ ὀνόματί σου σῶζόν με, πλήρωσόν σου πᾶσαν οἰκονομίαν, θανατώθητι δι' ἐμὲ, ἐγέρθητι, ἀναλήφθητι, κάθισον ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς, πέμψον μοι τὸν Παράκλητον διὰ τῶν ἀποστόλων σου, καὶ λύσεις τὴν δίκην μου, καταβαλεῖς τὰ εἴδωλα, συντρίψεις τοὺς βωμοὺς, κωλύσεις τὰς αἰσχρὰς θυσίας, ἀποδώσεις μοι τὰ ἔθνη τὰ ὑπουράνια, καὶ ἐν τῇ δυνάμει σου κρινεῖς με, διακρινεῖς μοι ἀγαθὰ ἐν τῇ διακρίσει γινώσκειν σε, καὶ τὰς ἐντολάς σου τηρεῖν, D καὶ φυλάσσειν μετὰ σοῦ ζωκρὰ (87) προστάγματα.

179. Et Epiphanius : Quid sibi vult illud : « Deus, in nomine tuo salvum me fac, et in virtute tua judica me [41]? » Andreas ait : Judicium hic generale, quod omnibus impendet hominibus, intelligas licet : nisi malis mecum dicere, precationem illam Ecclesiæ esse, ad Deum altissimum clamantis per os prophetæ : Viden', o Deus, quam anceps mihi cum diabolo, me oppressam tyrannide male multaturo, cumque idolis ejus certamen sit? Tu vero age, carnem indutus humanam huc adsis : dulcissimum Jesu Christi nomen, in quo fidem et fiduciam omnem reponam, assume. In nomine tuo salva me; quidquid in carne obiturus es, adimple ocius; pro me mortem obi, a mortuis resurge, ascende in cœlos, ad dexteram Patris conside, unde et Spiritu paracleto per apostolos tuos me imperti : ita tandem prælium nostrum dirimes, idola dejicies, aras comminues, turpia et profana sacrificia impedies, subdes mihi gentes quæ sub cœlo sunt, et in virtute tua judicabis me : judicio tuo mihi bona tribues, ut in judicio tuo cognoscam te, ut servem salutaria mandata tua, et exsequar omnes voluntates.

ρπ'. Ὄνομα οὖν Ἰησοῦς ὁ Χριστός· δύναμις, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ζητεῖ οὖν Ἐκκλησία πρὸς τὸν Πατέρα, λέγουσα· Ὁ Θεὸς, ἐν τῷ Χριστῷ Ἰησοῦ

180. Nomen itaque est Jesus Christus; virtus vero, Spiritus sanctus. Sic appellat igitur Patrem æternum Ecclesia, dicens : O Deus, in Christo

[39] Rom. XI, 36. [40] I Cor. III, 10. [41] Psal. LIII, 3.

(87) Ζωκρὰ *salutaria* verti, quamvis vocem hanc alibi nusquam invenerim : nec enim aptiorem sensum dare ei potui : deest tamen in Mazar.

Digitized by Google

Jesu salvum me fac, et in sancto Spiritu tuo largire mihi discretionem. Discretio namque commonstrat homini omnem viam bonam, nec patitur ipsum a recto viæ tramite aberrare. Illa principem inter cæteras virtutes locum obtinet; utpote ex qua charitas, ex charitate vero misericordia nascitur. Illa denique omne opus bonum producit, ac in primis quidem benignitatem erga alios, tum aversionem ac detestationem scelerum, humilitatem quoque suos exaltantem, pacem denique et mansuetudinem. Illa ipsa discretio Spiritus sancti quasi mens est; quæ cum semel in animo hominis recepta, istic sibi sedem delegit, suavissime afficit facultates illius spirituales. Quid porro est discretio illa? attendesis. Expendit æqua lance cogitatum omne: quodque salubre comperit, et residere in animo et executioni mandari, permittit: quod vero noxium putidumque est, expellit ex animo, et tanquam funda jactum procul excutit.

σῶσόν με, καὶ τῷ Πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ διάκρισίν μοι δώρησαι. Ἡ γὰρ διάκρισις δεικνύει τῷ ἀνθρώπῳ πᾶσαν ὁδὸν ἀγαθὴν, καὶ οὐκ ἐᾷ αὐτὸν ἐν ὁδῷ ὑποσκελίζεσθαι· πρωτεύει γὰρ πάντων τῶν ἀρετῶν αὕτη· ἐκ ταύτης γὰρ γεννᾶται ἡ ἀγάπη, ἐκ δὲ τῆς ἀγάπης ἡ ἐλεημοσύνη· ὥστε ἡ διάκρισις φυτεύει πᾶσαν ἀγαθοεργίαν, προχέουσα πρῶτον καρπὸν τὴν εὐποιίαν, ἔπειτα τὴν ἀκακίαν, καὶ τὴν ὑψοποιὸν ταπείνωσιν, τὴν εἰρήνην, τὴν πραότητα. Ἡ διάκρισις γὰρ νοῦς ἐστι τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ ὅταν χωρηθῇ εἰς διάνοιαν ἀνθρώπου τοῦ μένειν, ἡδυτέρως αὐτοῦ ποιεῖ τοῖς αἰσθητηρίοις τοῖς νοητοῖς διακεῖσθαι. Τί δέ ἐστι διάκρισις; [ἄκουσον· Διάκρισίς ἐστιν] ἡ ἅπαν νόημα ζυγοστατοῦσα, καὶ ὅσον ὑγιὲς εὕρῃ, δίδωσιν κατέχειν τὴν διάνοιαν καὶ ποιεῖν· ὅσον δὲ σαθρὸν, ἐκτρέπει τῆς διανοίας καὶ σφενδόνης δίκην μακρὰν ἀποῤῥίπτει.

181. Epiphanius autem interrogare pergens: Quid, inquit, sanctus Paulus assertum vult per illud: « Omne peccatum extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat[44]? » Et respondens Andreas: Omne aliud peccatum, ait, in anima versatur, excepta fornicatione, quæ ad corpus attinet: ex latere enim Adami formata est mulier, ut duo unum corpus forent. Omne igitur peccatum extra corpus est: seu, uti jam memini, non corpore, sed anima, sed mente, sed spiritu committitur. Etenim et mendax, et perjurus, et famæ alienæ qui detrahit, aut aliud quidpiam patrat sceleris, ex verbis suis aliquam capit voluptatem: solus fornicator corpore suo peccatum perficit. Quemadmodum autem sus, qui volutatur in cœno, non coinquinat interius carnem suam, sed exterius duntaxat pellem sordibus ac fœtore inficit: ita et fornicator, qui in cubilibus atque impudicitiis perpetuo versatur, corpus pariter et animam fœde commaculat: sicque dæmoniis invisibilibus ludibrium ac risus fit. Cæterum quando in corpus suum peccat, non suum tantummodo corpus, sed mulieris etiam quacum peccat, turpiter conspurcat. Viro qui uxorem, et mulieri quæ maritum habent, proprium corpus non est: viri quippe corpus arbitrio uxoris subest; et similiter mulieris corpus in potestate mariti est, ut non amplius duo sint, sed una caro. Si mulier itaque fornicatur, in corpus mariti peccat: si vero maritus, peccat in corpus suum, quod est uxor; sic et alter in alterius peccant corpora, quando non se ipsos, sed alienos adamant; utpote qui ambo maritalem torum turpi flagitio dehonestant. Hac igitur de causa, « Omne peccatum extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat; » ac sordescit corpus ejus, instar suis in stercore volutati, et anima instar dæmonis fœtere incipit: cumque cætera peccata tenebris quibusdam involvunt animam, fornicatio insuper turpe fœtidumque efficit corpus.

ρπα'. Ἐπιφάνιος εἶπεν· Τί λέγει ὁ ἅγιος Παῦλος, ὅτι « Πᾶσα ἁμαρτία ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν· ὁ δὲ πορνεύων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει; » Ἔφη ὁ Ὅσιος· Πᾶσα ἄλλη ἁμαρτία ψυχική ἐστιν· ἡ δὲ πορνεία σωματική ἐστιν· ἐκ γὰρ τῆς πλευρᾶς τοῦ Ἀδὰμ ᾠκοδομήθη ἡ γυνὴ, ὥστε οἱ δύο ἓν σῶμά εἰσιν. Πᾶσα οὖν ἁμαρτία ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστι, τουτέστιν οὐ τῷ σώματι πράττει, ἀλλὰ τῇ ψυχῇ, καὶ τῷ νοΐ, καὶ τῷ πνεύματι, ὡς προέφην. Καὶ γὰρ ἐκ στόματος τὴν ἡδονὴν καρποῦται ὁ ψεύστης, ἢ ὁ ἐπίορκος, ἢ ὁ κατάλαλος, ἢ ὁ ἑτέραν τινὰ ἀνομίαν ἐργαζόμενος· μόνον δὲ ὁ πορνεύων τῷ ἰδίῳ σώματι συντελεῖ τὴν ἁμαρτίαν. Ὥσπερ ὁ χοῖρος, ὅταν κυλισθῇ ἐν βορβόρῳ, οὐ τὰ ἔνδον αὐτοῦ μολύνει, ἀλλὰ τὴν ἔξω αὐτοῦ πᾶσαν δορὰν σικχαντὴν καὶ βρωμώδη ἀπεργάζεται· οὕτω καὶ ὁ πορνεύων, κοίταις καὶ ἀσελγείαις ἑαυτὸν ἀναμιγνύων, σικχαντὸν αὐτοῦ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ἀπεργαζόμενος, οὕτος πορεύεται γέλοιον τοῖς ἀοράτοις δαίμοσιν ἀναφαινόμενος. Λοιπὸν εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει, μιαίνων αὐτό· οὐκ αὐτὸ δὲ μόνον, ἀλλά γε καὶ τὸ τῆς γυναικὸς εἰς ὃ περιπλέκεται. Ἀνὴρ γυναῖκα ἔχων, καὶ γυνὴ νόμιμον ἄνδρα ἔχουσα, οὐκ ἔχουσι τὰ ἑαυτῶν σώματα ἴδια· τοῦ ἀνδρὸς γὰρ τὸ σῶμά ἐστι τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ τῆς γυναικός ἐστι τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, ὥστε οὐκέτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ σὰρξ μία. Ἐὰν οὖν ἡ γυνὴ πορνεύσῃ, εἰς τὸ σῶμα τοῦ ἀνδρὸς ἁμαρτάνει· ἐὰν δὲ ὁ ἀνὴρ ἁμαρτήσῃ, εἰς τὸ ἴδιον σῶμα τῆς γυναικὸς ἁμαρτάνει· οὕτως οὖν εἰς τὰ ἑαυτῶν σώματα ἁμαρτάνουσιν, ὁπηνίκα οὐχ ἑαυτῶν ἐρῶνται, ἀλλὰ τῶν ἀλλοτρίων, ὡς ἀμφότεροι τὴν ἰδίαν κοίτην μιαίνοντες. Διὰ τοῦτο γὰρ πᾶσα ἁμαρτία ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν· ὁ δὲ πορνεύων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει, ὥσπερ χοῖρος ἐν κόπρῳ κυλινδούμενος, καὶ γίνεται αὐτοῦ τὸ σῶμα σικχαντὸν, καὶ ὀζομένη ψυχὴ αὐτοῦ, ὥσπερ δαίμονος· καὶ πᾶσα μὲν ἁμαρτία δεινῶς τὴν ψυχὴν ζοφώδη, ἡ δὲ πορνεία δυσώδες καὶ αἰσχρὸν τὸ σῶμα ἀπεργάζεται.

[44] I Cor. VI, 18.

Digitized by Google

ρπβ'. Ἐπιφάνιος εἶπεν· Τίνα λέγει τὸ Εὐαγγέλιον μαμωνᾶν; Ὁ Ἅγιος εἶπεν· Μαμωνᾶς ἐστιν ὁ ὢν τελώνης, καὶ ἅρπαξ, καὶ πλεονέκτης, ὁ κατεσθίων τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν καὶ ὀρφανῶν ἀδίκως, κατὰ δυναστείαν τούτοις ἐπεμβαίνων· καὶ μαμωνᾶς λέγεται ὁ τῆς πλεονεξίας δαίμων, ὁ εἰς τὸ πάθος τοῦτο ὠθῶν. Ὁ Ἐπιφάνιος λέγει· Τί λέγει τὸ εἰρημένον· « Οἱ υἱοί σου ὡς νεόφυτα ἐλαιῶν κύκλῳ τῆς τραπέζης σου; » Ὁ Μακάριος εἶπεν· Βλέψον, ἀγαπητέ μου, εἰς τὰ ἅγια θυσιαστήρια ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς φρικτῆς λειτουργίας, καὶ θέασαι κύκλῳ τῆς τραπέζης τοὺς υἱοὺς τοῦ Θεοῦ μετὰ λαμπάδων ἑστῶτας, ὡς νεόφυτα ἐλαιῶν ἐν ἀμπελῶνι· τοὺς νεοφωτίστους λέγω ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς ἱερουργίας, ὥσπερ ὡραῖα φυτὰ μεταφυτευθέντα ἀπὸ σκότους εἰς φῶς. Τούτους γὰρ ἔχων ὁ Προφήτης κατὰ νοῦν, ταῦτα εἴρηκεν.

A 182. Epiphanio, post hæc interroganti, quis in Evangelio dicatur per mammona, respondet Andreas, eo nomine venire publicanos, rapaces, avaros, eosque omnes, qui viduarum ac orphanorum facultates injuste auferunt et absumunt, iisque sibi dignitates atque imperia comparant. Venit etiam eodem nomine dæmon avaritiæ, qui sordida divitiarum cupiditate homines inflammat. Rursum quærenti Epiphanio, quid esset intelligendum istud Psalmistæ oraculum : « Filii tui sicut novellæ olivarum in circuitu mensæ tuæ [63], » rursum tale responsum dedit beatus Andreas : Flecte oculos, charissime, cum sacrosanctum missæ sacrificium peragitur, ad sacrum altare; et respice in circuitu mensæ filios Dei, lampadibus instructos, uti novellas olivarum in vinea consistentes; eos, inquam, qui recenter per sacrum baptisma tempore sacrificii divini, instar plantarum pulcherrimarum translati fuerunt a tenebris ad lucem. Illi enim sunt, quos animo versabat Propheta, cum oraculum istud protulit.

ρπγ'. Ἐπιφάνιος εἶπεν· Τίνα ἑρμηνείαν ἔχει τὸ ὑπὸ τοῦ Ἡσαΐου εἰρημένον· « Οἱ δὲ νεκροὶ ζωὴν οὐ μὴ ἴδωσιν, οὐδὲ ἰατροὶ οὐ μὴ ἀναστήσωσιν; » Ἰσχυρῶς γὰρ ἡμῖν πείθουσιν αἱρετικῶν παῖδες, λέγοντες μὴ εἶναι ἀνάστασιν νεκρῶν. Ὁ Μακάριος λέγει· Ὁ Ζεὺς καὶ Ἀπόλλων, καὶ ὁ Ἑρμῆς, καὶ ὁ Κρόνος, ἡ Ἥρα καὶ ἡ Ἄρτεμις, καὶ πᾶς ὁ κατάλογος τῶν εἰδώλων, νεκροὶ ὀνομάζονται καὶ τυφλοί· τούτους γὰρ νεκροὺς ἀποκαλεῖ ὁ Προφήτης· λίθοι γὰρ καὶ χρυσὸς καὶ ἄργυρος οὔτε ἔζησαν, οὔτε ζήσονται τὸ σύνολον· ἄψυχα γὰρ ταῦτα καὶ νεκρὰ πεφύκασιν· διὸ καὶ οἱ Ἕλληνες ὡς ἰατροῖς οὖσι τὸ δοκεῖν, πλανώμενοι, τούτοις προσήρχοντο, θυσίας αὐτοῖς σπένδοντες. Αὐτῶν οὖν βλέπων ὁ Προφήτης τὸ ἄψυχόν φημι καὶ ἀναίσθητον τῶν εἰδώλων, ὡς ἰατροῖς προσεπέλαζον τὰ πλανώμενα ἔθνη, οὕτω πως περὶ αὐτῶν τροπωσάμενος ἔφη ὁ Προφήτης· Οἱ δὲ νεκροὶ ζωὴν οὐ μὴ ἴδωσιν, τουτέστιν, οἱ θεοὶ τῶν Ἑλλήνων, οἱ λίθινοι καὶ ξύλινοι, ἀργυροῖ καὶ χρυσοῖ, καὶ ὀστράκινοι καὶ χαλκοῖ, ὕλη νεκρὰ ὄντες· οὔτε ἰατροί, οἱ αὐτῶν ζώδονες (88), ὑπὸ Χριστοῦ συντριβέντες, οὐκέτι ἀναστήσονται.

B 183. Iterum quærit Epiphanius : Quid tandem illud est, quod Isaias pronuntiavit : « Mortui autem vitam non videbunt, neque medici suscitabuntur [64]? » Vehementer enim conantur persuadere nobis hæreticorum sectatores non fore mortuorum resurrectionem. Atque iterum respondit quærenti beatus Andreas : Jupiter, Apollo, Mercurius, Saturnus, Juno, Diana, cæteraque falsorum deorum turba, mortui cæcique, uti sunt, sic et appellantur a propheta; lapides quippe et aurum et argentum, neque vixerunt unquam neque victura sunt omnino, cum et inanimata et vita prorsus destituta sint. Hinc et gentiles, quibus dii isti medicorum loco erant, turpiter decepti sunt, cum illos veneraturi et sacrificiis honoraturi accesserunt. Ad C hosce igitur vita sensuque carentes deos seu idola, quos deceptæ ac delusæ gentes cum veneratione adibant, respiciens propheta, ita pronuntiavit : Mortui autem, id est, dii gentium, lapidei, lignei, argentei, aurei, testacei atque ænei, cum materia spiritus expertes sint, vitam non videbunt : nec medici, dii scilicet iidem, quos ut vitæ datores colunt, a Christo contriti, ullo unquam tempore resuscitabuntur.

ρπδ'. Ἐπιφάνιος εἶπεν· Τί ἑρμηνεύει, « Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας; » Ὁ Ἅγιος εἶπεν· Ὁ λίθος οὗτος ὁ Χριστός ἐστιν· ἀπεδοκιμάσθη δὲ ὑπὸ γραμματέων καὶ πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐγένετο κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας τῶν ἐθνῶν, ἥτις λέγεται γωνία· γωνία δὲ λέγεται, ὅτι οὐ τὸ πᾶν τοῦ κόσμου εἰς τὸν Χριστὸν πεπίστευκεν, ἀλλὰ μόλις τὰ ἐπίσημα γωνίᾳ ἀπεικασμένα τῶν Ἑλλήνων ἐθνῶν, οἵτινές ἐσμεν ἡμεῖς οἱ Χριστιανοί. Ἐπιφάνιος εἶπεν· Τί ἑρμηνεύει, « Ἐκεῖ ἐξανατελῶ κέρας τῷ Δαυΐδ, ἡτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου; » Ὁ Μακάριος λέ-

184. Porro cum diceret Epiphanius, Istum mihi locum interpretare : « Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli [65], » illam dedit interpretationem beatus Andreas : Lapis iste Christus est, qui reprobatus a Scribis et D senioribus populi Judaici, factus fuit caput Ecclesiæ gentium : quæ angulus appellatur, propterea quod non universus, qua patet, orbis, sed vix notabilis, si cum tota gentilitate compareter, pars, quæ ex nobis Christianis constituitur, in Christum crediderit. Tum istius quoque loci Psalmorum : « Ibi suscitabo cornu David, paravi lucer-

[63] Psal. CXXVII, 3. [64] Isa. XXVI, 14. [65] Psal. CXVII, 23.

(88) Similiter Ζώδονες, *vitæ datores*, dici conjecto.

Digitized by Google

nam Christo meo[66], » explicationem flagitante Epiphanio, hanc subjunxit beatus Andreas: Cornu quidem suscitavit Deus Davidi, nempe, ut perspicuum est, Christum ex beatissima Virgine. Lucernam vero paravit Pater misericordiarum Christo Filio suo, videlicet beatum Prodromum Joannem.

γει· Κέρας μὲν ὁ Θεὸς ἐξανέτειλε τῷ Δαυΐδ, πρόδηλον ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου τὸν Χριστόν· λύχνον δὲ ἡτοίμασεν ὁ Πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν τῷ Χριστῷ καὶ Υἱῷ αὐτοῦ, τὸν μακάριον Ἰωάννην τὸν Πρόδρομον.

185. Denique rogat Epiphanius istius solutionem sententiæ: « Testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis[67]. » Illamque in hunc modum dedit Andreas: Spiritus sanctus de Domino Jesu Christo testimonium perhibet, ita asseverante ipso Domino discipulis suis: « Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, ille testimonium perhibebit de me[68]. » Unde perspicue patet, quod dixi, testimonium Domini Spiritum sanctum esse. Idem bellissime indicat, quod in Jordane peractum est mysterium: istic enim, uti et in monte Thaboreo, idem sanctus Spiritus testimonium de Filio dixit. Quoniam itaque testimonium Domini vocatur Spiritus sanctus, licebit parvulorum nomine apostolos intelligere: qui prius quam sancti Spiritus gratia corroborati essent, mente ac virtute parvuli erant, utpote admodum imperfecti. At vero cum post gloriosum Domini ascensum in cœnaculo considerent apostoli, descendens Paracletus Spiritus reddidit homines, pridem illitteratos ac piscatores, omnibus rhetoricæ atque aliarum artium scientia quam excellentissimis longe sapientiores, nulla pro dato munere mercede recepta, præter sincerissimam fidem atque gloriæ divinæ desiderium. Potest quoque dicta sententia referri ad parvulos istos, qui ramis palmarum instructi occurrentes Domino, multis illum præconiis laudarunt atque extulerunt: nec enim sapientibus populi ac scribis illud agendi facultas fuit, quod isti nullius æstimationis parvuli, Spiritu sancto edocti, gloriose operati sunt.

ρπε'. Ἐπιφάνιος εἶπεν· Τίνα λύσιν ἔχει, « Ἡ μαρτυρία Κυρίου πιστή, σοφίζουσα νήπια; » Ὁ Ἅγιος ἔφη· Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστι τὸ μαρτυροῦν περὶ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ· αὐτὸς γὰρ ὁ Κύριος λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· « Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ Πατρός μου, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ ὁ κόσμος οὐ δύναται λαβεῖν, ὅτι οὐ θεωρεῖ αὐτὸ, ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ. » Δηλονότι ἡ μαρτυρία Κυρίου τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστιν. Τὸ αὐτὸ ἐνόησε καὶ τὸ ἐν Ἰορδάνῃ μυστήριον· ἐκεῖ γὰρ ὁ Παράκλητος τὸν Υἱὸν ἐμαρτύρησεν, ὡσαύτως καὶ ἐν τῷ Θαβωρίῳ. Ἐπεὶ οὖν μαρτυρία Κυρίου τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὀνομάζεται, ἔξεστι νοῆσαι νήπια τοὺς ἀποστόλους, οἵτινες πρὸ τοῦ δέξασθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον νήπιοι ταῖς φρεσὶν ἐτύγχανον, διὰ τὸ ἀτελεῖς τούτους ὑπάρχειν. Ὅτε οὖν ἐν τῷ ὑπερῴῳ μετὰ τὴν σωτήριον ἀνάληψιν ἐκαθέζοντο οἱ ἀπόστολοι, καὶ κατελθὼν ὁ Παράκλητος, τοὺς πρώην ἀγραμμάτους καὶ ἁλιεῖς ὑπάρχοντας σοφωτέρους ῥητόρων καὶ ἁπάντων τῶν ἐν φρονήσει θαυμαζομένων ἀπέδειξεν, οὐδὲν παρ' αὐτῶν εἰς ἀντιμισθίαν δεξάμενος, ἢ πίστιν εἰλικρινεστάτην καὶ πόθον. Δύναται δὲ ὁ λόγος εἰς τὰ νήπια ἐκεῖνα ἀναφέρεσθαι, ἅπερ μετὰ βαΐων ὑπαντῶντα, τὸν Κύριον εὐφήμουν καὶ ἐδόξαζον· καὶ γὰρ οἱ σοφοὶ καὶ οἱ γραμματεῖς οὐ συνῆκαν ποιῆσαι τοῦτο, τῶν ἐλαχιστοτάτων νηπίων ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος σοφισθέντων.

186. Tam prolixo in multam noctem detenti colloquio Andreas atque Epiphanius, tandem alter ab altero discesserunt: et Epiphanius quidem domum se suam contulit, admirans cum stupore animi sapientiam atque intelligentiam, quæ processerat ex ore beati viri; atque ita reputabat secum ac loquebatur, fieri nullo modo posse, ut quis tam dextere ac congruenter veræ fidei, tam abstrusa in medium proferat, nisi præsenti ope Dei adjutus. Beatus vero Andreas consuetum sibi morem obtinens, exercitationibus, quas tempore nocturno obire solebat, sese accinxit.

ρπς'. Ταῦτα τοῦ μακαρίου Ἀνδρέου μετὰ Ἐπιφανίου ὁμιλήσαντος, ἑσπέρας ἤδη βαθείας οὔσης, ἀφ' ἑαυτῶν ἀνεχώρησαν· καὶ ὁ μὲν Ἐπιφάνιος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἐπορεύθη, φρίττων καὶ ξενιζόμενος τὴν σοφίαν καὶ τὴν σύνεσιν τὴν ἐξελθοῦσαν ἐκ τῶν χειλέων τοῦ Μακαρίου· ἔλεγε γὰρ ὅτι Ἐπ' ἀληθείας οὐδεὶς δύναται ταῦτα οὕτως ἐν εὐθύτητι λαλεῖν, εἰ μὴ ᾖ ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ· ὁ δὲ μακάριος Ἀνδρέας πάλιν κατὰ τὸ σύνηθες ἐν τοῖς τῆς νυκτὸς ἀγῶσιν ἐπησχολεῖτο, τὰ ἐξ ἔθους ἐργαζόμενος.

CAPUT XXIII.

Impurissimi peccatoris mors infelix præmonstrata Andreæ; et hujus eximia erga inimicos charitas piæ mulieri manifestata.

187. Beatissimus itaque Andreas, ludens aliquando more hominis non satis sui compotis, in ambulatione porticus publicæ, quæ appellatur Mau-

ρπζ'. Ἐν μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν τοῦ Μακαριωτάτου παίζοντος ἐν τῷ περιπάτῳ τοῦ δημοσίου ἐμβόλου τοῦ λεγομένου Μαυριανοῦ, ἔτυχε τοῦ γενέσθαι αὐτὸν

[66] Psal. CXXXI, 17. [67] Psal. XVIII, 8. [68] Joan. XV, 26; XIV, 17.

Digitized by Google

ἐπὶ τὴν λιθίνην πόρταν, ἐκνεύσαντα τῆς δημοσίας. A Ἦν δὲ ἡ ἡμέρα, καθ' ἣν τοῦ μεγάλου μάρτυρος Θύρσου ἡ διὰ Κύριον ἐπετελεῖτο ἄθλησις. Ὡς οὖν εἴρηται, πλησίον τῆς λιθίνης πόρτας γενέσθαι αὐτὸν, ὁρᾷ, καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπός τις ἐκ τοῦ μαρτυρίου τοῦ Ἁγίου ὑποστρέφων, ἀπῄει εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ· ἦν δὲ ὅλος μέλας καὶ ζοφώδης· πλῆθός τε δαιμόνων ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ ὄπισθεν πορευομένων, καὶ κατεγέλων τραγῳδίαν τινὰ περὶ αὐτοῦ· ὀρχούμενοι δὲ ἔλεγον· Οὗτος τέως ἡμῶν ἐστιν. Οἱ δὲ λοιποὶ ἀνταποκρινόμενοι πρὸς τὴν κατάληξιν, ἔλεγον· Ἰδοὺ κερδάνομεν αὐτὸν ὁμόσωμον καὶ ὁμότροπον, καὶ οὐκ ἔστιν ἀντίῤῥησις περὶ αὐτοῦ οὐδενός· ὅλος γὰρ ἡμῶν ἐστιν. Ταῦτα μὲν ἔλεγον περὶ αὐτοῦ, καὶ ἄλλα πολλὰ, ἃ οὐκ ἐξὸν γράφειν, καὶ εἷλκον τὸν ἐλεεινὸν εὐφραινόμενοι· γνώσαντες γὰρ ἦσαν τῇ B αὔριον ἐκδημεῖν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ σώματος, καὶ διὰ τοῦτο ηὐφραίνοντο εἰς τὴν ἀπώλειαν αὐτοῦ.

A riani (89), atque inde deflectens, forte devenit ad portam Lapideam. Agebatur autem dies, quo magnus Christi martyr Thyrsus (90) consummaverat certamen martyrii. Illo igitur die ad portam, uti dictum est, Lapideam accedens Andreas, conspicit hominem quemdam, e memorati martyris templo egredientem, domum sese conferre, omni ex parte nigrum ac tenebricosum: ingens hominem turba dæmonum præcedebat, sequebatur ingens; eaque deridendo et saltitando non lætam sane tragœdiam agens exclamabat: Hic nostræ modo potestati subditus est. Quibus alii statim succinentes respondebant: Ecce illum, moribus ac fœditate nobis simillimum lucrifecimus: nec est qui nobiscum de ulla ipsius parte contendere ausit: B totus quippe, quantus quantus est, noster est. Atque hæc quidem, præter alia plurima, quæ hic describere nihil attinet, jactabant dæmones, raptabantque misellum hominem exsultabundi, quia noverant luce postera e corpore migraturum; sicque interitus hujus illorum gaudium fuit.

ρπη'. Ὁ δὲ Μακάριος ἑστὼς, ὡς εἶδε ταῦτα, ἐν λύπῃ ἐγένετο· ᾔδει γὰρ ὅτι ἅπαξ κερδάνωσιν αὐτὸν, ὡς ἐξ αὐτῆς τῆς νέας ἡλικίας πορνοκάπηλος ἦν, αἱμομιξίαις καὶ ἀσελγείαις σχολάζων· τὸ δὲ πάντων χεῖρον, ὅτι καὶ εἰς τὴν βδελυρὰν τῶν Σοδομιτῶν αἵρεσιν ὁ ἄθλιος ἐπεμαίνετο, ἀλλὰ μήτε ἐκκλησίαν γνωρίζων, εἴτε κοινωνίαν, εἴτε εὐχὴν πώποτε δεξάμενος, ἀλλ' οὔτε τι τῶν πνευματικῶν ἠπίστατο, ἀλλὰ πάντα σαρκικὰ, πάντα δαιμονικά· πάντα γὰρ τὰ αὐτοῦ ἄσωτα, καὶ δεινὰ, καὶ σατανικὰ ἐχρημά- C τιζεν, πάντα τὸν βίον αὐτοῦ μετὰ πορνῶν, καὶ μεθυόντων, καὶ κιθαρῳδῶν ἀνήλισκεν, τούτους τερπόμενος. Ὡς δὲ ἐπορεύετο ὁ ἐλεεινὸς ἐπὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, ἠκολούθησεν ὁ Δίκαιος ὄπισθεν, θέλων ἰδεῖν ποῦ μένει· καὶ ὡς ἔμαθε, τῇ ἐπαύριον ἦλθεν ἐν τῇ οἰκίᾳ, πόῤῥωθεν ἑστὼς, βουλόμενος ἰδεῖν τὰ συμβάντα αὐτῷ. Εὗρε δὲ αὐτὸν ἐν τῇ παγίδι τοῦ θανάτου ζωγρηθέντα καὶ κείμενον, καί τινα ἄσχημα ἔθη εἰσπράττοντα. Ἦσαν δὲ ἐκεῖ πλεῖστοι τῶν ἰδίων, χάριν ἐπισκέψεως ἐληλυθότες, καὶ ἕτεροι πολλοὶ ἱστάμενοι, ἐθρήνουν αὐτόν. Ἐπεὶ δέ τινα δεινὰ ἐκεκράγει καὶ αἰσχρὰ, οὐκ αὐτὸς, ἀλλ' ὁ κερδήσας αὐτὸν διάβολος. Ἐθεώρει δὲ ὁ Δίκαιος τὸν Σατανᾶν ὥσπερ μῦς, ποτὲ δὲ ὡς ὄφις, ἢ ὡς ἔχιδνα ἐκχέειν, D καὶ ἐξῄει ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ κράζων διὰ τῶν ὀργάνων τοῦ ἐλεεινοῦ, ποτὲ μὲν ὡς γάττα, ποτὲ δὲ ὡς κύων, ἢ ὡς χοῖρος. Ἀφίει δὲ τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐν τῷ ἀφεδρῶνι αὐτοῦ, τῆς κόπρου αὐτοῦ ἀπογευόμενος· ἀπὸ γὰρ τοῦ πολλοῦ κλόνου ἠρέμει ἐν τῇ τοῦ θανάτου προσεγγίζων τομῇ. Οὕτως οὖν ὁ ταλαίπωρος παραδειγματιζόμενος, καὶ αἰσχύνη τοῖς πᾶσι φανεὶς, πικρὸν τὸ τέλος ἀπηνέγκατο· καὶ γὰρ οὔτε ἐξέκλινεν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ πώποτε, ἀλλ' ὀρθοβα-

188. Stans itaque Andreas et contemplatus triste spectaculum, magnam animo mœstitiam concepit: noverat enim, jam pridem potestati dæmonum traditum fuisse, quod jam inde a juvenili ætate in lupanari versans, fornicationibus atque incestuosis libidinibus finem nullum imposuisset; quodque detestandum magis, in nefandam Sodomitarum hæresim ac rabiem furore tam insano ferebatur miser, ut neque ecclesiam nec sacros C cœtus precationis causa unquam adiret, nec ullam rerum spiritualium, carnalium vero et diabolicarum omnium maximam haberet notitiam: omnia enim, quæ actitabat, libidinem, nequitiam, peccatum olebant; totam vitam cum scortis, cum temulentis, cum citharœdis, quorum consuetudine delectabatur, consumebat. Abeuntem igitur miserum hunc domum suam pone secutus est Andreas, observaturus quo in loco domicilium suum haberet: quod ubi didicisset, rediit eodem sequenti die; atque eminus consistens, quid obventurum esset contemplabatur. Reperit autem in primis ipsum, laqueo jam mortis constrictum, turpia quædam quibus assueverat exprimentem: reperit et frequentem tam propinquorum, qui visendi causa conflu- D xerant, quam aliorum turbam, omnes moribundum lamentis et planctibus prosequentes: reperit denique et Satanam, qui per ægroti organa terribilem atque absurdum clamorem ciebat, quique modo muris, modo anguis, modo viperæ specie per os exibat, ac multum vociferans, nunc felis, nunc canis, nunc porci vocem æmulabatur. Nonnunquam manum suam in secretas corporis partes immittens, extracta inde stercora ore degustabat:

(89) Ms. Vatic., τὰ Μαριανοῦ: male. Scribendum erat Μαυριανοῦ. Agit autem de hoc urbis tractu seu palatio Cangius, lib. II, cap. 16, de Domibus insignibus, n. 52.

(90) S. Thyrsus martyr colitur 14 vel 24 Decemb. a Græcis, a Latinis vero 28 Januarii, quando de eo egimus: ejus autem Martyrium Menæa collocant in Helenianis, quas ædes, vico toti nomen dantes, in foro Theodosii sitas fuisse docet Cangius, lib. II, cap. 5, n. 5.

Digitized by Google

jam enim præ vehementia concussionis tantæ con- A ticuerat, angustiis vicinæ mortis oppressus. Atque hoc modo miser ille, præsentibus omnibus exemplum confusionis propositus, acerbo tandem fine vitam terminavit, anima nusquam ad diverticula deflectente, sed recta properante ad barathrum inferni, ubi in sempiternis tenebris et vinculis indissolubilibus perennatura erat.

τοῦσα πρὸς τὸν πυθμένα τοῦ ᾅδου παρεγένετο, ἐν τῷ αἰωνίῳ σκότει ἐκεῖσε δεσμευθεῖσα ὀξύτατα.

189. Sepulto dein cadavere, convenerunt frequentes ad uxorem demortui, consolandi causa; cumque incideret sermo de perditis illius vita moribusque, aliis quidem dictitantibus tam effusæ ipsum petulantiæ fuisse, ut si quam forte mulierem, sive innuptam, seu prostitutam, seu matrimonio junctam conspicatus esset, non effugeret manus hominis libidinosi, quoad intemperantiam suam diabolicam explesset; aliis vero, nugatorem, loquacem et adulterum insignem fuisse contendentibus; tandem uxor ipsa narrare instituit, quomo- B do a matrimonii sui primordio nunquam pedem in ecclesiam intulisset, nunquam orationem fudisset, nunquam frontem cruce signasset, communicasset nunquam: quomodo denique apud scorta pernoctare consuevisset: Si quando autem inde revertentem ego, inquiebat, vel verbulo interpellarem, confestim expedito in caput meum infelix baculo, verberibus sævire non desinens, quidquid poterat molestiæ ac doloris inferebat. Cum interim sera actorum pœnitentia illum subiisset nudius tertius, venissetque ad me cubitum, jamque una dormituri decumberemus, solito mansuetiorem nacta, variis cœpi monitionibus urgere: tum interroganti, quid sibi faciendum mandarem, respondi: Ut luce crastina concedamus una ad sancti Thyrsi, cujus me- C moria solemnis agitur, ut istic sacrosancto missæ sacrificio intersimus, ut salutifera Christi mysteria communicemus, et gratia divina illustrati sanctius reliquam vitam transigamus, ut denique tandem aliquando vel unico die Christianum agas: fortassis benignus Dominus salutarem sui timorem animo tuo immissurus est, quo stimulatus, vitæ præteritæ delicta expiare, insuper et justitiæ opera exercere studeas; ut sic ambo ad vitam ingredi æternam mereamur. Hæc ille mea monita se opere completurum recepit.

ρπθ'. Ταφέντος οὖν τοῦ σώματος αὐτοῦ, καί τινων παραγενομένων πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ χάριν παραμυθίας, καθεζόμενοι ἐκίνουν λόγον περὶ τοῦ βίου αὐτοῦ, ὁποῖος ἦν χαλεπός· καὶ οἱ μὲν ἔλεγον, ὅτι ὅπου γυναῖκα ἐθεάσατο, εἴτε ἄγαμον, εἴτε παλλακίδα, εἴτε ὕπανδρον, εὐθέως οὐ διέδρα ἀπὸ τῶν χειρῶν αὐτοῦ, μέχρις ἂν τοῦ διαβόλου τὴν ἐπιθυμίαν εἰργάσατο· ἄλλοι ἔλεγον, ὅτι φλύαρος ἦν, καὶ γλωσσώδης, καὶ μοιχὸς σφόδρα. Ἡ δὲ γυνὴ αὐτοῦ διηγήσατο περὶ αὐτοῦ, ὅτι ἀφ' οὗ συνεζεύχθη αὐτῷ οὐδέποτε ἐκκλησίαν ἐγνώρισεν, οὔτε προσηύξατο, οὔτε σταυρὸν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐποίησεν, οὔτε ἐκοινώνησεν, ἀλλ' ἀεὶ διανυκτερεύων εἰς τὰ πορνεῖα· εἰ δὲ ἐνθάδε ἐγένετο, ἢ ἅπαξ τι ἐλάλησα, τὴν ῥάβδον ἐκ τοῦ ἀτυχεστάτου μου σώματος οὐδόλως κατέφερεν, ἀλλὰ πάντα δεινά μοι κατειργάζετο. Ἐν οἷς τῇ πρὸ χθὲς κατανυγέντος αὐτοῦ (91), καὶ ἐν τῇ κλίνῃ μου γεγονότος πρός με, ἡμερωθείσης τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, ὡς ἐκαθεύδομεν, ἠρξάμην νουθετεῖν αὐτόν. Κἀκεῖνος ἔφη μοι, Καὶ τί θέλεις ποιήσω, εἰπέ μοι. Λέγω αὐτῷ· Θέλω ἵνα τῇ αὔριον ἀπέλθωμεν εἰς τὸν ἅγιον Θύρσον, καθότι ἐστὶν ἡ μνήμη αὐτοῦ, καὶ ἵνα μείνωμεν ἐκεῖσε τῇ ἁγίᾳ λειτουργίᾳ, ὅπως κοινωνήσαντες τῶν ζωοποιῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων, καὶ φωτισθέντες ἁγιασθῶμεν, ταπεινέ, καὶ γένῃ Χριστιανὸς κἂν μίαν ἡμέραν· καὶ ἴσως Κύριος ὁ Θεὸς ἐμβαλεῖ εἰς σὲ τὸν φόβον αὐτοῦ, καὶ σπουδάσῃς ἀπαλλαγῆναι τῶν προημαρτημένων σου, ἐπικτίσῃς δὲ καὶ ἔργα δικαιοσύνης, καὶ οὕτω δυνησώμεθα εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωήν. Ὁ δὲ συνέθετό μοι οὕτω ποιῆσαι.

190. Ut ergo illuxit, sancti martyris Thyrsi templum adivimus, ingressique, ego mox orare institui, ille omnia irridere; non inclinatione capitis, quasi oraturus, sanctum martyrem dignari; non imaginem sancti salutare; sed remissis consistere D manibus, atque irridere, uti dictum est, alios, preces suas Deo offerentes. At ego, finita precatione mea, ad ipsum conversa: Quid hic astas, inquam, infelix, non aliter quam brutum animal? cur saltem Dominicæ crucis signum fronti tuæ non imprimis? Quid ita vanus ac profanus Judæorum te more in loco sacro geris? Si minus Deum times, homines saltem reverere; accede igitur, et, ut te monui, adora. Tum ille: Ostende, ait, quid adorem. Et ostendi ego venerandam sancti martyris iconem, dicens: Hanc adora. Quibus ille

ρϟ'. Πρωΐας δὲ γενομένης, ἐπορεύθημεν ἐν τῷ πανσέπτῳ ναῷ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Θύρσου, καὶ ὡς εἰσήλθομεν ἔνδον, ἐμοῦ προσευχομένης, ἵστατο μωκίζων, καὶ οὔτε τὴν κεφαλὴν ἔκλινεν εἰς τὸ γόνυ τοῦ προσκυνῆσαι τῷ ἁγίῳ μάρτυρι, ἀλλ' οὔτε τὴν σφραγῖδα τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ ἐν τῷ προσώπῳ ἐποίησεν, ἢ τὴν εἰκόνα τοῦ Ἁγίου ἀσπάσασθαι, ἀλλ' ἵστατο κεχαλασμένας ἔχων τὰς χεῖρας, καὶ μωκίζων τοὺς προσευχομένους Θεῷ. Ὡς δὲ ἐτέλεσα τὴν εὐχήν, στραφεῖσα λέγω πρὸς αὐτόν· Τί ἵστασαι ὥσπερ ζώδιον ἄψυχον, ταλαίπωρε, καὶ οὐ ποιεῖς κἂν τὴν σφραγῖδα τοῦ Δεσπότου Θεοῦ ἐν τῷ προσώπῳ σου, ἀλλὰ παντελῶς ἐματαιώθης, ἐλεεινέ, καὶ ἵστασο ὥσπερ Ἰουδαῖος; οὐ φοβεῖ σὺ τὸν Θεόν, κἂν τοὺς ἀνθρώπους αἰσχύνθητι, καὶ πορευθεὶς πρόσευξαι ὡς εἶπόν σοι. Λεγέι ἐκεῖνος· Τίνι προσεύξο-

(91) Ms. Vatic. interponit: Τῷ δικαίῳ αὐτοῦ καὶ νοερῷ ὄμματι φαινόμενος: quæ in ms. Maz. desiderantur: ubi tamen mox ingens hiatus occurrit post has voces, καὶ ὄπισθεν πορευομένων, usque ad medium num. 191 et hæc verba: Ἐν οἷς τῇ πρὸ χθὲς κατανυγέντος αὐτοῦ.

Digitized by Google

μαι, δεῖξόν μοι. Ἐγὼ δὲ ἔδειξα αὐτῷ τοῦ ἁγίου μάρτυρος τὴν τιμίαν εἰκόνα, φήσασα, Ἐνθάδε πρόσευξαι. Ὡς δὲ ταῦτα ἤκουσεν, ἐβδελύξατο τὴν εἰκόνα, καί φησιν· Καὶ τίς ἡ ταύτης δύναμις περίεστιν, ἀψύχῳ οὔσῃ, καὶ ἀναισθήτῳ, ματαία πλάνη τῶν ἀναισθήτων; Τί γὰρ ὠφελεῖ αὕτη, Σοὶ λέγω, τοῖχε, βοήθησόν μοι; Τοῦτο εἰρηκὼς ὁ πανάθλιος καὶ θορηθεὶς, δρομαίως τῆς ἐκκλησίας ἐξῆει.

ρλα'. Ἐγὼ δὲ φοβηθεῖσα τὴν εἰς τὸν Ἅγιον βλασφημίαν, ἠρξάμην παρακαλεῖν τὸν Ἅγιον φείσασθαι τοῦ μιαρωτάτου τὴν ἀναισθησίαν, καὶ μὴ ἀποδοῦναι αὐτῷ τὴν βλασφημίαν αὐτοῦ· καὶ αἴφνης ἁρπαγέντος τοῦ νοός μου ὡς πρὸς τὴν εἰκόνα τοῦ μάρτυρος, ἀκούω λεγούσης πρός με· Ἐγὼ μὲν συμπαθῶ, ἀλλ' ὁ Θεὸς ὠργίσθη αὐτῷ, καὶ οὐκ ἀνέχεται· αὔριον γὰρ ἐκέλευσε ῥιζοτομηθῆναι αὐτὸν, ἵνα ἐξολοθρευθῇ ἐκ γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ, καὶ γνώσεται ἐν τῷ ἀσβέστῳ πυρὶ, ὅτι ἀληθής ἐστιν ἡ δόξα τῶν τοῦ Θεοῦ γνησίων φίλων τε καὶ μαρτύρων. Μετὰ δὲ τὴν τῆς θείας λειτουργίας ἀπόλυσιν ἔνδον γενομένης μου, εὗρον αὐτὸν λάβρῳ πυρετῷ συνεχόμενον, καὶ ἐν τῇ κλίνῃ κείμενον, ὡς ἑωράκατε. Τοῦτο τῆς γυναικὸς αὐτοῦ εἰρηκυίας, τρόμος ἔλαβε πάντας τοὺς ἐκεῖσε εὑρεθέντας, καὶ ἔλεγον· Ὄντως Θεὸς οὐ μυκτηρίζεται· καὶ γὰρ ἀδιάψευστά εἰσιν αὐτοῦ τὰ δικαιώματα, καὶ τὰ κρίματα, καὶ αὐτὸς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ταῦτα μὲν, ἀγαπητοὶ, οὐ μόνον ἀπὸ τοῦ μακαρίου ἐκείνου στόματος τοῦ Δικαίου ἤκουσα, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς γυναικὸς τοῦ ταλαιπώρου ἐκείνου. Καὶ γὰρ ὠφελείας χάριν, καὶ τοῦ ἕνεκεν τοῦ φοβεῖσθαι τὸν Κύριον, καὶ φεύγειν ἀεὶ τὴν πορνείαν, καὶ τὴν μοιχείαν, καὶ τὴν μέθην, καὶ ζητεῖν ἐν νυκτί τε καὶ ἡμέρᾳ τὴν παρὰ τοῦ Κυρίου βοήθειαν, καὶ μὴ καταφρονεῖν τῶν ἁγίων μαρτύρων, καὶ τῶν τιμίων λειψάνων αὐτῶν, καὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων.

ρλβ'. Ποτὲ δὲ περιπατοῦντος τοῦ Ὁσίου ἐν τῷ δημοσίῳ φόρῳ πλησίον τοῦ κίονος, ὃν ὁ ἐν μακαρίᾳ τῇ μνήμῃ Κωνσταντῖνος ὁ ἐν ἁγίοις βασιλεὺς ἔστησεν, ἐν ᾧ φασι καὶ τοὺς τιμίους ἥλους, τοὺς ἐν τῷ ζωοποιῷ Χριστοῦ σώματι ἐμπαρέντας, ἐν τῷ ἐπάνω τούτου ἱσταμένῳ ἀνδριάντι ἐφαιδρύνατο, πρὸς δόξαν μὲν Θεοῦ, σκέπην τε καὶ φυλακτήριον τῆς βασιλευούσης πόλεως, καὶ ἰδοὺ γυνή τις, τιμίῳ Πνεύματι Θεοῦ φαιδρυνομένη, ἐν ἐκστάσει γενομένη, διανοιγέντων τῶν ψυχικῶν αὐτῆς ὀμμάτων, ὁρᾷ τὸν Μακάριον περιπατοῦντα μέσον τοῦ πλήθους, ὡς στῦλον πυρὸς ἐξαστράπτοντα, καὶ ὡς βολίδας πυρὸς εἰς τὸν ἀέρα ἐπαφιέντα καὶ αὐγάζοντα. Τινὲς δὲ μωροὶ ἐδίδοσαν αὐτῷ κόσσους, ἄλλοι δὲ κατὰ τοῦ αὐχένος ἔτυπτον· καὶ πολλοὶ βλέποντες αὐτὸν ἀηδιζόμενοι, ἔλεγον· Κύριε, μηδὲ ἐχθρὸν ἐὰν ἔχωμεν, ἵνα οὕτως αὐτῷ συμβέβηκεν. Τινὲς ζοφώδεις καὶ μέλανες δαίμονες ἐπακροώμενοι, ὄπισθεν περιπατοῦντες, ἔλεγον· Ναὶ ὁ Θεὸς εἰσακούσεται τῆς εὐχῆς ὑμῶν, καὶ μὴ

A auditis, exsecratus imaginem: Quæ, inquit, in illa virtus inest, quæ ipsa cum vita sensuque destituta sit, nihilo saniores vos turpiter decipit? Quid enim profuerit ipsi istud: Tibi dico, paries, adjuva me? Atque his dictis, consternatus animo confestim e templo se cursim recepit.

191. Ego vero, propter illam in sanctum martyrem blasphemiam exterrita, precibus ipsum placare institui, supplicans, ut parcitum insaniæ mariti vellet, et meritas pro blasphemia pœnas irrogare supersederet, cum subito, abrepta mente ad imaginem martyris, sic mecum loquentem audivi: Ego quidem commiseratione viri tui tangor, sed qui ipsi vehementer succensuit Deus, tantum scelus B non sinet impunitum: cras enim radicitus excidi jussit hominem impium, ut ne memoria quidem ejus superet in terris, tandemque in flamma inexstinguibili cognoscat, veris Dei amicis ac martyribus veram manere gloriam in cœlis. Post hæc finito sacrificio divino, domum regressa inveni maritum, febribus acerrimis correptum, in lecto; uti vos quoque eum vidistis. Talia narrante viri uxore, tremor invasit omnes, qui aderant, dicentes: Vere Deus non irridetur, cujus infallibiles sunt justificationes et judicia, redditurі unicuique secundum opera ejus. Atque isthæc, dilectissimi, non tantum ex beato sancti Andreæ ore, sed ex ipsa quoque hominis defuncti conjuge coram mihi C audita vobis enarravi, ut inde fructum aliquem capientes, in timore Dei vivere pergatis; ut fornicationem, adulterium, temulentiam ubivis locorum semper fugiatis, ut diu noctuque auxilium imploretis divinum, denique ut sanctos martyres eorumque venerandas reliquias et imagines non despiciatis.

192. Obambulabat aliquando Andreas in foro publico propter columnam, quam beatæ memoriæ Constantinus, imperator sanctissimus, sublimem erexit, impositamque columnæ statuam (92) venerandis clavis, quibus vivificum Christi corpus pertusum fuit, dicitur exornavisse, ad gloriam Dei defensionemque et conservationem regiæ civitatis. Ecce autem mulier quædam, a Spiritu divino in D exstasim rapta, apertis animæ oculis conspicit virum beatum per medias deambulare turbas, non aliter quam columnam igne coruscantem, et jacula ignita per aerem late emittentem. At insani quidam caput collumque ejus colaphis egregie onerabant; quod alii, tristes et indignantes, conspicati: Domine, inquiebant, non, si quem inimicum habemus, tam indignis cum ipso agatur modis. Quæ verba dæmones, qui pone ambulabant tenebrosi nigrique, audientes: Ita sane, inquiebant, exaudiet preces vestras Deus, non suscitaturus

(92) Cangius, lib. I, cap. 24, agens de majori ad palatium foro, quod ab Augusta matre Augustæum voluit Constantinus appellari, meminit erectæ ibidem columnæ porphyreticæ, et desuper impositæ statuæ ipsius Helenæ: cui crediderim inclusos clavos Dominicos fuisse, saltem ex vulg. traditione, quoad statua illa stetit.

Digitized by Google

alterum huic similem super terram in æternum : nemo unquam fuit, qui tanto adussit dolore corda nostra, quanto hic otiosus; qui domini sui se servituti subducens, stultum simulando, mundum illudit.

193. Atque hæc illi quidem. Mulier vero in illos, qui cædebant Andream, intuita, animadvertebat simul, istud eorum scelus a tenebricosis illis adnotari, dicentibus : Saltem isthoc solari nos potest judicium, quoniam contra jus fasque in illum verberibus sæviunt, sævientes vero non levi se scelere obstringunt : ex hoc enim capite accusandi omnino a nobis sunt in hora mortis, quod injuste electum Dei percusserunt; nec est quod salutem sperent. Audiens autem hæc divinitus Andreas, verbo unico omnem eorum fraudulentiam elusit, atque ita cum ipsis expostulavit : Non est vestrum isthoc cædentium me factum adnotare; ego enim rogavi Dominum meum admirabilem, ut ne statuat illis peccatum quod me verberant; et ignorantia eorum, in quem sæviant non cognoscentium, locum veniæ reliquit.

194. Hos viri sancti ad tenebricosa dæmonia institutos sermones cum percepisset prædicta mulier, sublatis in altum oculis, cernit portam cœli adaperiri, turbamque illac pulcherrimarum hirundinum effundi, quarum medium tenebat locum permagna et nive candidior columba : quæ cum hirundinibus ad beatum Andream delabens, olivæ ramum, aureis insignem floribus, portabat ore; et alloquens ipsum more hominum : Accipe, dicebat, hunc oleæ ramum, quem tibi omnipotens Pater et Dominus Sabaoth specimen paradisi sui mittit, non alia de causa, quam quod misericors et benignus sis, quemadmodum et ipse est : ecce igitur magis magisque in dies te glorificabit Dominus, et exaltabitur nomen ejus sanctum in te, quia judicasti, nulli illos peccato obnoxios esse, qui verberando quotidie de te pessime merentur. His dictis Andreæ capiti insedit columba, tota colore argenteo nitida, excepto dorso, quod auri fulgore coruscabat; oculi vero ut gemmæ pretiosæ rutilabant; pedes colore purpureo tincti erant; caput cruce florea insigniebatur; in circuitu denique hirundines modulabantur concentu vario.

195. Hic enimvero obstupuit vehementer devota illa mulier, tandemque a spectaculo sibi reddita, nihil eorum quæ viderat potuit enarrare aliis, secumque ita solummodo loquebatur : Deus immortalis, quot bonitas tua in terris luminaria, homines, inquam, sanctitate conspicuos, habet, quamvis passim ignoti lateant! Et conata sæpius visa sua communicare cum aliis, exponere nequivit, virtute quadam occulta prohibente, et trepidationem injiciente : unde deinceps, volens nolens, rem admiratione dignissimam involvere silentio com-

A ἐγείρῃ εἰς τὸν αἰῶνα ἄλλον τοιοῦτον ἐπὶ τῆς γῆς· οὐδεὶς γὰρ κατέκαυσεν ἡμῶν τὰς καρδίας, ὡς ἀκαμάτης οὗτος· μὴ βουλόμενος γὰρ κάμνειν τὰ ἔργα τοῦ κυρίου αὐτοῦ, μωρὸν ἑαυτὸν προφασισάμενος, παίζει τὸν κόσμον.

ρπγ'. Ταῦτα μὲν οὕτως ἔλεγον· ἑώρα δὲ ἡ γυνὴ τοὺς τύπτοντας τὸν Δίκαιον, ὅτι ἐσημειοῦντο οἱ ζοφώδεις ἐκεῖνοι, καὶ ἔλεγον· Κἂν τοῦτο τὸ κρίμα ἔχωμεν εἰς παραμυθίαν, ὅτι ἀδίκως αὐτὸν οὗτοι τύπτοντες ἔχουσιν ἁμαρτίαν· πάντως γὰρ αὐτοὺς τῆς τοιαύτης προφάσεως καταδικάζομεν αὐτοὺς ἐν τῇ ὥρᾳ τοῦ θανάτου αὐτῶν, ὅτι ἐκλεκτὸν τοῦ Θεοῦ ἔτυπτον ἀδίκως, καὶ οὐκ ἔστι σωτηρία ἐν τούτοις. Ἀκούων δὲ ταῦτα ὁ Μακάριος πνεύματι θείῳ, [ἑνὶ λόγῳ τὰς πανουργίας αὐτῶν ἔλυε (93)] καὶ ἐδικάζετο αὐτοῖς B λέγων· Οὐκ ἔστιν ὑμῖν σημειοῦσθαι ταῦτα· ἐγὼ γὰρ παρεκάλεσα τῷ φοβερῷ Δεσπότῃ μου μὴ ἡγεῖσθαι αὐτοῖς εἰς ἁμαρτίαν τούτου ἕνεκα ὑπὲρ ὅσον με τύπτουσιν, καὶ ἡ ἄγνοια τόπον αὐτοῖς ἀπολογίας δίδωσιν.

ρπδ'. Ὡς οὖν ταῦτα ἤκουσεν ἡ γυνὴ ὁμιλοῦντα μετὰ τοῖς σκοτεινοῖς ἐκείνοις, ὁρᾷ εἰς ὕψος, καὶ ἰδοὺ ὥσπερ πύλη ἀνεῳγυῖα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐξ αὐτῆς ἐξιὼν πλῆθος χελιδόνων τερπνῶν, μέσον δὲ αὐτῶν περιστερὰ ὡς χιών, μεγάλη σφόδρα, καὶ κατῄει ἅμα ταῖς χελιδόσιν ἐπὶ τὸν Μακάριον, κάρφος ἐλαίας χρυσίου στίλβον βαστάζουσα ἐν τῷ στόματι αὐτῆς, καὶ ἀνθρωπίνως διαλεγομένη τῷ Μακαρίῳ καὶ λέ- C γουσα· Δέξαι τοῦτο τὸ κάρφος, ὅτι ὁ παντοκράτωρ Πατὴρ καὶ Κύριος Σαβαὼθ σοι ἐκ τοῦ παραδείσου ἀπέστειλε γνώρισμα, διὰ τὸ εἶναί σε οἰκτίρμονα καὶ φιλάνθρωπον, ὃν τρόπον οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων ἐκεῖνος καθέστηκεν· ἰδοὺ γὰρ δοξάσει σε ὁ Κύριος ἔτι καὶ ἔτι, καὶ ὑψωθήσεται τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ ἐπὶ σοί, ἀνθ' ὧν σὺ ἔκρινας τοῦ μὴ ἔχειν ἁμαρτίαν τοὺς καθεκάστην σε τύπτοντας. Ταῦτα εἰρηκυῖα ἐκαθέσθη ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἦν ὅλη περιηργυρωμένη, καὶ τὰ μετάφρενα αὐτῆς ἐν χλωρότητι χρυσίου· οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτῆς ὡς μαργαρῖται τίμιοι· οἱ δὲ πόδες αὐτῆς ὑπῆρχον βαφῇ βασιλικῇ βεβαμμένοι, καὶ σταυρὸν ἀπὸ ἀνθέων ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς· καὶ ἦν κύκλῳ αὐτῆς πολὺς τῶν χελιδό- D νων κελαδισμός.

ρπε'. Ταῦτα ὁρῶσα ἡ γυνὴ ἐκείνη ἡ θεοσεβής, ἐξεπλήσσετο σφόδρα· ἐν ἑαυτῇ δὲ γενομένη ἀπὸ τῆς θέας ἐκείνης, οὐκέτι ἠδυνήθη εἰπεῖν τινι, μόνον δὲ καθ' ἑαυτὴν ἔλεγε (94)· Βαβαί, τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος, οἵους φωστῆρας ἔχει ἐπὶ γῆς, καὶ οὐδεὶς αὐτοὺς ἐπίσταται! Πολλάκις οὖν ἠβουλήθη τὰ ὁραθέντα αὐτῇ τισι διηγήσασθαι, καὶ παραχρῆμά τις δύναμις ἐκώλυεν αὐτήν, εἰς τρόμον ἄγουσα, καὶ λοιπὸν ἑκοῦσα καὶ ἄκουσα τὸ θαῦμα ἀπέκρυβεν. Ὅθεν ἐν μιᾷ συναντᾷ αὐτῇ ὁ Δίκαιος καὶ λέγει αὐτῇ· Φύλαττέ μου τὸ μυστήριον ἐν τῷ τέως, Βαρβάρα,

(93) Ms. Vatic., ἔλυεν αὐτῶν τὰ σημειώματα δυνάμει Θεοῦ κραταιᾷ φερόμενος.

(94) Ibidem sic legitur : καὶ ἐκπληττομένη ἔλεγε.

Digitized by Google

τοῦτο γὰρ ὄνομα αὐτῇ, καὶ μηδενὶ αὐτὸ ἐξείπῃς, A ἕως οὗ διελεύσομαι ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς ἕως τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ. Ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν εἶπεν· Κακῶς οὐ θέλω· εἰ δὲ καὶ θελήσω τινὶ διηγήσασθαι, οὐ δύναμαι, τίμιε φωστὴρ καὶ ἐκλεκτὲ Κυρίου πανθαύμαστε· κωλύομαι γὰρ ἀοράτῳ δυνάμει, καὶ εἰσέρχεται τρόμος εἰς τὰ ὀστᾶ μου, καὶ ἐν ἐμοὶ ἡ ἰσχύς μου ταράττεται.

pulsa fuit. Cum autem illi vir sanctus obviam factus esset aliquando : Cave sis, ait, o Barbara (id enim mulieri nomen erat), ne cui quæ vidisti mysteria reveles, donec pervenero in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei. Cui vicissim Barbara : Malo meo edocta secretum servo, vir venerande, Deo electe, et supra modum admirabilis : quod si etiam libido sit revelandi, facultas non adest; prohibeor enim vi quadam invisibili, tremore quodam intima ossa mea subeunte, viribusque corporis deficientibus.

CAPUT XXIV.

Epiphanius a tentatione carnis liberatus : visa Deipara protegens populum : impuri hominis hypocrisis retecta.

ρϞϛʹ. Τούτοις τοῖς τεραστίοις τοῦ θαυμασίου Ἀν- B δρέου διαπρέποντος, συνέβη Ἐπιφανίῳ πόλεμος χαλεπὸς τῆς πορνείας· φθονήσας γὰρ αὐτῷ ὁ ἐπικατάρατος Σατανᾶς, ἑκατόνταρχον δαίμονα ἀπέστειλεν αὐτῷ, ὅπως τῇ λύπῃ ἀφανίσῃ, καὶ ἐξάρῃ ἐκ γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ. Ὁ οὖν Ἐπιφάνιος ἄγαν διδαχθεὶς, ἀηδῶς εἶχε, πικρῶς συνεχόμενος, καὶ τί δρᾶσαι μὴ ἔχων, διὰ τὸ λίαν ἐπελθεῖν αὐτῷ καὶ συνταράσσειν, ἀναζητήσας, εὗρε τὸν μακάριον Ἀνδρέαν· καὶ ἅπαντα αὐτῷ ἀναθέμενος, παρεκάλει ἀπαλλαγῆναι τῆς πικρᾶς τυραννίδος τοῦ διαβόλου, καὶ μὴ παντελῶς παροραθῆναι τοῦ μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν· δεινῶς γὰρ ἔλεγε πάσχειν ἀπὸ τῆς τοῦ δαίμονος προσβολῆς.

196. Dum talibus aliisque prodigiis admirabilis Andreæ virtus magis in dies splendescit, grave bellum Epiphanio motum fuit ab intemperanti libidine. Maledictus namque Satanas, invidiæ stimulis actus, quemdam e dæmonibus suis centurionem adversus adolescentem immittit, ut immodica ejus animum tristitia lædat memoriamque e terris auferat. Hujus igitur expertus impetum Epiphanius, mœstitia et animi amaritudine conficiebatur; cumque nihil contra validas inimici aggressiones et terriculamenta haberet præsidii, reperit tandem, postquam diu quæsisset, B. Andream; quem et, aperto prius animæ totius statu, opem flagitat; videlicet ut acerba dæmonis tyrannide liberatus, non succumberet tentationi; neve despiceret se precantem, et gravissimos diaboli insultus sustinentem.

ρϞζʹ. Ὁ δὲ Μακάριος, ὄντως ἐν ἀληθείᾳ ἡδύς τε C καὶ συμπαθέστατος, οἰκτείρας αὐτὸν, ὡς ἅτε γνήσιον τέκνον, λέγει πρὸς αὐτόν· Τέκνον γλυκύτατον, ἔπαρσις ἡμῖν ἐγένετο, καὶ διὰ τοῦτο ἀπελύθη καθ' ἡμῶν ὁ δράκων, ὅπως γνωσόμεθα τὴν ἑαυτῶν εὐτέλειαν· καὶ ὅτι οὐδέν ἐστιν ἡ ἰσχὺς ἡμῶν πρὸς τὴν πονηρίαν τοῦ Σατανᾶ, ἀλλὰ τὸ πᾶν τοῦ φοβεροῦ Θεοῦ ἐστιν, εἴτε νίκη, εἴτε ἀνδρία, εἴτε προσευχὴ, εἴτε νηστεία, εἴτε ἕτερον εὑρεθῇ ἐν ἡμῖν, πάντα δωρεαὶ πεφύκασι [τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ ἡμῖν· αὐτὸς γὰρ εἶπεν, ὅτι « Ἄνευ ἐμοῦ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν· » καὶ ὅτι « Πᾶσα δικαιοσύνη ἀνθρώπου ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης ἐνώπιον Κυρίου (95) »]. Νῦν οὖν, τέκνον μου, ἐγὼ διατάττομαί σοι, καὶ ἡ ὑπακοή μου ἔργον ἀνύσει· αὔριον γὰρ πορευθῶμεν ἐν τῷ ναῷ ἁγίου μάρτυρος Ἀκακίου ἐν τῷ Ἑπτασκάλῳ (96), ἐκεῖσε γὰρ ἐλεύσομαι D κἀγὼ πνεύματι πρὸς αὐτὸν, καὶ λοιπὸν ἀμφότεροι δεηθησόμεθα μετὰ πικρῶν δακρύων, ὅπως συντύχῃ περὶ τούτου τῷ φιλανθρώπῳ καὶ ἀγαθῷ Δεσπότῃ. Καὶ οἶδα ὅτι οὐκ ἀποτύχει ὁ μεγαλομάρτυς πρὸς τὸν Κύριον διὰ τὴν γενναίαν ἄθλησιν καὶ διὰ τὸ τίμιον αἷμα, ὃ ὑπὲρ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ προθύμως ἐξέχεε, καὶ γίνεται ἡμῶν τὸ καταθύμιον παρ' αὐτοῦ καὶ ἀνα-

197. Andreas autem, vere beatus, vere suavis et misericors, Epiphanium, non secus quam proprium filium miseratus, ita alloquitur : Charissime fili, propterea quod animo elati fuimus, erupit contra nos draco infernalis ut cognita exiguitate nostra, confiteamur, nullas esse vires nostras, si cum nequissimo Satana depugnandum sit, sed omnia admirabili Deo nostro accepta referri debere; sive enim vincamus hostem, seu resistamus viriliter, seu orationibus, jejuniis, aliisve piis operibus vacemus, omnia benignissimi Dei nostri munus sunt. Ipse enim dicit : « Sine me nihil potestis facere [89] ; » et, « Omnis justitia hominis ut pannus menstruatæ coram Domino est [90]. » Nunc igitur, fili mi, præcipio tibi, et obedientia tua effectum dabit, ut luce crastina ad sacram sancti Acacii martyris ædem in Heptascalo pergas, quo et ego in spiritu veniam, supplicabimusque ambo cum lacrymis sancto martyri, ut quod a me petis beneficium, ipse tibi ab optimo nostrique amantissimo Domino consequatur. Constat vero mihi, magnum hunc martyrem repulsam non ferre a Domino, quia generoso certamine pretiosum sanguinem suum

[89] Joan. xv, 5. [90] Isa. LXIV, 6.

(95) Ms. Vatic., καὶ ἡ προθυμία ἡμῶν.
(96) Colitur sanctus Acacius 7 Maii a Græcis, a Latinis 8 Maii : de cujus in ista ecclesia corpore vide quæ ad hunc diem diximus, et Cangium, lib. IV, cap. 6, n. 2. Heptascalon vero, alias voce corrupta Paschalon, erat in X urbis Regione, juxta Navale, uti habes lib. I, c. 17, num. 2.

Digitized by Google

amore illius profundere prompto animo non dubitavit: et evenient nobis quæ desideramus; et optatam quietem recuperabimus. Quando autem ad sanctum perveneris, noli multum verbis orare, sed spiritu contrito et corde humiliato, cum lacrymis productisque ex imo pectore suspiriis, et verbis afflictionem animi testantibus, instanter supplicabis; et statim, scio, videbis gloriam Dei. Sic igitur faciendum tibi est, fili mi; et evenient quæ prædixi omnia.

198. His auditis, abjicit se Epiphanius ad venerandos Andreæ pedes, et salutatum in osculo sancto abiens reliquit. Postera autem die illucescente, contulit se ad sancti Joannis Baptistæ (97), ibique sacrificio interfuit divino; tempore vero pomeridiano sub horam septimam abiit ad sancti Acacii, B reperiensque obseratas fores, tantisper consedit in narthece (98), orans cum lacrymis afflictionis indicibus sanctissimum martyrem, ut ne votis eum suis frustratum redire domum pateretur. Dato autem ad hymnos vespertinos signo, apertisque templi valvis, primus ipse intravit, gemens ploransque et lacrymas precibus commiscens. Ubi vero propius ad arcam sancti martyris accessisset, sic ipsum alloqui exorsus est: Sanctum Dei luminare, vir Domino dilectissime, sanctitatis fragrantissimo unguento delibute, martyr plurimum admirande, miserere mei, hominis infirmi sane ac miseri, qui propter delictorum suorum multitudinem male habet, et dæmoni rapina cessit: medicare ulcera, emunda vulnera, cura plagas, et verberum cica- C trices. Aspice canem istum, intuere serpentem, attendesis lupum, et leonem illum contra me miserum frementem, festinantemque ut in profundum libidinis me demergat: ne differas auxilium tuum, dulcissime; ne me rejicias, suavissime; ne lacrymas meas amarissimas asperneris, mellifluæ: repelle a me terribili intercessionis tuæ falce omnes inimicos meos; potes enim, admirabilis Christi miles, petentibus cuncta quæ desiderant a Deo impetrare.

199. Hanc ubi fudisset cum lacrymis orationem Epiphanius, Acacii pro veritate martyrio coronati opem implorans, conspicit repente ex ipsa sancti lipsanotheca speciem promicare fulguris seque circumdare: fulguri autem calor inerat summus, D quasi beneficentiæ quæ mox secutura erat prænuntius. Rursum eodem reflectit oculos, sentitque inde egredi fragrantiam liliorum ac rosarum et pretiosissimi unguenti; et insonuit auribus vox, Audivi, inquiens, orationem tuam, sed et priusquam tu me appellares, supplicavit mihi pro te vir ille, qui Dei causa stultum induit. Vade igitur, et ego rem tibi tuam a Domino Deo exorabo: preces enim meas, ad pedes ejus venerandos accidentis, fieri non potest ut rejiciat. Sicque vox illa audiri

A παυόμεθα. Ὅταν δὲ γένῃ πρὸς αὐτὸν, μὴ χρήσῃ τινὶ βαττολογίᾳ, ἀλλὰ πνεύματι συντετριμμένῳ καὶ τεταπεινωμένῃ καρδίᾳ, καὶ δάκρυσι, καὶ βαθέσι στεναγμοῖς καὶ λόγοις θλιβεροῖς αὐτὸν ἐξιλέωσαι· καὶ εὖ οἶδα ὅτι εὐθέως ἔψῃ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ. Ναὶ τέκνον μου, οὕτω ποιήσεις, καὶ ἔσται σοι ὃν τρόπον εἴρηκα ἡ ἔκβασις.

ρλη'. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἐπιφάνιος, πεσὼν εἰς τοὺς τιμίους αὐτοῦ πόδας, καὶ ἀσπασάμενος αὐτὸν τῷ ἁγίῳ φιλήματι ἀνεχώρησεν. Πρωΐας δὲ γενομένης, ἐπορεύθη ὁ Ἐπιφάνιος ἐν τῷ ναῷ τοῦ τιμίου Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ, κἀκεῖσε τὴν λειτουργίαν B ἐσχόλασεν· περὶ δὲ τὸ δειλινὸν ἀπῄει ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Ἀκακίου· ἦν δὲ ὥρα ἑβδόμη, καὶ αἱ πύλαι τοῦ ναοῦ ὑπῆρχον ἠσφαλισμέναι, ἐν δὲ τῷ νάρθηκι προσεδρεύων δάκρυσι θλιβεροῖς ἠντιβόλει τὸν μάρτυρα μὴ κενὸν ἀποστραφῆναι. Τοῦ δὲ ξύλου κρούσαντος τοῦ ἑσπερινοῦ ὕμνου, καὶ τοῦ ναοῦ ἀνεῳχθέντος, πρῶτος εἰσῄει αὐτὸς στένων καὶ ὀδυρόμενος, καὶ τῇ δεήσει συγκιρνῶν τὰ δάκρυα. Ὡς δὲ ἤγγισε τῇ θήκῃ τοῦ μάρτυρος, τοιαῦτα πρὸς αὐτὸν τῷ πνεύματι ἀπεφθέγγετο· Φωστὴρ ἅγιε, ἀγαπητὲ τοῦ Κυρίου, ἡγιασμένε, μεμυρισμένε, μάρτυς Κυρίου πανθαύμαστε· ἐλέησόν με τὸν ἀσθενῆ καὶ ταλαίπωρον, κακῶς ἔχοντα ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν πταισμάτων, δράγματος Σατᾶν διαβόλου· θεράπευσον τὰ ἕλκη, ἀπόσμηξον τὰ τραύματα, ἴασαι τοὺς μώλω- C πας, καὶ τῶν πόνων τὰ στίγματα· ἴδε τὸν κύνα, θέασαι τὸν ὄφιν, πρόσσχες τῷ λύκῳ, τῷ λέοντι τῷ κατ' ἐμοῦ τοῦ ταπεινοῦ φρυαττομένῳ [καὶ εἰς βυθὸν ἀσωτίας κατασπᾶσαί με σπεύδοντι (99)]. Μὴ βραδύνῃ, ὁ γλυκὺς, μὴ ἀναβάλῃς, ὁ ἡδὺς, μὴ παραβλέψῃς μου τὰ αἰσχρότατα δάκρυα, ὁ μελίῤῥυτος, ἀπ' ἐμοῦ ἀπέλασον τῇ φοβερᾷ τῆς πρεσβείας σου δρεπάνῃ· δύνασαι γὰρ, οἷα θαυμαστὸς στρατιώτης τοῦ Ἰησοῦ, τοῖς αἰτοῦσι παρέχειν τὰ καταθύμια.

ρλθ'. Ταῦτα εἰρηκὼς ὁ Ἐπιφάνιος μετὰ δακρύων πρὸς τὸν τῆς ἀληθείας μάρτυρα, εὐθέως ὁρᾷ ὡς εἶδος ἀστραπῆς ἐξελθοῦσαν ἀπὸ τῆς θήκης τοῦ Ἁγίου, καὶ αὐτὸν περικυκλώσασαν· ἦν δὲ τὸ εἶδος λίαν θερ- D μότατον, ἡ γὰρ θέρμη τοῦ ἀθλοφόρου ἡ πρὸς εὐεργεσίαν ἐπιφοιτήσασα. Ὁρᾷ οὖν πάλιν, καὶ ἰδοὺ ἐκ τῆς θήκης ἐξῄει εὐωδία, ὥσπερ κρίνων καὶ ῥόδων, καὶ ὡς μύρου πολυτίμου παραπλησία, καὶ φωνὴ γέγονεν αὐτῷ λέγουσα· Ἤκουσα τῆς δεήσεώς σου· καὶ γὰρ καὶ πρὸ σοῦ ὁ διὰ Κύριον παίζων διὰ σοῦ μοι ἐνέτυχεν. Ἄπιθι οὖν, κἀγὼ περὶ τούτου τῷ Δεσπότῃ καὶ Θεῷ δεηθήσομαι· ἅψομαι γὰρ τῶν τιμίων ἰχνῶν αὐτοῦ, καὶ ἴδω εἰ παραβλέψηταί μου τὴν δέησιν. Καὶ εὐθέως ἀπέστη ἡ φωνή. Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος θαυμάσας τὴν τοῦ Ἁγίου ἐνέργειαν, ἱκέτευεν αὖθις

(97) Quatuordecim omnino ecclesias CP. S. Joannis Baptistæ Cangius enumerat. lib. IV, cap. 4, ut difficile sit divinare quænam hic designetur.

(98) Narthex, atrium ecclesiæ præliminare, de quo eruditum Commentarium scripsit Leo Allatius. De Narthece etiam agit Cangius, lib. III, cap. 18.

(9 … latic., ἐξαλείφειν ἅπαν τῇ βίᾳ τῆς φύσεως εἰ … ἐκτρέποντι.

Digitized by Google

αὐτὸν τοῦ ἐπιταχῦναι τὴν δέησιν. Θέλω γάρ, μεγαλομάρτυς τοῦ Χριστοῦ ἠγαπημένε, ἵνα τὸ πᾶν μέχρι μεσονυκτίου κατεργάσῃ τῷ δούλῳ σου, καὶ εἰδῶ σου τὸ γλυκύτατον πρόσωπον, κἂν ἐν ὁράσει τὴν χαρὰν καὶ τὴν ἀντίληψιν κομίζων μοι. Ταῦτα εἰρηκὼς καὶ ἀσπασάμενος τὴν θήκην τοῦ μάρτυρος, ἀνεχώρησεν.

desiit : et Epiphanius singularem sancti martyris apud Deum potentiam admiratus, supplicabat ei denuo, ut votorum suorum compos fieret, dicens : Magne martyr et multum Christo dilecte, rogo te, ut pollicitationes tuas ante noctis medium solvas mihi famulo tuo, et dulcissimam faciem tuam videndam exhibeas, mihi saltem per visionem suppetias ferens. Atque hæc precatus, et sacram martyris capsam veneratus, e templo discessit.

σʹ. Ὡς δὲ εἰσῆει ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτοῦ, ἐτέλεσε τὴν ἐννάτην ὥραν τῆς νυκτός, καὶ μικρὸν ἀφυπνώσαντος, ὁρᾷ εὐθέως ὄχλον τινὰ ἐπιστάντα αὐτῷ ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτοῦ λευκοφόρως, καὶ ἕτεροι ἀληθινὰ (1) φοροῦντες· μέσον δὲ αὐτῶν ὁ μάρτυς Ἀκάκιος, ὥσπερ μαργαρίτης ἀστράπτων, νέου φαιδρότητα ἔχοντα ἡλίκων, καὶ τὴν μὲν γενειάδα ἀρτίως καταστέφουσαν τὸν τίμιον πώγωνα, καί φησι πρὸς τὸν Ἐπιφάνιον· Ἤκουσα τῆς φωνῆς σου, καὶ εἶπον τῷ Δεσπότῃ περὶ οὗ ἐδεήθης μοι, καὶ εἴρηκέ μοι ποιῆσαι μετὰ σοῦ ὅσα ἂν βούλωμαι· καὶ δι' ἐμοῦ ὁ Κύριος βοήθειαν παρέχει σοι, καὶ πτήξει ὁ θλίβων σε δράκων. Ὁ δέ φησιν· Ναί, κύριέ μου. Καὶ εὐθέως ὁρᾷ σκεῦος χρυσοῦν προσενεχθὲν αὐτῷ, ἔχον εἰκόνας [τέσσαρας, μίαν μὲν] τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, ἄλλην τῆς Θεοτόκου, ἑκατέρωθεν δὲ Χερουβὶμ καὶ Σεραφίμ· ἔνδον ἐν τῷ σκεύει εἶδός τι ὡς πυῤῥαχίζον (2) εὐῶδες σφόδρα. Καὶ ὥσπερ ἐν ἁγιάσματι τοῦτο μίξας καὶ κλάσας, δέδωκε τῷ Ἐπιφανίῳ εἰρηκὼς αὐτῷ· Εἰρήνη σοι, καὶ ἀνεχώρησε σὺν πάσῃ τῇ συνοδίᾳ αὐτοῦ. Σπασθεὶς οὖν, ἔξυπνος ἐγένετο, καὶ κατανοήσας τὰ ὁραθέντα αὐτῷ, εὗρε τὸ στόμα αὐτοῦ ὡς μέλι γλυκύ, καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα αὐτοῦ πρὸς τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ, ἀπευχαριστεῖ τῷ Θεῷ τῷ οἰκτίρμονι καὶ τῷ ἁγίῳ μάρτυρι

200. Ubi vero post hæc domum regressus, in cubili se composuisset, et nona persoluta, leniter indormisceret, conspexit illico astare lecto suo turbam geminam, aliam candidi, aliam flavi coloris vestes indutam : quorum medium sanctus Acacius obtinebat locum, instar unionis fulgentissimi, juvenili admodum florentique ætate conspicuus, quanquam genæ jam barba decora vestirentur. Et conversus ad Epiphanium : Audivi, aiebat, vocem tuam, et exposui Domino qualis esset postulatio tua : isque copiam mihi fecit præstandi quæcunque voluero beneficia tibi. Auxilium itaque Domini per me præsto tibi erit, et contremiscet ad memoriam tui draco ille infernalis, qui te hactenus consternavit. Cui Epiphanius : Ita, quæso, domine, ita fiat. Moxque videt vas aureum ad se deferri, quatuor imaginibus insignitum, una quidem Christum Dominum, altera ejus Matrem, aliis vero utrinque Cherubinum ac Seraphinum referentibus. In ipso vase nescio quid rufi coloris videbatur, odorem sane admirandum exhalans : quod sanctus Acacius comminuens et commiscens sanctificavit, deditque Epiphanio, et dixit : Pax tibi; et statim cum omni comitatu suo evanuit. Hinc excitatus e somno Epiphanius, cum perpenderet animo ostenta, comperit os suum mellea dulcedine infectum; et sublatis in cœlum manibus, gratias misericordi Deo et sancto martyri persolvit.

σαʹ. Οὕτω (3) δὲ ἀπαλλαγεὶς τοῦ πονηροῦ ἐκείνου πολέμου, τῇ ἐπαύριον ἀναστάς, αἴρει μεθ' ἑαυτοῦ ἕνα τῶν παίδων τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ ἐπορεύθη ἐν τῷ σεβασμίῳ οἴκῳ τοῦ μάρτυρος. Καὶ δὴ ὡς εἰσῆει ἔνδον μετὰ ἐξομολογήσεως καὶ χύσεως δακρύων, αὖθις δὲ θεωρεῖ ὀφθαλμοφανῶς τὸν τοῦ Χριστοῦ ἀθλοφόρον, ἠμφιεσμένον χλαῖναν ἀληθινὴν καὶ καθυπαντῶντα, καὶ τὰ ὑπ' αὐτοῦ προσαγόμενα δεχόμενον μετὰ πολλῆς χαρᾶς καὶ προθυμίας λέγοντα αὐτῷ· Πάλιν ἐπεθύμουν σε βλέπειν ὧδε ἐρχόμενον, ὦ Ἐπιφάνιε, καθότι γλυκὺς ὁ πόθος τῶν θεοφόβων ἡμῖν τοῖς φίλοις Χριστοῦ ἄγαν καταφαίνεται· οὐ τοσοῦτον γὰρ τερπόμεθα προσευχῇ καὶ ψυχῇ καὶ καρδίᾳ τῆς ὑμῶν διαθέσεως, ὅσον ἡ ἄγαν προαίρεσις. Διὸ θέλω ἵνα ἐπισυχνάζων ἐνθάδε ἔρχῃ, τῆς ἐμῆς μεμνημένος φιλίας· ἔσομαί σοι γὰρ βοηθός, καὶ συμπορεύσομαί σοι πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἐν πνεύματι, καὶ

201. Hoc modo gravissima hostis pessimi tentatione liberatus, bene mane e lecto se proripiens, comitante uno e paternis famulis, ad augustam sancti martyris ædem abiit : quam in confessione laudis ubertim lacrymans ingressus, rursum conspicit oculari intuitu eumdem Christi martyrem, circumdata flavi coloris chlamyde : qui in occursum properans Epiphanii, et quæcunque is attulerat munera benigne acceptans, multo cum gaudio et animi alacritate in hæc verba prorupit : Impense cupiebam rursum te huc ingredientem videre, o Epiphani; quoniam desideria timentium Deum perquam jucunda accidunt nobis Christi amicis : neque enim tanta nobis voluptas ex oratione et cordis animique vestri explicatione, quanta ex ardenti desiderio et recta intentione promanat. Quamobrem volo, ut amicitiæ meæ nunquam immemor,

(1) Ἀληθινός *verus* quidem ac *genuinus* passim redditur; inter colores tamen, ut hic accipitur, videtur idem esse quod *flavus*. Certe apud Dioscoridem, lib. I, cap. 161, de Cydoneis seu Coloneis agentem, ἀληθινὰ μῆλα specialia quædam ejus generis poma dicuntur, non aliunde (ut arbitror) quam ab intensa plenaque flavedine, tanquam magis genuino eorum colore, quod hinc ad talis coloris vestes traduci per metaphoram potuit.

(2) Πυῤῥαχίζον per conjecturam verto *rufum*, cum ea vox alibi necdum inventa sit.

(3) Hinc incipiendo tota sequens narratio desideratur in ms. Mazar., usque ad num. 203.

Digitized by Google

amore illius profundere prompto animo non dubitavit: et evenient nobis quæ desideramus; et optatam quietem recuperabimus. Quando autem ad sanctum perveneris, noli multum verbis orare, sed spiritu contrito et corde humiliato, cum lacrymis productisque ex imo pectore suspiriis, et verbis afflictionem animi testantibus, instanter supplicabis; et statim, scio, videbis gloriam Dei. Sic igitur faciendum tibi est, fili mi; et evenient quæ prædixi omnia.

A παυόμεθα. Ὅταν δὲ γένῃ πρὸς αὐτὸν, μὴ χρήσῃ τινὶ βαττολογίᾳ, ἀλλὰ πνεύματι συντετριμμένῳ καὶ τεταπεινωμένῃ καρδίᾳ, καὶ δάκρυσι, καὶ βαθέσι στεναγμοῖς καὶ λόγοις θλιβεροῖς αὐτὸν ἐξιλέωσαι· καὶ εὖ οἶδα ὅτι εὐθέως ἔψῃ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ. Ναὶ τέκνον μου, οὕτω ποιήσεις, καὶ ἔσται σοι ὃν τρόπον εἴρηκα ἡ ἔκβασις.

198. His auditis, abjicit se Epiphanius ad venerandos Andreæ pedes, et salutatum in osculo sancto abiens reliquit. Postera autem die illucescente, contulit se ad sancti Joannis Baptistæ (97), ibique sacrificio interfuit divino; tempore vero pomeridiano sub horam septimam abiit ad sancti Acacii, reperiensque obseratas fores, tantisper consedit in narthece (98), orans cum lacrymis afflictionis indicibus sanctissimum martyrem, ut ne votis eum suis frustratum redire domum pateretur. Dato autem ad hymnos vespertinos signo, apertisque templi valvis, primus ipse intravit, gemens ploransque et lacrymas precibus commiscens. Ubi vero propius ad arcam sancti martyris accessisset, sic ipsum alloqui exorsus est: Sanctum Dei luminare, vir Domino dilectissime, sanctitatis fragrantissimo unguento delibute, martyr plurimum admirande, miserere mei, hominis infirmi sane ac miseri, qui propter delictorum suorum multitudinem male habet, et dæmoni rapina cessit: medicare ulcera, emunda vulnera, cura plagas, et verberum cicatrices. Aspice canem istum, intuere serpentem, attendesis lupum, et leonem illum contra me miserum frementem, festinantemque ut in profundum libidinis me demergat: ne differas auxilium tuum, dulcissime; ne me rejicias, suavissime; ne lacrymas meas amarissimas asperneris, mellifluе: repelle a me terribili intercessionis tuæ falce omnes inimicos meos; potes enim, admirabilis Christi miles, petentibus cuncta quæ desiderant a Deo impetrare.

ρλη'. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἐπιφάνιος, πεσὼν εἰς τοὺς τιμίους αὐτοῦ πόδας, καὶ ἀσπασάμενος αὐτὸν τῷ ἁγίῳ φιλήματι ἀνεχώρησεν. Πρωΐας δὲ γενομένης, ἐπορεύθη ὁ Ἐπιφάνιος ἐν τῷ ναῷ τοῦ τιμίου Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ, κἀκεῖσε τὴν λειτουργίαν B ἐσχόλασεν· περὶ δὲ τὸ δειλινὸν ἀπῄει ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Ἀκακίου· ἦν δὲ ὥρα ἑβδόμη, καὶ αἱ πύλαι τοῦ ναοῦ ὑπῆρχον ἐσφαλισμέναι, ἐν δὲ τῷ νάρθηκι προσεδρεύων δάκρυσι θλιβεροῖς ἠντιβόλει τὸν μάρτυρα μὴ κενὸν ἀποστραφῆναι. Τοῦ δὲ ξύλου κρούσαντος τοῦ ἑσπερινοῦ ὕμνου, καὶ τοῦ ναοῦ ἀνεῳχθέντος, πρῶτος εἰσῄει αὐτὸς στένων καὶ ὀδυρόμενος, καὶ τῇ δεήσει συγκιρνῶν τὰ δάκρυα. Ὡς δὲ ἤγγισε τῇ θήκῃ τοῦ μάρτυρος, τοιαῦτα πρὸς αὐτὸν τῷ πνεύματι ἀπεφθέγγετο· Φωστὴρ ἅγιε, ἀγαπητὲ τοῦ Κυρίου, ἡγιασμένε, μεμυρισμένε, μάρτυς Κυρίου πανθαύμαστε· ἐλέησόν με τὸν ἀσθενῆ καὶ ταλαίπωρον, κακῶς ἔχοντα ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν πταισμάτων, δράγματος Σατᾶν διαβόλου· θεράπευσον τὰ ἕλκη, ἀπόσμηξον τὰ τραύματα, ἴασαι τοὺς μώλω- C πας, καὶ τῶν πόνων τὰ στίγματα· ἴδε τὸν κύνα, θέασαι τὸν ὄφιν, πρόσσχες τῷ λύκῳ, τῷ λέοντι τῷ κατ' ἐμοῦ τοῦ ταπεινοῦ φρυαττομένῳ [καὶ εἰς βυθὸν ἀσωτίας κατασπᾶσαί με σπεύδοντι (99)]. Μὴ βραδύνῃ, ὁ γλυκὺς, μὴ ἀναβάλῃς, ὁ ἡδὺς, μὴ παραβλέψῃς μου τὰ αἰσχρότατα δάκρυα, ὁ μελίρρυτος, ἀπ' ἐμοῦ ἀπέλασον τῇ φοβερᾷ τῆς πρεσβείας σου δρεπάνῃ· δύνασαι γὰρ, οἷα θαυμαστὸς στρατιώτης τοῦ Ἰησοῦ, τοῖς αἰτοῦσι παρέχειν τὰ καταθύμια.

199. Hanc ubi fudisset cum lacrymis orationem Epiphanius, Acacii pro veritate martyrio coronati opem implorans, conspicit repente ex ipsa sancti lipsanotheca speciem promicare fulguris seque circumdare: fulguri autem calor inerat summus, quasi beneficentiæ quæ mox secutura erat prænuntius. Rursum eodem reflectit oculos, sentitque inde egredi fragrantiam liliorum ac rosarum et pretiosissimi unguenti; et insonuit auribus vox, Audivi, inquiens, orationem tuam, sed et priusquam tu me appellares, supplicavit mihi pro te vir ille, qui Dei causa stultum induit. Vade igitur, et ego rem tibi tuam a Domino Deo exorabo: preces enim meas, ad pedes ejus venerandos accidentis, fieri non potest ut rejiciat. Sicque vox illa audiri

ρλθ'. Ταῦτα εἰρηκὼς ὁ Ἐπιφάνιος μετὰ δακρύων πρὸς τὸν τῆς ἀληθείας μάρτυρα, εὐθέως ὁρᾷ ὡς εἶδος ἀστραπῆς ἐξελθοῦσαν ἀπὸ τῆς θήκης τοῦ Ἁγίου, καὶ αὐτὸν περικυκλώσασαν· ἦν δὲ τὸ εἶδος λίαν θερ- D μότατον, ἡ γὰρ θέρμη τοῦ ἀθλοφόρου ἡ πρὸς εὐεργεσίαν ἐπιφοιτήσασα. Ὁρᾷ οὖν πάλιν, καὶ ἰδοὺ ἐκ τῆς θήκης ἐξῄει εὐωδία, ὥσπερ κρίνων καὶ ῥόδων, καὶ ὡς μύρου πολυτίμου παραπλησία, καὶ φωνὴ γέγονεν αὐτῷ λέγουσα· Ἤκουσα τῆς δεήσεώς σου· καὶ γὰρ καὶ πρὸ σοῦ ὁ διὰ Κύριον παίζων διὰ σοῦ μοι ἐνέτυχεν. Ἄπιθι οὖν, κἀγὼ περὶ τούτου τῷ Δεσπότῃ καὶ Θεῷ δεηθήσομαι· ἅψομαι γὰρ τῶν τιμίων ἰχνῶν αὐτοῦ, καὶ ἴδω εἰ παραβλέψηταί μου τὴν δέησιν. Καὶ εὐθέως ἀπέστη ἡ φωνή. Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος θαυμάσας τὴν τοῦ Ἁγίου ἐνέργειαν, ἱκέτευεν αὖθις

(97) Quatuordecim omnino ecclesias CP. S. Joannis Baptistæ Cangius enumerat, lib. IV, cap. 4, ut difficile sit divinare quænam hic designetur.

(98) Narthex, atrium ecclesiæ præliminare, de quo eruditum Commentarium scripsit Leo Allatius. De Narthece etiam agit Cangius, lib. III, cap. 18.

(99) Ms. Vatic., ἐξαλείφειν ἅπαν τῇ βίᾳ τῆς φύσεως εἰς παράφυσιν ἐκτρέποντι.

Digitized by Google

αὐτὸν τοῦ ἐπιταχῦναι τὴν δέησιν. Θέλω γὰρ, μεγαλομάρτυς τοῦ Χριστοῦ ἠγαπημένε, ἵνα τὸ πᾶν μέχρι μεσονυκτίου κατεργάσῃ τῷ δούλῳ σου, καὶ εἰδῶ σου τὸ γλυκύτατον πρόσωπον, κἂν ἐν ὁράσει τὴν χαρὰν καὶ τὴν ἀντίληψιν κομίζων μοι. Ταῦτα εἰρηκὼς καὶ ἀσπασάμενος τὴν θήκην τοῦ μάρτυρος, ἀνεχώρησεν.

A desiit : et Epiphanius singularem sancti martyris apud Deum potentiam admiratus, supplicabat ei denuo, ut votorum suorum compos fieret, dicens : Magne martyr et multum Christo dilecte, rogo te, ut pollicitationes tuas ante noctis medium solvas mihi famulo tuo, et dulcissimam faciem tuam videndam exhibeas, mihi saltem per visionem suppetias ferens. Atque hæc precatus, et sacram martyris capsam veneratus, e templo discessit.

σʹ. Ὡς δὲ εἰσῆει ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτοῦ, ἐτέλεσε τὴν ἐννάτην ὥραν τῆς νυκτὸς, καὶ μικρὸν ἀφυπνώσαντος, ὁρᾷ εὐθέως ὄχλον τινὰ ἐπιστάντα αὐτῷ ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτοῦ λευκοφόρους, καὶ ἕτεροι ἀληθινὰ (1) φοροῦντες· μέσον δὲ αὐτῶν ὁ μάρτυς Ἀκάκιος, ὥσπερ μαργαρίτης ἀστράπτων, νέου φαιδρότητα ἔχοντα ἡλίκων, καὶ τὴν μὲν γενειάδα ἀρτίως καταστέφουσαν τὸν τίμιον πώγωνα, καί φησι πρὸς τὸν Ἐπιφάνιον· Ἤκουσα τῆς φωνῆς σου, καὶ εἶπον τῷ Δεσπότῃ περὶ οὗ ἐδεήθης μοι, καὶ εἴρηκέ μοι ποιῆσαι μετὰ σοῦ ὅσα ἂν βούλωμαι· καὶ δι' ἐμοῦ ὁ Κύριος βοήθειαν παρέχει σοι, καὶ πτήξει ὁ θλίβων σε δράκων. Ὁ δέ φησιν· Ναὶ, κύριέ μου. Καὶ εὐθέως ὁρᾷ σκεῦος χρυσοῦν προσενεχθὲν αὐτῷ, ἔχον εἰκόνας [τέσσαρας, μίαν μὲν] τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, ἄλλην τῆς Θεοτόκου, ἑκατέρωθεν δὲ Χερουβὶμ καὶ Σεραφίμ· ἔνδον ἐν τῷ σκεύει εἶδός τι ὡς πυῤῥακίζον (2) εὐῶδες σφόδρα. Καὶ ὥσπερ ἐν ἁγιάσματι τοῦτο μίξας καὶ κλάσας, δέδωκε τῷ Ἐπιφανίῳ εἰρηκὼς αὐτῷ· Εἰρήνη σοι, καὶ ἀνεχώρησε σὺν πάσῃ τῇ συνοδίᾳ αὐτοῦ. Σπασθεὶς οὖν, ἔξυπνος ἐγένετο, καὶ κατανοήσας τὰ ὁραθέντα αὐτῷ, εὗρε τὸ στόμα αὐτοῦ ὡς μέλι γλυκὺ, καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα αὐτοῦ πρὸς τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ, ἐπευχαριστεῖ τῷ Θεῷ τῷ οἰκτίρμονι καὶ τῷ ἁγίῳ μάρτυρι

200. Ubi vero post hæc domum regressus, in cubili se composuisset, et nona persoluta, leniter indormisceret, conspexit illico astare lecto suo turbam geminam, aliam candidi, aliam flavi coloris vestes indutam : quorum medium sanctus Acacius obtinebat locum, instar unionis fulgentissimi, B juvenili admodum florentique ætate conspicuus, quanquam genæ jam barba decora vestirentur. Et conversus ad Epiphanium : Audivi, aiebat, vocem tuam, et exposui Domino qualis esset postulatio tua : isque copiam mihi fecit præstandi quæcunque voluero beneficia tibi. Auxilium itaque Domini per me præsto tibi erit, et contremiscet ad memoriam tui draco ille infernalis, qui te hactenus consternavit. Cui Epiphanius : Ita, quæso, domine, ita fiat. Moxque videt vas aureum ad se deferri, quatuor imaginibus insignitum, una quidem Christum Dominum, altera ejus Matrem, aliis vero utrinque Cherubinum ac Seraphinum referentibus. In ipso vase nescio quid rufi coloris videbatur, odorem sane admirandum C exhalans : quod sanctus Acacius comminuens et commiscens sanctificavit, deditque Epiphanio, et dixit : Pax tibi; et statim cum omni comitatu suo evanuit. Hinc excitatus e somno Epiphanius, cum perpenderet animo ostenta, comperit os suum mellea dulcedine infectum; et sublatis in cœlum manibus, gratias misericordi Deo et sancto martyri persolvit.

σαʹ. Οὕτω (3) δὲ ἀπαλλαγεὶς τοῦ πονηροῦ ἐκείνου πολέμου, τῇ ἐπαύριον ἀναστὰς, αἴρει μεθ' ἑαυτοῦ ἕνα τῶν παίδων τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ ἐπορεύθη ἐν τῷ σεβασμίῳ οἴκῳ τοῦ μάρτυρος. Καὶ δὴ ὡς εἰσῆει ἔνδον μετὰ ἐξομολογήσεως καὶ χύσεως δακρύων, αὖθις δὲ θεωρεῖ ὀφθαλμοφανῶς τὸν τοῦ Χριστοῦ ἀθλοφόρον, ἠμφιεσμένον χλαῖναν ἀληθινὴν καὶ καθυπαντῶντα, καὶ τὰ ὑπ' αὐτοῦ προσαγόμενα δεχόμενον μετὰ πολλῆς χαρᾶς καὶ προθυμίας λέγοντα αὐτῷ· Πάλιν ἐπεθύμουν σὲ βλέπειν ὧδε ἐρχόμενον, ὦ Ἐπιφάνιε, καθότι γλυκὺς ὁ πόθος τῶν θεοφόβων ἡμῖν τοῖς φίλοις Χριστοῦ ἄγαν καταφαίνεται· οὐ τοσοῦτον γὰρ τερπόμεθα προσευχῇ καὶ ψυχῇ καὶ καρδίᾳ τῆς ὑμῶν διαθέσεως, ὅσον ἡ ἄγαν προαίρεσις. Διὸ θέλω ἵνα ἐπισυχνάζων ἐνθάδε ἔρχῃ, τῆς ἐμῆς μεμνημένος φιλίας· ἔσομαί σοι γὰρ βοηθὸς, καὶ συμπορεύσομαί σοι πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἐν πνεύματι, καὶ

201. Hoc modo gravissima hostis pessimi tentatione liberatus, bene mane e lecto se proripiens, comitante uno e paternis famulis, ad augustam sancti martyris ædem abiit : quam in confessione laudis ubertim lacrymans ingressus, rursum conspicit oculari intuitu eumdem Christi martyrem, circumdata flavi coloris chlamyde : qui in occursum properans Epiphanii, et quæcunque is attulerat munera benigne acceptans, multo cum gaudio D et animi alacritate in hæc verba prorupit : Impense cupiebam rursum te huc ingredientem videre, o Epiphani; quoniam desideria timentium Deum perquam jucunda accidunt nobis Christi amicis : neque enim tanta nobis voluptas ex oratione et cordis animique vestri explicatione, quanta ex ardenti desiderio et recta intentione promanat. Quamobrem volo, ut amicitiæ meæ nunquam immemor,

(1) Ἀληθινός *verus* quidem ac *genuinus* passim redditur; inter colores tamen, ut hic accipitur, videtur idem esse quod *flavus*. Certe apud Dioscoridem, lib. I, cap. 161, de Cydoneis seu Cotoneis agentem, ἀληθινά μῆλα specialia quædam ejus generis poma dicuntur, non aliunde (ut arbitror) quam ab intensa plenaque flavedine, tanquam magis genuino eorum colore, quod hinc ad talis coloris vestes traduci per metaphoram potuit.

(2) Πυῤῥακίζον per conjecturam verto *rufum*, cum ea vox alibi necdum inventa sit.

(3) Hinc incipiendo tota sequens narratio desideratur in ms. Mazar., usque ad num. 203.

Digitized by Google

hoc templum studiose frequentes; et ero adjutor tibi, et comitabor te in spiritu, quocunque ieris, omnibus diebus vitæ tuæ; meus quippe eris tu semper, quia ego amavi te, et in numerum intimorum meorum te ascivi: hinc et nomen tuum hic ad sinistram sub ambone manu propria descripsi: Dominus enim curam mihi tui demandavit. Adesdum frequenter huc, ut deinceps porro amore dignum te præstes.

ἔσῃ ἐμὸς, ὅτι ἐγὼ πεφίληκά σε, καὶ ἐθέμην σε εἶναι ἴδιον ἐμοὶ πεφιλημένον· ὅθεν καὶ τὸ ὄνομά σου ἰδιοχείρως ἔγραψα ἐνθάδε ἐξ ἀριστερῶν ὑποκάτω τοῦ ἄμβωνος· ὁ γὰρ Κύριος παρέθετό σε ἐμοὶ τοῦ ἐπιμελεῖσθαί σου. Ἧκε οὖν συχνοτέρως, ὅπως ἀγαπηθῇς ἀλλεπάλληλα.

202. Tali audito sermone, astabat Epiphanius, quodammodo perculsus, fixo in sanctum martyrem obtutu intuens: quem considerans quispiam e ministris ecclesiæ, ante ambonem perstare immotum, in eumdemque locum irretortis oculis aspicere, emotæ mentis hominem se videre arbitrabatur, dicebatque non sine doloris sensu: Ecce quam formosus juvenis, quam immature a mentis sede dejectus est! Postquam vero e conspectu eripuit sese beatus martyr, cœpit Epiphanius obire templum, preces ad bonitatem divinam fundere non cessans: tum divino sacrificio celebrato divinisque mysteriis perceptis, multo repletus gaudio recessit inde, repente oblatum sancti martyris aspectum et præsens subsidium admirans. Sic igitur hostis pessimi machinationibus liberatus, intercedente efficaci mediatore, beato Andrea (is enim Epiphanium familiariter commendaverat sancto martyri), primum gratias persolvit Deo, tum sancto Acacio, denique fideli Salvatoris famulo Andreæ: et continuavit ex illo tempore crebro invisere venerandum martyris templum, desiderio affectuque magno intercessionem illius continenter implorans et obtinens.

σβ'. Ὡς δὲ ταῦτα ἤκουεν ὁρῶν ὁ Ἐπιφάνιος, ἵστατο ἐννεὸς, τρανῷ τῷ βλέμματι βλέπων τὸν μάρτυρα. Καί τις τῶν τῆς ἐκκλησίας ὁρῶν αὐτὸν ὀξέως ἐναποσκοποῦντα πρὸ τοῦ ἄμβωνος, ἔδοξεν ἐξηχον βλέπειν, καὶ ἐλυπεῖτο λέγων· Ἴδε ποία νεότης τοῦ ὡραίου, καὶ παρατρέπεται! Ὅτε οὖν ὁ μάρτυς ἀπέστη, αὐτὸς δὲ περιῄει κύκλῳ τοῦ ναοῦ προσευχόμενος, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος δεόμενος. Λειτουργηθεὶς οὖν ἐκεῖσε, καὶ τῶν τοῦ Θεοῦ δωρεῶν ἀπολαύσας, μετὰ πολλῆς χαρᾶς ἀνεχώρησε, θαυμάζων τὴν ταχεῖαν σχέσιν καὶ ἀντίληψιν τοῦ μάρτυρος. Οὕτως οὖν ἀπαλλαγεὶς τοῦ πονηροῦ ἐκείνου πολέμου διὰ τῶν πρεσβειῶν τοῦ καλοῦ μεσίτου τοῦ μακαρίου Ἀνδρέου (καὶ γὰρ αὐτὸς ἦν αὐτῷ οἰκειωσάμενος παραθέσαι τῷ μάρτυρι), πρῶτον ηὐχαρίστει Θεῷ, ἔπειτα τῷ ἁγίῳ Ἀκακίῳ, καὶ οὕτω τῷ τοῦ Σωτῆρος θεράποντι Ἀνδρέᾳ. Ἔκτοτε οὖν ἐσύχναζεν ὁ Ἐπιφάνιος τῷ σεβασμίῳ τεμένει τοῦ μάρτυρος, σχέσει καὶ πόθῳ πολλῷ ἀπολαύων διηνεκῶς τῶν τιμίων αὐτοῦ πρεσβειῶν.

203. Matutinis aliquando finitis hymnis, ad sacram capsam (4) in Blachernis, contulit sese illuc beatus Andreas, per viam more suo ludens; aderat vero ibidem etiam Epiphanius, uno duntaxat famulo suo comitatus; et e consuetudine sua persistebat illic, prout alacritas animi vires suppeditabat, modo ad mediam noctem, modo ad sequentis diei diluculum. Jamque hora noctis quarta labebatur, cum perspicue intuetur oculis suis Andreas matronam, staturæ admodum proceræ, femineo in habitu a regia porta adventare, multo circumstrepente comitatu; quos inter venerabilis Prodromus et Tonitrui filius utrinque latus stipantes, manum tenebant: sanctorum albis indutorum vestibus alii viam præibant, alii hymnos et cantica spiritualia modulantes subsequebantur. Cum autem pervenisset hæc pompa usque ad ambonem, abiens ad Epiphanium Andreas: Viden', inquiebat, mundi Dominam et Reginam? Qui et respondebat: Video, Pater mi spiritualis.

σγ'. Ἀΰπνου δοξολογίας ποτὲ ἐπιτελουμένης ἐν τῇ ἁγίᾳ σορῷ τῇ οὔσῃ ἐν Βλαχέρναις, ἀπῄει ὁ μακάριος Ἀνδρέας ἐκεῖσε τὰ ἐξ ἔθους ποιῶν· παρῆν δὲ Ἐπιφάνιος, καὶ εἷς τῶν παίδων αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ· καὶ ἔχων ἦθος, ἵστατο, ὡς ἡ προθυμία τόνον ἐδίδου, ποτὲ μὲν μέχρι μεσονυκτίου, ποτὲ δὲ ἕως πρωΐ. Τετάρτης οὖν ὥρας ἤδη οὔσης τῆς νυκτὸς, ὁρᾷ ὁ μακάριος Ἀνδρέας ὀφθαλμοφανῶς μεγεθεστάτην σφόδρα, παραγενομένην ἐν γυναικείῳ τῷ σχήματι ἀπὸ τῶν βασιλικῶν μετὰ φοβεροῦ ὀψικίου, ἐν οἷς ἦν καὶ ὁ τίμιος Πρόδρομος, καὶ ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς, ἑκατέρωθεν χειροκρατοῦντες αὐτῆς, καὶ ἅγιοι πολλοὶ λευκοφόροι προεπορεύοντο αὐτῆς· οἱ δὲ ἐπηκολούθουν μετὰ ὑμνῳδίας καὶ ᾀσμάτων πνευματικῶν. Ὡς οὖν ἦλθε πλησίον τοῦ ἄμβωνος, ἀπῄει ὁ ὅσιος πρὸς τὸν Ἐπιφάνιον λέγων· Ὁρᾷς τὴν Κυρίαν καὶ Δέσποιναν τοῦ κόσμου; Ὁ δέ φησιν· Ναὶ, Πάτερ μου πνευματικέ.

204. Tum vero utroque vidente inclinavit poplites suos Domina, et prolixam sane orationem pertexuit, manantibus ubertim lacrymis per divinas et incontaminatas illius genas: oratione autem hac finita ad sacrosanctum accessit altare, pro populo, qui circumstabat, preces denuo fusura. Quibus rursus finitis, pulcherrimum pulcherrimi capitis sui

σδ'. Καὶ τούτων ὁρώντων, κλίνασα τὰ γόνατα αὐτῆς, ἐπὶ πολλὴν ὥραν προσηύχετο, δάκρυσι ῥαίνουσα τὸ θεοειδὲς αὐτῆς καὶ ἄχραντον πρόσωπον. Μετὰ δὲ τὸ προσεύξασθαι, προσῆν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, δεομένη ἐκεῖσε ὑπὲρ τοῦ περιεστῶτος λαοῦ. Ὅτε οὖν ἀπηύξατο, τὸ μαφόριον αὐτῆς, ὅπερ ἐπὶ τῆς παναχράντου αὐτῆς κορυφῆς ἔφερεν, ὡς εἶδος

(4) Ea capsa condebatur sacra vestis Deiparæ, et festum agitur 2 Julii.

Digitized by Google

ἀστραπῆς ὑπάρχον, καὶ ἀποτυλίξασα ἐξ αὐτῆς τῇ A ὡραίᾳ σεμνότητι ταῖς παναχράντοις χερσὶν αὐτῆς λαβοῦσα, μέγα καὶ φοβερὸν ὑπάρχον, ἐπάνω παντὸς τοῦ ἐκεῖσε ἑστῶτος λαοῦ διεπέτασεν· ὅπερ ἐπὶ ἱκανὰς ὥρας ἑώρων οἱ θαυμάσιοι ὑπεράνω τοῦ λαοῦ ἐκτεταμένον καὶ αὐγάζον δόξαν Κυρίου ὡς ἤλεκτρον. Μέχρις οὖν ἦν ἐκεῖ ἡ ὑπεραγία Θεοτόκος, ἐβλέπετο κἀκεῖνο· μετὰ δὲ τὸ ἀναχωρῆσαι αὐτὴν, οὐκέτι τεθέατο· πάντως γὰρ ἦρεν αὐτὸ μεθ' ἑαυτῆς, τὴν δὲ χάριν ἀφῆκεν τοῖς οὖσιν ἐκεῖ. Ταῦτα μὲν αὐτὸς εἶδε καὶ ἑώρακε μεσιτείαις τοῦ θεοφόρου Πατρός· αὐτὸς γὰρ παῤῥησίαν ἔχων, τῆς αὐτοῦ θεωρίας ἐχαρίζετο μεσιτεύων αὐτῷ, καὶ πανταχοῦ αὐτοῦ προϊστάμενος, δόξαν εὐκλεῆ αὐτῷ ἐναπετίθετο.

σε'. Ἄλλοτε δὲ πάλιν τοῦ μακαρίου ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ παίζοντος κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ, καί τινα ἄθεσμα ὡς δῆθεν εἰσπράττοντος, οἱ λαοὶ βλέποντες, οἱ μὲν ἐθλίβοντο, οἱ δὲ μυσαττόμενοι ἀνεθεμάτιζον, καὶ κατηρῶντο αὐτῷ ὡς πικρὸν δαίμονα ἔχοντα. Εἷς δέ τις τῶν μεγάλων διερχόμενος, ἰδὼν αὐτὸν, ἐβδελύξατο αὐτὸν καὶ ἐνέπτυσεν. Ὁ δὲ θεράπων τοῦ Χριστοῦ ἐπὶ πολλὴν ὥραν προσέχων αὐτὸν, καὶ κατανοήσας τὰ αὐτοῦ, λέγει πρὸς αὐτόν· Δόλιε, μοιχὲ, ἐκκλησιεμπαῖκτα, ὁ ἀφορμῇ τῆς ἐκκλησίας, τῷ Σατανᾷ ὀρθρίζεις ἀπὸ μεσονυκτίου ἐγειρόμενος· οὐκ ἰδοὺ ἔφθασεν ἡ ῥόγα (5) σου, ἵνα λήψῃ καθὰ ἔπραξας, λαθεῖν νομίζων τῷ φοβερῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἐτάζοντος; Ταῦτα ἐκεῖνος ἀκούσας, πτερνίσας τὸν ἵππον, ἀνεχώρησεν· καὶ γὰρ χαρτουλάριος τῶν πλοΐμων ἐχρημάτιζεν, ἀπὸ Ἀμάστρων ὁρμώμενος. Μεθ' ἡμέρας C οὖν τινας νόσῳ δεινοτάτῃ συσχεθεὶς, κατὰ μικρὸν ἤρξατο ταλαιπωρεῖσθαι (8)· ἀπῄεσαν οὖν ἀπὸ ἐκκλησίας εἰς ἐκκλησίαν, καὶ ἀπὸ ἰατροῦ εἰς ἰατρὸν, καὶ οὐκ ἦν τὸ ζητούμενον

σς'. Νυκτὸς δὲ οὔσης, βλέπει ὁ ὅσιος πλησίον τοῦ οἴκου αὐτοῦ ἄγγελον Κυρίου, ὡς ἀπὸ δυσμῶν παραγενόμενον διὰ τοῦ ἀέρος, ὃς ἦν πύρινος, ἀγρίους ἔχων τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ ἡ ἰδέα τοῦ προσώπου αὐτοῦ ὡς πῦρ, καθὰ ἐν δρυμῷ φλέγον καὶ βρύχον τοῦ ἐξαλεῖψαι, κρατῶν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ῥάβδον πύρινον, καὶ ἤρχετο ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ ἐλεεινοῦ ἐκείνου D ἀπειλούμενος ἐκριζοῦν καὶ τὰ θεμέλια. Ὅτε οὖν ἐπὶ τὸν ἀσθενοῦντα ἐγένετο, ἀκούει φωνῆς ὥσπερ ἐξ ὕψους λεγούσης· Δέρε τὸν ἐμπαίκτην, τὸν σοδομίτην, τὸν μοιχὸν, τὸν πόρνον, τὸν ἀσεβῆ καὶ ἀλάστορα· ἕως οὗ τύπτῃς αὐτόν, οὕτω λέγε, Πορνεύεις; Ἀπήρξατο οὖν τύπτειν αὐτὸν, καὶ λέγει αὐτῷ· Πορνεύεις, μοιχεύεις, ὀρθρίζεις τῷ διαβόλῳ; Καὶ ἦν μὲν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεσθαι, τὸν δὲ ταύτην

velum, quod fulgur splendore anteibat, detractum sibi decenti cum gravitate explicuit; extensumque longe lateque nitidissimis manibus tenens, supra omnem populi istic congregati cœtum expandit: idque ita expansum, gloria Domini instar electri undique effulgente, conspexerunt viri admirabiles Epiphanius et Andreas; conspexerunt autem longo satis tempore, videlicet quandiu istic sanctissima Dei Genitrix adfuit: post cujus discessum velum quoque videri desiit, simul cum ipsa sublatum, relicta præsentibus omnibus gratia singulari. Atque hac dignatus est visione Epiphanius, intervenientibus divini Patris Andreæ precibus: hic enim ea apud superos pollebat gratia atque fiducia, ut et ipsum per intercessionem suam suarum visionum participem faceret, cujus ubique erat in auxilium promptus, et gloriam inclytam plurimum amplificabat.

205. Alias cum vir beatus hominis parum sani partes, ut solitus erat, in Hippodromo ageret, et aliqua minus decora committeret; præsentium alii excruciabantur animo, alii indignabantur atque exsecrabantur hominem, et maledictis incessabant, veluti a pessimo dæmone incessum. Transiit forte etiam unus aliquis e magnatibus, qui Andream intuitus, conviciis impetere, conspuere et exsecrari cœpit. Quem Christi famulus diutino tempore attente aspiciens, et interiora considerans, ita alloquitur: Fraudulente, adulter, ecclesiæ profane illusor, qui prætextu illam frequentandi, jam inde a media nocte experrectus, Satanæ vigilas; nonne vides? Verum attendesis, paratam mercedem tibi tuam esse, quam prout laborasti accipies, misere deceptus opinione tua, sperans posse opera tua perspicaces Judicis oculos latere. Hæc ille audiens, subditis equo calcaribus, e vestigio se inde proripuit; erat autem chartularius (6) navigationis, Amastris (7) oriundus. Non multi effluxerunt dies cum hic ipse in gravissimum incidens morbum, brevi tempore febri exustus ad extrema redactus est: itumque statim fuit ab ecclesia in ecclesiam, a medico ad medicum; nec tamen uspiam, quod quærebatur, inventum est remedium.

206. Jam nox ingruerat, cum sanctus Andreas, non procul a domo prædicti viri, conspicit angelum Domini ab occidente per aera advolare; erat autem angelus undique inflammatus, et torvo oculorum obtutu ac facie referens ignem, qualis vel silvam incendere, et cum crepitu in cineres posset redigere. Gestabat vero manu virgam ardentem, sicque ad miseri hominis deveniens domicilium, fundamenta ejus minabatur subruere funditus. Postquam autem ad infirmum ipsum perventum esset, audita hæc vox est, quasi cœlitus allapsa: Excoria derisorem istum, sodomitam, adulterum, scortatorem, religionis populique perniciem; quandiu autem ipsum percusseris, dic identidem: Fornicaris etiamnum? Et statim arreptis flagris cœpit

(5) Ῥόγα, *erogatio, stipendium*, de qua voce multa Meursius in Glossario; origo haud dubie Latina est.

(6) De chartulariis multa idem habet, et tria eorum distinguit genera; hic autem designatur aliquis vectigalium præfectus.

(7) Amastræ, urbs Paphlagoniæ.

(8) Ms. Vatic. πλανίζεσθαι.

Digitized by Google

percutere angelus, identidem istud ingerens: Etiamne fornicaris? etiamne adulteras? etiamne in gratiam Satanæ antelucanus es? Et hæc vox quidem percipiebatur, qui vero emittebat vocem, nusquam comparebat. Hinc vi et verberibus adactus infelix, vel invitus confitens exclamabat: Absit, absit! non admisero deinceps in æternum tale scelus; tu modo mei miserere. Atque ita tribus continuis diebus totidemque noctibus vapulando excruciatus, idem illud, non amplius s scortaturum ingeminabat, miseram interea animam efflans, pœnis torquendam sempiternis.

εἰσπράττοντα μη φαίνεσθαι. Βιαζόμενος δὲ ὁ ἐλεεινὸς, θέλων καὶ μὴ θέλων ὡμολόγει λέγων· Οὐ πορνεύω εἰς τὸν αἰῶνα, μόνον ἐλέησόν με. Οὕτως ἐπὶ τρία νυχθήμερα ἐβασανίζετο, λέγων τὸ, Οὐ πορνεύω, καὶ οὕτω τὴν ἐλεεινὴν αὐτοῦ ψυχὴν ἐναπέῤῥιψεν εἰς τὴν αἰώνιον κόλασιν.

207. Atque hæc sunt, dilectissimi, quæ a beato Andrea edoctus, ad emolumentum et salutarem timorem animabus vestris ingerendum, litteris mandavi; ut, cum nihil abscondi possit ab oculis Dei sanctorumque ejus, sollicite et caute in hoc mundo ambulemus. Cum enim e sancto viro quæsiissem, quo pacto alter iste infelix peccasset; respondit mihi, habuisse eunuchos duos, quorum opera ad peccandum utebatur; illi enim discurrentes hinc et inde, innuptas, nuptas, meretrices, et impudicas quaslibet mulierculas, adulteras et nefande incestas conquirebant. Tum ipse, nihil præter impudicitias istiusmodi somnians, ante gallicinium sese e lecto subducens, eo advolabat, ubi paratam sibi perniciem suam sciebat eunuchos asservare. Non raro autem sic e lecto abeuntem percunctanti uxori, quo tenderet horis tam intempestivis, respondebat: In ecclesiam. At primum sacrificabat diabolo per libidinis scelus; et tunc tandem ad templum se conferebat, tetrum ex pollutione fœtorem exhalans. Istic autem non raro astantem intuiti: Ecce, inquiebant, hominem sanctum: cum potius: Ecce occultum dæmonem, dictum oportuisset. Deus quippe istiusmodi facientes mirum quantum oderit atque exsecretur. Hæc igitur, o dilectissimi, ex viri sancti ore, ut modo dixi, excepta, vobiscum charissimis meis participare volui.

σζʹ. Ταῦτα, ὦ φίλοι, γεγράφηκα, μεμαθηκὼς παρ' τοῦ μακαρίου Ἀνδρέου, πρὸς ὠφέλειαν καὶ φόβον τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, ὅπως κόπῳ μὲν περιπατοῦμεν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ· οὐδὲν γὰρ λανθάνει Θεὸν καὶ τοὺς ἁγίους αὐτοῦ. Ἐρωτήσαντος γάρ μου τὸν δίκαιον, ποίῳ τρόπῳ ἐποίει τὴν ἁμαρτίαν, εἶπέ μοι ὅτι εἶχε δύο εὐνούχους, οἷς ἐχρῆτο τῇ ἁμαρτίᾳ· αὐτοὶ γὰρ πορευόμενοι ὧδε κἀκεῖσε, ἀγάμους, πόρνας, ὑπάνδρους, ἀσέμνους γυναῖκας (9), μοιχαλίδας τε καὶ πορνευομένας ἀλόγιστα· λοιπὸν ἀμμέριμνος ἐν τούτοις ὑπάρχων πρὸ τοῦ ἀλεκτοροφωνῆσαι ἀνίστατο τοῦ ὑπάγειν ὅπου ἐτύγχανον οἱ τῆς ἀπωλείας αὐτοῦ ἑτοιμασταί. Πολλάκις γὰρ ἠρώτα αὐτὸν ἡ γυνὴ αὐτοῦ, ποῦ ἀπέρχεται τὴν ὥραν ταύτην· ὁ δὲ ἔλεγεν, Ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Πορευόμενος οὖν, πρῶτον ἐποίει τὸ ἔργον τοῦ διαβόλου, καὶ οὕτω παρεγένετο ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τὸν βρῶμον ἀπόζων μεμιασμένος. Πολλοὶ οὖν ὁρῶντες αὐτὸν ἀνιστάμενον, ταχέως ἔλεγον· Ἴδε ὁ ἅγιος ἄνθρωπος· ἐκεῖνος δὲ ἦν κρυπτὸς διάβολος. Καὶ ὁ Θεὸς πάνυ βδελύσσεται τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας. Ταῦτα, ὦ φίλοι, καθὼς προεῖπον, τοῦ φωστῆρος ἐμοὶ διηγησαμένου, κἀγὼ ὑμῖν ὡς ἀγαπητοῖς μου διεθέμην διηγησάμενος.

CAPUT XXV.

De initio dolorum Antichristi adventum prægressuro; et variis regibus, ultimo isto sæculo Constantinopoli futuris (10).

208. Cum otium aliquando nacti essent Andreas et Epiphanius, hic illum in domum suam intro-

σηʹ. Ποτὲ εὐκαιρήσαντος Ἐπιφανίου καὶ τοῦ μακαρίου Ἀνδρέου, ἔλαβεν αὐτὸν ὁ Ἐπιφάνιος εἰς τὸν

(9) Idem, ἀσεβεστρίας: quod ab ἀσεβής, *impius*, derivatur.

226. Post hæc proveniet e tribu Dan Satanas ille Antichristus, non quidem virtute sua naturam indutus humanam, nullo modo, sed a Domino Deo formatus in vas tetrum ac sordidum, ut compleantur in eo quæ per prophetas prædicta sunt : et exsolvetur vinculis, queis eum Christus Dominus adstrinxit apud inferos, cum eo descendit ; et ingredietur in corpus (40), quod ei præparatum est : sicque primum factus homo, tum ad ætatem virilem et regni solium progressus, tandem incipiet erroneam suam invehere doctrinam, quemadmodum de illo Joannes Theologus testatur : et concitabit bellum contra ambitus insularum ; insulæ autem sunt, teste Isaia, gentium Ecclesiæ. Porro Elia, et Enoch, et tonitrui Filio (41) prodeuntibus et promulgantibus secundum Domini Jesu adventum, post refutatos Antichristi errores, humiliabit hic vehementer Christianos, et ad extremum usque spiritum persequetur, affligendo disperdendoque miserum in modum.

227. Si quis tum temporis in errorem non inducatur, magna certe ac singulari apud Deum gratia valuerit : quamvis enim beati appellandi sint sancti omnes, longe tamen illi beatiores, qui temporibus Antichristi veritatem fidei suo sanguine testificaturi sunt : beatiores, inquam, illi et beatissimi, utpote quos gloria maxima per interminabilem æternitatem manet. Et primum quidem necem inferet Eliæ, deinde Enocho, tum tonitrui

(40) Hæc doctrina de Satana incarnando, ut fiat Antichristus homo-dæmon, conjunctis in unius personæ hypostasi naturis duabus, sicut confitemur de Christo, peregrina haud dubie theologis accidet, purum hominem futurum Antichristum existimantibus : magis tamen absonum a communi sensu videtur esse, quod Hippolytus martyr in Orat. de Christo et Antichristo sic habet : « Cum Salvator mundi genus humanum salvare decrevisset, ex immaculata Virgine Maria natus est ; ad eumdem modum etiam diabolus, ex impura muliere prodibit super terram ; sed falso nascetur. Quia diabolus, licet carnem assumat, hoc opinione tantum : qui enim carnem ferret, quam ipse non condidit? Hinc opinor, dilecti, carnis suæ substantiam phantasticam assumet organi vice. Propterea ede- D tur ex virgine, veluti spurius, qui quidem tunc reliquis apparebit caro. Nam virginem peperisse solam sanctissimam novimus, quæ carnigerum vere genuit Salvatorem : hostis autem nequaquam, sed quemadmodum non aperiet vulvam, ita nec carnem veram assumet, aut circumcidetur vere, ut circumcisus est Christus. » Ex quibus sequeretur, verum hominem non futurum Antichristum, qui tamen Paulo dicitur, *Homo peccati*. Minus igitur hæc sententia Scripturis convenit, quam illa quæ dæmonem vere incarnandum diceret, et hunc futurum Antichristum.

(41) Idem Hippolytus : « Prior, inquit, adventus Christi præcursorem habuit Joannem Baptistam ; posterior autem, quo venturus est in gloria, Enoch, Eliam et Joannem Theologum exhibebit. »

Digitized by Google

Filio (42), denique nolentibus in se credere omnibus. Tunc inter ipsum et Dominum nostrum Jesum Christum erit bellum terribile; et quoniam denique palam fiet ipsum immani furore rapi, cœloque se opponere, fulmina eliciendo, ciendo tonitrua, tantumque fragorem faciendo, ut quotquot incolunt terrarum orbem universum percussurus terribiliter et exanimaturus sit. Ecquis tum temporis non contremiscet, quis non pavebit, fili mi? Beati, qui tunc in Domino nostro Jesu Christo, vero Deo, non scandalizabuntur! beati, qui non separabuntur a sanctæ Virginis Mariæ Filio! beati, qui amoris ipsius causa mortem obibunt, draconem ipsum infernalem et errores ejus in faciem arguere nihil veriti! beati denique omnes qui contra eumdem viriliter depugnabunt, ejusque immanitatem generose reprehendent; illi nempe luminaria quædam terræ, illi pugiles decori, illi uniones pretiosi, illi suaves, jucundæ ac melle dulciores animæ: uti et omnes qui in Patrem et Filium et sanctum Spiritum, sanctam et consubstantialem Trinitatem, quæ vitam tribuit omnibus, credituri sunt.

228. Sedebat beatus Andreas cum isthæc loqueretur: Epiphanius vero audiens, quæ eventura erant universo mundo, plorabat ac graviter ingemiscebat, uti sæpius dictum est, multa commiseratione tactus. Deinde sic Andream affatur: Edissere, quæso, mihi, amabo te, quo pacto universum genus humanum e terris tollendum, atque ita deinde resurrecturum sit. Cui Sanctus: Alios quidem nefandæ, quos dixi, gentes conficient; alios in obscuris locis et bellis necabunt: cæteros Christi fideles mactabit Antichristus: in hujus vero asseclas et sectatores immittet Dominus animalia volantia, de quibus Ezechiel, habentia in caudis suis boum stimulos veneno infectos (43): a quibus, quotquot salutare et verum Christi signum in frontibus suis non habuerint, puncti venenoque infecti, acerbissima nece peribunt. Quod si qui etiam sanctorum, Antichristo præteriti, in solitudinibus inventi fuerint, illi omnes divini Spiritus virtute in sanctam civitatem Sion congregabuntur: et hi sunt, qui in beatam immortalitatem transcribentur.

229. Antichristus vero jam percussus, cumque dæmoniis suis comprehensus, et ab ignitis angelis in vincula custodiamque raptus, ad Judicis divini tribunal protrahetur, et animarum, quas in perniciem impulit, rationem postulabitur. Tunc et tuba clanget, et mortui resurgent incorrupti: deinde illi, qui vivunt, ut loquitur D. Paulus [87], quique in adventum Domini relicti sunt, in ictu oculi a corruptione in incorruptionem mutati, simul rapien-

A τοῦ καὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ πόλεμος φοβερὸν, ἐπὰν γνώσῃ πρὸ τέλους μανίαν δεινὴν ἔχειν, καὶ πρὸς οὐρανὸν ἀντιπράξεται ἀστράπτων, καὶ βροντῶν καὶ κτύπους ποιῶν, ὥστε τῷ ἤχῳ τῆς βοῆς τὴν ὑπ' οὐρανὸν δονῆσαι καὶ περιηχεῖσθαι φοβερῶς. Καὶ τίς τότε οὐ θαμβηθήσεται καὶ πτήξει, τέκνον γλυκύτατον; Μακάριοι τότε οἵτινες οὐ σκανδαλισθήσονται ἐν τῷ Δεσπότῃ ἡμῶν Χριστῷ τῷ ἀληθινῷ Θεῷ ἡμῶν. Μακάριοι τότε οἵτινες οὐκ ἀποσχοινίσουσι τὸν γεννηθέντα ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου Μαρίας. Μακάριοι οἵτινες διὰ τὴν ἀγάπην αὐτοῦ ἀποθανοῦσι, καὶ ἐλέγξουσι κατὰ πρόσωπον τὸν δράκοντα καὶ τὴν αὐτοῦ ἀποπλάνησιν. Μακάριοι ὅσοι κατὰ τοῦ δράκοντος ἀνδρυνθήσονται, καὶ γενναίως τὰ δεινὰ αὐτοῦ ἐλέγξουσιν· οἱ φωστῆρες, οἱ ὡραῖοι, οἱ φίλτατοι
B μαργαρῖται, αἱ γλυκεῖαι καρδίαι, καὶ τερπναὶ καὶ μελίρρυτοι, καὶ ὅσοι εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, εἰς τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον Τριάδα τὴν ζωοποιὸν, πιστεύσωσιν.

σκη'. Ταῦτα τοῦ μακαρίου καθεζομένου καὶ λέγοντος, Ἐπιφανίου δὲ ἀκούοντος τὰ μέλλοντα γενέσθαι κατὰ τὴν οἰκουμένην, ἐθρήνει ἐκ βαθέων στεναγμῶν, καθὼς πολλάκις εἴρηται, ἄγαν συμπαθὴς ἐχρημάτιζεν. Εἶτα λέγει πρὸς τὸν ὅσιον· Δέομαί σου, εἰπέ μοι, πῶς μέλλει ἀπὸ τῆς γῆς ἀπαλειφθῆναι ἡ ἀνθρωπότης, καὶ οὕτω γενέσθαι ἡ ἀνάστασις; Ἔφη ὁ ὅσιος· Τοὺς μὲν τὰ μυσαρὰ ἔθνη ἤκουσιν ἀναλῶσαι, τοὺς δὲ
B ἐν τοῖς πυκνοτάτοις τόποις καὶ πολέμοις θανατώσουσι, τοὺς δὲ ὑπολοίπους πιστοὺς ὁ Ἀντίχριστος ἐν Κυρίῳ ἀναλώσει· ὅσοι δὲ τῷ Ἀντιχρίστῳ πιστεύσωσιν, ἀποστελεῖ Κύριος ὁ Θεὸς θηρία πετόμενα, κατὰ τὸν Ἰεζεκιὴλ, ἔχοντα ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν βούκεντρα ἰοῦ μεμεστωμένα· καὶ ὅσοι οὐχ ἕξουσι τὸ σημεῖον τῆς γραφίδος τοῦ Χριστοῦ σῶον καὶ ἀκέραιον ἐν τοῖς μετώποις αὐτῶν, ὑπὸ τῶν θηρίων κεντούμενοι καὶ ἰῷ χαλεπαινόμενοι, θανάτῳ πικρῷ τελευτήσουσιν. Τότε εἴ τις τῶν ἁγίων λαθὼν τῷ Ἀντιχρίστῳ, εὑρεθήσεται ἐν ἐρημίαις· καὶ ἅπαντας ὁ Κύριος πνεύματι δυνάμεως αὐτοῦ ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει Σιὼν ἀθροίσει· οὗτοί εἰσιν οἱ γραφέντες εἰς ζωήν.

σκθ'. Τοῦ Ἀντιχρίστου δὲ ἤδη παταχθέντος, καὶ
D σὺν τοῖς δαίμοσιν αὐτοῦ συλληφθέντος, καὶ ὑπὸ πυρίνων ἀγγέλων δεσμευθέντος καὶ φυλασσομένου, τῷ κριτηρίῳ παρίστασθαι καὶ ἀπαιτεῖσθαι δίκας περὶ τῶν ψυχῶν, ὧν ἀπώλεσε, τότε οὖν ἡ σάλπιγξ ἠχήσει, καὶ οἱ νεκροὶ ἀναστήσονται ἄφθαρτοι· ἔπειτα οἱ ζῶντες, καθὼς εἶπεν ὁ Παῦλος, εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου οἱ περιλειφθέντες, ἀλλαγέντες ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ ἀπὸ φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν ἅμα σὺν αὐτοῖς

[87] I Cor. xv, 52.

(42) Hoc si fiat, implebitur ad litteram, quod, non solum Jacobo, sed etiam Joanni communiter prædixit Christus, calicem ejus bibituros, id est martyrium passuros. Nam quod ferventis olei dolio immissus Joannes est, martyrem cum vere non fecit, qui illæsus exivit; licet, propter promptam voluntatem, martyrii laureolam forte promeritus tunc fuerit.

(43) Nihil hujusmodi in Ezechiele invenio.

Digitized by Google

ἁρπαγήσονται ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου A εἰς ἀέρα. Ὅταν οὖν ἴδῃ τις τὰ βδελυρὰ ἔθνη εἰς τὸν κόσμον ἐληλυθότα, τέκνον, τότε γινωσκέτω ὅτι ἐπὶ θύραις πάντα, καὶ μετὰ μικρὸν ὁ Κριτὴς ἐπελεύσεται. Ταῦτα ἐλάλησεν ὁ Μακάριος τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ τῷ Ἐπιφανίῳ, ἀγρυπνούντων αὐτῶν καὶ τῆς ἐμῆς ταπεινότητος. Τοῦ δὲ ξύλου τῆς ἐκκλησίας κρούσαντος, ἐπορεύθη ὁ Ἐπιφάνιος ἐκεῖσε· ὁ δὲ Μακάριος ἐν τῷ οἴκῳ καθ' ἑαυτὸν προσηύχετο.

tur cum illis in nubibus obviam Christo in aera. Cum quis ergo viderit, fili mi, exsecrandas gentes illas irrupisse in mundum, sciat is, prope esse in januis, quæ dixi, omnia; et brevi Judicem adfuturum. Atque hi fuere sermones, quos ad Epiphanium habuit Andreas nocte illa, tum ipsis, tum mihi quoque sine somno transacta; donec datum signum ad ecclesiam convocaret, quo Epiphanius quidem sese contulit, Andreas vero domi seorsim orationi se dedit.

CAPUT XXVII.

Occasione cœlestis fragrantiæ, sub sacra lectione perceptæ, narratur historia Theodori ab angelis inter tormenta confortati.

σλ'. Πρωΐας δὲ γενομένης, πάλιν [ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνελθόντες καὶ] καθεσθέντες ὡμίλουν τὰ τοῦ πνεύματος· B καὶ δὴ βίβλου ἐκεῖσε κειμένης τοῦ μεγάλου Βασιλείου, προτρέψατο ὁ Ὅσιος τῷ Ἐπιφανίῳ τοῦ λαβεῖν καὶ ἀναγινώσκειν· ἦν δὲ ὁ λόγος προτρεπτικὸς, ὁμιλία εἰς τὸ βάπτισμα, Ὁ μὲν σοφὸς Σολομών. Τούτου δὲ ἀναγινωσκομένου, ἡδέως ἠκροᾶτο ὁ Μακάριος, μειδιῶν τῷ προσώπῳ καὶ εὐφραινόμενος· ὁ δὲ Ἐπιφάνιος ἔχεε δάκρυα τῇ βίβλῳ, καὶ στεναγμοὺς ἐκ βαθέων ἀνέπεμπεν. Ἔφη δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Μακάριος· Τέκνον μου, τί δακρύεις; εὐφραίνου δὲ μᾶλλον κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον τὸν λέγοντα· «Χαίρετε ἐν Κυρίῳ πάντοτε·» καὶ ὅσοι τὰ τοῦ Πνεύματος πράττουσι, χρὴ αὐτοὺς σκιρτᾷν καὶ εὐφραίνεσθαι· ὅσοι δὲ πάλιν ποιοῦσι τοῦ διαβόλου τὰ θελήματα, σκυθρωπαζέτωσαν, καθότι τὸ φῶς τοῦ Θεοῦ ἐλήλυ- C θεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον τὸ σκότος ἢ τὸ φῶς. Ἔφη Ἐπιφάνιος· Οὐκ οὖν κἀγὼ ἁμαρτωλὸς, καὶ θρηνῶ μου τὰς πράξεις τὰς πονηρὰς, πῶς ἀπολογίζομαι; Λέγει γάρ μοι ὁ Ἅγιος οὗτος· Πότε, φησὶν, οἰκειωθήσῃ τῷ Θεῷ, καὶ πότε σὲ γνωρίσομεν ὡς ἡμέτερον; Ταῦτα ἀκούων τὰ ὀνείδη, μὴ θρηνήσω τὴν δεινὴν ἀπολογίαν μου; πῶς ἀνέχοιτο, κῦρι ὁ μέγας; Ἔφη ὁ Ὅσιος· Οὗτος ὁ λόγος, τέκνον μου, μὴ γὰρ οἶδας, τοῖς ὅτι ἀμυήτοις οὖσι τοῦ θείου βαπτίσματος ὀνειδίζων ἔλεγεν. Ἐπιφάνιος λέγει· Ναὶ τίμιε Πάτερ, κἀγὼ οἶδα· πλὴν ὁ λόγος οὗτος, ὃν φασιν οἱ τῶν ἀγροίκων αἰνιγματώδεις, ὅτι Σοὶ, ὦ νύμφη, ὁμιλῶ, ἵνα καὶ αὐτὴ ἡ πενθερὰ ἐνωτίζῃ.

230. Illucescente postera die, eodem convenientes denuo sedentesque, de rebus ad spiritum pertinentibus conferre cœperunt, cumque forte istic ad manum esset magni Basilii volumen quodpiam, hortatus est Epiphanium Andreas, ut illud acciperet legeretque. Erat autem oratio protreptica, homilia (44) videlicet de baptismo, quæ sic orditur; Sapiens quidem Salomon. Legente igitur Epiphanio, suavi cum delectatione auscultabat vir sanctus, vultu ad risum et lætitiam composito: Epiphanius vero, lacrymis librum irrigans, continenter ex imo pectore suspiria ducebat. Cui Sanctus: Quorsum istæ lacrymæ, fili mi? quin potius tu te hilarem præbe, ex mente beati Pauli dicentis: « Gaudete in Domino semper [88]. » Et sane qui quæ sunt Spiritus agunt, illos gaudio et lætitia exsultare convenit: illi contra dejecto in terram tristique incedant vultu, qui voluntatem exsequuntur diaboli; quoniam lux divina venit in mundum, et dilexerunt homines tenebras magis quam lucem. Tum Epiphanius: Atqui hæc ipsa causa est, cur ego, qui peccator sum, perperam a me gesta lamenter, cum, quo me purgem, nihil supersit. Dicit namque mihi sanctus hic Basilius: Aliquando in Dei familiaritatem admitteris, aliquando te uti nostrum cognoscemus. Quam ego cum exprobrationem audiam, quomodo a lacrymis temperem, domine mi magne, quo minus difficilem adeo mihi defensionem defleam? Cui sanctus: Oratio illa, fili mi, quod ignorare videris, in illos invehitur, qui sacra baptismatis unda abluti nondum sunt. Et Epiphanius: Enimvero, Pater venerande, id novi probe; verumtamen oratio illa similis est isti, qua ænigmatice dicunt rustici: Tibi loquor, o sponsa, ut ipsa quoque socrus audiat.

σλα'. Ταῦτα τοῦ Ἐπιφανίου λαλήσαντος, ὑπομειδιάσας ὁ Μακάριος, ἐπέστρεψεν αὐτὸν πάλιν τοῦ D ἀναγινώσκειν. Ἀναγινώσκοντος δὲ αὐτοῦ, αἴφνης διεδόθη ταῖς φρεσὶν αὐτῶν εὐωδία τις ὡς τιμίων ἀρωμάτων, ὥστε φρίττειν τὸν Ἐπιφάνιον ἐπὶ ἱκανὴν ὥραν καὶ ξενίζεσθαι. Ἑώρα δὲ ὁ Μακάριος τὸν τὴν εὐωδίαν κομίζοντα ἀεννάως. Ὅτε δὲ τὸν λόγον κατέπαυσεν, εὐθέως καὶ ἡ εὐωδία ἀπέστη. Θαυμάσας

231. Isthæc reponentem Epiphanium subridens Andreas hortatus est, ut denuo legeret. Quo obtemperante, allapsa est suavissima odorum fragrantia, quasi pretiosorum aromatum, ad animam usque penetrans, adeo ut perculsus Epiphanius ad longum tempus præ stupore vix esset apud se: vidente interea beato Andrea illum, qui memoratam fragrantiam incessanter spargebat. Ubi au-

[88] Philipp. IV, 4.

(44) Est hæc inter varias Basilii conciones, apud Cornarium, concio 13.

Digitized by Google

tem legere desiit, desiit et fragrantia sentiri. Quod miratus admodum Epiphanius, interrogavit sanctum Andream, dicens : Oro te atque obsecro, magne domine, quæ illa, quam modo prælegente me percepimus, fragrantia? Cui vir sanctus : « Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo [**]! » Hic vero non tam de corporali, quam de spirituali ore atque faucibus sermonem fieri intelligendum est. Post hæc dicenti rursus Epiphanio : Missa fac ista, et si quid visionis oblatum tibi sit, edissere; illorum quippe notitiam per preces tuas assecutus sum : respondit Andreas : Quid edisseram, charissime? Quamdiu legisti, frequentes hic adfuere angeli, quorum unus, sancti Spiritus verba, quia suavitas et lætitia sunt, honorare volens, adolebat hilari cum vultu suffitum Deo dignum.

232. At, inferente Epiphanio, Unde angeli suffitum sibi, unde thuribulum, unde carbones comparant, quandoquidem ipsis immaterialibus nulla cum rebus materiatis conjunctio sit? tunc intuens in eum vir beatus, et manum extendens : Miranda, inquit, in medium affers, mi homo. Verum quis tibi, angelos perceptibilia sensibus thuribula, quis mundi hujus suffitum, aut carbones adhibere dixit? Qui spiritu solo constant, spiritualia, qui ex materia compacti, materiata tractant. Angeli vero cum incensum oblaturi sunt Altissimo, aliud non suffiunt, quam thronum illum, omnem intelligendi vim superantem : illam, aio, suavissimam fragrantiam, quæ ex tremenda et inaccessibili Deitate procedit. Nam astantes terribili Omnipotentis throno, excipiunt, quæ inde multo cum fulgore absistit, odorum fragrantiam, humano sermone inexplicabilem, eamque jugiter suffiunt. Quando igitur volunt, suavissimum Deitatis illius odorem cum aliquo participare, consistentes ante ipsum, quantum volunt odoris in faciem ejus effundunt; quem ille continuo percipiens olfactu, dubius hæret unde tanta fragrantia affletur. Alias quoque iidem angeli allatos e paradiso flores invisibili modo hominis admovent naribus, easque suavi odore complent. Triplici namque ratione possunt sancti angeli illos, quibuscum sibi familiaritas et morum conjunctio intercedit, odore perfundere. Et primum quidem id præstant, cum librorum sacrorum lectioni opera datur : circumstant quippe tum, quamvis aciem nostram fugiant, audire cupidi jucundissima sancti Spiritus verba. Rursum id præstant, cum quis orationi vacans cum Deo colloquitur : denique cum laboriosis operibus propter eumdem se discruciat, cumque in corpus suum flagellis animadvertit : tunc enim præclaro pugili suo præsto sunt, eumque variis modis deliniunt, recreant animantque.

A δὲ ὁ Ἐπιφάνιος πῶς τῇ καταπαύσει τοῦ λόγου καὶ ἡ μυρίπνοος εὐωδία ἀπέστη, ἠρώτησε τὸν Δίκαιον λέγων· Δέομαί σου, κύρι ὁ μέγας, τίς ἦν ἡ εὐωδία ἡ πρὸ τῆς ὥρας ἡμῖν γενομένη, ὁπηνίκα τὸν λόγον διεξηρχόμην; Ἔφη ὁ Μακάριος. « Ὡς γλυκεῖα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου, ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου! » Νοητὸν δὲ χρὴ γινώσκειν τὸ στόματι καὶ, τὸ λάρυγγι, περὶ τοῦ ψυχικοῦ λάρυγγος καὶ στόματος εἴρηκεν. Ἐπιφάνιος εἶπεν· Ἄφες ταῦτα, καὶ εἰπέ μοι εἰ ἔχεις τι ἀπὸ θεωρίας· οἶδα γὰρ κἀγὼ διὰ τῶν τιμίων σου δεήσεων ταῦτα. Ὁ Μακάριος ἔφη· Τί σοι θέλω εἰπεῖν, φίλτατέ μου; Ἄγγελοι γὰρ Κυρίου ἦσαν ἱκανοὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὡς ἀνεγίνωσκες· εἷς δὲ ἐξ αὐτῶν, δοξάζων τὰ ῥήματα τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καθότι εὐφρασία ἐστὶν ἡδύνουσα, ἐθυμίαζε θεοπρε-
B πῶς ἀγαλλόμενος.

σλβ'. Ἐπιφάνιος εἶπεν· Καὶ ποῦ οἱ τοῦ Σωτῆρος ἄγγελοι, τό τε θυμίαμα, καὶ τὸ θυμιατήριον, τούς τε ἄνθρακας εὑρίσκουσιν, ἄϋλοι ὄντες, καὶ ὑλικοῖς μὴ συγχρώμενοι; Ὁ δὲ Μακάριος ἀτενίσας εἰς αὐτὸν, καὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν ἀνατείνας, λέγει· Θαυμαστὰ ὡμίλησας, ἄνθρωπε. Τίς γάρ σοι εἶπεν, ὅτι αἰσθητὰ θυμιατήρια οἱ ἄγγελοι κέκτηνται, ἢ κοσμικὰ θυμιάματα ἔχουσιν, ἢ τὸν τοῦ κόσμου ἄνθρακα ἐπιδέονται; Οἱ γὰρ πνευματικοὶ πνευματικὰ, καὶ οἱ ἔνυλοι ἔνυλα κέκτηνται. Ἄγγελοι δὲ ἡνίκα θυμιάσαι βούλονται, οὐδὲν ἄλλο θυμιῶσιν ἔμπροσθεν τοῦ Ὑψίστου, ἢ τὸν θρόνον ἐκεῖνον τὸν πάντα νοῦν
C ὑπερβαίνοντα, φημὶ τὴν εὐωδίαν, τὴν ἡδυτάτην ἐκείνην τὴν ἐξερχομένην ἐκ τῆς φοβερᾶς καὶ ἀπροσίτου θεότητος. Ὡς γὰρ παρίστανται τῷ φοβερῷ θρόνῳ τοῦ Παντοκράτορος, δέχονται τῆς ἐκεῖθεν ἐκπηδώσης ἀστραπῆς τὴν εὐοσμίαν, καὶ ἀδιαλείπτως ἔκτοτε μυρίζουσιν ἀποῤῥήτῳ εὐωδίᾳ τῆς θεότητος. Ὅταν οὖν ὀφείλωσιν (45), βούλονται ὅπως μετάσχῃ τῆς ἡδύτητος αὐτῆς, καὶ αὐτοὶ οἱ ἱστάμενοι ἔμπροσθεν αὐτοῦ, τύπτουσιν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον τῇ εὐοσμίᾳ τῇ θεϊκῇ ὅσῳ μέτρῳ βούλονται· καὶ λοιπὸν ὀσφραινόμενος ἐκεῖνος ἐπαπορεῖ τῇ ἡδυτάτῃ γλυκύτητι εὐφραινόμενος. Εὐωδιάζουσι δὲ καὶ ἄλλῳ πῶς ἐκ τῶν ἀνθέων τοῦ παραδείσου κομιζόμενοι, καὶ ἀοράτῳ παραστάσει τὴν ὄσφρησιν τοῦ ἀνθρώπου ἐμπιπλῶσιν. Κατὰ γὰρ τρεῖς τρόπους ἔχουσιν ἐξουσίαν θυμιᾷν οἱ ἅγιοι
D ἄγγελοι τοῖς ἐχομένοις αὐτοῖς φιλίᾳ καὶ σεμνότητι. Ἐν πρώτοις ὅταν τὰς ἱερὰς βίβλους ἀναγινώσκουσιν· περικυκλοῦσιν γὰρ ἐκεῖνοι τότε ἀοράτως, ἀκοῦσαι θέλοντες τὰ τοῦ παναγίου Πνεύματος θεότερπνα ῥήματα· πάλιν ἡνίκα τις προσεύχεται, καὶ ὁμιλεῖ τῷ Θεῷ· καὶ ὅτε κόπῳ, ἢ πόνῳ, ἢ μάστιγι καρτερεῖ τι; διὰ Θεόν· τότε γὰρ ἴδιον ἔχουσιν ἀλείφειν τε καὶ εὐωδιάζειν, καὶ προθυμοποιεῖν τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγωνιζόμενον.

[**] Psal. CXVIII, 103.

(45) Ὅταν οὖν, etc. Hinc usque ad illa, κατὰ γὰρ τρεῖς, desiderantur in ms. Mazar. suntque fere obscuriora, uti et pleraque sequentia : ac in primis istud ὀφείλωσιν, quid sibi vult?

Digitized by Google

σλγ'. Γέγραπται γὰρ ὅτι ἐπὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ Παραβάτου ἀπιόντος πρὸς τοὺς Πέρσας, ἔδοξεν αὐτὸν καταβῆναι πρὸς τὸν Πύθιον δαίμονα, τὸν ἐν τῇ Δάφνῃ, ὅπως ἀποκαλύψῃ αὐτὸν περὶ οὗ ἠπείγῃ πολέμου, κἄν τε νικήσῃ, κἄν τε ἡττηθῇ. Θυσιάσαντος οὖν τῷ Πυθίῳ ξοάνῳ, ἐνεφάνισεν αὐτῷ ἐκείνῳ, μὴ δύνασθαι ἐνεργεῖν κατὰ τὰς ἡμέρας, διὰ τὸ ἐκεῖσε κεῖσθαι τὸν ἅγιον καὶ ἀοίδιμον Βαβυλᾶν μετὰ τῶν τριῶν νηπίων, τὰ καρτερικώτατα καὶ θεάρεστα λείψανα. Τότε ὁ δυσσεβὴς Παραβάτης ἐκέλευσεν τοῖς Ἀντιοχεῦσιν αὐτοῦ ἀτρόμως καὶ ἀφόβως μετακομίσαι αὐτὰ τῶν ἐκεῖσε, καὶ ὅπου δ' ἂν βούλωνται καταθέσθαι αὐτὰ, ἄνεσιν παραποιούμενος τῷ ὀφθέντι αὐτῷ πονηροτάτῳ πνεύματι. Ὅτε οὖν πλῆθος τῆς πόλεως ἐξῆλθον μετὰ κηρῶν καὶ ὕμνων καὶ λιτανίας, ἦραν τὴν σορὸν τῶν Ἁγίων, καὶ ἐπορεύοντο ψάλλοντες· « Αἰσχυνθήτωσαν πάντες οἱ προσκυνοῦντες τοῖς γλυπτοῖς, οἱ ἐγκαυχώμενοι ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν. » Ὁ οὖν θεομίσητος βασιλεὺς ἀκούσας ταῦτα, ὀργισθεὶς, ἐκέλευσε τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως κρατῆσαι πάντας τοὺς τῇ λιτῇ παρακολουθοῦντας.

233. Proditum quippe est memoriæ Julianum Apostatam, Persis bellum inferre meditantem, ad Pythium dæmonem, qui in Daphne responsa consulentibus dabat, descendere voluisse, ut ex illo de belli quod suscipiebat eventu disceret, superiorne an inferior futurus esset. Cum itaque simulacro Apollinis thus adoleret, ostensum est a dæmone, frustra se responsa posci per illud tempus, propterea quod sacræ istic loci reliquiæ sancti ac celebris Babylæ, triumque puerorum fortiter passorum conderentur. Tunc impius Apostata, liberiorem pessimo dæmoni, qui se videndum obtulerat, locum facturus, præcepit Antiochenis, ut nihil trepidantes metuentesve, reliquias inde ablatas libere, quocunque collibitum esset, transportarent reponerentque. Egressi itaque civitatem frequentes admodum cives cum cereis, hymnis et litaniis, sustulerunt sanctorum arcas, et revertentes canebant : « Confundantur omnes, qui adorant sculptilia, qui gloriantur in simulacris suis [89]. » Sed et alia quædam haud levia addebant, nihil formidantes. Quibus perlatis ad aures imperatoris, divinum nomen odio acerbo prosequentis, exarsit iracundia, jussitque urbis præfectum capere universos, qui interfuerant supplicationi.

σλδ'. Καταδραμὼν οὖν ὁ ἔπαρχος τῆς λεωφόρου, ἐκράτησεν ἱκανοὺς, καὶ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἐνέκλεισεν· ἐν οἷς καὶ παῖδά τινα τῶν πρώτων τῆς πόλεως, ὡσεὶ ἐτῶν πεντεκαίδεκα, ὡραῖον τῷ κάλλει καὶ ἀμώμητον σφόδρα, ὀνόματι Θεόδωρον· ὃν καὶ προσήνεγκαν τῷ ἡγεμόνι λέγοντες μεγάλῃ τῇ φωνῇ Χριστιανὸν ἑαυτὸν ὀνομάζοντα, καὶ δοῦλον Χριστοῦ εἶναι. Τοῦτον πολλὰ παραινέσας ὁ ἔπαρχος ἀποστῆναι τῆς ἀληθείας οὐκ ἔπεισεν. Ὡς δὲ ἀπειθοῦντα ἑώρα, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ ξύλου ἀναρτηθῆναι, καὶ ξέεσθαι καὶ αἰκίζεσθαι· πολλὰ οὖν δεινὰ ὑπομείνας ἐπὶ τοῦ ξύλου κρεμάμενος, πρὸς ἑσπέραν δὲ κατενεχθεὶς ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἐβλήθη εἰς φυλακήν. Ποιήσας οὖν ἡμέρας μετὰ πάντων τῶν τότε κατασχεθέντων ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, καὶ τοῦ παρανόμου ἐκείνου βασιλέως ἐν τῷ πολέμῳ ἀναιρεθέντος, ἀπελύθη μετὰ πάντων τῶν ἐν δεσμοῖς καθειρχθέντων καὶ ὁ σεβάσμιος οὗτος παῖς. Ὡς οὖν εἰς τὰ οἰκεῖα ἐγένετο, ἠρώτων αὐτὸν οἵ τε φίλοι, καὶ οἱ συγγενεῖς, καὶ οἱ ὁμήλικοι αὐτοῦ μετὰ τῶν γονέων, καταφιλοῦντες τὰ τραύματα αὐτοῦ καὶ λέγοντες αὐτῷ· Τί ᾐσθάνου, κύρι Θεόδωρε, ἡνίκα ἐν τῷ ξύλῳ ἐκρέμασο, καὶ τὰς ἁγίας ταύτας σάρκας τοῖς ὄνυξι διεσπαράττου; Ὁ δὲ ἀνένευσε τοῦ διηγήσασθαι· πολλά τε παρακληθεὶς, μόλις αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα διηγήσατο λέγων·

234. Præfectus itaque ad forum contendens publicum, comprehensos quam plurimos carceri mancipavit : quos inter numerabatur præcipuæ nobilitatis puer annorum circiter quindecim, Theodorus nomine, forma insigni et vita omnino inculpata. Hunc cum lictores, magna voce exclamantes Christianum esse et Christi famulum se appellare, ad præfectum adduxissent, multis hic suadere conatus est, ut a veritate descisceret; sed nihil persuasit. Jussit itaque constantem in fide puerum in ligno extendi, lacerari et verberibus multis cædi; cumque sic pendulus multa pertulisset, sub vesperam deponi et in carcerem conjici. Latuerat istic aliquanto tempore venerabilis puer cum aliis captivis, quando nuntiata scelestissimi imperatoris in bello cæsi morte, omnes e carcere dimissi et in libertatem restituti sunt (46). Veniente domum suam Theodoro nostro, mox advolant sodales, amici, consanguinei, parentes; deosculantur vulnera, percunctantur : Quid dolorum sensisti, domine Theodore, cum sacræ in eculeo suspensi carnes tuæ ungulis laniabantur? Sed renuit ille quæ gesta erant enarrare; donec multis instanter rogatus, vix tandem ita proloqui cœpit :

σλε'. Ἐγὼ ὅτε ἐν τῷ ξύλῳ ἀνηρτήθην καὶ [τῶν σαρκῶν μου οἱ ὄνυχες] ἀπήρξαντο ἅπτεσθαι, τὸ κατ' ἀρχὰς βιαίως ἔφερον, καὶ ἐμαυτὸν παραμυθούμε-

233. Principio cum e ligno suspensum durius tractare ac laniare ungulis incipiebant, permoleste equidem dolores tuli, meque ipse sic alloquens

[89] Psal. xcvi, 7.

(46) Hactenus fere Socrates lib. III, cap. 19; Sozomenus, lib. V, cap. 19 et 20; Theodoretus, lib. III, cap. 10 et 11, et Nicephorus Callistus, lib. X, cap. 28. — Omnes vero dicunt, ipsummet Julianum suasu præfecti dimitti omnes vinctos jussisse, ne eorum constantia majus probrum sibi conciliaret. Quidni tamen Theodorus, tanquam aliis nocentior, retentus in carcere fuerit? Certe scriptores illi solam habent historiæ epitomen, quæ hic prolixius multo describitur, cum elogio ex prædictis auctoribus sumpto, quod sic concluditur : « His peractis, impius quidem Julianus funesto morte vitam apud Persas finivit, sanctus vero Theodorus in Domino requiescens gavisus est. »

Digitized by Google

tem legere desiit, desiit et fragrantia sentiri. Quod miratus admodum Epiphanius, interrogavit sanctum Andream, dicens : Oro te atque obsecro, magne domine, quæ illa, quam modo prælegente me percepimus, fragrantia? Cui vir sanctus : « Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo [88]! » Hic vero non tam de corporali, quam de spirituali ore atque faucibus sermonem fieri intelligendum est. Post hæc dicenti rursus Epiphanio : Missa fac ista, et si quid visionis oblatum tibi sit, edissere; illorum quippe notitiam per preces tuas assecutus sum : respondit Andreas : Quid edisseram, charissime? Quamdiu legisti, frequentes hic adfuere angeli, quorum unus, sancti Spiritus verba, quia suavitas et lætitia sunt, honorare volens, adolebat hilari cum vultu suffitum Deo dignum.

232. At, inferente Epiphanio, Unde angeli suffitum sibi, unde thuribulum, unde carbones comparant, quandoquidem ipsis immaterialibus nulla cum rebus materiatis conjunctio sit? tunc intuens in eum vir beatus, et manum extendens : Miranda, inquit, in medium affers, mi homo. Verum quis tibi, angelos perceptibilia sensibus thuribula, quis mundi hujus suffitum, aut carbones adhibere dixit? Qui spiritu solo constant, spiritualia, qui ex materia compacti, materiata tractant. Angeli vero cum incensum oblaturi sunt Altissimo, aliud non suffiunt, quam thronum illum, omnem intelligendi vim superantem : illam, aio, suavissimam fragrantiam, quæ ex tremenda et inaccessibili Deitate procedit. Nam astantes terribili Omnipotentis throno, excipiunt, quæ inde multo cum fulgore absistit, odorum fragrantiam, humano sermone inexplicabilem, eamque jugiter suffiunt. Quando igitur volunt, suavissimum Deitatis illius odorem cum aliquo participare, consistentes ante ipsum, quantum volunt odoris in faciem ejus effundunt; quem ille continuo percipiens olfactu, dubius hæret unde tanta fragrantia afficiatur. Alias quoque iidem angeli allatos e paradiso flores invisibili modo hominis admovent naribus, easque suavi odore complent. Triplici namque ratione possunt sancti angeli illos, quibuscum sibi familiaritas et morum conjunctio intercedit, odore perfundere. Et primum quidem id præstant, cum librorum sacrorum lectioni opera datur : circumstant quippe tum, quamvis aciem nostram fugiant, audire cupidi jucundissima sancti Spiritus verba. Rursum id præstant, cum quis orationi vacans cum Deo colloquitur : denique cum laboriosis operibus propter eumdem se discruciat, cumque in corpus suum flagellis animadvertit : tunc enim præclaro pugili suo præsto sunt, eumque variis modis deliniunt, recreant animantque.

A δὲ ὁ Ἐπιφάνιος πῶς τῇ καταπαύσει τοῦ λόγου καὶ ἡ μυρίπνοος εὐωδία ἀπέστη, ἠρώτησε τὸν Δίκαιον λέγων· Δέομαί σου, κύρι ὁ μέγας, τίς ἦν ἡ εὐωδία ἡ πρὸ τῆς ὥρας ἡμῖν γενομένη, ὁπηνίκα τὸν λόγον διεξηρχόμην; Ἔφη ὁ Μακάριος. « Ὡς γλυκεῖα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου, ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου! » Νοητὸν δὲ χρὴ γινώσκειν τὸ στόματι καὶ, τὸ λάρυγγι, περὶ τοῦ ψυχικοῦ λάρυγγος καὶ στόματος εἴρηκεν. Ἐπιφάνιος εἶπεν· Ἄφες ταῦτα, καὶ εἰπέ μοι εἰ ἔχεις τι ἀπὸ θεωρίας· οἶδα γὰρ κἀγὼ διὰ τῶν τιμίων σου δεήσεων ταῦτα. Ὁ Μακάριος ἔφη· Τί σοι θέλω εἰπεῖν, φίλτατέ μου; Ἄγγελοι γὰρ Κυρίου ἦσαν ἱκανοὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὡς ἀνεγίνωσκες· εἷς δὲ ἐξ αὐτῶν, δοξάζων τὰ ῥήματα τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καθότι εὐφρασία ἐστὶν ἡδύνουσα, ἐθυμίαζε θεοπρε-
B πῶς ἀγαλλόμενος.

σλβ'. Ἐπιφάνιος εἶπεν· Καὶ ποῦ οἱ τοῦ Σωτῆρος ἄγγελοι, τό τε θυμίαμα, καὶ τὸ θυμιατήριον, τούς τε ἄνθρακας εὑρίσκουσιν, ἄϋλοι ὄντες, καὶ ὑλικοῖς μὴ συγχρώμενοι; Ὁ δὲ Μακάριος ἀτενίσας εἰς αὐτὸν, καὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν ἀνατείνας, λέγει· Θαυμαστὰ ὡμίλησας, ἄνθρωπε. Τίς γάρ σοι εἶπεν, ὅτι αἰσθητὰ θυμιατήρια οἱ ἄγγελοι κέκτηνται, ἢ κοσμικὰ θυμιάματα ἔχουσιν, ἢ τὸν τοῦ κόσμου ἄνθρακα ἐπιδέονται; Οἱ γὰρ πνευματικοὶ πνευματικὰ, καὶ οἱ ἔνυλοι ἔνυλα κέκτηνται. Ἄγγελοι δὲ ἡνίκα θυμιᾶσαι βούλονται, οὐδὲν ἄλλο θυμιῶσιν ἔμπροσθεν τοῦ Ὑψίστου, ἢ τὸν θρόνον ἐκεῖνον τὸν πάντα νοῦν
C ὑπερβαίνοντα, φημὶ τὴν εὐωδίαν, τὴν ἡδυτάτην ἐκείνην τὴν ἐξερχομένην ἐκ τῆς φοβερᾶς καὶ ἀπροσίτου θεότητος. Ὡς γὰρ παρίστανται τῷ φοβερῷ θρόνῳ τοῦ Παντοκράτορος, δέχονται τῆς ἐκεῖθεν ἐκπηδώσης ἀστραπῆς τὴν εὐοσμίαν, καὶ ἀδιαλείπτως ἔκτοτε μυρίζουσιν ἀποῤῥήτῳ εὐωδίᾳ τῆς θεότητος. Ὅταν οὖν ὀφείλωσιν (45), βούλονται ὅπως μετάσχῃ τῆς ἡδύτητος αὐτῆς, καὶ αὐτοὶ οἱ ἱστάμενοι ἔμπροσθεν αὐτοῦ, τύπτουσιν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον τῇ εὐοσμίᾳ τῇ θείκῃ ὅσῳ μέτρῳ βούλονται· καὶ λοιπὸν ὀσφραινόμενος ἐκεῖνος ἐπαπορεῖ τῇ ἡδυτάτῃ γλυκύτητι εὐφραινόμενος. Εὐωδιάζουσι δὲ καὶ ἄλλῳ πῶς ἐκ τῶν ἀνθέων τοῦ παραδείσου κομιζόμενοι, καὶ ἀοράτῳ παραστάσει τὴν ὄσφρησιν τοῦ ἀνθρώπου ἐμπιπλῶσιν. Κατὰ γὰρ τρεῖς τρόπους ἔχουσιν ἐξουσίαν θυμιᾷν οἱ ἅγιοι
D ἄγγελοι τοῖς ἐχομένοις αὐτοῖς φιλίᾳ καὶ σεμνότητι. Ἐν πρώτοις ὅταν τὰς ἱερὰς βίβλους ἀναγινώσκουσιν· περικυκλοῦσιν γὰρ ἐκεῖνοι τότε ἀοράτως, ἀκοῦσαι θέλοντες τὰ τοῦ παναγίου Πνεύματος θεότερπνα ῥήματα· πάλιν ἡνίκα τις προσεύχεται, καὶ ὁμιλεῖ τῷ Θεῷ· καὶ ὅτε κόπῳ, ἢ πόνῳ, ἢ μάστιγι καρτερεῖ τις διὰ Θεόν· τότε γὰρ ἀΐδιον ἔχουσιν ἀλείφειν τε καὶ εὐωδιάζειν, καὶ προθυμοποιεῖν τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγωνιζόμενον.

[88] Psal. cxviii, 103.

(45) Ὅταν οὖν, etc. Hinc usque ad illa, κατὰ γὰρ τρεῖς, desiderantur in ms. Mazar. suntque fere obscuriora, uti et pleraque sequentia : ac in primis istud ὀφείλωσιν, quid sibi vult?

Digitized by Google

σλγ'. Γέγραπται γὰρ ὅτι ἐπὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ Παραβάτου ἀπιόντος πρὸς τοὺς Πέρσας, ἔδοξεν αὐτὸν καταβῆναι πρὸς τὸν Πύθιον δαίμονα, τὸν ἐν τῇ Δάφνῃ, ὅπως ἀποκαλύψῃ αὐτὸν περὶ οὗ ἠπείγῃ πολέμου, κἄν τε νικήσῃ, κἄν τε ἡττηθῇ. Θυσιάσαντος οὖν τῷ Πυθίῳ ξοάνῳ, ἐνεφάνισεν αὐτῷ ἐκείνῳ, μὴ δύνασθαι ἐνεργεῖν κατὰ τὰς ἡμέρας, διὰ τὸ ἐκεῖσε κεῖσθαι τὸν ἅγιον καὶ ἀοίδιμον Βαβυλᾶν μετὰ τῶν τριῶν νηπίων, τὰ καρτερικώτατα καὶ θεάρεστα λείψανα. Τότε ὁ δυσσεβὴς Παραβάτης ἐκέλευσεν τοῖς Ἀντιοχεῦσιν αὐτοῦ ἀτρόμως καὶ ἀφόβως μετακομίσαι αὐτὰ τῶν ἐκεῖσε, καὶ ὅπου δ' ἂν βούλωνται καταθέσθαι αὐτὰ, ἄνεσιν παραποιούμενος τῷ ὀφθέντι αὐτῷ πονηροτάτῳ πνεύματι. Ὅτε οὖν πλῆθος τῆς πόλεως ἐξῆλθον μετὰ κηρῶν καὶ ὕμνων καὶ λιτανίας, ἦραν τὴν σορὸν τῶν Ἁγίων, καὶ ἐπορεύοντο ψάλλοντες· « Αἰσχυνθήτωσαν πάντες οἱ προσκυνοῦντες τοῖς γλυπτοῖς, οἱ ἐγκαυχώμενοι ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν. » Ὁ οὖν θεομίσητος βασιλεὺς ἀκούσας ταῦτα, ὀργισθεὶς, ἐκέλευσε τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως κρατῆσαι πάντας τοὺς τῇ λιτῇ παρακολουθοῦντας.

A 233. Proditum quippe est memoriæ Julianum Apostatam, Persis bellum inferre meditantem, ad Pythium dæmonem, qui in Daphne responsa consulentibus dabat, descendere voluisse, ut ex illo de belli quod suscipiebat eventu disceret, superiorne an inferior futurus esset. Cum itaque simulacro Apollinis thus adoleret, ostensum est a dæmone, frustra se responsa posci per illud tempus, propterea quod sacræ istic loci reliquiæ sancti ac celebris Babylæ, triumque puerorum fortiter passorum conderentur. Tunc impius Apostata, liberiorem pessimo dæmoni, qui se videndum obtulerat, locum facturus, præcepit Antiochenis, ut nihil trepidantes metuentesve, reliquias inde ablatas libere, quocunque collibitum esset, transportarent B reponerentque. Egressi itaque civitatem frequentes admodum cives cum cereis, hymnis et litaniis, sustulerunt sanctorum arcas, et revertentes canebant : « Confundantur omnes, qui adorant sculptilia, qui gloriantur in simulacris suis [85]. » Sed et alia quædam haud levia addebant, nihil formidantes. Quibus perlatis ad aures imperatoris, divinum nomen odio acerbo prosequentis, exarsit iracundia, jussitque urbis præfectum capere universos, qui interfuerant supplicationi.

σλδ'. Καταδραμὼν οὖν ὁ ἔπαρχος τῆς λεωφόρου, ἐκράτησεν ἱκανοὺς, καὶ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἐνέκλεισεν· ἐν οἷς καὶ παῖδά τινα τῶν πρώτων τῆς πόλεως, ὡσεὶ ἐτῶν πεντεκαίδεκα, ὡραῖον τῷ κάλλει καὶ ἀμώμητον σφόδρα, ὀνόματι Θεόδωρον· ὃν καὶ προσήνεγκαν τῷ ἡγεμόνι λέγοντες μεγάλῃ τῇ φωνῇ Χριστιανὸν ἑαυτὸν ὀνομάζοντα, καὶ δοῦλον Χριστοῦ εἶναι. Τοῦτον πολλὰ παραινέσας ὁ ἔπαρχος ἀποστῆναι τῆς ἀληθείας οὐκ ἔπεισεν. Ὡς δὲ ἀπειθοῦντα ἑώρα, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ ξύλου ἀναρτηθῆναι, καὶ ξέεσθαι καὶ αἰκίζεσθαι· πολλὰ οὖν δεινὰ ὑπομείνας ἐπὶ τοῦ ξύλου κρεμάμενος, πρὸς ἑσπέραν δὲ κατενεχθεὶς ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἐβλήθη εἰς φυλακήν. Ποιήσας οὖν ἡμέρας μετὰ πάντων τῶν τότε κατασχεθέντων ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, καὶ τοῦ παρανόμου ἐκείνου βασιλέως ἐν τῷ πολέμῳ ἀναιρεθέντος, ἀπελύθη μετὰ πάντων τῶν ἐν δεσμοῖς καθειρχθέντων καὶ ὁ σεβάσμιος οὗτος παῖς. Ὡς οὖν εἰς τὰ οἰκεῖα ἐγένετο, ἠρώτων αὐτὸν οἵ τε φίλοι, καὶ οἱ συγγενεῖς, καὶ οἱ ὁμήλικοι αὐτοῦ μετὰ τῶν γονέων, καταφιλοῦντες τὰ τραύματα αὐτοῦ καὶ λέγοντες αὐτῷ· Τί ᾐσθάνου, κύρι Θεόδωρε, ἡνίκα ἐν τῷ ξύλῳ ἐκρέμασο, καὶ τὰς ἁγίας ταύτας σάρκας τοῖς ὄνυξι διεσπαράττου; Ὁ δὲ ἀνένευσε τοῦ διηγήσασθαι· πολλά τε παρακληθεὶς, μόλις αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα διηγήσατο λέγων·

234. Præfectus itaque ad forum contendens publicum, comprehensos quam plurimos carceri mancipavit : quos inter numerabatur præcipuæ nobilitatis puer annorum circiter quindecim, Theodorus nomine, forma insigni et vita omnino inculpata. Hunc cum lictores, magna voce exclamantes C Christianum esse et Christi famulum se appellare, ad præfectum adduxissent, multis hic suadere conatus est, ut a veritate desisceret; sed nihil persuasit. Jussit itaque constantem in fide puerum in ligno extendi, lacerari et verberibus multis cædi; cumque sic pendulus multa pertulisset, sub vesperam deponi et in carcerem conjici. Latuerat istic aliquanto tempore venerabilis puer cum aliis captivis, quando nuntiata scelestissimi imperatoris in bello cæsi morte, omnes e carcere dimissi et in libertatem restituti sunt (46). Veniente domum suam Theodoro nostro, mox advolant sodales, amici, consanguinei, parentes; deosculantur vulnera, percunctantur : Quid dolorum sensisti, domine Theodore, cum sacræ in eculeo suspensi carnes tuæ un- D gulis laniabantur? Sed renuit ille quæ gesta erant enarrare; donec multis instanter rogatus, vix tandem ita proloqui cœpit :

σλε'. Ἐγὼ ὅτε ἐν τῷ ξύλῳ ἀνηρτήθην καὶ [τῶν σαρκῶν μου οἱ ὄνυχες] ἀπήρξαντο ἅπτεσθαι, τὸ κατ' ἀρχὰς βιαίως ἔφερον, καὶ ἐμαυτὸν παραμυθούμε-

235. Principio cum e ligno suspensum durius tractare ac laniare ungulis incipiebant, permoleste equidem dolores tuli, meque ipse sic alloquens

[85] Psal. xcvi, 7.

(46) Hactenus fere Socrates lib. iii, cap. 19; Sozomenus, lib. v, cap. 19 et 20; Theodoretus, lib. iii, cap. 10 et 11, et Nicephorus Callistus, lib. x, cap. 28. — Omnes vero dicunt, ipsummet Julianum suasu præfecti dimitti omnes vinctos jussisse, ne eorum constantia majus probrum sibi conciliaret. Quidni tamen Theodorus, tanquam aliis nocentior, retentus in carcere fuerit? Certe scriptores illi solam habent historiæ epitomen, quæ hic prolixius multo describitur, cum elogio ex prædictis auctoribus sumpto, quod sic concluditur : « His peractis, impius quidem Julianus funesta morte vitam apud Persas finivit, sanctus vero Theodorus in Domino requiescens gavisus est. »

Digitized by Google

solabar : Sustine fortiter, o Theodore, tuæ nil immemor vilitatis, et tormentorum acerbitatem animo generoso perfer : quoniam si absque his fores, ignis te maneret sempiternus. Hæc dixeram, cum se mihi quatuor in conspectum dant eunuchi (48), venusta specie, vultu ardentes ut rosæ, candentes vestibus ut nix. Eorum unus pelvim quamdam præferebat candidam, tanto perstringentem oculos fulgore, ut eam intuentes in admirationem et stuporem raperentur. Alter pyxidem portabat, deauratam refertamque divino unguento, non dissimili illius quod e rosis distillat. Duo reliqui gestabant manibus supinis nivea lintea, in plicas quatuor composita.

236. Posteaquam illi sic in conspectum venerant, dixit unus tenenti splendidam, quam memoravi, pelvim : Affer illam huc ; cumque allata esset, dixit et alteri, deauratam portanti pyxidem : Unguentum tuum huc effunde ; quod ubi similiter effusum fuit, instar fulminis cujusdam oculos meos invadens, viscera membraque omnia penetravit ; tanta comitante unguenti fragrantia, ut omnium dolorum et cruciatuum sensus exstingueretur. Tum alius, quod in manibus habebat linteum in pelvi madefaciens, capiti meo imposuit, longoque satis tempore reliquit : unde jucundissima perfusus voluptate, omnium, ut modo dixi, cruciatuum oblitus fui. Rursus autem isthoc suum auferente linteum et faciem meam denudante, præsto erat alius ut suum injiceret ; sicque alternantes continuabant, quoad carnifices verberandi modum facerent, meque e ligno deponerent. Quod ubi factum est, recedentes continuo angeli, tam liquida me voluptate privatum, perquam tristem reliquerunt, optantemque etiam amplius sic cruciari. Deum quippe testor, tam admirabile id fuisse quod contigit, ut assequi mens humana cogitando non possit. Solummodo principium et aspectus tormentorum aliquid timoris incutiunt ; progressu vero tam uberi gratia Dei roboramur, ut nihil omnino dolorum persentiscatur.

237. Atque hæc ita, mi Epiphani, uti peracta sunt, narrare tibi volui, ut intelligas quomodo sancti angeli pro Christo certantibus cum suffitu gratisque odoribus præsto sint. Insolitam adeo narrationem ut audiit Epiphanius, sacro quodam horrore iterum perculsus est, secundum istud, Abyssus abyssum, et chaos chaos (51), et quæ sequuntur. Sæpe enim ad animum suum cogitationes revocans,

A νος ἔλεγον· Ταπεινὲ Θεόδωρε, φέρε γενναίως, καὶ ὑπόμεινον τὴν πικρίαν ταύτην· ὅτι ἄνευ (47) αὐτῆς τὸ αἰώνιον πῦρ μέλλει σε καταλαβεῖν. Ὡς δὲ ταῦτα ἔλεγον, θεωρῶ καὶ ἰδοὺ τέσσαρες εὐνοῦχοι ὡραῖοι, τὰ πρόσωπα ἔχοντες ὡς ῥόδον, καὶ αἱ στολαὶ αὐτῶν λευκαὶ ὡς χιών. Καὶ ὁ μὲν εἷς ἐκράτει ὡς λεκάνης εἶδος, ἥτις ἦν λευκὴ καὶ λαμπροτάτη καὶ καταπλήττουσα τῇ θεωρίᾳ ὄψιν ἀνθρώπου, καὶ εἰς ἔκστασιν φέρουσα. Ὁ δὲ ἕτερος ἐκράτει βησίριον διάχρυσον (49), μύρου θεϊκοῦ μεμεστωμένον ὡς ῥοδοστάγματος. Οἱ δὲ ἄλλοι δύο ὀθόνας λευκὰς ὡς χιών, δεδιπλωμένας εἰς τέσσαρα, ἐκράτουν ἐν ταῖς ὑπτίαις χερσὶν αὐτῶν

B σλς'. Ὡς δὲ ἐπ' ὄψεσί μου ἐγένοντο, λέγει εἷς τῷ τὴν φαιδρὰν ἐκείνην λεκάνην κατέχοντι, Φέρε ἐνταῦθα· καὶ ὡς ἤνεγκε, λέγει τῷ κατέχοντι τὸ βησίριον τὸ διάχρυσον, Βάλε ἐνταῦθα. Ὡς οὖν ἔβαλεν, ἐξήρχετο τὸ μύρον ἐκεῖνο, ὡς εἶδος ἀστραπῆς ἐρχόμενον εἰς τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ διὰ τῶν ἐνδοσθίων μου εἰς πάντα μου τὰ μέλη σκορπιζόμενον, ὥστε ἡ εὐωδία τοῦ μύρου ἐκείνου ἐνίκα, καὶ περιεγένετο τῶν φοβερῶν ἐκείνων πόνων τῶν ἐκ τῶν αἰκισμῶν προσαγομένων μοι. Εἷς οὖν τὸ πανίον ἐκεῖνο, ὃ κατεῖχε, βρέχων ἐν τῇ λεκάνῃ, ἐπετίθει τῇ ὄψει μου, καὶ ἐκράτει ἐπὶ πολλὴν ὥραν, ὥστε ἐκ τῆς ἡδονῆς ἐκείνης τῆς ἡδυτάτης, καθὼς προεῖπον, ἐπιλανθάνεσθαι τῶν πόνων μου. Πάλιν οὖν τούτου αἴροντος τὸ πανίον ἐκεῖνο ἐκ τῆς ὄψεώς μου ἄλλος εἱστήκει C ἕτοιμος τοῦ ἐπιθεῖναι· καὶ οὕτω διήρκεσαν ποιοῦντες, μέχρις οὗ οἱ τύπτοντές με ἐπαύσαντο, καὶ ἀπὸ τοῦ ξύλου κατήγαγον. Καὶ εὐθέως ὡς τοῦτο ἐγένετο, ἀπέστησαν οἱ ἄγγελοι ἀπ' ἐμοῦ, καὶ στερηθεὶς ἀπὸ τῆς ἡδονῆς ἐκείνης τῆς ἡδυτάτης πάνυ ἐλυπήθην· ἤθελον γὰρ ἔτι βασανίζεσθαι· πληροφορεῖ γὰρ ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ὅτι τοιοῦτόν ἐστι τὸ πρᾶγμα, οἷον νοῦς ἀνθρώπου ἀπεικάσαι οὐ δύναται. Μόνον ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ θέα (50) [τῶν βασάνων ἔχει τὸν φόβον·] ἡ δὲ προσβολὴ, δυναμουμένη τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ, τῶν προσαγομένων ἀλγηδόνων οὐκ αἰσθάνεται.

σλζ'. Ταῦτα, Ἐπιφάνιέ μου, οὕτως ἐτελέσθησαν· διηγησάμην σοι δὲ ταῦτα, ἵνα γνῷς πῶς θυμιῶσιν τοὺς ἀγωνιζομένους διὰ Κύριον ἅγιοι ἄγγελοι. Τοῦτο D τὸ παράδοξον ἀκούσας ἐκεῖνος, ἔφριττε πάλιν, καθ' ὃ ἄβυσσος ἄβυσσον, καὶ χάος χάος, καὶ ἐπέκεινα· πολλάκις γὰρ κατῆλθεν ἐν ἑαυτῷ, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ διαλογιζόμενος, περὶ τοῦ Δικαίου ἔλεγεν· Ἴδε ῥήματα θεῖα ἀνθρώπου νομιζομένου σαλοῦ, καὶ

(47) Ἄνευ reposui, pro μέσον.

(48) Prædicti auctores solum unius meminerunt, qui sudorem abstergeret, et animum, quandiu torquebatur, confortans exhilararet.

(49) Ita Vatic., at Mazar. βικίον : neutrum antiqui usus vocabulum est, uti nec βῆσα, nec βησίον (unde βασσίριον) idem recentioribus significantia. Antiquioribus, Xenophonti, Athenæo, et aliis βίκος (unde βικίον) est vas vel urna ansata seu etiam doliolum.

(50) Ms. Vatic., τὸ δόκιμον ἔχει τὸ πρᾶγμα.

(51) Videtur alludi ad illud Psalm. XLI, 8 : « Abyssus abyssum invocat, » etc., quod posset explicari : Abyssus humanæ ignorantiæ invocat abyssum divinæ scientiæ; nisi id malis ad Epiphanii compunctionem revocare, ut abyssus peccati dicatur invocare abyssum misericordiæ ; estque hæc una ex octo explicationibus, quas huic loco aptat noster Thomas le Blanc in *Analysi Psalmorum*. Aliæ, magis fortassis litterales, minus huc faciunt. In ms. Mazar. verba hæc, ut obscuriora, omittuntur : certe sensui servire volens, pro κάτω, *subtus*, quod erat in ms. καθ' ὃ ponendum putavi.

Digitized by Google

οἱ ἐπ' ἀληθείας σαλοὶ, οἱ θεωροῦντες αὐτὸν, ὥσπερ A κύνα σεσηπότα ἀποβδελύσσονται. Βαβαί! ἄλλος ἐν τῇ πόλει ταύτῃ τοιοῦτος φρόνιμος οὐχ εὑρεθήσεται φωστὴρ, ἢ τηλικοῦτος ἅγιος.

ita secum de viro sancto disserebat : Ecce verba divina hominis, qui passim e stolidorum numero habetur unus : at illi vere stolidi, qui quoties ipsum vident, non minus quam olidum canem exsecrantur. Profecto alius in civitate hac tantæ prudentiæ, tantæ gloriæ, tantæ sanctimoniæ reperietur nemo.

CAPUT XXVIII.

Extremum Andreæ cum Epiphanio et auctore colloquium : discessus, obitus, sanctitas cœlesti odore indicata.

σλη'. Ταῦτα τοῦ Ἐπιφανίου διαλογιζομένου, ἐγένετο συμφθάσαι τὸν καιρὸν τῆς θείας λειτουργίας, καὶ ἀναστὰς, ἐπορεύθη ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· ἔθος γὰρ ἦν αὐτῷ πάντοτε ἐν ταῖς συνάξεσι τῆς ἁγίας ἐκκλησίας πόθῳ πολλῷ σχολάζειν, καὶ μεταχειρίζεσθαι τὰς ἱερὰς βίβλους πρὸς ὠφέλειαν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. B Ὅτε οὖν ὑπέστρεψεν, τεθείσης τῆς τραπέζης, τῶν δωρεῶν Κυρίου ἀπήλαυσαν ἀμφότεροι· παρήμην γὰρ κἀγὼ ὁ τάλας ἐκεῖσε, μέσον ἁγίων Ὑψίστου, ὡς κύων ἀσχολούμενος, καὶ τῶν πνευματικῶν αὐτῶν ὁμιλιῶν ἀπολαύων. Καὶ γὰρ ἐκ Πνεύματος ἁγίου γλώσσας ἀλλογενῶν ἡρμήνευεν οἵαν τις ἤθελεν, οὔτε τῶν ἀποῤῥήτων τῆς Γραφῆς τι ἐλάνθανεν· ἦν γὰρ αὐτὴν ἄκρως πεπαιδευμένος. Ἦν δὲ καὶ ἁγνὸς, καὶ εὔγλωττος γλώσσῃ, καὶ γνῶσιν ἔχων ἀσυνείκαστον, ὥστε τὰ εἴκοσι τέσσαρα στοιχεῖα τῶν γραμμάτων, οὕτως τὰ νοερά τε καὶ αἰσθητὰ, ἀπὸ φοβερᾶς θεωρίας Πνεύματος ἁγίου ἐγίνωσκεν. Ἀλλ' ὅτι μόνῳ ἐμοί τε καὶ Ἐπιφανίῳ ὡμίλει, ἡνίκα πρός με ἐγένετο, ἢ πάλαι πρὸς τοῦτον ἐπεδήμησεν· ἑτέρῳ δέ τινι οὔτε κἂν ψιλὸν λόγον περὶ Γραφῆς. C

238. Talia secum volvente Epiphanio, sacræ liturgiæ tempus adest, quare surgens in ecclesiam abiit. Consuetudo namque ipsi jam pridem invaluerat, ut sacris in templo cœtibus magno cum fervore semper interesset, sacrosque ad animæ suæ emolumentum libros manibus tereret. Ubi postea revertit e templo, apposita mensa est, divinisque una cum Andrea donis sese recreavit. Aderam et ego quoque ipse, miserrimus omnium, inter sanctos Dei famulos uti canis versans, divinisque eorum colloquiis me recreans. Etenim qualemcunque explicandam aliquis obtulisset peregrinam linguam, sancti Spiritus instinctu expedite interpretabatur, nec minus erat versatus in obscurissimis quibusque locis sacræ Scripturæ exponendis, utpote perfectissimam illius intelligentiam nactus. Erat præterea insignis castimonia, erat facundus lingua, erat præditus scientia tam singulari, ut viginti quatuor litterarum elementa, tam quæ sub intellectum, quam quæ sub sensum cadunt, mirabili Spiritus sancti illustratione penitus pervaderet. Verumtamen scientiam illam mecum solummodo et cum Epiphanio, quando alterutrum convenisset, communicare solebat : apud alium vero quemlibet de sacra Scriptura ne verbum quidem.

σλθ'. Εἶτα καθεζομένων ἡμῶν καὶ ἐσθιόντων, ἔφη Ἐπιφάνιος τῷ Ὁσίῳ· Πάτερ μου, τί ἑρμηνεύει ἄρτος; Ὁ Δίκαιος ἔφη· Τὸ δέκατον καὶ τὸ διακοσιοστὸν ὁ σοφὸς ὑποκλέψας, ὤφειλε καλέσαι αὐτὸν ἄριστον, καὶ ἐκάλεσεν ἄρτον. Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος μειδιάσας ἐπὶ τούτῳ, πάλιν περὶ ἀκαταλήπτου θεότητος φόβῳ πολλῷ ὡμίλουν διαλεγόμενοι ἀμφότεροι· ὅτι πνεῦμά ἐστιν ἡ θεότης, ὑπὲρ πάντα αὐτοῦ τὰ ποιητὰ πνεύματα ἀποκρυφώτερόν τε καὶ ἀδηλότερον καὶ ἀθέατον, γλυκὺ σφόδρα καὶ ἀκόρεστον τῇ ἡδονῇ, λεπτότατον, ὑπεράπειρον καὶ φρικτὸν, πολλὰ μὲν νοούμενον, ἐπεὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ ἀπερίγραπτος, ὅσον D ἐστὶν καὶ θεωρεῖν οὐ δύναται, διὰ τὸ τὸν νοῦν μὴ χωρεῖν τὸν ἀνθρώπινον. Ὅταν οὖν ἀνοίξῃ καὶ ὀφθήσεται, ᾧ βούλεται, χέεται τὸ μέλι τῆς ἀστραπῆς ἐν καρδίᾳ γλυκύτερον, καὶ ἁρπάζει φοβερῶς, καὶ οὐχ ἵσταται· μάλα δὲ γαληνόν ἐστι καὶ εὐμενὲς, καὶ ἀπόῤῥητον, τινὶ μὴ παρεικαζόμενον τὸ σύνολον.

239. Postea, accumbentibus nobis vescentibusque, interrogans Andream Epiphanius : Mi Pater, inquit, quomodo interpretandus est ἄρτος seu *panis?* Cui Andreas : Subtractis, et quæ decem et quæ ducenta valent elementis (52), appellavit sapiens ἄρτον seu *panem*, quod ἄριστον seu *optimum* appellare debuerat. Excepit responsum Epiphanius suavi cum risu : tum ad sublimiorem de incomprehensibili Deo sermonem, sacro quodam cum horrore, se converterunt ambo, aientes, Deum esse spiritum, omnibus quas condidit rebus spiritualibus longe excellentiorem, longe magis arcanum, longe a cognitione et oculis nostris remotiorem ; esse spiritum apprime suavem, infinite jucundum, simplicissimum, nullis comprehensum terminis, majestate verendum ; esse spiritum, de quo multa quidem mente concipimus, quia vero essentia ejus terminis circumscribi non potest, quantus sit, intelligere nequimus, humana mente ad tam abstrusa capienda se non extendente. Quando autem se ipse cui vult exhibuerit videndum, effundit in cor ejus melleam quamdam splendoris sui dulcedinem, et rapit eum ad se vehementius, moræ impatiens. Esse denique spiritum valde tranquillum, benevolum, verbis inexplicabilem, quique nulla omnino cum re comparari potest.

σμ'. Οὕτως οὖν τὸ ἐπάνω τοῦ στερεώματος τοῦ οὐ-

240. Ita fere quod supra firmamentum cœli est,

(52) Græcorum numerales litteræ sic procedunt ut ι' 10, σ' 200 valeant; quibus subtractis ex ἄριστος, manet ἄρτος.

Digitized by Google

aer, inquam, adeo extenditur in sublime, ut cogitatione assequi non liceat : nam quantum cogitatione ascenderis, tanto minus reperietur; abyssus quippe illud est. An putas fortassis te posse abyssi summum mente attingere? quid igitur ultra concipis exsistere? utique, credo, immensam extensionem et vastissimum pelagus, quod oculis circumspici et terminis comprehendi nullis omnino potest. Dimitte autem isthæc, et vide infra terram : aqua ibi sub aqua est (53), vorago sub voragine, chaos sub chao alteraque vorago, sub inferno abyssus, sub abysso erebus, sub erebo aer obscurus et neutiquam perspicuus; rursum vero subtus illa abyssus abyssorum. Sæpius enim illuc in contemplatione descendi, ut viderem finem ejus quæ sub terra est profunditatis, et non reperi : deinde etiam inferius perrexi, nec tamen reperi. Postmodum intellectualiter me præcipitavi, et instar fulguris celerrimi transivi per caliginosam abyssorum abyssum, ingressusque sum chaos abyssale, pelagus immensum et visu impermeabile : cumque mihi non occurreret aut nebula instar muri, aut aliud crassioris corporis ulteriorem conspectum prohibens, ægre tamen mentis oculos per imaginaria isthæc solique contemplationi accessa circumferebam. Ascendens vero inde perrexi versus Orientem, et per virtutem Domini Sabaoth acutissime perspexi, et vidi superficiem terræ ibidem fundatæ : et rursus latitudinem Orientis pertransii, et inveni fluvium cui incumbens cœlum insistit, et terræ faciem intra se claudit. Et ecce ab inde supra cœlum ac terram, secundum Orientem, multæ erant aquæ, lucidæ, candidæ atque ineffabiles. Rursum vero evectus sursum, ægre emergere potui ex aquarum illarum rapacitate.

A ρανοῦ, τουτέστιν ὁ ἀὴρ, ὑπάγει εἰς ὕψος, ὅσον τις νοῆσαι οὐ δύναται· ὅσον γὰρ ἀναβῇς τῇ θεωρίᾳ, τοσοῦτον κάτω εὑρίσκεται· ἄβυσσος γάρ ἐστι τὸ πρᾶγμα· ἴσως γὰρ ὅτι εὑρίσκεις ἀβύσσου ἄκραν; καὶ πάλιν τὴν ἄνω τί ἄρα ὑπολαμβάνεις ὑπάρχειν; πάντως, ὅτι ἔκταμα φοβερὸν, ἔπειτα πέλαγος ἀχανὲς καὶ ἀπερίβλεπτον καὶ ἀπεριόριστον. Καὶ ἀφίης τὰ ἐκεῖ, καὶ βλέψον ὑποκάτω τοῦ χάσματος χάος, ὑποκάτω τοῦ χάους ἕτερον χάσμα, ὑποκάτω τοῦ ᾅδου ἄβυσσος, ὑποκάτω τῆς ἀβύσσου ἔρεβος, ὁ ἀὴρ σκοτεινὸς καὶ ἀπερίβλεπτος, πάλιν κάτω ἄβυσσος ἀβύσσων, καὶ χάους χάος ἐπέκεινα. Πολλάκις γὰρ κατῆλθον ἐκεῖ τῇ θεωρίᾳ, ὅπως θεάσωμαι τέλος τοῦ ὑποκάτω τῆς γῆς κρημνοῦ, καὶ οὐχ εὗρον· ἔπειτα κατωτέρω κατῆλθον καὶ οὐχ εὗρον· ἔπειτα ἔῤῥιψα B ἐμαυτὸν τῷ νοερῷ, καὶ ἄπειμι ὡς τάχος ἀστραπῆς διὰ ζοφερᾶς ἀβύσσου τῶν ἀβύσσων, καὶ εἰσδὺς εἰς χάος ἀβύσσου, πέλαγος ἀχανές τε καὶ ἀπερίβλεπτον· καὶ ἐν τῷ μὴ συναντῆσαί μοι ἢ τεῖχος νεφέλης, ἢ πλήρωμα τὸ οἱονοῦν, μόλις ἐμαυτῷ τῶν ἐκεῖ νοερῶν τε καὶ θεωρητικῶν τοῦ πνεύματος ὄμμα ἀνήνεγκα· καὶ ἐν τῷ ἀναβῆναί με τῶν ἐκεῖ, ἐπορεύθην κατὰ ἀνατολὰς, καὶ ἐπέβλεψα δυνάμει Κυρίου Σαβαὼθ καὶ ὀξέα σφόδρα, καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ τὸ ἐπ' ἄκρον τῆς γῆς ἐν αὐτῷ· καὶ πάλιν ἦλθον τὸ πλάτος τῆς ἀνατολῆς, καὶ εὗρον ποταμὸν, ἐν ᾧ ὁ οὐρανὸς ἐπικείμενος ἵστατο, καὶ ἀποκλείει τὸ πρόσωπον τῆς γῆς ἔνδοθεν· καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ τὴν ἄνω ἐκεῖθεν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς κατὰ ἀνατολὰς πολλὰ ὕδατα, φωτεινὰ καὶ λευκὰ καὶ ἀπόῤῥητα· πάλιν δέ- C δωκα τὴν ἄνω, καὶ μόλις ἠδυνήθην ὑπεξελθεῖν τὴν ὁλκὴν τοῦ ὕδατος.

241. Deinde sic perrexit Epiphanium Andreas alloqui : Ecce, fili mi dilectissime, supremus hic mihi tecum congressus et colloquium est; non enim deinceps me visurus es, aut vivum aut mortuum, nisi forte in spiritu. Nunc igitur quæ eventura tibi deinde sunt, manifeste edisseram omnia, ut nunquam te mei meorumque verborum oblivio capiat. Patre tuo vita functo, monasticum indueris habitum; susceptoque in statu laudabiliter vivens, uberibus misericordiæ et gratiarum donis ab unigenito Dei Filio cumulaberis, cum propagatione famæ de te admodum præclaræ. Quando autem [cum habitu mutaveris nomen tuum (54)], et sancta hæc Ecclesia episcopo suo viduata fuerit, te excitabit Dominus luminare, ducem et pastorem expertissimum errantium animarum. Dices quoque pro Christi nomine testimonium præclarus cen-

σμα'. Εἶτα λέγει αὐτῷ ὁ Ἅγιος· Ἰδοὺ, τέκνον μου γλυκύτατον, αὕτη μου ἡ ἐσχάτη ὁμιλία πρός σε· οὐκέτι γὰρ ὄψει με οὐδὲ θεάσει με ζῶντα ἢ τεθνεῶτα, εἰ μὴ τῷ πνεύματι. Ἐρῶ δέ σοι καθαρῶς πάντα τὰ ἐπ' ἐσχάτων ἀποβησόμενα εἰς σὲ, ἵνα μου μέμνησαι διὰ παντὸς, καὶ τὰ ῥήματά μου ἔχεις διηνεκῶς. Μέλλεις γὰρ, τοῦ πατρός σου ἀποβιώσαντος, ἐνδύσασθαι τὸ μοναχικὸν σχῆμα, καὶ διαπρέψαι καλῶς ἐν ἐλέει καὶ χάριτι τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐξελεύσεται φήμη περὶ σοῦ [ἀλλαγέντος D καὶ τοῦ ὀνόματός σου ἐν τῷ σχήματι]. Τῆς δὲ ἁγίας ταύτης χηρευσάσης ἐκκλησίας, σὲ ἐγερεῖ Κύριος φωστῆρα καὶ ὁδηγὸν καὶ ποιμένα τῶν πεπλανημένων ψυχῶν ἐμπειρότατον. Μέλλεις καὶ εἰς ὁμολογίαν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ ἔρχεσθαι, καὶ σὺν τοῖς ἁγίοις γενήσεται ὁ κλῆρός σου. Σὺ δὲ, τέκνον, ἔχε τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ ἐν τῇ ψυχῇ σου, καὶ ἀγάπα

(53) Videntur Græci, quorum disciplinis imbutus Andreas ante conversionem fuerat, tunc adhuc ignorasse mundi ubique habitabilis rotunditatem; sed eam, sicut ætate Augustini concipiebant antiqui, imaginantes sibi esse instar eversæ navis aquæ innatantis, ac subtus quidem immensitatem abyssi, desuper vero aerem similiter immensum; ex lateribus etiam aquas, unde cœlum emergat, concepisse : et secundum has species, animo alte impressas, agi sanctum etiam in contemplationibus suis sinebat Deus : quia veræ illæ an falsæ essent, nil faciebat ad fructum spiritualem inde percipiendum, ut jam alibi monui.

(54) Perquam incommode hæc verba absunt a ms. Mazar. : eximunt enim lectorem sollicitudine alias necessaria, quærendi inter patriarchas CP. Epiphanium aliquem : qui solum unicus inventus est hactenus, isque ad sæculum VI spectans, adeo-

Digitized by Google

αὐτὸν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ σοῦ, καὶ προσεύχου αὐτῷ συχνῶς μετὰ πολλῶν δακρύων· μέμνησο δέ μου πάντοτε ἐν ταῖς ἱεραῖς σου ἀναφοραῖς, ἡνίκα λειτουργῶν τῷ Κυρίῳ παρίστασαι πολλῇ τῇ αἰδοῖ καὶ καταστάσει τῆς ταπεινοφροσύνης· καὶ ἰδοὺ Κύριος ὁ Θεὸς ὑπεράνω ὑπερασπίσει σου, ὑπὲρ πάσης καταστάσεως προμυθούμενος. Ἰδοὺ ἡ ὑπερευλογημένη καὶ δεδοξασμένη Θεογεννήτειρα, αὕτη κυβέρνησις καὶ ἀντίληψίς σοι γενήσεται. Δεῦρο οὖν, τέκνον, καὶ κλίνωμεν γόνυ οἱ ἀμφότεροι Κυρίῳ τῷ Θεῷ, καὶ τὸ τελευταῖον προσευξώμεθα. Καὶ κλινάντων γόνυ, ἤρξατο προσεύχεσθαι ὁ Ὅσιος οὕτως·

σμβ'. Ὁ Πατὴρ, ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, Τριὰς ἡ ζωοποιὸς καὶ ὁμοούσιος καὶ σύνθρονος καὶ ἀμέριστος, παρακαλοῦμέν σε οἱ πένητες, καὶ ξένοι, καὶ πτωχοὶ, καὶ γυμνοὶ, καὶ μὴ ἔχοντες τὴν κεφαλὴν ποῦ κλῖναι· ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου κλίνομεν τὸ γόνυ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, καὶ τῆς καρδίας καὶ τοῦ πνεύματος, καὶ δεόμεθά σου καὶ παρακαλοῦμεν, καὶ ἱκετεύομέν σε, ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς τὸ φοβερὸν ὄνομα Σαβαὼθ, ἀγαθὲ καὶ ἅγιε Δέσποτα, πλαστουργὲ ποιητὰ παντοκράτωρ, κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ εὐμενῶς πρόσδεξαι τὴν ἱκετηρίαν ἡμῶν τῶν ταπεινῶν ἔντευξιν καὶ δέησιν, καὶ καταξίωσον ἡμᾶς ἁγιασθῆναι ἐν τῇ δυνάμει σου καὶ ἐν τῷ ὀνόματί σου, οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων, μακρόθυμε καὶ πολυέλεε Κύριε. Ἐλθὲ, Πατὴρ, Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἐλθὲ, ἡ φοβερὰ ἀστραπὴ τῆς θεότητος· ἐλθὲ, τὸ κράτος τὸ φοβερόν· ἐλθὲ, τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, συμπαθῶν τὰ παραπτώματα ἡμῶν, ἅπερ ἡμάρτομεν ἐν λόγῳ ἢ ἔργῳ, ἢ ἐν ἐνθυμήσει, ἢ ἐν διανοίᾳ. Δεόμεθα, πάριδε, ἄνες, ἄφες, ἀγαθὲ, εὔσπλαγχνε, ἐλεῆμον, πολυέλεε· καὶ μὴ καταισχύνῃς ἡμᾶς, μηδὲ ἀποῤῥίψῃς ἀπὸ τοῦ προσώπου σου, ὁ ἡδονῇ καὶ φίλτρῳ ἔρωτος γλυκυτάτου καμπτόμενος ἐπὶ ταῖς ἐντεύξεσι τῶν ἀγαπώντων σε. Παρακαλῶ σε, Δέσποτα, τὸ τέκνον μου τοῦτο τὸ ὄπισθεν τῆς ἐμῆς ἀνικανότητος τὸ γόνυ κλῖναν, φώτισον αὐτοῦ τὰ ὄμματα τῇ ἀστραπῇ τῆς σῆς θεότητος· ἁγίασον αὐτοῦ τὰ νοερὰ αἰσθητήρια τῷ ἁγίῳ σου Πνεύματι· φαίδρυνον αὐτοῦ τοὺς τῆς ψυχῆς διαλογισμοὺς τῇ ἀφάτῳ εὐωδίᾳ τῆς ἀειζώου σου χάριτος· ἔμπνευσον αὐτῷ πνεῦμα σοφίας, πνεῦμα ἰσχύος, πνεῦμα συνέσεως, πνεῦμα ἀγάπης καὶ εἰρήνης, πνεῦμα πραότητος, πνεῦμα δακρύων ῥοητικὸν, ἵνα εὐοδούμενος καὶ κυβερνώμενος παρὰ τῆς ἀῤῥήτου σου δεξιᾶς, ποιήσῃ πάντα τὰ εὐάρεστά σου ἐν τῇ δυνάμει σου σωζόμενος.

σμγ'. Ταῦτα εὐξάμενος ὁ Ὅσιος, ἀναστὰς, καὶ κατασπασάμενος αὐτοῦ τὰ ὄμματα, καὶ τὸ πρόσωπον, καὶ τὸ στῆθος, καὶ τὰς χεῖρας, καὶ εἰρήνην ἄγειν αὐτὸν ἐντειλάμενος ἔνδον τοῦ κοιτῶνος αὐτοῦ,

A fessor (55), et sors tua cum sanctis futura est. Tu vero, fili, videsis, ut nunquam animo tuo elabatur timor Domini; ex toto corde tuo dilige illum, et crebro multis cum lacrymis precare. Quotiescunque sacrificaturus astabis coram Domino, multa cum reverentia et humilitate, memento semper mei in sanctis oblationibus tuis; et Dominus Deus, quocunque in statu fueris, te propugnabit. Ecce, quæ supra modum benedicta et glorificata est, sancta Dei Genitrix te tuaque gubernabit rectissime ac defendet. Huc ades, fili; flectamus simul genua nostra Domino Deo, supremam orationem simul fusuri; illisque flexis, ita oratum est a viro sancto:

242. Pater, Fili, et Spiritus sancte, Trinitas B vivifica, in substantia eadem, in gloria æqualis, in partibus individua; nos pauperes, peregrini, mendici ac nudi, qui ubi caput reponamus non habemus, imploramus opem tuam, inclinantes propter nomen tuum tam animæ quam corporis, tam cordis quam spiritus nostri genua, et oramus atque obsecramus nec non et supplicamus tibi, o Deus, Deus, cujus terribile nomen Sabaoth, optime et sanctissime Domine, effector et creator omnipotens, ut aurem tuam nobis inclinans, benigne suscipias humilium famulorum tuorum supplicem orationem, utque in virtute ac nomine tuo nos sanctos efficere digneris, misericors et miserator, longanimis et multæ miserationis Deus. Adsis nobis Pater, Fili, et Spiritus sancte, adsis splendor in- C finitæ claritatis Deus, adsit potentia tua mirabilis, atque in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti quæcunque vel opere, vel verbo, vel concupiscentia, vel cogitatione admisimus delicta, misericorditer nobis dimitte; dimitte, inquam, condona, et oblittera, piissime Domine, cujus misericordiæ et miserationes multæ sunt; ne confundas nos, neve projicias a facie tua, qui voluptate et illicio quodam amoris suavissimi, converteris ad orationem diligentium te. Obsecro te, Domine, ut oculos hujus, pone me flectentis genua, filii mei, divinæ claritatis tuæ splendore illumines; ut omnes animæ facultates Spiritu tuo sanctifices; ut mentis cogitationes inenarrabili semper vigentis gratiæ tuæ fragrantia condita exhilares; ut inspires illi spiri- D tum sapientiæ, spiritum fortitudinis, spiritum intelligentiæ, spiritum dilectionis et pacis, spiritum mansuetudinis, spiritum denique salutares lacrymas elicientem: quo recta incedens via, dirigente infallibili dextera tua gubernetur; et quælibet ex voluntate tua placitoque operans, in virtute tua vitam consequatur æternam.

243. Ita precatus Andreas, surrexit; tum osculatus Epiphanii oculos, vultum, pectus et manus, hortatusque, ut in suo se conclavi pacifice contineret, acerbe dolentem ac lamentantem relinquens

que minime hic idoneus nobis: diximus autem videri assumpsisse, cum monachus fieret, atque in patriarchatu retinuisse, nomen Antonii vel Polyeucti.

(55) Magis hoc Polyeucto convenire etiam initio diximus.

Digitized by Google

discessit. Perveniens hinc ad ambulationes, quæ sub porticibus sunt, totam noctem pro periclitantibus, pro afflictis, pro necessitate aliqua pressis, pro carcere detentis, pro omnibus denique mundi incolis orando transegit. Atque ita evocatus e terris, videns universum sanctorum agmen, veluti familiarem suum invisentium, hilari ridentique vultu spiritum emisit.

244. Interea paupercula quædam mulier, quæ ibidem in tuguriolo quopiam morabatur, copiosam unguenti fragrantiam ac thymiamatis suaviter olentis, cum nullo altero comparandi, et captum omnem hominum supergredientis, odorem percipiens, prosiliit subito; petitoque lumine, secuta odorem, ad locum unde promanabat devenit; reperitque istic beatum Andream vita functum, et deprehendit divinum istum odorem magis magisque fragrantem aspirare, et unguentorum scaturiginem instar fluminis mirabiliter e reliquiis egredi. Qua de causa ad alios quosdam festine accurrens, quod acciderat miraculum, Deo ipso in testem vocato, jurata narravit. Hinc excitati plures, ad locum designatum concurrerunt: quo appropinquantes, nullum omnino viderunt hominem, sed solam unguenti et incensi fragrantiam perceperunt, mirantes vehementer, nullas uspiam viri sancti reliquias deprehendi: transtulerat enim illas Dominus alio ex judicio suo divino, quod illum non latet, qui arcana quælibet illius facinora habet perspecta.

245. Beatus itaque Andreas, sol iste absconditus, et columna ad cœlum usque pertingens, qui et pauper et peregrinus et stultus et omnium peripsema factus fuerat propter Dominum, vitam hanc duodetrigesima die Maii conclusit, sexto et sexagesimo ætatis suæ anno, occulte suum agonem consummans et Deo soli cognitus. Ego autem Nicephorus, per misericordiam omnipotentis Dei, in numerum presbyterorum Magnæ ecclesiæ, quæ in hac urbium regina Dei Sophia cognominatur, ascitus, mirabilem hancce et celebris famæ futuram religiosissimi sanctissimique Patris Andreæ Vitam conscripsi, ea in commentarium præsentem referens, quæ partim oculis meis ipse vidi, partim didici ex Epiphanio, facto hic deinde reverendissimo archiepiscopo secundum prædictionem ipsius sancti: cujus precibus mereamur consequi misericordiam in die judicii, per gratiam et benignitatem Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre sanctoque Spiritu gloria, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

A οὕτω πικρῶς θρηνοῦντα ἀφεὶς, ἀνεχώρησε. Καταλαβὼν δὲ ἐν τοῖς περιπάτοις τόποις τοῖς ὑποκάτω οὖσιν ἐμβόλοις, καὶ διὰ πάσης νυκτὸς προσευχόμενος ὑπὲρ τῶν ἐν κινδύνοις καὶ θλίψεσι, καὶ ἀνάγκαις, καὶ ἐν αἰχμαλωσίαις, καὶ ὑπὲρ παντὸς τοῦ κόσμου, οὕτως ἐπὶ γῆς ἀνακληθεὶς, καὶ ὁρῶν ἅπαντας τοὺς ἁγίους ὥσπερ φίλους πρὸς αὐτὸν παραγενομένους, μειδιῶν τῷ προσώπῳ, ἀφῆκε τὸ πνεῦμα.

σμδʹ. Ἐν οἷς γύναιον πενιχρὸν τῶν ἐκεῖσε, ἐπὶ καλύβης τὴν κατοίκησιν ἔχον, τὴν πολυτελῆ τοῦ μύρου εὐωδίαν καὶ θυμιαμάτων ἐκείνων, τῶν ἡδυπνόων καὶ ἀσυγκρίτων, καὶ πάντα νοῦν ὑπερβαινόντων κατοσφρανθεῖσα, σπουδῇ ἀναστᾶσα, καὶ φῶτα αἰτησαμένη, καὶ ἐξακολουθήσασα τὴν εὐωδίαν τῷ τόπῳ ἐπέστη· εὗρε δὲ τὸν Μακάριον τέλει τοῦ βίου B χρησάμενον, καὶ τὴν θεϊκὴν ἐκείνην εὐωδίαν πολλῷ μεῖζον ἀναδιδομένην, καὶ μύρων ἔκβλυσιν παραδόξως ἐκ τοῦ λειψάνου ἐξερχομένην ποταμηδόν. Ἔδραμεν οὖν καί τισι τὸ θαῦμα ἀπήγγειλε σὺν ὅρκῳ, μάρτυρα τὸν Θεὸν προσκαλουμένη. Καὶ δὴ πολλῶν συνδεδραμηκότων, ὡς δὲ πλησίον ἐγένοντο, οὐκέτι τινὰ ἑωράκασιν, εἰ μὴ ὑπὸ τῆς εὐοσμίας τοῦ μύρου καὶ τῶν θυμιαμάτων κατεπλήττοντο λίαν, οὐδαμῶς εὑρεῖν δυνηθέντες τοῦ Ἁγίου τὸ λείψανον. Μετέθηκε γὰρ αὐτὸ ὁ Κύριος, κρίμασιν ἰδίοις οἷς ἐκεῖνος ἐπίσταται, ὁ καὶ τὰ ἀπόκρυφα αὐτοῦ κατορθώματα ἐπιστάμενος.

C σμεʹ. Ἐτελειώθη δὲ ὁ κρυπτὸς ἥλιος καὶ οὐρανομήκης στῦλος πυρὸς, ὁ μακάριος Ἀνδρέας, ὁ διὰ Κύριον πένης καὶ ξένος καὶ καταπεφρονημένος, καὶ ὑπὸ πάντων ἐξουθενημένος, μηνὶ Μαΐῳ εἰκάδι ὀγδόῃ, ἑξηκοστῷ ἕκτῳ ἔτει τὸν ἀγῶνα κρυπτὸς διηγωνισμένος, Θεῷ δὲ διεγνωσμένος, ὡς καλῶς ἀγωνισάμενος. Ἐγὼ δὲ Νικηφόρος, ἐλέει τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ ὑπάρχων κατηριθμημένος ἐν τοῖς ἱερεῦσι ταύτης τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων τῆς ἐπωνύμου Θεοῦ Σοφίας, συνεγραψάμην τὸν θαυμαστὸν τουτον βίον καὶ πολυθρύλλητον τοῦ σεβασμίου Πατρὸς τοῦ ἐν ἁγίοις Ἀνδρέου, ἃ καὶ οἰκείοις ὀφθαλμοῖς ἑώρακα, καὶ παρὰ τοῦ Ἐπιφανίου τοῦ ἀοιδίμου, τοῦ γεγονότος ἐνθάδε ἀρχιερέως μεμάθηκα, καὶ τῷδε τῷ συγγράμματι συνέταξα, D χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ μετὰ τῷ Πατρὶ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

—

Digitized by Google

CIRCA MEDIUM SÆCULUM X.

CONTEXTIO GEMMARUM

SIVE

EUTYCHII PATRIARCHÆ ALEXANDRINI

ANNALES

Illustriss. Joanne Seldeno chorago; interprete Edwardo Pocockio, linguarum Hebraicæ et Arabicæ in Academia Oxoniensi professore publico.

(Oxoniæ: Impensis *Humphredi Robinson*, in Cœmeterio Divi *Pauli*, ad insigne trium Columbarum, 1658)

EX PRÆFATIONE

JOANNIS SELDENI

AD

EUTYCHII ORIGINES ECCLESIÆ ALEXANDRINÆ,

In qua de auctoris nomine, patria, natalibus, ævo, scriptis, adeoque eis unde Origines istæ sumptæ.

Patriarchæ huic a natalibus nomen erat Said cum adjectione patronymica *Ibn Batrik*, id est, *Saidus Filius Batrici* seu *Patricii*, aut *Batricides*. Cum autem patriarcha factus est, maluit sibi nomen אפתישיש, quod et exaratur subinde אותישיש et אוטישיש pro eo quod e Græco est *Eutyches* aut *Eutychius*. Vocabulum illud e Græco sic in Arabica elementa deformatum legi quidem olim, sed non sine errore, *Aphthysius*; uti et, juxta mecum, vir summus Thomas Erpenius Orientalium linguarum, maxime Arabicæ, in Occidente parens, dum vixit, colendissimus. Id quod ex ejusdem annotatiuncula de auctore hoc, codicum quibus utor alteri, sua manu, dum aliquandiu consuetudine ejus Londini annis abhinc amplius viginti fruebar, adjecta liquet. Et lectionum ejusmodi satis ferunt ipsa vocabuli elementa. Sed tandem vidi *Eutychis* et *Eutychii* nomina ab ipso Saido eisdem litteris designari, unde et eumdem *Eutychium* aut *Eutychen* dicendum minime dubitavi. Nec tam novum ita sumpsit nomen Saidus, quam pristini interpretationem, aut alia ex lingua synonymum. Nam *Said* idem Arabice significat quod Græce *Eutychius* aut *Eutyches*, aut Latine *Fortunatus*.

Patria erat Ægyptus. Natalium locus (ut testatur ipse in Chalifatu *Kahiri Billa*) Fustatum, de quo vide, si placet, geographiam Nubiensem in parte III climatis 3 præter Leunclavium in *Pandectis Turcicis* cap. 61 et 212. Tempus natalium ejus fuit annus octavus Mutemadis Billa Ibn Metwachal Chaliphæ in Syria, Achmede Ibn Tolon Chaliphatum obtinente Ægypti; dies vero Dominicus et 27 mensis Dilhuggiæ, anni hegiræ 263, ut expressim in codicum quibus utor ejusdem altero, sive ab ipso Eutychio, sive a nescio quo alio traditur. De anno verba sunt: *Atque hoc evenit anno 263 lunari. Et ab hegira ad natales ejus anni sunt solares* 254. Dum vero numeratur ibi annus a Christi incarnatione, fit ille 868; qui plane idem est qui nobis in chronologia receptissima habetur 876. Nimirum Eutychius passim in chronologia sua Christi natales octennio facit recentiores quam in æra vulgari. Adeoque ex ea ratione hegiram ab anno Christi 614 auspicatur, quam unanimes tribuunt chronologi nostri anno vulgari Christi 622. Atque ex 622 et 254 annis solaribus conficitur annus ille 876. Dies autem 27 Dilhuggiæ in anno Hegiræ 265, respondet diei 8 Septembris in anno 876 Juliano. Accepi vero, et beneficium libentissime agnosco, ab viro litteris optimis ac virtute ornatissimo Edwardo Pocockio,

Digitized by Google

Oxonii linguæ Arabicæ professore dignissimo, vitam ms. Eutychii nostri ob Ibn Abi Osaibea Mahumedano, inter Vitas Arabum qui medicina (nam et medicus erat insignis Eutychius) claruere scriptam. In ea idem dies, mensis, ac feria eadem, natalibus ejus tribuitur. Annus vero interim ibi est 223 *Hegiræ*. Sed librarii error est manifestus. Et pro עשרין *vicesimus*, plane שתין *sexagesimus* legendum. Auctor ille alias dicitur Abu Elaighbas Achmed Ben Casem, quem eumdem existimo esse cum Ben Casem virorum illustrium Vitarum auctore aliquoties citato a Gabriele et Joanne Maronitis in tractatu de rebus Orientalibus Geographiæ Nubiensi subnexo. Floruit hic sub annum hegiræ 610, seu annum Christi 1212. Anno nempe ætatis suæ 37 mortuus est, anno hegiræ 616, qui Christi est 1220. Igitur natus est Eutychius Carolo Calvo Occidentis, Basilio Orientis imperatoribus, et Alfredo rege Angliæ, patriarcha Alexandrino tunc Michaele. Dum autem temporis hunc qualemcunque calculum ex Arabismo afferimus, subit in mentem illud Landulphi Sagacis de summa atque inaudita numerandi inscitia, quam Arabibus, auctore Græculo aliquo, imputat. Ait nempe, libro 20 Ulid, seu Walid *Chalifam Syriæ prohibuisse scribi Græce publicos logothesii codices, sed in Arabicis annotari sine computo: quoniam*, sic ille, *impossibile est illorum lingua monadem, vel dualitatem, aut trinitatem, aut octo et dimidium, aut tria scribi, propter quod et usque hodie sunt notarii Christiani*. Ita in rebus Justiniani Rhinotmeti seu sub annum Christi 700 Landulphus. Sed mirari satis nequeo, undenam hoc commentum primo natum. Manifestius nihil est quam non solum in Arabum lingua Walide hoc vetustiore, utpote etiam in Alcoranica, numerandi rationem pariter, ut linguis in aliis, exprimi, verum etiam ipsas, quibus utimur Europæi, figuras numerales operationibus arithmeticis adeo accommodas, quas barbaricas appellitamus, ab eis olim mutuo Europæos accepisse, nec ita multo aliter a nobis etiamnum quam ab illis formatas. Et Guilielmus Malmesburiensis lib. II *De Gestis regum Angliæ*, cap. 10, ubi Gerberti, postea Silvestri papæ (quem tamen ille Joannem XV perperam facit) historiam intertexit, cum ait *primum a Saracenis Abacum rapientem, regulas dedisse quæ a sudantibus abacistis vix intelliguntur*. Sed hæc obiter.

Dignitas Eutychii nostri cernitur tum in artis medicinæ singulari qua claruit fama, tum in rebus et historicis et theologicis quibus admodum polluit, adeoque in fastigio ad quod evectus est patriarchali. Medicum quidem ipse se in scriptis suis non ita raro appellat, adjecto nomini suo, quod, juxta Orientalium morem, subinde inserit, vocabulo *medicus*. Et Achmed Ben Casem in Vita ejus : *Et medicus fuit insignis, tum theoricæ tum practicæ ejusdem partis gnarus, ac tempore suo præcellens* ; quemadmodum item erat frater ejus Isi Ibn Batrik dictus. Scientiam ejus historicam scimus ex Annalibus ejus, de quibus mox. Theologum autem subinde in Annalibus illis agit acutum, dum in Arianos, Nestorianos, id genus alios, tam obiter, sed breviuscule, disputare vult quam res eorum narrare. In dignitatem patriarchalem evectus est, post obitum Christoduli patriarchæ Alexandrini, annos natus solares circa quinquaginta octo. Nimirum anno hegiræ 321, seu primo Chalifatus Kahiri Billa, factus est patriarcha, die 8 mensis Tzephari, ut expressim tum Ben Casem, tum Eutychius ipse. Sed altero in exemplari Eutychii (nam binis usi sumus, ut statim dicemus) manifesta est in numeris hac de re depravatio. In calculo Juliano respondet annus Christi 933 ac dies Februarii octavus. Sedit annis lunaribus 7 præter 6 menses, quod testatur tam Georgius Elmacinus, aut adnotatio ei adjecta l. III, c. 1, quam Vitæ ejus auctor jam ante dictus. Macarius erat tunc temporis Jacobitarum seu Eutychianorum ibi patriarcha, uti hic *Orthodoxorum*. Sic enim in urbe illa, seditionibus deditissima, diu etiam antea obtinuerat, ut tam hæreticis quam orthodoxis suus esset ibi episcopus. Vide Nicephorum *Hist.* XV, c. 16. Et Breviculum historiæ Eutychianistarum, seu *Gesta de nomine Acacii*, cum pontificum Romanorum epistolis aliquot ab Jacobo Sirmondo dudum edita, pag. 16 : *Mortuo principe Marciano, collectis turbis hæreticorum, Timotheus et Petrus veniunt Alexandriam, et ordinatur ab hæreticis Timotheus episcopus, duo igitur apud Alexandriam episcopi esse cœperunt*. Orthodoxorum tunc erat Proterius. Tam vero Georgius Elmacinus quam Ben Casem ait dissidia viguisse non levia inter Eutychium et plebem suam. Diarrhæa tandem laborantem Alexandriæ eum obiisse anno hegiræ 328, die lunæ qui postremus erat mensis Ragebi. Initium anni illius erat 18 Octobris anni Christi 939, feria sexta seu die Veneris. Ita in calculo Juliano mortuus est die Maii duodecimo, anni Christi 940, postquam annos 63 aut circiter vixisset. Caliphatum Syriæ tenente Arade Billa : Romano Orientis, Ottone Magno Occidentis imperatoribus, atque Athelstano rege Angliæ. Coævos ita habuit Abi Hali Ben Mucla, qui primus elegantioris apud Arabas scribendi generis auctor exstitit, atque Albatenium seu Albategnium, id est Mahumedem Aracensem, Aratensem Copernico aliisque dictum et subinde Aracensem, celeberrimum illum astronomum de quo legitur in Tzemach David : *Is invenit simul et instauravit calculum exactum et tabulas astronomis, quibus utuntur ipsi usque in hunc diem in motu vero supputando*. Sic David ille part. II. anno chiliadis quintæ 635, seu Christi 875. Alphonsinas, ut videtur, vult ex Albatenii libro de Scientiis stellarum (quem ex Arabico vertit olim Plato Tiburtinus) constructas. Coætaneus item Eutychio erat Photius archiepiscopus Constantinopolitanus, atque, uti volunt aliqui, Theophylactus Bulgariæ, et Vitellio Opticus. Libri ab Eutychio scripti sunt quatuor : *Liber de medicina* ; *Liber Disputationis inter hæreticum et Christianum*, *Ordinatio* aut *Ordinata dispositio Gemmæ*, seu *Ordinatio* aut *Ordinata dispositio* aut *Syntagma substantiæ* (ut pariter fert vox Arabica) seu *Syntagma compendiosum* ; quasi *Medul-*

Digitized by Google

tam historicam nuncupasset. Neque enim eodem vocabulo pro gemma ac substantia (scilicet *Giauhar*) solum utuntur Arabes; verumetiam ideo utuntur, quia ut gemmæ inter reliqua bona, ita substantiæ inter cætera prædicamenta dignitas est eminentissima. Nam inde nominis hæc communio, ut expressim Averroes in Epitome in libros Metaphysices, tractatu primo. Quartus liber Eutychio tributus, est *de rebus Siciliæ postquam a Saracenis capta est*, qui in Catalogo Bibliothecæ Orientalis viri præstantissimi Thomæ Erpenii, annexus esse dicitur Historiæ ejus ecclesiasticæ, id est, *Medullæ* quam diximus *historicæ*. Librorum quos memoravimus tres priores meminit Achmed Ben Casem ille. Etiam in illorum tertio, seu Medulla historica, secundum memorat ipse Eutychius. Tertius autem Annales complectitur a rerum conditu usque in sua tempora deductos; in quibus quamplurima ad historiam tum sacram tum profanam attinentia occurrunt notatu dignissima, quæ nullibi omnino apud scriptores qui prostant, aliosve, quos mihi videre contigit, sive Græcos, sive Latinos, sive Hebraicos, sive Arabicos lecta. Conscripti sunt illi ad Isi Ibn Batrik fratrem suum. Citantur multoties a Georgio Elmacino in Historia Saracenica. Et recensentur proculdubio inter codices Arabicos Orientis res complexos, quibus olim Guilielmum archiepiscopum Tyrium instruxit Almaricus rex Hierosolymitanus, ut inde opus de principibus Orientalibus conficeret; nec ut vulgares, sed primarii. *Seith filius Patricii* et *vir venerabilis* vocatur huic Tyrio; nec alibi apud scriptores Europæ veteres, quantum observavi, memoratur. Almarico rege, inquit Tyrius, in prologo ad Historiam, *Arabica exemplaria ministrante aliam historiam, a tempore seductoris Mahumeth usque in hunc annum, qui est nobis ab incarnatione Domini* 1184, *per annos quingentos septuaginta currentem conscripsimus: auctorem maxime secuti virum venerabilem Seith fil. Patrici Alexandrinum patriarcham.* Quod vero ait se maxime hunc secutum plane intelligendum est de tempore duntaxat annum Christi 937 seu hegiræ 326 antevertente. Tunc enim suos claudit Annales Eutychius circa biennium post mortuus.

LECTORI PATROLOGIÆ EDITOR.

—

Eutychii nostri periocham ex ejus Annalibus (p. 328) excerptam seorsim anno 1642 ediderat Joannes Seldenus, cum magno commentariorum apparatu, sub titulo : *Eutychii Ægyptii, patriarchæ orthodoxorum Alexandrini....... Ecclesiæ suæ Origines.* Seldeni placita de ordine hieratico confutanda in se suscepit Pater Abraham Echellensis in suo *Eutychio vindicato*, Romæ anno 1661 typis S. Congreg. de propaganda fide edito. Præfationem operis recudimus in qua Pater Abraham periocham eamdem nova interpretatione donatam exhibet, ut monstret, Eutychium non lubentem, sed invitum ac reluctantem per os Seldeni locutum fuisse.

ABRAHAMI ECHELLENSIS PRÆFATIO.

Docuerat olim Aerius, uti refert D. Augustinus, Epiphanius, Patres alii, et ecclesiastici scriptores, presbyterum et episcopum paris esse ordinis, dignitatis atque potestatis. Sententiam hanc sacrorum conciliorum damnatam decretis, sanctorum Patrum in tartara detrusam auctoritate, ac merita demum oblivione sepultam, infausto, nescio quo carmine, avorum nostrorum memoria in mortalium inde revocarunt lucem Lutherus et Calvinus; eamque deinceps aut suo foverunt sinu, aut suis perodiose refricuerunt scriptis illi qui in ipsorum jurarunt verba. Acrius tamen ac virulentiori calamo quæstionem exagitavit hanc nuper Claudius Salmasius, præcipitatæ eruditionis homo Calvinista, in opere quod *De fenore trapezitico* inscripserat. Quamprimum tam detestabili ac perniciosæ pesti ex adverso occurrit doctissimus Dionysius Petavius, ex sacra Societatis Jesu religione, opere inscripto : *Dissertationes ecclesiasticæ de episcoporum dignitate et jurisdictione*; ac malam bestiam eo, unde prodierat, retrudere obnisus est veteranus ac acerrimus fidei catholicæ propugnator.

Ad tantum rumorem ac quæstionis recrudescentis famam ex ultima excitus Britannia Joannes Seldenus eo accurrit opem ferens symmystæ ac suppetias. Animadvertens vero suas sodalisque copias Occidentales longe et numero et viribus impares esse, Eutychium patriarcham Alexandrinum, ceu militem auxiliarem, et Arabicis instructum armis ad hanc pugnam ab ipso Oriente suo conduxit ære. Operis vexillum hoc specioso exornavit titulo : *Eutychii Ægyptii patriarchæ orthodoxorum Alexandrini, scriptoris ut in Oriente admodum vetusti ac illustris, ita in Occidente tum paucissimis visi, tum perraro auditi, Ecclesiæ suæ Origines.* Auctorem porro ex dignitate, antiquitate, patria, raritate operis, et exemplarium, materiæ, qua de agitur, claritate, aliisque ornamentis sic apud suos lectores in sua commendat præfatione : *Jam vero*, inquit, *cum de ordinis hierarchici in Ecclesia Alexandrina, id est de presbyterorum, et*

Digitized by Google

episcoporum etiam et de ipsissimo hoc, quem memorat Hieronymus more testimonium multo luculentius explicatiusque, habetur apud scriptorem satis vetustum, Arabicum, Ægyptium, eumque ejusdem Ecclesiæ patriarcham orthodoxorum (nam alius erat ibi non raro Jacobitarum) *nec dum typis editum, et perpaucissimis, nisi fallor nimium, aut lectum aut visum.*

Equidem ex tam fastoso titulo, ex tam immoderatis laudibus, atque præconiis, tandemque ex tanta operis et exemplarium raritate aliquid multo majoris ponderis et momenti apud me conceperam olim, dum de hisce Originibus me per litteras consuluit vir doctissimus, et de catholica Ecclesia optime meritus Bartholdus Nihusius; nec aliter mihi in hoc accidit, quam illi qui ex bullato nomine chamæleontem adhuc sibi non visum elephante longe mole grandiorem existimaverat; aut illi, qui ex voce asinum et cicadam. Verumenimvero cum ejus operis mihi copia facta esset ante menses aliquot, continuo tota desiit admiratio; imo plurimum admiratus sum tituli vanitatem futilitatemque, cum viderem tam vile pharmacum ac vulgare, omniumque tritum manibus, tantis vendi in Calvinistico foro vociferationibus Quandoquidem Chronicon illud Eutychii, ex quo periocham hanc de Ecclesiæ Alexandrinæ originibus excerpsit, seu potius extorsit Seldenus, nullis fere non exstat in celebrioribus aut Italiæ, aut Galliæ bibliothecis: nemini, qui Arabicas litteras vel primoribus degustavit labiis, tritum non est, nedum duplici superlativo *perpaucissimis aut visum, aut lectum*, ut suis protestantibus venditat bonus Seldenus. Ad rem autem ipsam quod attinet, Eutychii hanc periocham cum Seldeni versione et commentariis statim atque percurri, hominis admiratus sum modestiam, sed parem in illo desideravi fidem. Quandoquidem suæ factionis et partium abreptus studiis Eutychium non lubentem, sed invitum, ac nimium reluctantem in suorum conduxit castra, et sub modestiæ ornamentis mortiferum miscuisse videtur venenum. Imo, si penitius perspiciendum est, nequaquam Eutychium Alexandrinum, sed personatum Anglum sub Eutychii nomine et larva in scenam prodeuntem comperies. Etenim præcipuos locos, ex quibus controversiæ hujus pendet momentum, aut versione adulteravit Seldenus, aut commentariis verum sensum et lucem eis eripere conatus est. Quam quidem periocham sic ab eo corruptam et vitiatam, *Eutychii Ægyptii patriarchæ orthodoxorum Alexandrini*, etc., *Ecclesiæ suæ Origines*, appellare ei placuit, ad captandos in ipso exordio lectorum animos, quasi vero Eutychius tractatum aliquem insignem, ac peculiarem, et ex professo ea de materia scripsisset, cum eam quasi præteriens tetigerit tantummodo. Quæ omnia profecto sine stomacho nemo veritatis studiosus, et linguarum, ac rerum dogmatumque Orientalium peritus percurrere potest. Hinc patriæ, muneris, avitæ religionis, sed veritatis potissimum inducti ratione et stimulis, singula catholica fide, nempe sincerissime sine fuco, sine larvis, sine adulteratione, sine mutilatione auctoritatum, aut corruptione examinare decrevimus. In quo quidem præstando lydius lapis nobis erit ipsum Eutychii Chronicon, ipsissima periocha, antiquissima Ecclesiæ Alexandrinæ monumenta, aliorumque Orientalium mirus consensus. Observabimus præterea imprimis illud Auli Persii Flacci, quod pro lemmate sui operis fronti ac limini affixit Seldenus, nimirum

. . . . Non si quid turbida Roma
Elevet, accedas, examenve improba in illa
Castiges trutina . . . .

Non, non accedemus, Seldene, Romana defensuri vitia, sed fidem, quæ omni caruit atque caret vitio, a vitiis, quæ illi falsissime cum tuis imponis sodalibus, vindicaturi. Eam nempe fidem de qua ad ipsos Romanos sic Apostolus : *Primum quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in universo mundo.*

An dices forsitan, hanc fidem mutatam esse? Sed D. Hieronymus mutari non posse lib. III Apolog. contra Rufinum affirmat : *Scito*, inquit, *Romanam fidem apostolica voce laudatam ejusmodi præstigias non accipere. Etiamsi angelus* (quidni si Anglus?) *aliter annuntiet, quam semel prædicatum est, Pauli auctoritate munitam non posse mutari.* Et ante Hieronymum, D. Cyprianus lib. I, epist. 3, *Romanos esse*, inquit, *ad quos perfidia habere non possit accessum.*

Hoc idem inviti fatentur adversarii, et quidem adversariorum coryphæus Martinus Lutherus tom. 1 Germ. Wit. fol. 561, ubi : *Ecclesia*, inquit, *nec debet nec potest mentiri, nec falsum docere, ne in unico quidem capite.* Hujus Ecclesiæ infallibilitatis rationem ibidem ita reddit : *Cum Dei os sit os Ecclesiæ, Deus certe mentiri non potest, ergo nec Ecclesia.*

Posita autem hac propositione, quæ verissima est, etsi per os Balaam prolata, rectissime sequitur : ergo Ecclesia Romana est vera Ecclesia, et Romana fides nequaquam mutata est, aut mutari potuit; sed eadem nunc prorsus est, qualis apostolica voce fuit laudata.

Quod vero ea Ecclesia, quæ non debet, nec potest mentiri, nec falsum docere, nec in unico quidem capite, sit Ecclesia Romana, ex ipsis quoque adversariis evincitur. Lutherus, tom. IV, edit. Witember. fol. 225 : *Nos fatemur*, inquit, *sub papatu multa esse bona Christiana, imo omne bonum Christianum, atque inde etiam ad nos provenisse.* Et paulo post : *Imo dico in papatu veram esse Christianitatem, imo verum nucleum Christianitatis.* Rursus : *In papatu scilicet esse Dei Verbum, apostolatum, nosque sacram Scripturam, baptismum, sacramenta, et prædicandi officium ab ipsis sumpsisse.* Bucerus in Præparatione ad concilium : *Plane profitemur, inter priscos Ecclesiæ Patres convenire, primatum habuisse Romanam*

Digitized by Google

Ecclesiam super reliquas Ecclesias. Jacobus in rationibus desumptis ex Verbo Dei, pag. 24, relatus a R. P. Henrico Fitz Simon in Britannomachia ministrorum lib. 1, cap. 10, pag. 3 : *Nullum esse*, inquit, *in toto mundo locum tam probabiliter, ac Romam totius regiminis catholicæ Ecclesiæ fontem ac originem.* Jacobus rex Britanniæ in domo parlamentaria præcise in medio litteræ D. : *Ego Romanam Ecclesiam profiteor esse nostram matricem Ecclesiam.* Et in colloquiis Hampt. *Hæc mea est constans ac fixa persuasio, nullam debere Ecclesiam remotius a Romana Ecclesia secedere, quam ipsa a se ipsa florente digressa sit.*

Si itaque Ecclesia Romana fuit aliquando per adversarios matrix omnium Ecclesiarum, fons et origo totius regiminis catholicæ Ecclesiæ, unde omne bonum Christianum in alias promanavit Ecclesias ; in eaque fuit vera Christianitas, imo verus nucleus Christianitatis, Dei Verbum, apostolatus, sacra Scriptura, baptismus, sacramenta, et prædicandi officium, ita ut non licuerit ab ea remotius secedere, quam ipsa a se ipsa florente digressa sit : si nec debet, nec potest ejusmodi Ecclesia mentiri, nec falsum docere, nec in unico quidem capite, cum Dei os sit os hujus Ecclesiæ, qui mentiri non potest ; quis tam manifestæ impudentiæ, et exsecrandi stuporis erit, qui affirmare audebit, Romanam fidem Apostoli munitam auctoritate mutatam fuisse?

At objiciet hic forte adversariorum nonnemo ; Hæc infallibilitas tribuenda est Ecclesiæ universali, cui id promissum est, non autem alicui singulari.

Ad hanc objectionem respondeat adversariis unus ex adversariorum grege Witakerus, contr. 2, quæst. 4 cap. 3, pag. 489, ubi : *Nihil est*, inquit, *universali Ecclesiæ promissum, quod non similiter singularibus Ecclesiis promittitur.*

Fac ita sit, demus modo hoc Witakero et symmystis (quamvis erroneum), quod scilicet nihil fuit promissum Ecclesiæ universali, quod singularibus Ecclesiis non fuerit promissum. Jure ergo ex hac doctrina inferre licet ad hominem, Ecclesiam Romanam nunquam succubuisse, neque succumbere potuisse, quia aliquando fuit vera Ecclesia per ipsos adversarios, et os Dei, vel qua universalis, vel qua singularis, cum nihil per ipsos sit promissum Ecclesiæ universali, quod singularibus non fuerit promissum. Qua igitur fronte eam insimulare audent erroris et lapsus? Suis se confodiunt armis, dum incurrunt cæco impetu in Romanam Ecclesiam, ejusque causam in lucem veritatis inviti proferunt, ac suis se implicant paralogismis. Nemo enim sanæ mentis facile concedit, quod ipsi, nimirum nihil Ecclesiæ universali promissum fuisse, quod singularibus Ecclesiis non fuerit promissum ; cum certissimum sit, Ecclesiæ universali promissam fuisse infallibilitatem, singularibus vero non item. De infallibilitate universalis Ecclesiæ dictum est : *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam* (*Matth.* XVI, 18). Nec non : *Quæ est Ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis.* (*I Tim.* III, 15). Unde præclare Stapletonus, controv. 4, quæst. 2, articulo unico : *Ecclesia*, inquit, *in conclusione fidei semper est certissima et infallibilis.* Singulares Ecclesias de facto defecisse, atque succubuisse evidentissime constat. Nam quis nescit, Constantinopolitanam succubuisse aliquando in Macedonio, et Nestorio ; Alexandrinam in Dioscoro ; in Macario Antiochenam, et sic de aliis? Restat ergo, ut dicamus, infallibilitatem necessario residere penes Ecclesiam universalem, cujus caput est Romanus pontifex, cui in Petro, cujus est successor, ab ore Veritatis dictum fuit : *Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua* (*Luc.* XXII, 32). Quod vero statim subjungitur : *Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos* (*ibid.*), de singularibus Ecclesiis intelligendum est, quæ in fide dirigendæ, et confirmandæ sunt a Petri successore, in quem confirmandi fratres auctoritas derivata est. Apud Romanam igitur Ecclesiam residet hæc infallibilitas. Quanquam haud me latet, Witakerum, more omnium hæreticorum a se ipso desciscere, atque alibi asserere, tam Ecclesiam universalem, quam singulares Ecclesias errare posse. Ex quo plane patet hos in Deum ipsum blasphemos esse, quia si os Ecclesiæ, quod per ipsos est Dei os, mentiri, et errare potest, sequitur inde necessario, Deum et mentiri, et errare posse, quod vel verbis proferre, aut mente concipere ad horum convincendam pervicacitatem, animus horret luctuque refugit.

Tu autem, Seldene, hæc interea reliqui versus in Romanos usurpati attento perpendito animo.

.... *Nec te quæsiveris extra.*

Tecum habita, te nosce, nec de Romana religione ita temere pronunties, cum prorsus ipse nescias, quæ sit hodie in tua vere plusquam turbidissima Anglia religio, nec quæ sit cras futura, non omnium, inquam, sed singulorum ; tot enim apud vos sunt religiones, quot capita. Res ipsa in foris et plateis proclamat. Decreta vestri senatus, seu parlamenti ante quatuor ferme annos edita de religione statuenda a vestris theologis et ministris hoc satis superque testantur. Jamdudum hac de re gravibus conquestus est verbis Theodorus Beza in Epist. Theolog. epist. 1, ad Andream Duditium : *Exercuerunt me diu, et multum illæ ipsæ, quas describis cogitationes, scilicet nostros palantes omni doctrinæ vento, et in altum sublatos, modo ad hanc, modo ad illam partem deferri. Horum quæ sit hodie de religione sententia, scire fortasse possis, sed quæ cras de eadem futura sit opinio, neque certo affirmare queas. In quo tandem religionis capite congruunt inter se Ecclesiæ, quæ Romano Pontifici bellum indixerunt? A capite ad calcem si percurras omnia, nihil propemodum reperias ab uno affirmari, quod alter statim non impium

esse clamitet. Sed audiatur etiam Lutherus in Epist. ad Antverpienses : *Tot inter nos religiones sunt, quot homines, neque asinorum quisquam est tam hebes, et væcors, qui insomnia proprii capitis, et propriam opinionem pro instinctu Spiritus sancti, et se ipsum prophetam haberi nolit.*

Velim, nunc regrediantur ex inferis Beza ille, et Lutherus, ut quænam de una sola Anglia eorum sit modo sententia, dicant. Nam si tunc in dies singulorum mutabatur de religione opinio, nunc sane in horas, et momenta. Turbida quidem est omnium Protestantium ubique terrarum synagoga ; sed omnium turbidissima est, quam Anglicanam vocant. In densissimis, et plusquam Ægyptiacis jacet hæc tenebris, ubi eam palpando ex senatus decreto quæritant ministri ac theologi, et nequaquam invenire hactenus potuerunt, sed confusa vera veræ Ecclesiæ lingua, lapides, ut aiunt, pro cæmento, et hoc pro lapidibus in turri hac Anglicana alter alteri porrigit. Quamobrem mi Seldene

.... *Nec te quæsiveris extra.*

Nam : *Si potuit evadere quisquam,* inquit D. Cyprianus *De unit. Eccles.* libro, *qui extra arcam Noe fuit, et qui extra Ecclesiam foris fuerit, evadit ; stare tu* (Seldene) *et vivere putas posse de Ecclesia recedentem, sedes tibi alias, et diversa domicilia condentem ?*

Porro quinam adversariorum scopus est, dum de presbyterorum et episcoporum æqualitate, aut inæqualitate, vel discrimine nobiscum digladiantur ? et quorsum collimant ? fortasse percontabitur hic nonnemo ; cum ipsi nec presbyteros habeant, nec episcopos, æquales, vel inæquales, aut secundum quamcunque aliam figuram geometricam.

Sane nullus alius scopus illis esse videtur, aut ratio, quam ipsa insania, et libido illa Ecclesiæ Romanæ impugnandorum dogmatum. Nec puduit Lutherum hoc aperte fateri tom. V edit. Wittem., ann. 1551, fol. 475 : *Doctor Martinus Luther vult sic habere, et dicit papistam et asinum esse rem unam. Sic volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas.* Aliam quoque affert rei hujus causam tomo IV edit. Ien. fol. 243, tam de se, quam de suis loquens : *Nos a diabolo,* inquit, *captivos teneri, veluti a principe ; ac Deo nostro, ut cogamur facere quidquid ipse vult, nobisque inspirat.* Et qui sanctorum, ac bonorum angelorum invocationem ut idololatricam habuit, eoque nomine illam e fidelium memoria, et mente evellere omnibus contendit nervis, in suis tamen colloquiis fol. 5, 18, et 124, exclamare non horruit : *Sancte Satan, ora pro nobis : minime tamen contra te peccavimus, clementissime diabole.*

Jacobi Zaborovii alius fuit scopus, dum in Responsione ad Nodum Gordium Martini Smiglecii Societatis Jesu probare nititur, presbyterum et episcopum jure divino eumdem esse, solumque consuetudine Ecclesiæ inductum esse, ut ordinatio pertineret ad episcopum. Quod quidem contendit ad suorum ministrorum legitimam missionem demonstrandam ; quia cum presbyter rite ordinatus esset Luther, ut ait, alios quoque ministros jure ordinare poterat, atque mittere. Idem sentiunt plures alii Protestantes. Sed quam feliciter, et vere id probant, doctissime ostendit mox laudatus Smiglecius totis duobus libris de ministrorum notis contra Zaborovii Responsionem ad Nodum Gordium, et præsertim lib. I, cap. 9, pag. 66.

Convenire tamen videntur omnes, cujusque generis et farinæ Protestantes, qui Ecclesiarum bonis, et facultatibus lupino inhiarunt semper ore, fortem alligandum prius esse, tum vasa domus ejus diripienda. Quinam autem sit fortis iste, qui in specula Ecclesiæ Christi positus invigilat gregi, declarat nobis doctrinæ apostolicæ Syrus interpres, quisquis ille fuit, exponens hæc Ezechielis cap. XXXIII vers. 2, 3, verba : *Terra, cum induxero super eam gladium, et tulerit populus terræ virum unum de novissimis suis, et constituerit eum super se speculatorem,* etc.

Gladius itaque est judicium, Buccina autem Evangelium, Speculator vero Episcopus, qui præponitur Ecclesiæ. Hinc satis apposite tam in laudata Doctrina Apostolica, quam alibi passim appellitatur Syris episcopus *Rab Baito,* scilicet, *Magister præpositus et præfectus domus, œconomus, dispensator* et ejusmodi. Chaldæi Orientaliores vocare solent episcopum *Ghizabra,* nempe *Custos Thesauri, Præfectus ærarii.* Hunc itaque magistrum, præpositum et præfectum domus ; hunc œconomum et dispensatorem ; hunc custodem thesauri ; hunc præfectum ærarii alligandum, expellendum, ejiciendum, exterminandum censent religionis nuperi reformatores (sic enim dici amant ; sed verius deformatores), ut ad bona Ecclesiarum facilius diripienda pateat illis aditus.

Claudius Salmasius in suo *Apparatu ad primatu papæ,* hanc herbam, nempe episcopatum, evellendam radicitus vellet, quod ex illa pullulat papatus, qui ut Christianæ ac catholicæ religionis, dignitatisque summus est apex et auctoritas, ita invadentibus lupis fortissimus obex.

Porro quod miseratione, imo uberrimis lacrymis dignum est, si quid ambiguum, vel paulo obscurius apud Patres et scriptores occurrit, id sibi asciscunt adversarii, ac suis paralogismis in Ecclesiam catholicam illud intorquent et abutuntur, ipsum vero auctorem ad astra usque efferunt laudibus. Eumdem vero, cum ita clare ac plane loquitur, ut eorum recta et valide feriat commenta, nec ejus testimonia possint ad libidinem extorquere, deserunt statim, ignorantiæ insimulare audent et contrariam occinunt cantilenam. Semel scriptum reliquit D. Hieronymus in Epistola ad Evagrium, quæ est 85 : *Quid enim facit, excepta ordinatione, episcopus, quod presbyter non faciat ?* Quæ verba etsi clare ostendant illa exceptione utriusque ordinis distinctionem, nihilominus ansam arripuerunt inde adversarii,

Digitized by Google

integra conficiendi volumina, quibus probare adnituntur, episcopum non esse presbytero superiorem. Loquentem vero eumdem Hieronymum clarissime de hoc discrimine et successionum episcopalium seriem cum aliis Patribus ab ipso apostolorum ævo repetentem sic excipit Salmasius, in *Apparatu de primatu papæ*, pag. 35, eosque summæ et crassæ insimulat ignorantiæ : *Quis non videt*, inquit, *Patres dum sua tempora sola respiciunt, quibus episcopi in singulis urbibus regnabant presbyterio superiores, putasse a principio rem ita fuisse? Ipse Hieronymus aliquando errore isto communi abreptus deprehenditur successionum episcopalium ab apostolorum tempore repetendarum....* De ipso vero Seldeni Eutychio, deque Patribus Græcis et Latinis, sic pag. 87 : *Quod Eutychius nescivit, cui idem usu venit, quod omnibus ferme scriptoribus ecclesiasticis Græcis, Latinisque, ut dum more sui temporis spectant, a principio sic semper fuisse existimarent. Inde successiones et origines episcoporum repetitæ a temporibus apostolorum.*

Vide, sodes, quantam fidem, quantamque auctoritatem tribuunt adversarii Patribus et scriptoribus et quo eos habent in pretio, quoties suis testimoniis eorum infringunt commenta et libidini non assentiuntur. Hic satis apposite quadrat Salmasio illud D. Augustini lib. II, *Contra Faustum: Tu es ergo regula veritatis : quidquid contra te fuerit non est verum?* Et id aliud lib. XXXII, cap. 19, contra eumdem, omnibus Protestantibus : *Videtis ergo, id vos agere, ut omnis de medio Scripturarum auferatur auctoritas et cuique animus auctor sit, quid in unaquaque Scriptura probet : id est, ut non auctoritati Scripturarum subjiciatur ad fidem ; sed sibi Scripturas ipse subjiciat, non ut ideo illi placeat aliquid, quia hoc in sublimi auctoritate scriptum legitur, sed ideo recte scriptum videatur, quia hoc illi placuit. Quo te committis, anima misera?*

At si Patres et Hieronymus ipse sua spectarunt sola tempora, adeoque existimarunt a principio sic semper fuisse, qua fronte Patres tam Græcos, quam Latinos et Hieronymum ipsum a suis stare partibus pro episcoporum et presbyterorum æqualitate affirmant adversarii ? Certe hoc affirmari nequit, nisi protestantica impudentia et audacia. Potius itaque, ac verissime dicendnm est, Salmasium sua sola spectasse tempora et solam profanam Protestantium synagogam, in qua nec episcopi sunt ulli, nec presbyteri æquales, vel inæquales. Sed profecto non existimavit, rem ita fuisse semper a principio. Unde enim id sciri potest, nisi auctoritate illorum qui proxime temporibus apostolorum vixerunt et ecclesiasticas reliquerunt nobis historias? Et unde Salmasio tanta oculorum acies, ut omnia perlustraverit usque ad apostolorum ævum et ex septemdecim sæculorum obscuritate et involucris tantam veritatem orbi Christiano tam strenue exseruerit? Sed profecto non aliunde id provenit, nisi ex Calvinistico pharmaco, quo eos infectos fascinatosque habet, ut sibi videre videatur quod revera non videt.

Porro Seldenum quod attinet, non sic suum excipit Eutychium, sed omni fide dignum eum habendum vult ; illique est veluti alius Beda plane Ægyptius. Sic enim in calce suæ Præfationis de illo loquitur : *Sed vero si Eutychio fidem hic parum habendam ideo forsan quis morosius existimaverit, quod ævi fuerit ipse adeo rebus, quas tradit recentioris (nam sæculo, ut vides, floruit decimo), certe necesse est ut is, si parili in paribus utatur ratione, nec Josepho, Livio, Halicarnassæo, Plutarcho, Eusebio, Zonaræ, origines et res gestas Judaicas, Romanas, Græcas, Punicas, Christianas tandiu sæculum suum antevertentes narrantibus, nec id genus aliis credat, imo ut pro fide dignis habeat historiis (præter Sacras Litteras) duntaxat ipsa archivorum penetralia, conciliorum acta ipsa, Thucydides, Polybios, Sallustios, Cæsares, Tacitos, Guicciardinos, Comminæos. Mihi sane Eutychius in hisce est veluti Beda plane Ægyptius.*

Bene quidem, Seldene, ultro ac libenter tibi admittimus Eutychium omni fide esse dignum, imo dignissimum et omnem illi habendam fidem, atque ei veluti Bedæ plane Ægyptio, non solum in hisce, sed in omnibus quoque articulis, de quibus controversia nobis est vobiscum, standum esse. Quamobrem ingenue ac prisce proferas rogo, quid sentit Beda iste de numero sacramentorum tam in Chronico tantopere a te laudato, quam in aliis ejus opusculis? quid de sacrificio missæ? quid de corporis Christi realitate, ac ipsa transsubstantiatione? quid de sanctorum reliquiis, invocatione, ac intercessione? quid de sacris imaginibus? quid de ciborum delectu, de jejuniis, de cælibatu, et virginitate, de monachatu, de bonis operibus, de votis, de altaribus, de signo crucis, de traditionibus, de Romana sede, ac Romanis pontificibus, et an sanctus Petrus Romam sit profectus, ibique cruci inversus affixus, an Romanam fundaverit sedem, an Romani pontifices ejus sint successores ; demumque de aliis ejusmodi sexcentis, quæ Protestantica impudentia Romanorum pontificum esse commenta asserere non verentur vestri? At de his fuse in consensu Orientalium tam inter se, quam cum Ecclesia Romana, Deo favente dicemus.

Porro ad rem ipsam jam veniamus, expendamusque eos Bedæ hujus Ægyptii locos, ex quibus sua astruere conatur contra nos argumenta Seldenus. Et ut res melius a lectoribus nostris intelligatur, præmittenda est Eutychii Arabica Periocha cum Latina Seldeni interpretatione, quam nostra sequetur. Errores vero et mendas, quæ ad ipsam controversiam non pertinent (quas plures et graves commisit tam in Periocha, quam in Commentariis), ad calcem Operis castigandas esse commodius, duximus. Nostra autem dicta non modo ex Eutychio ipso et antiquissimis Ecclesiæ Alexandrinæ monumentis firmabimus ; sed etiam ex aliorum Orientalium testimoniis et auctoritatibus. Sic enim facile videbunt adversarii, quænam sit Eutychii mens et sensus et quam mirus omnium Orientalium sit consensus.

Digitized by Google

At isthæc meditantem interpellavit nonnemo dicens : Heus, Abraham! ad quid vanos impendis labores? si Moysen et prophetas, quos habent, non audiunt, putasne, illos audituros, aut credituros, si tuum miseris ad eos Orientalem Lazarum, aut ex tuis mortuis quempiam alium? Huic ego : Quid sint facturi, amice, prorsus ignoro; at quid meæ postulant partes, habeo ex D. Jacobo Syro in carmine de amore et studio veritatis ita scribente : *Loquere, loquere tu, cui loquendum est, audiant te, vel non audiant, ne cesses loqui.* Æquum tamen, ac par est credere, eos audituros, cessurosque illorum auctoritati, ad quos provocarunt. Quamobrem votum secundet qui potest nostrum, Deus.

EUTYCHII PATRIARCHÆ PERIOCHA

Cum versione Seldeni.

A

Annus agebatur Claudii Cæsaris nonus, cum Marcus evangelista in urbe versatus est Alexandriæ, ut inde propagaretur apud homines fides in Christo Domino nostro. Dum autem per urbem incedit, diffringitur calcei ejus corrigia : quem ut reficeret, ad sutorem se contulit nomine Hananiam, qui subula ad perforandum calceum sumpta, digitum suum perforavit, adeo ut multum efflueret sanguinis, nec sine dolore ingenti. Submurmuranti igitur in Marcum, dixit ei ille, Si credideris in Jesum Christum Filium Dei, digitus tuus sanabitur. Prehenso igitur digito ejus dixit : In nomine Jesu Christi sanus sit digitus tuus; qui eodem momento in sanitatem restitutus est, sanguine amplius non effluente. Et credidit ab eo

B

tempore Hananias in Christum, unde baptizavit eum Marcus et constituit eum patriarcham Alexandriæ. Scilicet is primus erat Alexandriæ patriarcha constitutus. Constituit item Marcus evangelista duodecim presbyteros cum Hanania; qui nempe manerent cum patriarcha, adeo ut cum vacaret patriarchatus, eligerent unum e duodecim presbyteris cujus capiti reliqui undecim manus imponerent eumque benedicerent et patriarcham eum crearent, et dein virum aliquem insignem eligerent eumque presbyterum secum constituerent loco ejus qui sic factus est patriarcha, ut ita semper exstarent duodecim. Neque desiit

C

Alexandriæ institutum hoc de presbyteris, ut scilicet patriarchas crearent ex presbyteris duodecim, usque ad tempora Alexandri patriarchæ Alexandrini qui fuit ex numero illo 318. Is autem vetuit ne deinceps patriarcham presbyteri crearent. Et decrevit ut mortuo patriarcha convenirent episcopi qui patriarcham ordinarent. Decrevit item ut vacante patriarchatu, eligerent sive ex quacunque regione sive ex duodecim illis presbyteris sive aliis, ut res ferebat, virum aliquem eximium, eumque patriarcham crearent. Atque ita evanuit institutum illud antiquius, quo creari solitus a presbyteris patriarcha; et successit in locum ejus decretum de patriarcha ab episcopis creando. Is etiam petiit ab eis ne patriarcha Alexandrinus papa vocitaretur, quod significat avum. Sed vero

D

ab Hanania quem constituit Marcus evangelista patriarcham Alexandriæ, usque in tempora Demetrii patriarchæ ibidem (is patriarcha fuit Alexandri-

Cum versione nova ad verbum.

Anno nono imperii Claudii Cæsaris erat Marcus evangelista in urbe Alexandriæ convocans homines ad fidem in Christum Dominum nostrum. Dum autem per urbem incedebat Marcus, dirupta est corrigia calceamenti ejus : hinc sedit apud hominem sutorem dictum Hananiam, ut reficeret calceum suum. Cumque accepisset Hananias subulam ad perforandum calceum, ea digitum suum perforavit, effluxitque ex illo multum sanguinis, et maximo affecit illum dolore, quamobrem plurimum de Marco conquestus est. Et dixit ei Marcus : Si credas in Jesum Christum Filium Dei, sanabitur digitus tuus. Atque apprehenso digito Hananiæ dixit Marcus : In nomine Jesu Christi sanetur digitus tuus; et statim sanatus est digitus ejus, et constitit sanguis. Hananias autem sine ulla mora credidit in Christum, baptizavitque illum Marcus, et constituit eum patriarcham Alexandriæ, et est primus patriarcha Alexandriæ constitutus. Constituit etiam Marcus evangelista cum Hanania patriarcha duodecim presbyteros, qui adessent patriarchæ, ut decedente patriarcha, eligerent unum ex duodecim presbyteris, et imponerent reliqui undecim presbyteri manus suas capiti ejus, et benedicerent eum, et constituerent eum patriarcham. Dein eligerent virum aliquem virtutibus præstantem, illumque sufficerent presbyterum secum loco ejus, qui patriarcha suffectus est, ut essent perpetuo duodecim. Neque desiit mos ille presbyterorum Alexandriæ constituendi patriarcham ex iis duodecim presbyteris usque ad tempus Alexandri patriarchæ Alexandriæ, qui erat ex numero trecentorum octodecim (*Patrum Nicææ congregatorum*); is enim vetuit, ne presbyteri constituerent patriarcham. Præcepit quoque, ut mortuo patriarcha, convenirent episcopi et patriarcham constituerent. Præcepit etiam, ut defuncto patriarcha, eligerent ex quacunque regione virum aliquem virtutibus præcellentem, sive aliquem ex illis duodecim presbyteris, sive aliis, cujus placeat conditio, et illum constituerent patriarcham, cessavitque antiquus mos constituendi patriarcham a presbyteris, factaque est potestas penes episcopos constituendi patriarcham. Si qui vero percunctati fuerint, Cur patriarcha Alexandrinus vocatur papa? Papa autem avum significat, hoc quidem ideo, quia a tempore Hananiæ, quem Mar-

Digitized by Google

nus undecimus) nullus erat in provinciis Ægypti episcopus; nec patriarchæ ante eum crearunt episcopos. Ille autem factus patriarcha tres constituit episcopos. Et primus fuit hic patriarcha Alexandrinus, qui episcopos fecit. Mortuo Demetrio suffectus est Heraclas patriarcha Alexandrinus, qui episcopos constituit viginti. Ex his unus erat, Ammonius dictus, religionis desertor. De quo simul ac ad Heraclam delata est fama, congregavit is synodum episcoporum, et in urbem Ammonii perrexit, ubi re satis cognita et perspecta, eum ad veritatem reduxit. Cum vero homines audierant episcopos vocitare patriarcham abba seu patrem, inter se dixere : Nos episcopum quemlibet. Abba seu patrem appellamus; et appellant episcopi patriarcham abba. Unde sane oportet ut vocemus nos patriarcham papam, id est avum, cum sit Pater Patrum. Ita a tempore Heraclæ, patriarcha Alexandrinus dictus est papa, id est avus. Postquam autem Hananias patriarcha Alexandrinus quem Marcus evangelista in sede sua constituit, annos sedisset 22, mortuus est. Et profectus est Marcus evangelista in Barcam, ut propagaretur apud homines fides in Christum Filium Dei. Obiit dein Claudius Cæsar imperator, et imperavit Romæ post eum filius ejus Nero Cæsar annis tredecim, qui primus fuit gravissimorum in Christianos malorum auctor, homo utpote in consilii et vitæ instituendæ ratione improbissimus. Et tempore Neronis Cæsaris scripsit Petrus, apostolorum princeps, Evangelium Marci, cum Marco, lingua Romana, in urbe Romæ, sed attribuit illud Marco. Etiam tempore hujus imperatoris scripsit Lucas Evangelium suum græce ad virum nobilem ex sapientibus Romanis, cui nomen Theophilus, ad quem item scripsit Acta seu discipulorum, historiam. Erat autem Lucas evangelista comes Pauli apostoli, quocum per tempus aliquod mansit. Unde est quod Paulus apostolus in quadam Epistola sua dicit : *Lucas medicus vos salutat.* (*Coloss.*, IV, 14.) Prehensum vero Petrum Nero Cæsar cruci affigit, corpore scilicet inverso, atque ita morte eum affecit. Nam et dixerat ei Petrus : Si vis ut ego cruci affigar, corpore me inverso affige cruci, ne mors mihi inflicta similis sit ei quæ infligebatur Domino meo Christo, qui cruci affixus est, corpore erecto. Sed gladio trucidavit Paulum. Occisus autem est Petrus sub annum 22 post Dominum nostrum Christum. Erat vero post Petrum, Linus patriarcha Romæ, qua functus dignitate 12 annos obiit. Et hic primus erat patriarcha Romanus. Atque erat Marcus Evangelii auctor, in Alexandria et Barca (ut scilicet propagaretur apud homines fides in Christum Filium Dei) annis septem. Et anno imperii Neronis Cæsaris jam dicti primo occisus est Marcus Alexandriæ, et corpus ejus igne est crematum.

A cus evangelista patriarcham constituit Alexandriæ, usque ad tempora Demetrii patriarchæ Alexandrini, et est undecimus patriarcha Alexandrinus, nullus erat in territorio Ægypti episcopus; nec patriarchæ, qui ante eum erant, constituerant (*ibi*) episcopum. Cum itaque factus est Demetrius patriarcha, tres constituit episcopos, et est primus patriarcha, qui in Alexandria fecit episcopos. Eo autem defuncto, suffectus est post illum Heraclas patriarcha Alexandriæ, qui viginti constituit episcopos. Unus autem ex his episcopis nomine Eumenius, in legem prævaricatus est. Cum autem ejus fama ad Heraclam patriarcham delata esset, congregavit Heraclas patriarcha synodum episcoporum, perrexitque ad urbem Eumenii, et ejus statu satis cognito, atque

B perspecto negotio illius, eum ad veritatem reduxit. Plebs vero audiens episcopos patriarcham appellantes patrem, dixit apud se : Si nos episcopum appellamus patrem, et episcopus patriarcham patrem appellat, oportet, ut nos patriarcham appellemus *papam*, id est avum, cum ille sit pater patrum. Appellatus itaque est a diebus Heraclæ patriarcha Alexandrinus *papa*, id est avus. Porro Hananias patriarcha Alexandriæ, quem constituerat Marcus evangelista in ea sede patriarcham, sedit annos viginti duos, et mortuus est. Marcus vero evangelista egressus est ad Barcam homines convocans ad fidem in Christum Filium Dei. Et mortuus est Claudius Cæsar imperator, imperavitque post illum filius ejus Neron Cæsar Romæ tredecim annis, et est primus, qui

C concitavit in Christianos malum, et persecutionem. Erat quippe homo pessimus ac improbissimis moribus. Tempore autem Neronis Cæsaris scripsit Petrus apostolorum princeps Evangelium Marci, Marco excipiente, lingua Romana in urbe Romæ, et attribuit illud Marco. Hujus quoque imperatoris tempore scripsit Evangelium suum Lucas Græca lingua ad virum quemdam nobilem de sapientibus Romanorum, cui nomen Theophilus. Inscripsit eidem præterea Acta, quæ sunt historiæ discipulorum. Lucas quippe Paulum apostolum comitatus erat, ac per aliquod tempus manserat cum illo; nam Paulus apostolus in quadam sua epistola dicit : *Lucas medicus vos salutat.* Nero autem Cæsar captum Petrum cruci affixit in-

D versum, atque illum occidit, quia dixerat ei Petrus : Si vis me cruci affigere, quæso, affigito me inversum, ne similis fiam Domino meo Christo, qui rectus cruci affixus est. Pauli vero collum gladio trucidavit. Occisus autem est Petrus viginti duobus elapsis post Christum Dominum annis; et suffectus est Petro Linus patriarcha Romæ, seditque annis duodecim, et mortuus est, et fuit primus, qui Romæ patriarcha suffectus est. Marcus autem auctor Evangelii erat in Alexandria et Barca, convocans homines ad fidem in Christum Filium Dei per spatium annorum septem. Anno autem primo hujus Neronis Cæsaris occisus est Marcus Alexandriæ, et corpus ejus igne crematum est.

Digitized by Google

IN NOMINE DEI, UNIUS, ÆTERNI, IMMUTABILIS, IMMORTALIS, A QUO ET AUXILIUM PETIMUS.

LIBER HISTORIÆ

JUXTA ACCURATAM VERI RATIONEM COLLECTUS OPERA PATRIARCHÆ EUTYCHII, QUI COGNOMINATUS EST SAID EBN BATRIK. QUEM SCRIPSIT AD FRATREM SUUM ISAM, DE COGNITIONE HISTORIARUM UNIVERSALIUM A TEMPORE ADAMI USQUE AD ANNOS HEIRÆ ISLAMITICÆ.

SEU

EUTYCHII PATRIARCHÆ ALEXANDRINI ANNALES.

—

A Inspiret tibi Deus, mi frater, rerum pulchrarum optimas et commodissimas, et avertat a te, earum quæ tristitiam afferunt, malarum maximas et nocentissimas : operiat te protectionis velo quam latissime expanso, et continuet tibi potentiam amplissimam ; largiatur tibi in utroque sæculo portionem, et in utroque statu sortem : intelligere **1-4** te faciat omnia, quæ ipsi placent ; neque separet te a vicinio suo cum illis quæ longe amovet. Intellexi quid describi tibi jusseris (beet te Deus amictu virtutum, et mundum te conservet, ne sordidas vitiorum vestes induas) in cognitione Historiæ universalis a tempore Adami usque ad annos Hegiræ Islamiticæ ; atque illud demonstravi juxta seriem mensium, sæculorum, et annorum, ut in ejus cognitione sit quod abunde tibi sufficiat, ne opus B habeas quemlibet e potioribus aut vulgo interrogare ; descripsique tibi (indicet tibi Deus viam ad felicitatem maxime expeditam, et notam tibi perpetuo faciat scientiam, et utilitatem præcipuam) typum, exemplar, et normam ; quæ constitui compendiosa et utilia, prout judicavi competere animi tui præclari celsitudini, et conforme esse acumini ingenii tui præstantis et sublimis, succincte et summatim tradi ea quæ e lege et Evangeljo, cæterisque libris veteribus et novis collecta complexus sum libro hoc meo quem composui, quod ad methodum, rebus investigandis præstantissimum, quod ad doctrinam, verissimum ; cum in ipso assecutus terminum qui prudenti gratus sit, et intellectu prædito sufficiat, eaque tibi et fratribus tuis evidentia (res) explicui, C quæ nobis tibique præmii et boni consequendi causa sit.

5-7 Sic, ait Said Ebn Batrik medicus, initium capiemus a laude Domini nostri et Creatoris qui nos condidit, et in vitam perduxit, cujus fama gloriosa est, cum ipsius laus (sanctificetur ejus nomen) clavis sit omnium librorum et tractatuum. Ipsum (potentissimum et gloriosissimum) rogantes, ut opem nobis conferat ad illud præstandum, pro bonitate sua consueta. Gloria ergo Deo, qui gloria dignus est ejusque Dominus, et ob quam gratias exspectat a servis suis, qui res decrevit antequam essent, easque gubernat postquam productæ sunt ; qui misericordiam et justitiam e viis veritatis constitutas præcepit ; nequitiam autem et injustitiam e viis falsi vetuit : qui non cogit servos ad faciendum quidquam quod vires ipsorum excedit ; neque præstituit creaturis suis opera quibus impares sunt vires ipsarum, verum ipsas actionum suarum arbitras, operumque suorum moderatrices, ac rerum suarum administras constituit ; atque ad hoc illas instruxit excellentia judicii et consilii, ac bonitate deliberationis et scientiæ, ope ejus quem indidit ipsis, de natura intellectus ; quem fecit causam impellentem ad confirmandum contra ipsos argumentum, et viam quæ ipsos compotes directionis faceret, quod ipsis commodum est eligens, et misericordia erga ipsos propendens. Laus ergo Deo qui individuus est ratione unitatis suæ, quique (potentissimus **8** et gloriosissimus) ob essentiam suam, sapientiam, et vitam æternas, dignus est laude et celebratione, mereturque gloriam et exaltationem ; qui nihil in lege sua posuit ambiguum, quod dubitandi ansam præberet, neque in præceptis suis incertum, quod dissensionem pare-

Digitized by Google

ret; sed ipsa constituit perspicua et manifesta populis, non obstante nationum et regionum discrepantia, et scientiam claram omnibus gentibus, quantumlibet sermone et dialectis invicem distinctis, per revelationem prophetis suis et apostolis [factam] et quæ misit ad ipsos miracula signaque tremenda ad cultum suum invitans; et benignum aspectum ei qui ipsi crediderit promittens, exitum vero pessimum ei, qui ab ipso se averterit ipsumque negaverit, minatus. [Celebretur, inquam] laude quæ majorem ipsius beneficentiam provocet et accessum ad ipsum præstet. Ipsum rogo, ipsi supplico, ut sinceras reddat intentiones nostras ad amplectendum quod ipsi gratum sit, et convertat intimos affectus nostros ad illud quod obsequium ipsi præstandum promoveat, et consequi nos faciat gradum sibi propinquum.

Hæc hactenus. Quicunque non habuerit notitiam fundamenti alicujus scientiæ, de qua sermonem instituere velit, ut inde deducat quas ipsi visum fuerit consequentias, quarum etiam cognitioni,
9-11 cum sit propago ejusdem scientiæ, non subest aliud aliquod fundamentum ad quod subinde recurratur, erunt sermo et ratio concludendi ipsius vana et futilis, laborque et studium ei rei impensum frustranea et ridicula. Parabola autem, quam edidit Dominus et Servator noster in Evangelio suo sancto, dicens: *Si quis domum suam super arenam struxerit vel tenuissimus ventus pertransiens ipsam dejiciet, et minimus aquæ torrens ipsam diruet; quod si eam super petram ædificaverit, neque a ventis dejici, neque a torrente subverti poterit* [1], regula est et exemplum intelligenti. Quisquis enim locutus fuerit de aliqua scientia sine fundamento ad quod respiciat cuique innitatur, subito incassum cedet, et quam citissime deficiet, instar ædificantis domum suam super arenam; at si quis de scientia aliqua, percognito prius ipsius fundamento, loquatur, futurus est sermo ipsius verus, luculentus, perspicuus, firmus, quoniam locutus est substrato fundamento, quod respiciat, cuique innitatur, ut cum quis domum suam petræ superstruxerit. Porro in hanc sententiam multa dixerunt Plato et Aristoteles in libris dialecticis, aliisque, de fundamentis scientiarum earumque definitionibus, et arithmetices fundamentis ac definitionibus, et quam rationem tenere debeat studiosus, cum peritiam cujusvis tandem scientiæ acquirere velit, fuse quæ huc spectant explicantes 12 et exponentes, quæ, non opus est nobis (ne longior evadat liber iste noster) repetere. Cum autem, his in præfatione libri mei præmissis, dixerim oportere quemlibet qui loqui velit de cognitione alicujus scientiæ, ejusdem fundamenta callere; cum (inquam) hæc ita se habeant, necesse est ut substernamus ei quod postulasti fundamentum ad quod recurratur; cuique innitaris. Manifesto certe et plurimum inter se discrepant homines in historia, quod autem mihi hac in re post disquisitionem longam et laborem multum, compertum est, illud est quod ex iis quæ in lege cæterisque indubitatæ fidei libris exhibitum, explicatione justa et sufficienti explicaturus sum, adjunctis ei narrationibus succinctis, compendiosis, quo sit tibi liber iste meus per se sufficiens, faciatque ne opus sit ad quemvis alium, rei alicujus in historia cognoscendæ gratia, recurrere. Propositum autem est ordiri ab initio, quo Deus Adamum condidit usque ad tempus hoc nostrum, ut sit ejus cognitio tibi manifesta. In Deo autem est auxilium et vires et potentia, quæ opem nobis ferant ad omnia quæ quæruntur percipienda, et directio ad illud, quo prosperentur res nostræ, obsequium ipsi præstandum et beneplacitum ipsius adimplendum, cum ipse sit omnipotens. Laus ergo Deo, Domino creaturarum.

13-15 Creavit Deus, potentissimus, gloriosissimus, mundum cum iis quæ in eo sunt, nec non Adamum et Evam, sex diebus. Creatus est autem Adam die sexto, benedixitque Deus diei septimo, quoniam in eo opus creationis absolvit. Adamo autem et Evæ in paradisum intromissis præcepit, ut de omnibus arboribus comederent, excepta arbore scientiæ, de ea vero ne comederent. Tentante autem Evam diabolo, transgressa est illa mandatum Dei, et comedit de arbore ista, ac comedendum de ea præbuit Adamo. Cum ergo in Dominum suum rebellassent, expulit ipsos e paradiso, hora nona diei Veneris, in quemdam e montibus Indiæ, collocatosque in terra jussit sobolem procreare, quo multiplicarentur, et implerent terram. Congressus ergo est Adam cum Eva, quæ, cum concepisset, peperit puerum et puellam; puerum appellavit Kain, puellam Azrun. Tum rursus concipiente Eva, ac puerum et puellam enixa, puero nomen imposuit Abel, puellæ Owain, quæ Græce Laphura. Cumque jam provectiores facti essent pueri, dixit Adam Evæ: Ducat Kain Owain, quæ una cum Abele nata est, Abel autem Azrun, quæ cum Kaino nata. Dixit autem Kain matri suæ: Ducam ego sororem meam, et ducat Abel sororem suam. Quippe pulchrior erat Azrun Owaina. Quod cum audisset Adam, male admodum ipsum habuit,
16 dixitque: Hoc est contra præceptum, ut sororem tuam gemellam ducas. Et fuit Cain agricola, Abel pastor ovium. Dixitque illis Adam: Accipite de fructibus terræ, et de fetu ovium, et conscenso montis hujus sacri fastigio offerte munera vestra, deinde uxores vestras accipietis. Attulit ergo Kain de fructibus terræ in oblationem Deo, optimos, selectissimos; Abel e primogenitis ovium suarum optimas et selectissimas. Interea autem dum cacumen montis ascenderent, indidit Satanas (in mentem) Kaino, ut fratrem suum Abelem occideret, sororis suæ Azrun gratia. Cumque offerrent obla-

[1] Matth. VII, 24-27.

tiones suas, acceptam habuit Deus oblationem Abelis, non autem Kaini. Quare magis in Abelem ira et æstu commotus Kain, invidit fratri suo, cumque de monte descendissent, in ipsum irruens, ac lapide caput ejus feriens, ipsum interfecit. Summo ergo mœrore affecti Adam et Eva centum annos Abelem lugebant. Maledixit autem Deus Kaino et soboli ipsius; fuitque Kain pavidus, trepidus ac errabundus omnibus vitæ suæ diebus. Et expulit ipsum Deus, dum adhuc cælebs esset, in (regionem) Nud. Cepit ergo Kain secum sororem suam Azrun ibique habitavit. Inde congresso Adamo cum Eva, concepit illa, cum Adamo anni essent ducenti triginta, peperitque puerum quem Sethum appellavit. Fuitque Seth pulchra facie, fortis, statura perfecta instar patris sui, ipseque pater gigantum qui ante diluvium fuerunt. **17-19** Cumque Setho dedisset Adam in uxorem Owain, Abelis sororem, natus est ipsi ex illa Enosh; natusque est Enosho, Kainan, nec non Adamo postmodum liberi complures.

Adamus antea, appropinquante jam morte ipsius, convocatis filio suo Setho, Sethique Enosho, Enoshi Kainano, et Kainani Mahlaliele, præcepit, dicens ipsis: Sit hoc mandatum omnibus filiis vestris. Ubi mortuus fuero, corpus meum myrrha, thure et cassia conditum reponite in spelunca Alcanuz: et quicunque fuerit e filiis vestris eo tempore cum e confiniis paradisi abeundum vobis sit, corpus meum secum sublatum ponat in medio terræ, quoniam inde futura est salus mea, et salus omnium filiorum meorum. Totum autem vitæ Adami spatium erat nongentorum triginta annorum, ac mortuus est die Veneris, luna decima quarta, sexto Nisan (qui est Barmudah) hora nona diei Veneris; qua etiam hora e paradiso pulsus est. Mortuum ergo Adamum pollinxit, juxta ipsius mandatum, filius ejus Seth, corpusque ejus ad fastigium montis sublatum in spelunca Alcanuz sepelivit: ipsumque centum quadraginta dies planxerunt.

Setho, cum ducentorum et quinque annorum esset, natus est Enosh. Post mortem autem Adami subduxit se familia Sethi a familia Kaini maledicti. Seth ergo, assumptis secum filio primogenito Enosho, et Kainano Enoshi filio et Mahlaliele Kainani, una **20** cum uxoribus et liberis ipsorum, traduxit in montis fastigium, ubi sepultus est Adam, Kain vero, omnesque ipsius filii infra substiterunt in valle ubi occisus est Abel.

Coluerunt autem filii Sethi in isto monte puritatem et sanctimoniam, vocem angelorum, a quibus prope aberant, audientes, unaque cum ipsis Deum laudantes et celebrantes; appellatique sunt ipsi cum uxoribus et liberis suis, filii Dei. Neque erat ipsis opificium, nec seges, nec messis; sed victum præbebant arborum fructus: nec ullus apud ipsos locus invidiæ, injustitiæ, aut mendacio; juramentum ipsorum erat: Non, per sanguinem Abeli. Quotidie autem fastigium montis

A sancti conscendentes, proni Deum adorabant, et corpus Adami (visendo) benedictionem captabant. Cumque jam appropinquaret Sethi mors, filios suos per Abelis sanguinem adjuravit, neminem ex ipsis de monte isto sancto descensurum, nec permissuros se ut quispiam e liberis suis ad Kaino maledicto prognatos migraret. Totum ergo quod vixit Sethus erat annorum nongentorum et duodecim. Enosho, cum annorum esset centum et nonaginta, natus est Kainan; cujus tempore conficiebant filii Kaini maledicti tympana, cymbala, barbita et instrumenta musica, primique ferrum et æs elaborabant, quæque ex ipsis conficiuntur omnia tabernacula **21-23** etiam fixerunt in quibus degerent. Porro anno vitæ Enoshi trecente-
B simo occisus est Kain maledictus, Adami filius, qui fratrem suum Abelem interfecit. Septimus enim e posteris Kaini, nomine Lamech, qui pastor fuit, sagitta, quam inter ludendum jecit, corde avi sui Kaini transfixo, ipsum interfecit; Kain scilicet in nemore circumvagabatur, utpote qui consternatus uno in loco non consisteret. Mortuus est ergo Kain maledictus cum annos septingentos et triginta vixisset. Totum autem vitæ Enoshi spatium erat annorum nongentorum et quinque. Kainano vero cum annorum esset centum et septuaginta, natus est Mahlaliel. Kainan ergo, appropinquante jam morte, accersitum Mahlalielem adjuravit per Abelis sanguinem, non permissurum
C se ut e liberis suis quispiam, de monte ad Kaini maledicti posteros descenderet. Tota autem Kainani ætas annorum erat nongentorum et decem. Mahlalieli jam annorum centum sexaginta quinque natus est Jared, annoque centesimo tricesimo quinto ætatis Mahlalielis, mortuus est Kainan et sepultus in spelunca Canuz. Mahlaliel autem appropinquante jam morte ipsius filium suum Jaredum accersitum per sanguinem Abelis adjuravit, ne permitteret ut e natis ipsius quispiam de monte ad posteros Kaini maledicti homicidæ descenderet. Totum ergo quod vixit **24** Mahlaliel, spatium annorum erat octingentorum nonaginta quinque. Jaredo, cum annorum esset centum sexaginta duorum, natus est Enoch. Quod ad posteros autem
D Kaini homicidæ, adhinniebant viri mulieribus instar equorum, eodemque modo absque pudore viris feminæ, scortantes, aliique cum aliis turpia patrantes, palamque congredientes, eadem cum femina viris duobus aut tribus rem habentibus, erantque vetulæ juvenibus salaciores; patres cum filiabus, juvenes cum matribus suis venere promiscua utebantur, adeo ut nec liberi patres suos nec patres liberos dignoscerent, omnibus interim instrumentis musicis utebantur, adeo ut clamoris et lusus ipsorum sonus ad fastigium montis sancti ascenderet; quem cum audivissent Sethi posteri, convenerunt ex ipsis centum viri ut e monte ad posteros Kaini maledicti descenderent, quos juramento per sanguinem Abelis obstrinxerat Jared,

Digitized by Google

ne de monte sancto descenderent. Ipsi tamen, A dictum ejus nihil morati, descenderunt; cumque descendissent filias Kaini maledicti specie pulchras et sine pudore nudas conspicientes, cupidine exarserunt: eos similiter conspicientes Kaini filiæ, viros specie pulchra, statura gigantea, ipsos ferarum instar insilientes corpora eorum inquinarunt, atque ita cum filiabus Kaini scortando perierunt filii Sethi. Pepererunt autem **25-27** filiæ Kaini maledicti filiis Sethi gigantes. In lege siquidem ait: *Filios Dei* (Bani Elohim appellatos) *cum conspexissent filias Kaihi pulchras, ad ipsas descendisse, atque ex ipsis prognatos gigantes* [1].

Qui autem errant, neque sciunt quid dicant, aiunt angelos descendisse ad filias hominum, cum (intelligendi) sint filii Sethi qui a monte sancto B ad filias Kaini maledicti descenderunt. Sethiadæ enim ob sanctitatem suam, et quod montem sanctum incolerent, appellati sunt *Bani Elohim*, id est, *Filii Dei*. Errant ergo, qui dicunt angelos descendisse ad filias hominum, cum substantia angelorum substantia simplex sit, nec competat naturæ ipsorum veneris usus, homo autem substantiæ compositæ sit, cujus naturæ ejus usus competat, pariterque omnia animantia. Quod si angeli (cum mulieribus) congrederentur, nullam uspiam e filiabus hominum virginem, incorruptam reliquissent. Cum autem vellent filii Sethi, qui e monte ad filias Kaini maledicti descenderant, in montem sanctum ascendere, facti sunt lapides C montis ignis, ita ut nullo modo pateret ipsis in montem reditus. Deinde cœperunt alii post alios de monte sancto descendere ad Kaini maledicti filias. Cum ergo jam appropinquaret Jaredi mors, convocatis filio suo Enocho, Enochi Mathushalecho, Mathushalechi Lamecho, et Lamechi Noaho, dixit: **28** Cavete ne descendat vestrum quis de monte hoc sancto. Filii enim vestri lapsi sunt et perierunt. Novi autem Deum potentem et gloriosum non relicturum vos in hoc monte sancto. Quisquis ergo vestrum ex hoc loco discesserit, tollat secum corpus Adami, una cum oblationibus istis, ipsumque condat ubicunque dixerit ipsi Dominus. Totum autem vitæ Jaredi spatium annorum erat nongentorum sexaginta duorum. Enocho vero cum anno- D rum esset centum sexaginta quinque, natus est Mathushalech; annoque Enochi vicesimo obiit Seth die Martis, hora diei nona, vicesimo septimo mensis Ab (qui est Meshri) cum vixisset annos duodecim ultra nongentos, ipsumque myrrha, thure, et cassia pollinctum sepeliit filius ipsius Enosh in spelunca Alcanuz juxta Adamum, planxeruntque ipsum quadraginta dies. Mathushalecho, exactis annis centum octoginta septem, natus est Lamech; totum autem quod vixit Mathushalech anni sunt nongenti sexaginta novem. Porro anno quinquagesimo tertio vitæ Mathushalechi obiit Enosh, die Sabbati occidente jam sole, tertio Tishrin prioris, qui idem est ac Babah, cum vixisset annos quinque ultra nongentos: quem myrrha, thure, et cassia pollinctum sepeliit filius ipsius Kainan in spelunca Alcanuz: planxeruntque ipsum quadraginta dies. Lamecho exactis annis centum octoginta duobus, natus est Noah; totum ergo **29 31** quod vixit Lamechus spatium annorum fuit septingentorum septuaginta septem: anno autem vitæ Lamechi decimo tertio, Enochum electum ad se sustulit Dominus (Arabes vero ipsum Edris vocant), habuitque Enochus, quando ipsum ad se recepit Dominus, annos tercentum sexaginta quinque. Sublatoque jam Enocho, Kaini maledicti posteri, cum illis Sethi filiis qui ad ipsos descenderant, unusquisque quod ipsi placeret, aut ad quod inclinaret, propenderetque animus ipsius, coluerunt.

Anno autem vitæ Lamechi sexagesimo primo obiit Kainan, die Mercurii circa meridiem decimo tertio Hazirani, qui est Baunab; quem myrrha, thure et cassia pollinctum sepeliit filius ipsius Mahlaliel in spelunca Alcanuz; ipsumque quadraginta dies planxerunt. Vixitque Kainan annos decem ultra nongentos. Noaho, cum annorum esset quingentorum, nati sunt tres filii, quorum majorem appellavit Semum, secundum Hamum, tertium Japhetum. Totum autem vitæ Noah spatium fuit annorum nongentorum quinquaginta, annoque tricesimo quarto vitæ Noahi obiit Mahlaliel, die solis, hora diei tertia exacto Nisani (qui idem est ac Barmudah) secundo, quem myrrha, thure et cassia pollinctum, sepeliit filius ipsius Jared in spelunca Alcanuz, ipsumque quadraginta dies planxerunt. Vixit autem Mahlaliel annos octingentos nonaginta quinque. Porro anno vitæ Noahi **32** sexagesimo sexto, obiit Jared, die Veneris, occidente sole, Adari (qui est Bormahat) decimo tertio; quem pollinctum sepelierunt, filius ipsius Mathushalech, Lamech et Noah, in spelunca Alcanuz; ipsumque quadraginta dies planxerunt; vixitque Jared annos nongentos sexaginta duos. Porro anno vitæ Noahi quingentesimo nonagesimo quinto obiit pater ipsius Lamech. Lamech autem ante mortem suam, Noaho filio suo accersito, dixit: Non sinet te Deus potens, gloriosus, in monte isto; cum ergo descendes, tollas tecum Adami corpus unaque tres oblationes, scilicet aurum, myrrham, et thus deferas, filioque tuo præcipe ut mox a morte tua corpus Adami sublatum in medio terræ ponat, ibique ad serviendum e filiis suis quemdam constituat, qui sit per totam vitam suam religiosus, cælebs, neque sanguinem fundat, neque in sacrificium offerat vel volucrem vel feram, sed panem tantum et vinum; quoniam ab isto loco erit Adami salus; induaturque pellibus ferinis, nec crines radat, nec ungues præsecet, solusque permaneat: vocabitur enim sacerdos Domini; innuens Melchi-

[1] Gen. VI, 4.

Digitized by Google

Sederhum. Cum ergo præcepisset (ista) Lamech filio suo Nohoa, mortuus est, die Dominico sub occasum solis, Adari (qui est Bormahat) decimo nono; ipsumque pollinctum sepellit Noah in spelunca Alcanuz, planxeruntque ipsum dies quadraginta. **33 35** Fuit autem vita Lamechi annorum septingentorum septuaginta septem. Porro anno vitæ Noæ sexcentesimo mortuus est Mathushalech, die Veneris circa meridiem, vicesimo primo Ilul, qui est Thut: quem pollinctum sepelierunt Noah et Sem in spelunca Alcanuz, ipsumque quadraginta dies planxerunt. Fuit autem vita Mathushalechi annorum nongentorum sexaginta novem. Neque jam quis superfuit in monte sancto præter solum Noahum ipsiusque uxorem (cui nomen erat Haical) filiam Namusæ filii Enochi, cum tribus ipsorum filiis Semo, Hamo, et Japheto, tribusque eorum conjugibus quæ e filiabus Mathushalechi fuere: uxori Semi nomen Salit: Hami, Nahlat; Japheti, Arisisah.

Ingravescente autem in terra iniquitate, cum Sethi posteri, Kaini maledicti posteris permisti, scelera committerent, turpia patrantes, et ad ludicra conversi, indicavit Deus per revelationem Noaho: Missurus sum in terram diluvium, et omnia quæ super ea reperientur perditurus. Ipsique de monte sancto, una cum filiis et uxore, filiorumque uxoribus, descendere jusso, præcepit ut e lignis quadratis navim exstrueret (juxta nonnullos e lignis platani Indicæ) cujus longitudo esset cubitorum ter centum, latitudo quinquaginta, altitudo triginta; eamque interius et exterius pice ac bitumine oblitam in tres contignationes **36** distingueret, quarum infima, feris esset et jumentis; media, volucribus; suprema, ipsi et filiis suis; essetque porta navis in latere ipsius ad partem orientalem, fierentque in ipsa loci aquæ recipiendæ, ac locus cibo. Ingressus ergo Noah speluncam Alcanuz, et Sethi, Enochi, Kainani, Mahlalielis, Jaredi, Mathushalechi, et Lamechi corpora deosculatus, corpus Adami unaque oblationes sustulit, ferente Semo aurum, Hamo myrrham, Japheto thus. Egressi igitur ut e monte sancto descenderent, sublatis ad paradisum oculis, flevere dicentes: Vale, paradise sancte: lapidesque deosculati, ac arbores amplexi de monte sancto descenderunt; fabricatusque est Noah navim. Cui indicavit etiam Dominus ut campanam e ligno platani Indicæ conficeret tres cubitos longam, latitudine sesquicubitalem, cujus etiam malleus ex eadem esset materia; quam ter quotidie pulsaret; mane, quo ad ipsum congregarentur operæ, deinde ad meridiem, tempore prandii; ac rursus vesperi, cum discedendum esset; dixitque ipsi: Cum audientes te campanam pulsantem, dixerint tibi: Quid hoc rei est quod facis? responde ipsis: Immissurus est Dominus diluvium. Fecit ergo Noah omnia quæ jussit ipsum Dominus. Misitque ad eum Dominus ex omni animantium genere, scilicet pecudibus, volu-

A cribus, feris, reptilibus, dicens: Introducas tecum ex illis **37-39** quæ inter hæc munda fuerint septem paria, mares septem, et femellas totidem: ex immundis autem bina, marem scilicet et feminam. Ingressus ergo Noah navim cum uxore, filiis, filiorumque uxoribus, corpus Adami in navim importatum in ejus medio collocavit, impositis ipsi oblationibus. Fueruntque Noah et filii ejus ad partem navis orientalem; uxor vero ipsius et filiorum uxores ad occidentalem, ne viri ad feminas, aut feminæ ad viros accederent. Cumque omnia quæ inferri jusserat Deus secum intulisset, aperiente Domino aquarum fontes, scaturivit terra, commista sunt maria, pluviamque Deus e cœlo demisit. Fuitque diluvium cum Noah annorum esset
B sexcentorum, filius vero ipsius Sem centum. Prorumpente autem e terra aqua, pluviaque de cœlo, quadraginta dies noctesque continuos usque adeo invaluit aqua super terram, ut altissimum qui in terra (sunt) montium quindecim cubitis superaret, terræque superficiem centum et quinquaginta dies operiret, donec non superesset in terra animal vel planta quin perderetur. Jam ab Adamo ad diluvium anni erant bis mille ducenti quinquaginta sex. Post dies vero a diluvio centum et quinquaginta, mittente Deo ventum qui super terram flaret, adeo ut quiesceret aqua, cessarent fontes, et coerceretur pluvia, cœpit aqua continue **40** subsidere et decrescere usque ad mensem septimum. Mensis autem septimi, scilicet mensis Ilul (qui
C idem est Thut) die decimo septimo resedit navis super monte dicto Ararat, qui est mons Alluda in Musal, in regione Diarrabiæ, in vico appellato Korda; vocatur autem hodie terra Thamanin, et insula Bani Omar. Cumque non cessaret aqua decrescere et subsidere usque ad mensem decimum, primo die mensis decimi apparuere montium juga, deinde post quadraginta dies, aperta navis porta, emisit Noah corvum ad explorandum num exsiccata esset aqua a superficie terræ, qui abiens reversus non est. Misit ergo columbam, quæ sine mora reversa est pedibus aqua madentibus, unde cognovit Noah adhuc esse aquam super terram. At post septem dies cum mitteret rursus columbam,
D ea ad ipsum vesperi, in ore folium olivæ gerens, reversa est. Tum ubi septem adhuc dies exspectasset, columbam iterum emisit, quæ ad ipsum non rediit. Cum ergo post hæc septem dies moratus, navis portam aperuisset, prospexit, et ecce terra herbam viridem produxerat, et ab ipsa recesserant aquæ. Egressus est ergo Noah e nave cum filiis suis, Semo, Hamo et Japheto, suaque et filiorum uxoribus, omnibusque quæ in navi cum ipso fuere animantibus, post duos ultra annum menses, die decimo septimo **41-43** mensis secundi, Nisani scilicet qui et idem Barmudah. Cumque egressi essent urbem exstruxerunt, quam Thamanin appellarunt, juxta numerum suum quasi dicat: Nos octo sumus. Dixitque Dominus

Digitized by Google

potens, gloriosus, Noaho : Non futurum est posthac unquam diluvium.

Quin et posuit Dominus Noaho fœdus, scilicet arcum in nubibus apparentem, dicens ipsi : Ubi conspexeris arcum istum, erit ipse tibi signum fœderis. Plantaruntque filii Noæ vineam, e qua cum vinum recens expressum patri suo Noaho præbuissent, bibens ipse inebriatus est, adeo ut inter obdormiendum retegeretur turpitudo ipsius; quod videns Hamus, risit, ac fratribus suis indicavit. Acceptam ergo vestem Sem et Japhet sibi injicientes, aversique euntes, ne pudorem patris sui conspicerent, patris pudorem obtexerunt. Experrectus autem e somno suo Noah, narrante ipsi quid gestum fuerat, uxore, Hamo suo filio iratus maledixit, dicens : Maledictus sit Ham, et servus fratribus suis. Post hæc, cum accepisset sibi Ham omnia instrumenta ludicra, hac etiam ex parte maledictum est ipsi, factusque est servus fratribus suis; ipse scilicet ac posteri ipsius, qui sunt Ægyptii, Nigritæ, Æthiopes, et (ut dicitur) Barbari. Duobus autem post diluvium annis natus est Semo Arphachshad, Semo jam centum et duos annos nato. Vixitque Noah **44** post diluvium annos tercentum et quinquaginta.

Morti autem jam vicinus præcepit Noah Semo filio suo, clam ipsi dicens : Fac ut corpore Adami e navi, nemine conscio, sublato, acceptisque tecum in viaticum pane ac vino, et ascito Melchisedecho Phaleki filio, proficiscamini, donec ibi ipsum deponatis ubi indicaturus est angelus Domini. Et Melchisedecho præcipiens jubeas ipsum eo loci sedes figere, uxorem non ducere, sed pietati per totam vitam se addicere; quoniam ipsum elegit Dominus ut cultui ejus inserviat. Nec ergo domum sibi exstruat; nec sanguinem ibi loci fundat, vel bestiæ, vel volucris, vel animalis cujusvis; neque aliam ibi offerat oblationem quam panem et vinum, quæ Domino offeret, sitque e pellibus leoninis indumentum ipsius; nec crines tondeat, nec ungues præcidat, solusque permaneat, quippe qui Dei altissimi sacerdos est. Præibit autem vobis angelus Domini donec ad locum ubi sepulturi estis Adami corpus perveniatis; scias autem locum istum terræ medium esse. Hæc cum Semo præcepisset, mortuus est Noah, die Mercurii, hora diei secunda, secundo mensis Ayar, qui idem est ac Bashnes; fuitque vita Noahi annorum nongentorum quinquaginta. Contigit autem hoc anno ætatis Semi quadringentesimo quinquagesimo. Pollinctum ergo ipsum sepelierunt **45-47** filii ipsius Sem, Ham, et Japhet, ac quadraginta dies planxerunt. Totùm autem quod vixit Sem, annorum erat sexcentorum; quorum centum ante diluvium, post diluvium quingenti. Arphachshado, post annos centum triginta quinque, natus est Kainan; totum autem quod vixit Arphachshad erat annorum quadringentorum sexaginta quinque. Kainano post annos centum et triginta natus est Shalech; to-

A tum autem vitæ Kainani anni quadringenti et triginta. Shalecho post annos centum et triginta natus est Eber; totumque quod vixit Shalech quadringenti et sexaginta, Eber autem Hebræorum pater est, quem Arabes Hud appellant. Ebero post annos centum triginta quatuor natus est Phalek; qui ideo hoc nomine appellatus est quod ipsius tempore divisa esset terra.

Porro Ebero, post Phalekum, natus est Kahtan, qui Arabum pater. Ejus tempore cujusvis vel fortitudine, vel formæ præstantia insignis, vel consilio præstantis, vel fama illustris imaginem depictam colebant homines. Causa enim cultus imaginibus præstiti hæc fuit, quod olim cum moreretur

B ex ipsis vir aliquis prudentia et consilio sive fortitudine præstans, effigiem ipsius in concessibus depingerent; deinde cum quid grati ipsis accideret de quo captandum esset consilium, apud imaginem istam convenientes **48** consultarent, quasi adesset ipsis inter consultandum imago ista, ne deesset ipsis in consilio alicujus antecessorum imago : quod cum facere perseverarent, ad imaginum cultum delapsi sunt. A tempore autem diluvii ad nativitatem Phaleki (intercesserunt) anni quingenti triginta et unus. Ab Adamo ad Phalekum natum anni bis mille septingenti octoginta septem. Natus est autem Phaleko Melchisedek sacerdos. Fecit ergo Sem sicut præceperat ipsi pater ejus, Noah; et navim noctu ingressus inde corpus

C Adami, nemine facti conscio, sustulit; deinde convocatis fratribus, dixit : In mandatis mihi sub morte sua dedit pater, ut in terra progrederer usque dum ad mare pertingerem, viderem que quomodo se haberet terra ejusque fluvii ac valles, tum ad vos reverterer. Uxorem ergo ac liberos meos apud vos relinquo, quos servetis velim usque dum ad vos revertar; Phaleko autem dixit : Cede mihi filium tuum Melchisedekum qui mihi auxilio sit in via. Cum ergo, assumptis secum Adami corpore et Melchisedecho, profectus esset Sem, occurrit ipsis angelus Domini, nec ab ipsis discessit, donec eis ad medium terræ perductis locum ostendisset; cui cum corpus Adami imposuissent, sponte sua dehiscebat : deinde

D deposito in ipso corpore, rursum occlusus est. Nomen autem loci istius est Jaljalah, **49-51** id est, cranium.

Tum præcepit Sem Melchisedeko omnia quæ jusserat ipsum Noah, dicens illi : Hic manens sis Domino sacerdos, quoniam elegit te Dominus ad cultum sibi præstandum; atque angelus iste Domini ad te continue descendet. Deinde ad fratres suos reversus, interroganti Phaleko, ubinam esset Melchisedek puer? respondit, se ipsum in via mortuum sepeliisse; magna ergo ob ipsum tristitia affecti sunt. Anno autem vitæ Eberi septuagesimo mortuus est Arphachshad, mense Nisan (qui est Barmudah); fuitque vita ipsius annorum quadringentorum sexaginta quinque. Anno vero vitæ Eberi

Digitized by Google

centesimo tertio mortuus est Sem, Noahi filius, die Veneris, mense Ilul (qui est Thut) cum annos sexcentos vixisset. Totumque quod vixit Eber annorum erat quadringentorum sexaginta quatuor. Fuit tunc temporis lingua hominum una, sermo unus: lingua scilicet juxta nonnullos Syriaca, juxta alios Hebraica, juxta alios Græca; quorum sententia mihi verisimilis videtur, quod lingua Græca, Syriaca et Hebraica firmius fundata, latiorque sit ac amplior. Congregati ergo ex ipsis viri septuaginta duo dixerunt: Condamus urbem, eamque arce muniamus in qua turrim exstruamus quæ ad cœlum pertingat, ut si forte contingat aliquando diluvium, ab eo liberemur. Tres ergo annos lateribus conficiendis et coquendis insumpserunt; **52** quorum singuli tredecim cubitos longi, decem lati, ac quinque alti essent; urbemque inter Tyrum et Babelem exstruxerunt orgyas longam tercentum et tredecim, latam centum quinquaginta unam: cujus muri alti ogyras quinquies mille quingentas triginta tres; lati triginta tres; turris autem orgyas decies mille alta: quibus exstruendis quadraginta annos insumpserunt. Adhuc autem ædificantibus ipsis ecce immisit Deus angelum e cœlo qui linguas ipsorum confunderet, et dialectos mutaret, adeo ut cum quis loqueretur non intelligeret alius quid diceret. Inde appellatus est locus iste Babel, quod ibi confusæ essent linguæ: atque ita dispersi fuerunt in terra; idque anno a Phaleko nato quadragesimo sexto. Ex illis autem septuaginta et duobus viris, erant e filiis Semi viginti quinque, qui ab Euphrate et Musal ad extremum usque Orientem habitarunt: e quibus sunt Syri, incolæ Diyar Rabiæ et Mesopotamiæ, Jarmakani, Chaldæi (incolæ scilicet Babelis) et (populi) Persiæ, et Chorasan, et Pharganah, et Sindiæ, et Indiæ, et insulæ Sin, et Hebræi, et (incolæ) Yaman, et Al-Payef, et Al-Yamamah, et Al-Bahrain, et diversa Arabum genera; suntque ipsis scripturæ genera octo; scilicet Hebraica, Syriaca, Persica, Indica, Chaldæa (quæ et Babylonica) Sinensis, Hamyarensis; **53-55** Arabica: suntque Semo fluvii majores Euphrates et fluvius Balch.

E filiis autem Hami viri triginta duo, qui incoluerunt Syriam, quæ et terra Chanaanæa dicta est (quod esset Hamo filius cui nomen Chanaan) usque ad extremos Occidentis terminos: suntque ex ipsis Chananæi, Philistæi, incolæ Ægypti, Kophtitæ, Marisii, diversa Nigritarum genera, Æthiopes, Nubienses, Al-Bajaitæ, Al-Zenii, Al-Zotti, Karrani, Samaritæ, Al-Zabeii, Al-Mogrebini, Barbari. Suntque illis insulæ viginti sex, e quibus Sardinia, Malta, Creta, et pars insulæ Cypri, cum aliis; scripturæ autem (genera) sex: scilicet Ægyptiaca, Nubiensis, Æthiopica, Francica, Punica, Kankelica. Porro Hamo e fluviis grandioribus Nilus. Eorum denique e filiis Japhet viri quindecim, qui habitarunt a Tigri usque ad extremas Septentrionis partes; suntque ex ipsis Turcæ, Al-Baitac, Al-

A Togargar, Al-Tobt, Yajui et Majui, Al-Chozar, Al-Lan, Al-Anchaz, Al Sanarebah, Jarzan, Armenia major et minor, Hauran, Antiochia, Al-Chalediah, Aphlaguniah, Cappadocia, Charshenah, Græci, Romani, Byzantium, Rutheni, Al-Dilam, Bolgari, Sclavi, Al-Ancirdah, Franci, Al-Ialfatini, Hispani. Suntque ipsis insulæ duodecim, e quibus Rhodus, Sicilia, Cyprus, Samos, etc.; et scripturæ (genera) sex, scilicet Græca, Romana, Armeniaca, Hispanica, Francica, Darbanica; et Japheto e fluviis **56** grandioribus Tigris. Porro a diluvio usque ad ædificationem turris et linguarum confusionem anni sunt quingenti octoginta septem; ab Adamo autem ad turrim conditam anni bis mille octingenti triginta quatuor. Phaleko post annos centum B triginta natus est Ragu; anno autem vitæ Phaleki tricesimo sexto obiit Kainan, mense Ab (qui et Meshri est) fuitque vita ipsius annorum quadringentorum et triginta. Totumque quod vixit Phalek anni tercentum triginta novem. Ragu, post annos centum triginta duos, natus est Sharua, cujus temporibus coluerunt homines idola, unoquoque quod sibi alliberet colente et adorante. Fuerunt ergo ex ipsis alii qui cœlum, alii qui solem, alii qui lunam, alii qui stellas, alii qui volucres, alii qui terram, alii qui feras, alii qui fluvios, alii qui arbores, alii qui montes colerent; alii qui ad similitudinem patris aut matris sui, aut ejus quem ex sibi charis honore prosequerentur, cum mortuus esset, imaginem conflarent quam colerent, ac sibi in Deum C assumerent; alii qui imaginem ex auro, argento, lapide, aut ligno conficerent. Primi autem hoc fecerunt Ægyptii, Babylonii, Franci, et locorum maritimorum incolæ. Dicitur etiam cultus idolorum originem hanc fuisse, quod cum moreretur apud illos quispiam imaginem ad ejus similitudinem **57-59** conflatam tumulo ipsius imponerent, quo minus oblivioni traderetur memoria ipsius, (qua ratione) impleta est terra idolis: virorum scilicet, feminarum et puerorum simulacris.

Eodem tempore cum mortuus esset vir quidam dives, filius ipsius statuam sibi, ad patris sui similitudinem confectam, tumulo ipsius imposuit, collocato etiam ibi servo qui ipsam custodiret. Cum D advenientes deinde fures quidquid filio domi suæ fuit subripuissent, profectus ille ad patris sui tumulum flere et conqueri apud statuam istam auream, quasi apud patrem suum. Allocutus ergo ipsum diabolus e ventre statuæ: Ne fleas, inquit, abi tantum, et allato filio tuo natu minimo ipsum mihi in sacrificium mactans sanguine ejus calenti te abluas, ita (fiet ut) ego omnia tibi quæ perdideris restituam. Cum ergo ille filium suum allatum coram idolo mactasset, ejusque sanguine se abluisset, egressus ex idolo diabolus, hominemque illum ingressus, ipsum præstigias et incantamenta edocuit: atque hinc cœperunt homines filios suos diabolis mactare, et præstigiis (uti) didicerunt.

Porro diebus Ragu multos annos regnavit regina

Digitized by Google

Sabæ, ea quæ urbem Sabam condidit. Post quàm urbi Sabæ, usque ad regnum Salomonis filii Davidis, continue imperarunt **60** feminæ. Diebus etiam Ragu regnavit Karon qui urbem Ukinin condidit. Fertur autem ipsum lateribus ex auro fuso conflatis urbem Ukinin exstruxisse. Anno vitæ Ragu sexagesimo sexto mortuus est Shalech, mense Adar (qui est Bormahut,) cum vixisset annos quadringentos et sexaginta. Totum autem quod vixit Ragu annorum erat tercentum triginta novem. Sarugo, post annos centum et triginta, natus est Nachor; anno autem vitæ Sarugi sexagesimo octavo obiit Eber mense Canun secundo, (qui et Tubah audit) cum vixisset annos quadringentos sexaginta quatuor. Annoque vitæ Sarugi septuagesimo septimo, obiit Phalech, mense Ilul (qui et Thut) cum vixisset annos trecentos triginta novem. Totum autem quod vixit Sarug anni sunt trecenti et triginta. Nachoro post annos septuaginta novem natus est Tharech; ejusque diebus multiplicati sunt gigantes. Fuitque Aad filius Arami, filius Semi, filius Noæ : sub eodem institutæ sunt mensuræ et pondera. Ejus etiam tempore accidit terræmotus insignis, vehemens, cum nullus antea terræmotus fuisset, idque quod ubi multiplicati essent idololatræ qui filios suos et filias dæmoniis immolarent, immitteret in ipsos ventum procellosum, essetque turbo qui idola omnia contingeret, eorumque delubra dirueret; **61-63** adeo ut pulveris tumulis obruerentur; qui etiamnum exsistunt.

Anno autem vitæ Nachori septuagesimo septimo mortuus est Ragu, mense Nisan (qui idem est Barmudah) cum annos trecentos triginta novem vixisset. Ejusdem tempore floruit vir quidam (origine) Persa, nomine Zorodasht, qui religionis Sabiorum auctor fuit, regnante in Persia rege Tachmurt appellato. Autumant vero nonnulli primum religionis Sabiorum auctorem fuisse Græcum quemdam nomine Junan, Jearakliusi filium, cujus sedes fuit Alyas : at juxta alios fuit ex urbe Al-Zaitunah, quæ condita est in Athenarum (regione.) Græci autem primi hanc sententiam amplexi sunt, deque astrorum scientia, ac orbium cœlestium motu libros multos conscripserunt. Fertur etiam illum qui primus Sabiorum religionem instituit ex eorum numero fuisse qui turri Babelis exstruendæ adfuerunt. Totum autem quod vixit Nachor, annorum fuit ducentorum et octo. Tharecho post annos septuaginta natus est Abraham. Hujus tempore fuit Nimrod gigas, rex Babelis, ubi primus omnium regnasse fertur; cumque in cœlo coronæ formam e nube vidisset, accersito [metallorum] fusore coronam sibi conflasse, quam capiti imponeret, unde factum ut dicerent homines coronam ipsi e cœlo delapsam esse. Dicitur **64** et hunc primum ignem coluisse, quod scilicet ad ignem, quem procul in Oriente e terra prodeuntem conspexisset, videndum

A accedens, ipsum adoraverit : ibique quemdam statuerit qui igni inserviret, eique thus injiceret : atque ex eo tempore cœperunt magi ignem colere, eumque adorare. Fuit autem viri, quem ad igni famulandum constituit Nimrod, nomen Andeshan; cui, e medio ignis ipsum allocutus, diabolus dixit: Non potest quis igni inservire, aut religionem meam addiscere, nisi prius cum matre sua, sororeque et filia rem habuerit. Fecit ergo Andeshan sicut dixit ipsi diabolus; atque exinde (soliti sunt) magorum sacerdotes cum matribus, sororibus, et filiabus suis rem habere. Primus autem hujus sententiæ auctor fuit Andeshan iste. Porro exstruxit Nimrod, Aderbijan, Babelem, Nineven, Rasen, urbesque quam plurimas. Totum autem quod vixit

B Tharech anni sunt ducenti sexaginta quinque, deinde obiit. Jam a Phaleko ad Abrahamum anni sunt quingenti quadraginta et unus; a diluvio ad Abrahamum mille septuaginta duo; ab Adamo ad Abrahamum ter mille ter centum viginti octo. Abrahamo, cum annorum esset septuaginta quinque, præcepit Deus ut e terra patria Harran egressus in terra Chananæa (quæ Alsham est) habitaret. Accepit ergo Abraham uxorem **65-67** suam Saram, quæ et ipsi ex patre soror erat; Tharech enim Abrahami pater, mortua Yuana, Abrahami matre, aliam duxit uxorem nomine Tohwait, ex qua nata est ipsi Sarah, quam duxit Abraham; atque hanc ob causam dixit Abraham : *Soror mea est, patris mei, at non matris meæ filia* [1]. Assumpsit etiam

C Lothum, fratris sui filium, et in terram Al-Manariensium Amorræorum profectus est, ubi cum egressi contra ipsum nonnulli Lothum captivum abduxissent, insecutus ipsos Abraham, Lothum e manibus ipsorum liberavit. Reverso autem ad montes Jebusæorum occurrit Melchisedek, qui pacis rex, Dei celsissimi sacerdos, audit. Quem e longinquo conspectum adoravit Abraham, deinde ipsum complexus atque deosculatus, benedictionem ab ipso petiit. Benedixit ergo ipsi Melchisedek, panemque et vinum ipsi obtulit; dedit autem Abraham Melchisedeko omnium quæ habuit decimas. Tum per revelationem dixit Deus Abrahamo : *Ab hoc tempore magnus evades, benedicam enim tibi, et semen*

D *tuum multiplicabo.* Cumque jam innotuisset Melchisedek, qui de eo audivissent reges, ad ipsum congregati sunt; e quibus erat Abimelech rex Gerar, Markal rex Zoar, Ariush rex Destar, Jardaomer rex Ilan, Targali rex Zaglai, Baaz rex Gailath, Yaez rex Sodomi, Barsha rex Gomorrhæ, Sebaath **68** rex Edom, Banbu rex Damasci, Baktar rex Al-Rabah, Samaan rex Amorhæorum : reges isti duodecim ad Melchisedekum, qui et rex pacis audit, accedentes, ubi ipsum conspexissent, et ipsius sermones audiissent, ab illo ut una cum ipsis abiret rogarunt, qui respondit : Non possum ego ab hoc loco discedere. Consilium ergo inter se de exstruenda

[1] Gen. xx, 12.

Digitized by Google

ipsi urbe ceperunt, dicentes : Revera hic totius A terræ rex est, regumque omnium pater. Exstructa ergo ipsi urbe, regem in ea ipsum constituerunt. Appellavit autem Melchisedek nomen urbis istius Jerusalem. Porro cum de regno Melchisedeki pervenisset fama ad Machulum Al-Taimani regem, accedens ille ad ipsum conspiciendum atque alloquendum, magnam ipsi opum copiam dedit. Fuitque Melchisedek apud omnes reges in honore dum ipsum regum patrem appellarent. Jam qui dicunt Melchisedeko nec initium dierum, nec vitæ finem fuisse, adducto ad hoc confirmandum Pauli apostoli dicto, ubi ait : *Cujus diebus nec initium fuit, nec vitæ ipsius terminus* [a], locum Pauli apostoli non intelligunt. Nam cum Sem, Noahi filius, Melchisedekum B assumptum a parentibus suis abduxerit, non inscriptum est libro [sacro] quot annos natus esset, quando ex Oriente proficisceretur, nec quot annos natus diem obierit. Cumque Melchisedek **69-71** filius esset Phaleki, filii Eberi, filii Shalechi, filii Kainani, filii Arphachshadi, filii Semi, filii Noahi, nullus horum patrum, ipsius pater vocatur. Dicit enim Paulus : *Nemo de ipsius genere templo servivit* [b]; neque patrem ipsi inter tribus ascripserunt. Matthæus enim et Lucas evangelistæ, principes tantum tribuum descripserunt; ideoque nec patris nec matris ipsius nomen ascripsit Paulus apostolus. Non autem dicit Paulus non fuisse ipsi patrem; verum, non ascriptum fuisse ipsum inter tribus. Porro, anno vitæ Abrahami quinquagesimo primo C mortuus est Sarug, mense Adar (qui est Bormahat) cum annos trecentos et triginta vixisset. Abrahami etiam tempore scelera patrarunt qui cum Lotho Arani filio erant, urbium scilicet Sodomi et Gomorrhæ incolæ. Perdidit ergo ipsos Dominus servato Lotho. Cum autem sterilis esset Sarah Abrahami uxor ita ut non conciperet, Abraham vero opum dives, tradidit Sarah Abrahamo ancillam nomine Hagar, quæ gravida ex Abrahamo facta peperit ipsi filium, quem Ismaelem nominavit, nato tum Abrahamo annos octoginta sex. Cumque jam annos nonaginta novem attingeret Abraham circumcisus est, filiumque suum Ismaelem, annorum jam tredecim, circumcidit. Cum autem plene jam cen- D tenarius esset Abraham, peperit ipsi uxor **72** Sarah puerum quem Isaacum appellavit, Sarah tum nonagenaria. Et circumcisus est Isaac die a partu octavo. Sarah autem cum jam Isaacum peperisset, dixit Abrahamo : Ejice e conspectu meo Hagar cum filio Ismaele. Abraham ergo filium suum Ismaelem opibus et viatico instructum una cum matre sua expulit in terram Yathreb et Yaman, ubi habitavit et, uxore ducta, filios genuit. Totum autem quod vixit Ismael annorum erat centum triginta septem. Porro, tempore Abrahami fuit in Oriente rex nomine Cyrus, illi qui Somalsat, Claudiam et Al-Irak condidit : ejus etiam diebus regnavit Chabib, uxor Sini sacerdotis montis, quæ Nisibin et Roham exstruxit muroque cinxit : quin et templum magnum in Harrano condidit, conflato ex auro idolo cui nomen Sin indidit, ipsumque in medio templi positum omnes Harrani incolæ adorare jussit. Non desierunt ergo Harranenses per annos quinquaginta idolum colere. Postea vero Baal Samin, Al-Iraki rege, Talbin, Thamuræ regis Musal uxorem, depereunte, fugiens eum ipsa Harrano ignem injecit quo arsit, unaque et templum et idolum. Anno vitæ Abrahami quinquagesimo nono, mortuus est Nachor mense Tamuz (qui est Abib) cum annos ducentos et octo vixisset. Anno etiam vitæ **73-75** Abrahami centesimo tricesimo septimo jussit ipsum Deus filium Isaacum mactatum in holocaustum igne assumendum tradere, annos tum triginta septem natum.

Quod si dixerit quis: Quomodo probatur Isaacum annos triginta septem habuisse cum ipsum mactare in animo habuit pater ipsius? regeretur illi, peperisse ipsum matrem Saram jam nonagenariam, ipsam autem audito Abrahamum Isaacum filium suum assumptum in montem sustulisse, ut eum immolaret, magna affectam tristitia, et præ doloris quem concepit vehementia in morbum incidisse, ex quo mortua est, annos nata centum viginti septem; necesse est ergo fuisse tunc temporis Isaaco annos triginta septem. Assumptum ergo Isaacum filium suum cum in montem adduxisset Abraham, lignis et igne ipsi impositis, ac fune colligatum et super ligna collocatum, procumbere fecisset ut ipsum mactaret, inclamavit e cœlo angelus: Heus Abraham, filium tuum ne jugules: patientiam enim et obedientiam tuam experti, intimosque animi affectus explorati, ipsum, tui miserti redemimus. Ariete ergo magno Isaacum redemit Dominus. Sara autem, audito Abrahamum, Isaacum assumptum in montem mactandum abduxisse, exclamans, atque ejulans, præ summa, qua affecta est, tristitia morbo **76** correpta, eodem anno mortua est, cum annos centum viginti septem vixisset. Duxitque Abraham, post mortem Saræ, mulierem nomine Keturah, Bactari regis Rabbæ filiam; quæ ipsi filios plures peperit, quos viatico instructos ab Isaaci præsentia abegit. Totum autem quod vixit Abraham, anni sunt centum septuaginta quinque. Porro anno vitæ Isaaci tricesimo quinto mortuus est Tarah mense Ilul, (qui est Tut,) cum annos ducentos et quinque vixisset, et in Harran sepultus. Isaac autem quadragenarius uxorem duxit, cui nomen Rebecca, filiam Bathuelis, filii Nachoris, fratris Abrahami. Anno vero vitæ Isaaci sexagesimo gravidata uxor ipsius Rebecca, angustiisque et dolore pressa cum Melchisedechum adiisset, comprecatus ipsi, dixit ille: Duo sunt in utero tuo populi, duasque paritura es tribus, major autem minori subjicietur. Peperit ergo Rebecca uno partu

[a] Hebr. VII, 3. [b] ibid. 6.

Digitized by Google

gemellos; quorum primum appellavit Isaac Esaum; secundum, Jacobum, cui ideo Jacobi nomen indidit quod cum ex utero materno prodiret, manu Esaui calcaneum teneret. Porro Isaac Esaum amavit, Rebecca vero Jacobum. Fuit autem Esau hirsutus, pilosus, subolidus. Ætate vero jam provectus Isaac filio suo Esauo accersito dixit: Armis tuis assumptis, in campum progressus **77-79** venare mihi prædam e qua cibum mihi pares quem comedens, tibi antequam moriar benedicam. Quod cum audivisset Rebecca, acceptum Jacobum Esaui vestibus induit, hædique pelle prehensa partem ejus pectori, humeris, et brachiis ipsius superimposuit paratoque cibo dixit ipsi: Ad patrem tuum Isaacum ingressus dicas: Ego sum Esau filius tuus, quo tibi ante mortem suam benedicat.

Ingresso ergo ad Isaacum Jacobo, dixit ipsi Isaac: Accedas ad me. Accedentémque cum contrectasset dixit: Sermo certe Jacobi sermo est, at contactus Esaui contactus. Comedens ergo Isaac Jacobo benedixit, eumque fratri suo principem constituit. Tum reversus Esau a venatu paravit etiam cibum quem patri suo Isaaco obtulit. Cui dixit pater ipsius: Quis est qui te prævenit ut benedictionem acciperet? Flens ergo Esau: O mi pater, inquit, annon est tibi præter unam benedictionem? Dixit Isaac: Eum tibi principem constitui, et quid tibi faciam? Accedente autem Esauo, benedixit ipsi Isaac, at Jacobum ipsi principem constituit; quare animo statuit Esau Jacobum interficere. Aufugit ergo Jacobus a fratre suo Esauo Harranum, ad avunculum suum Labanum. Porro tempore Isaaci, condita est Jericho, exstruentibus ipsam septem regibus quorum unusquisque **80** murum illi exstruxit. Anno autem vitæ Isaaci septuagesimo quinto mortuus est Abraham mense Nisan (qui est Barmudah) [at in alio exemplari legitur, mense Adar, qui est Bormahat] cum vixisset annos centum septuaginta quinque. Anno vitæ Isaaci centesimo vicesimo tertio mortuus est Ismael, mense Nisan (qui est Barmudah) cum vixisset annos centum triginta septem. Totum autem quod vixit Isaac anni sunt centum et octoginta. Esau annos natus quadraginta uxorem duxit e filiabus patrui sui Ismaelis, nomine Nabalat, quæ filios ipsi quamplures peperit. Duxit etiam e filiabus Canaan feminam nomine Ada, filiam Elon Hittæi: nec non e filiabus Græcorum unde illi inter ipsos progenies. Progenies autem est illi copiosior quam ut numerari possit. Sunt e stirpe ejus Amalekitæ et Koræi. Totumque quod vixit Esau annorum erat centum viginti novem. Jacob vero ad avunculum suum Laban Harranum pervenit, cui binæ erant filiæ, quarum natu majori nomen fuit Leah (eaque oculis lippa), minori Rachel. Amavit autem Jacob Rachelem, eamque ab avunculo suo in uxorem petiit; cui ille: Si mihi, inquit, septem annos inserviveris, Rachelem tibi uxorem dabo; at cum septem annos ipsi serviisset noctu ad ipsum Leam, Rachelis sororem introduxit. **81-**

A **83** Mane ergo dixit Jacob avunculo suo: Septem annos tibi servivi ut mihi Rachelem in uxorem dares; quomodo ergo ad me sororem ejus Leam intromisisti? Respondit illi Laban: Si mihi annos septem alios inserviveris, etiam Rachelem tibi dabo. Septem ergo annos alios cum ipsi serviisset, Rachelem ipsi uxorem dedit, atque ita duas duxit sorores.

Peperit autem Lea Jacobo, Rubenem, Simeonem, Levim, Judam, Issacharum, Zabulonem, cum nondum peperisset Rachel. Dixit ergo Rachel Jacobo: Accipias ancillam meam Bilham, ut, illa ex te gravida facta, sit mihi proles. Peperit igitur Billa Rachelis ancilla Jacobo pueros duos, Dan et Naphtalim; tum dixit Lea Jacobo: Cape etiam ancillam meam ut illa ex te concipiente sint mihi ultra natos meos nati. B Peperit ergo etiam Zilpha ancilla Leæ duos Jacobo filios, Gad et Asher. Posthæc gravidata Rachel peperit Josephum et Benjaminum. Suntque isti duodecim Jacobi filii, e quibus orti sunt omnes filii Israelis. Tum reversus est Jacob in terram Chanaan; Israelem autem ipsum appellavit Deus. Anno Jacobi octogesimo septimo peperit Lea Levim, tertium ipsius filium. Porro descriptum est tempus nati Levi præ cæteris fratribus, eo quod ex ipsius stirpe fuerit Moses. Prosecutus est autem Jacob Josephum amore vehementi, **84** eumque fratribus suis prætulit, unde illi invidia in ipsum commoti de ipso e medio tollendo cogitarunt. Dum igitur ipsi oves suas et camelos pascerent, ecce C transiit juxta ipsos mercatorum Madayenitarum (qui Ismaelitæ sunt, et Arabes), quorum merces erant nuces pineæ, terebinthinæ, et oleum, in Ægyptum tendentium caterva, quibus prehensum Josephum vendiderunt fratres ipsius viginti nummis, annos natum septemdecim. Tum accepto Josephi indusio manicisque ejus sanguine impletis, dixerunt Jacobo: Devoravit Josephum lupus. Josephum autem in Ægyptum a mercatoribus abductum ab illis emit Pharaonis servus, satellitum princeps: cujus uxor cum illum deperiret, ab ea se cohibuit; quare illa de ipso apud maritum suum mentita cum diceret: Puer iste Hebræus me petiit, conjecit ille ipsum in carcerem. Anno Jacobi centesimo vicesimo obiit Isaac mense Aiyar (qui est Bashnes) D cum annos centum et octoginta vixisset. Anno autem vitæ Jacobi centesimo vicesimo nono mortuus est Esau, mense Tishrin primo (qui et Babah), annos natus centum viginti novem. Porro in carcerem una cum Josepho, conjecit Pharaoh pistorum et pocillatorum principes, ubi dormientium more, vidit qui a poculis erat se quasi manibus tenentem uvarum racemum, e quo **85 87** succum exprimens Pharaoni bibendum præberet; cui Josephus: Ita (inquit) erit sicut vidisti; mei autem apud dominum tuum memoriam facias. Vidit etiam pistor quasi canistrum panis super capite suo, e quo comederent volucres: cui Josephus: Cruci, inquit, affigeris, comedentque carnem tuam volucres: quod et factum est.

Digitized by Google

Deinde cum vidisset etiam Pharaoh insomnium, dixit illi qui a poculis ipsi erat, esse in carcere puerum Hebræum qui somnia interpretaretur; cui ergo adduci jusso dixit Pharaoh, vidisse se septem vaccas, pingues e mari prodeuntes, et post eas septem macilentas, quæ pingues devorarent: tum etiam vidisse se septem spicas crassas e terra prodeuntes deinde septem graciles, aridas, quæ crassas illas deglutirent; dixit ergo illi Joseph: Futuri sunt in regno tuo septem anni feraces, deinde post eos septem anni quibus erit annonæ penuria et fames insignis. Tum imposuit Pharaon Josepho regni sui administrandi curam, tradito ipsi annulo suo. Condidit ergo Josephus septem annis uberibus frumentum in spicis suis, donec implerentur quæ numerum superant granaria. Anni tunc erant Josepho triginta, qui uxorem duxit nomine Asinath urbis Einshemes sacerdotis filiam, quæ binos ipsi peperit filios, quorum majorem, primogenitum scilicet, Manassen **88** appellavit, alterum Ephraimum. Porro exstruxit Josephus columnas mensorias, quibus aquæ, crescente Nilo, mensura capitur in Ægypto, loco quem Memphin vocant. Sinum etiam effodit, qui Menha audit; quin et lapides viarum indices erexit. Natus est autem Levi, Jacobi filio, post quadraginta annos Kahat, in terra Chananitica, tribus antequam Ægyptum ingrederentur annis. Illis diebus accidit in Ægypto et Syria fames insignis; coemerunt ergo a Josepho Ægyptii frumentum, donec ipsis non superesset nummus aureus vel argenteus, quod deinde agris, jumentis et ædibus suis emerunt; ac postea, cum nihil ipsis reliquum esset, dixerunt Josepho: Nos ipsos Pharaoni in servos vendemus, modo nobis frumentum ad comedendum et serendum largiatur. Emit ergo Josephus Pharaoni a seipsis Ægyptios, dato illis frumento, quod ederunt et terræ mandarunt, accipiente ab ipsis Josepho decimam partem, quod ad hoc usque tempus in legem abiit, factique sunt Ægyptii Pharaoni servi. Ejus diebus floruit Job ille justus, scilicet Job filius Amosi, filii Zarachi, filii Raguelis, filii Esaui, filii Isaaki, filii Abrahami, opum dives, quique affligente ipsum Domino, gratias egit et patienter se gessit, quare amota ab ipso afflictione restituit ipsi Deus opes suas.

Accidit etiam in regione Syriæ fames **89-91** gravis, adeo ut diceret Jacobus filiis suis: Profecti in Ægyptum emite nobis frumentum: Venerunt ergo in Ægyptum Josephi fratres, quos visos statim cognovit Josephus, ipse ab illis incognitus, non autem fuit cum ipsis frater ejus uterinus Benjamin: dixit ergo ipsis Josephus: Quinam estis vos? unde venistis? et quid vultis? Cui illi: Sumus nos Jacobi filii; duodecim ipsi cum nati essemus, unum comedit lupus, cujus etiam frater uterinus apud patrem suum est; pater enim noster, cum senex admodum sit, noctu atque interdiu filium suum a lupo devoratum luget. Respondit illis Joseph: Non estis vos alii quam exploratores. Et jurantibus ipsi illis,

A dixit: Si veraces sitis nec exploratores, relicto apud me vestrum uno, ad patrem vestrum revertimini, ac fratrem vestrum minimum, cujus fratrem devoravit lupus, adducite, quo dictorum vestrorum veritatem perspectam habeam.

Cum ergo fratrem ipsorum Simeonem apud ipsum reliquissent, sacci ipsorum Josephi jussu frumento impleti sunt, uniuscujusque pecunia in sacco suo reposita. Cum igitur ad patrem suum Jacobum pervenientes, ac quid [accidisset] narrantes pecuniam suam in saccis reperissent, ad frumentum ex Ægypto coemendum reversi, pecuniam istam, ac summas istas acceperunt, unaque Benjaminum, **92** Josephi fratrem uterinum, adduxerunt. B Quo viso honorifice ipsos tractari jussit Joseph misericordia erga ipsos commotus. Impleta sunt ergo vasa ipsorum frumento, et uniuscujusque vasi pecunia ipsius imposita; at vasi fratris sui Benjamini poculum aureum, quod Pharaonis fuerat, imposuit. Cumque a Josepho egressi essent, Syriam versus tendentes, insecuti ipsos Josephi servi dixerunt ipsis: Omnimode bene vobis fecit dominus noster, vos vero omnimode male, poculum regis aureum furati. Responderunt ipsis: Apud quemcunque ipsum repereritis, abducite illum ut sit domino vestro servus. Saccos ergo ipsorum perscrutati, poculum in Benjamini sacco invenerunt: quem ergo prehensum ad Josephum reduxerunt, redeuntibus una fratribus ipsius, qui C Josepho dixerunt: Domine, pater noster senex est ætate provectus, hujus autem fratrem a lupo, uti tibi narravimus, devoratum hoc usque tempus deflet; si ergo hunc a nobis abstuleris, nequaquam nobis est ad patrem redeundum, utpote qui, nisi nobiscum adfuerit puer, dolore moriturus est: dimisso ergo ipso ut ad patrem redeat, e nobis quemcunque volueris tibi in servum habeas. Respondit Joseph: Absit ut alium quam eum apud quem res nostras invenerimus detineamus. Tum ipsorum misertus: Ego, inquit, **93-95** frater sum vester Joseph, ne male vos habeat, neque timeatis.

Missis ergo ad Jacobum tentoriis et plaustris, ipsum cum tota progenie sua a terra Chanaan in Ægyptum traduxit. Ingressusque est Jacob D Ægyptum anno famis secundo [vel juxta aliud exemplar, tertio], unaque cum ipso nati ipsius, et nepotes ex ipsius lumbis prognati, præter filiorum uxores ab ipso non prognatas, cum Josepho ac duobus ipsius filiis homines septuaginta, Jacobo tunc temporis annos centum et triginta nato. Substitit autem Jacob in Ægypto annos septemdecim; ubi anno vitæ Levi octogesimo diem obiit: unde in terram Chanaan reportatum sepelierunt Joseph cæterique ejus filii juxta Isaacum patrem suum. Totum autem quod vixit Jacob anni sunt centum quadraginta septem. Kahato post sexaginta annos natus est in Ægypto Amram. Anno autem vitæ Kahati decimo quinto, obiit Joseph, quem arcæ impositum sepelierunt fratres ipsius in Ægypto,

Digitized by Google

cum annos centum et decem vixisset. Ferunt alii Josephi corpus arcæ marmoreæ impositum in Nilum projectum fuisse. Porro Amrano post annos septuaginta tres natus est Miriam; post septuaginta septem Ahron: post octoginta Moses, cui pax. Vixit autem in totum Amran annos centum triginta sex. Anno vitæ Amrani tricesimo septimo mortuus est **96** Levi, cum annos centum triginta septem vixisset. Anno vitæ ejusdem sexagesimo septimo obiit Kahat, annos natus centum viginti septem. Mortuis autem Josepho et fratribus ipsius cæterisque ejus sæculi omnibus, cum multiplicati essent filii Israelis filiosque genuissent quibus impleretur terra Ægypti, præfectus Ægypto rex qui Josephum non norat, dixit consiliariis suis: Multi evaserunt Israelitæ, neque securi esse possumus, quin si prodeat in nos rebellis aliquis opem ipsi laturi sint ad nos ex Ægypto pellendos. Præfecit ergo ipsis Ægyptios qui ipsos in servitutem redigentes, dure servire coegerunt circa lutum, lateres, et lapides montesque excavandos, cavernas [effodiendas] et terram colendam: quin et mandatum obstetricibus dedit omnes qui Israelitis nascerentur mares e medio tollendi, atque in fluvium projiciendi: adeo ut occisi et in fluvio submersi fuerint infantes qui numerum excedant.

Cum ergo natus esset Moses, metuens mater ipsius ne e medio tolleretur, ipsum tribus mensibus abscondit: deinde sibi metuens (nomen ipsi erat Jochabad) arcam e juncis confecit (in lege, e lignis pineis confecta dicitur) ac pice intus, atque extra oblevit, cui puerum impositum in brevia ad Nili littus projecit, in urbe Dhan appellata, ditionis Ægyptiacæ, quo sublatus fluctibus, ipsa non vidente submergeretur. **97-99** Sedit autem Miriam soror Mosis e longinquo ut quid de puero fieret videret. Descendens ergo Pharaonis filia, nomine Siyun, ut se in Nilo ablueret, audito pueri in arca vagitu, et misericordia, teneroque affectu erga ipsum commota, ipsum ad se recepit, jubens quæri nutricem quæ ipsum lactaret atque educaret. Accurrens ergo ad ipsum Miriam, Mosis soror, dixit, quæsituram se nutricem ex Israelitis quæ ipsi ubera præberet et foveret. Abiensque matrem suam (quæ Mosis etiam mater) adduxit, nesciente Pharaonis filia ipsam matrem ejus fuisse, quæ puerum ipsi lactandum atque educandum tradidit.

Cum autem ad ætatem jam virilem pervenisset Moses, conspecto Israelita quodam qui cum Ægyptio contenderet, ipse Ægyptium inflicto ictu occidit, atque in arena sepelivit; atque aliquot post diebus, cum inter se certantibus Israelitis duobus sequestrum se ingereret, dixerunt illi: Forsan et nostrum alterum interfecturus es uti heri Ægyptium interfecisti. Quare metuens sibi Moses in re-

A gionem Hejazi aufugit, ubi in urbe Madyan habitavit, ibique uxorem duxit, nomine Siphuram filiam Jethro (quem Arabes Shoaib appellant), Ismaele, Abrahami filio, oriundi, templi in urbe Madyan sacerdotis. Peperitque Siphurah Mosis duos filios, Gersom et Elyazer. Dum autem pasceret **100** Moses oves soceri sui Jethro, ecce conspexit in monte rubum igne, medio die, flammantem, arbore igne non consumpta. Quod ut videret accedentem, inclamavit Dominus e rubo: Ne timeas, Moses, ego siquidem Dominus sum. Ad Pharaonem abiens jubeas ipsum filios Israelis dimittere quo mihi serviant. Abiit ergo Moses ad Pharaonem, annos, quo tempore allocutus est ipsum Dominus, natus octoginta, Ahrone octoginta tres

B nato, Miriama sorore ipsorum octoginta septem. Porro anno vitæ Mosis quinquagesimo sexto mortuus est pater ipsius Amran, cujus vita erat annorum centum triginta sex. Prophetarunt autem in Ægypto in Israelitis Zarach, e filiis Judæ, Zamri, Abiathar, Haiman, Halcuc, Darda, et deinde Moses. Fuit numerus filiorum Israel cum Ægyptum ingrederentur hominum septuaginta, habitaruntque in Ægypto annos ducentos et septemdecim, a Pharaonibus sibi invicem succedentibus in servitutem redacti. Quod si dixerit quis, scriptum esse in lege, filios Abrahami in servitute detentum iri annos quadringentos, [in alio exemplari, filios Israelis] quomodo ergo dicas ipsos serviisse annos ducentos

C et septemdecim? respondemus ipsi, nescire ipsum a quo tempore supputare debeat ut annorum quadringentorum spatium conficiat. Scias libro legis primo **101-103** Deum (cujus laus celebranda) dixisse Abrahamo: *Aspice cœlum et stellas, si poteris, enumeres, ita enim se habebit semen tuum*. Dixit etiam ipsi Dominus: *Ego sum Dominus qui te eduxi e Karra Chaldæorum in hanc, quam tibi in hæreditatem dedi terram*. Et dicenti Abrahamo, *Domine mi, quomodo sciam me eam hæreditaturum?* dixit Dominus: *Acceptis, juvenco, ariete, et capra triennibus, unaque turture et columba, ipsisque æqualiter divisis, omnia ipsorum membra e regione parium suorum statuas, avibus tantum non divisis* [a]. Quod cum fecisset Abraham, prope

D aberat ut involarent aves in partes ita divisas, quas cum vocasset Abraham, illæ ad ipsum venerunt. Factum est hoc ad occasum solis; occupavit autem Abrahamum quies, et timor magnus, operientibus ipsum tenebris spissis. Dixitque Dominus Abrahamo: *Certo scias semen tuum habitaturum in terra peregrina, in qua laborabunt in servitutem redacti annis quadringentis. Ego vero judicaturus sum gentem quæ eos in servitutem rediget exibuntque tandem in hunc locum cum opibus magnis. Tu autem ad patres tuos in pace translatus, senectute bene acta sepelieris* [b]. Jam ab isto tempore quo dixit Dominus Abrahamo, *Semen tuum servire facient an*

[a] Gen. xv, 5-9. [b] ibid. 13, 15.

Digitized by Google

tutem redegisse Jabinum Chanaani regem; præsis A ergo Israelitis eosque e manu ipsius eripias. Deborah ergo assumptum Barakum, Abi-Noami **121-123** filium, e tribu Nephtalim, populo [juxta aliud exemplar, exercitui] regendo præfecit. Barak ergo ascitis sibi decies mille Israelitis, e filiis Nephtalim et Zabulon, comitante Deborah montem Tabor conscendit, quorum cum ad Siseram Jabini vicarium pervenisset fama, ille ad ipsos movit; ad quem e monte descendentes victoria in ipsum donati sunt, adeo ut qui cum Sisera Jabini vicario essent omnes, occidione delerentur; ipse vero fugiens ingrederetur tentorium Jaelis uxoris Heberi Kenæi (id est eposteris Kaini, qui socer fuit Mosis, alias Jethro appellatus) quæ ipsum, apud se absconditum, quod biberet petentem, lacte potavit, ad ipsum probandum, utque perspiceret num sano esset intellectu, necne: quod ille epotum aquam esse existimavit. Cum ergo ipsum decumbere fecisset, tempora ipsi paxillo tentorii transfixit adeo ut paxillus terræ figeretur, ipseque moreretur; illum ergo mortuum cum reperisset Deborah, ipsa ac Barac ad Jabinum Chanaani regem profecti, illum superatum una cum asseclis ipsius omnibus interfecerunt. Præfuit autem populo Deborah annos quadraginta.

Qua mortua reversos ad idololatriam Israelitas, in potestatem suam redegerunt Madianitæ Oreb et Zeb, qui illos septem annis dure et crudeliter rexerunt, ab ipsis pecora, **124** boves et opes accipientes. Contra quos egressus Gideon Joasi filius, e tribu Manassis, assumptis secum noctu e servis suis decem viris, Baelis idoli templum diruit, quod cum Madianitis innotuit, ab ipsis fugæ se proripuit; deinde congregatis ex Israelitis viris trecentis illos noctu accedens, ubi ad Madianitarum exercitum pervenisset, viris suis circum exercitum dispersis, tympana pulsavit, tubisque clanxit (quo pacto) fracti Madianitæ, aliisque alios cædentes coram Israelitis fugerunt. Scripsit autem Gideon ad Israelitas e tribu Ephraim, qui in partibus Jordani adjacentibus degerent, ut egressi Madianitis, utpote in fugam conversis, occurrerent: qui egressi magna illos strage peremerunt, captisque Orebo et Zeibo, Madianitarum regibus, Oreb in ripa Oreb, Zeib in area Zeibi occisorum capita ad Gideonem ad urbem Shuccut miserunt; cujus [incolas] ut exercitui suo cibum præberent eosque hospitio exciperent cum rogaret, responderunt illi: Imo si essent tecum capita Zabai et Salmanai regum Madianitarum, tum exercitum tuum cibo et commeatu reficeremus. Relictis ergo illis contra Zabaum et Salmanaum, Madianitarum reges profectus: qui cum quinquies mille bello idoneis fuerunt, et in ipsos victoria potitus, ipsos cum asseclis suis interemit. Deinde ad Shuccut reversus eam, omnibus qui **125-127** in ipsa erant e medio sublatis, delevit. Fuerunt autem Gideoni filii septuaginta; fuit etiam ipsi concubina ex [urbe] Nabeles quæ peperit ipsi filium, quem Abimelechum appellavit. Postquam ergo populum quadraginta annis rexisset Gideon, mortuus est, ac juxta sepulcrum patris sui Joash in Ophra Azariæ sepultus.

Mortuo autem Gideone cum reversi essent Israelitæ ad cultum idolorum Baalim et Ashtaroth et Bael, profectus Abimelech Nabelesum, ad avunculos suos, dixit ipsis: Fratres mei septuaginta populo imperare cupiunt, vos autem vestrum auxilium mihi præbete, quo solus illis imperem, unus enim melius quam septuaginta populum reget. Cum ergo septuaginta talenta argenti ipsi e domo idoli Bael tradidissent, acceptis ille secum viris, et ad domum patris sui Ophra profectus, septuaginta B fratres suos interfecit, uno tantum ex ipsis evadente, omnium minimo, cui nomen Jotham, qui Beeram fugiens ibi permansit. Cum imperasset autem Abimelech tribus annis, insurgentes in ipsum incolæ Nabeles ipsum pellere voluerunt. Ille ergo collectis sociis suis magna ipsos strage interemit, egressusque ex urbe congestis circa eam lignis ignem ipsi injecit, adeo ut, una cum omnibus qui in ipsa essent, conflagraret. Tum ad montem *Nabelesi* egressus ipsum obsidione cinxit, cujus arx grandis **128** admodum fuit, a cujus fastigio mulier quædam lapidem dejecit, qui in Abimelechi caput decidit. Ille autem ubi mortem [ingruentem] sensit, puero qui ipsi prope astitit dixit: Jugulum mihi gladio ferito quo moriar, ne dicatur occidisse me mulierem; qui ipsum gladio percussum interfecit.

C Ipso mortuo populo imperavit Joas filius Phudæ, filii Halat e tribu Isachar, annos viginti tres; qui deinde mortuus in Samir sepultus est. Post ipsum populo præfuit Jair Algadi filius e tribu Manassis annos viginti duos; cui filii erant triginta duo qui ipsum equis vecti sequebantur; deinde mortuus in Kamara sepultus est. Illo mortuo cum reversi essent Israelitæ ad cultum idolorum Baalim, et Ashtaroth et Bael, nec non deorum Syriæ, Sidonis, Moab, Ammon, et Palæstinæ, prævalentes populo Ammonitæ, ipsis cum tristitia, duritie et crudelitate annis octodecim imperarunt: quin et Jordanem transierunt od oppugnandos Israelitas, Judæ nempe et Benjaminis filios, qui ob ipsos magno metu consternati sunt. Cum ergo usque Gileadi urbem D pervenissent Ammonitæ, congregati principes populi, dixerunt: Si quis Ammonitas pugna aggredietur erit nobis in principem. Fuit autem Jephtah Gileadi filius, e tribu Manassis, vir fortis et robore præstans; quemque cum filius esset mulieris furacis, repulerunt fratres **129-131** ipsius abdicatumque ad hæreditatem non admiserunt, adeo ut in terram Tob ab ipsis fugeret. Ad illum congregati viri pauperes Ammonitas oppugnarunt.

Quare egressi ad Jephtahum primores urbis Gilead, ipsum rogarunt ut manu sua firmata cum Ammonitis pugnaret, ipsisque princeps ac dux esset. Quibus annuens ille, collectis copiis profectus est ad bellum cum Ammonitis gerendum, voto

Digitized by Google

se interim Deo obstringens, cum ipsi in illos victo- A riam concederet Dominus, primum se qui ipsi e domo sua occurreret in victimam Deo oblaturum. Victoriam autem concessit ipsi Dominus, adeo ut Ammonitas strage magna afficeret, et viginti ab ipsis urbes eriperet : quo audito egressa ipsius filia ad portam cum omnibus lusus instrumentis [velut] tympanis et cymbalis, in occursum patris sui stetit, adeo ut primo ipsi ad domus suæ portam obviam fieret filia ipsius, præter quam nulla ipsi proles fuit. Visa ergo illa, vestes suas scidit, ingenti affectus dolore. Illa autem : Ne doleas, inquit, o pater, sed quod vovisti facias; dimitte me tantum, ut, congregatis puellis meis virginibus, cum ipsis montem conscendens meipsam lugeam, et juventutem meam defleam. In monte ergo seipsam B plangens duos menses permansit. Jephtahi interim amici ipsi consilium dederunt, ut Phineasum prophetam, **132** filium Eleazari, filii Ahronis, ipsum consulturus adiret, qui ipsi forsan responsum daret quo liberaretur ipsius filia. Movit autem ipsum majestas regia ne illum adiret, et Phineasum dignitas prophetica ne ad ipsum accederet. Post duos ergo menses constituens Jephtah Judæis festum magnum, eodem die filiam suam immolavit, festumque illud festum planctus appellavit. Tum ad Jephtah congregati Ephraimitæ in urbe Sekim, dixerunt illi : Quare ad bellum contra Ammonitas profectus es nobis inconsultis, nec e nobis quempiam tecum assumpsisti ? Nos igitur te domumque C tuam igne comburemus. Quare pugna ipsos aggressus Jephtah et victoria in ipsos potitus, quadraginta duo millia ipsorum interfecit. Jephtah autem, cum populo sex annos imperasset, mortuus, sepultus est in Gilead. Eodem tempore accidit in regione Græcorum fames magna, ex qua mortui sunt homines adeo ut mortuis implerentur viæ et plateæ, iisque vescerentur canes. At cum frequenter hoc fieret, fossis sepulcris mortuos terræ mandarunt, ac tum primum fossa sunt sepulcra.

Mortuo Jephtaho, populo septem annis præfuit Ephsan e tribu Judæ Bethlaemita, cui triginta erant filii, triginta filiæ, et uxores triginta; quique, cum mortuus esset, in Bethlehem sepultus est. Ipsi in imperio successit Eblan Zabulonites, decem D annis : **133-135** qui cum obiisset, in Zabulon sepultus est. Post ipsum rexit populum Abdon filius Hillelis, e tribu Ephraim, octo annos ; cui filii fuerunt quadraginta, nepotes triginta, qui equis vecti ipsum sequebantur ; qui et mortuus, sepultus est in Parathon, e regione Ephraim, in montibus Amalekitarum.

Illo mortuo, cum ad idololatriam reversi essent Israelitæ, populo prævaluerunt alienigenarum tribus, quæ ipsis quadraginta annis imperarunt. Fuit autem e tribu Dan vir cui nomen Manoah, ex urbe Soraah, cujus uxor sterilis erat, ad quam accedens in somno angelus, parituram ipsam prænuntiavit. Gràvidata ergo filium peperit, cui nomen imposuerunt Samson. Hic jam grandior factus, ad urbem Themnanam profectus, quamdam ex tribuum alienigenarum filiabus conspexit, quam sibi uxorem duxit, et apud ipsam aliquo temporis spatio permansit. Deinde relicta ea, ad Askelonis partes profectus, ibi latrocinium exercuit : transeuntes ergo illac viros triginta, cum vi aggressus vestibus spoliasset, ad uxoris suæ domum Themnanam se contulit. Illum vero ab ipsa cohibuit pater ipsius, dicens : Illam alii in uxorem dedi, est vero ipsi soror natu minor, quam, si libuerit, tibi dabo. Ira igitur commotus Samson, profectus vulpes ter centum cepit, quarum caudis cum faces alligasset, ipsas in segetem **136** dimisit, atque ita igne absumpta est omnis tribuum alienigenarum seges usque ad arbores ipsarum. Ubi innotuisset autem tribubus istis quid fecisset Samson, profectæ illæ ad uxoris ipsius ædes, eas unaque ipsam igne combusserunt. Deinde congregati profecti sunt ad bellum filiis Judæ inferendum, qui ab ipsis timuerunt. Samsone autem in rupe Eitam sedente, dixerunt ipsis : Si nobis Samsonem tradideritis, revertemur neque vos bello lacessemus. Accesserunt ergo ad Samsonem usque Eitam, e Juda viri ter mille, quibus dixit ille : Promittite mihi vos me non interfecturos, neque alienigenarum tribubus tradituros. Quod cum promisissent, fraude tamen captum, tribubus alienigenarum vinctum tradiderunt. At ille, solutis vinculis, maxilla asini quam invenit mortui arrepta, viros plus quam mille ex alienigenarum tribubus interfecit; deinde sitiens Dominum precatus est, qui ipsi ex asini maxilla aquam scaturire fecit quam biberet. Tum devictis alienigenarum tribubus, populo viginti annis imperavit. Deinde mulieris e Gazæ incolis, amore captus, Gazam profectus est, cujus incolæ ab ipso timuerunt. Ille vero media nocte portam arcis ejus adiens, ipsam loco revulsam humeris suis gestavit, donec eam in fastigio montis prope Hebronem relinqueret, et mulierem abduxit. Deinde aliam **137-139** quam deperiit mulierem, ex incolis Sechairæ, duxit, nomine Dalilam; cui dixerunt tribuum alienigenarum principes : Decipe ipsum, ut tibi indicet qua parte corporis situm sit ipsius robur.

Illa ergo Samsoni : Dic mihi, inquit, si me ames, qua parte corporis tui sitæ sint vires tuæ. Cui ille : Si me (inquit) septem nervis recentibus, quæ necdum aruerint, ligaverint, infirmus reddar. Attulerunt ergo septem nervos recentes, quibus cum ipsa illum ligasset, ille iis incumbens dirupit eos. Tum illa : Non me amas, inquit ; si enim me amares, dixisses mihi qua corporis parte situm esset robur tuum. Dixit ergo illi : Si me septem funibus cannabaceis novis ligaverint, infirmus ero. Quod cum illa ipsi fecisset, ipse funes instar fili dirupit. Dixit ergo illa : Non me amas, certe enim si me amasses, indicasses qua in parte corporis tui esset robur tuum. Tum ille : Si septem, inquit, capilla-

Digitized by Google

menti mei cincinnos spithamæ longitudine licio A texueris, infirmus fiam. Quod tamen cum ipsa illi fecisset, [facile] excussit. Quare illa : Nequaquam (inquit) me amas, si enim amasses, certe mihi indicasses qua in parte corporis fortitudo tua consisteret. Tum ille tædio adactus : Mihi, inquit, ab utero matris annuntiatum est ne potestatem in caput meum haberet ferrum; si ergo radatur mihi caput, infirmabuntur vires **140** meæ : deinde in gremio ejus obdormivit. Illa vero in gremio suo dormienti, septem crinium cincinnos rasit. Cum ergo e somno experrectus esset, viribus imbecillis fuit. Illa autem ad tribuum principes misit, qui Samsoni capto oculos eruerunt, ipsumque catena ærea vinctum, et Gazam asportatum, carceri incluserunt, ubi renasci cœperunt capilli capitis ipsius. Convenientes B autem tribuum alienigenarum principes, ad hostias Dagon deo suo immolandas, Samsonem eduxerunt, ut ipsi illudentes deinde mortem inferrent. Impletumque est Dagonis templum hominibus, qua viris qua feminis, una cum tecto ipsius, adeo confertim, ut non superesset locus quo stare quis posset, quo Samsonem conspicerent et quid de illo fieret. Dixit ergo Samson puero ipsum ducenti : Dirige manum meam ad columnam quæ templum sustinet, extensaque dextra unam apprehendens columnam, læva alteram, eas ita attraxit ut utræque una cum templo deciderent; mortuique sunt Samson omnesque qui in templo fuerant viri et mulieres; pluresque fuerunt occisi quos morte sua C occidit Samson, quam quos in vita sua occiderat. Ipsum vero sublatum sepelierunt sui inter Saara et Eshtaol cum patre suo Manoah. Mortuo Samsone, rexerunt Israelitæ alii alios in tranquillitate et pace annis quadraginta.

141-143 Deinde præfuit populo Eli sacerdos, annos viginti. Eo tempore fuit sacrarium in Shilumo. Fueruntque Eli sacerdoti filii duo, quorum uni nomen Hophne, alteri Phineas. Fuit etiam ejusdem tempore propheta e Ramayain nomine Helkana, filius Jeroboami de tribu Levi, cui binæ erant conjuges, quarum uni nomen Hannah (quæ sterilis fuit), alteri Henana, cui filii erant. Profecta autem Hannah ad sacrarium Shilumi, precata est Dominum rogans ut ipsi filium largiretur, pollici- D taque Domino se ipsum ministrum templo dicaturam. Gravidata ergo Samuelem prophetam peperit; quem, cum jam tres annos natus esset, abduxerunt pater ipsius Helkanah et mater Hannah ad sacrarium Shilumum, immolatisque Domino hostiis, filium suum Samuelem Eli sacerdoti tradiderunt. Ministrabat ergo Samuel in sacrario. Cum autem congregatæ alienigenarum tribus ad bellum Israelitis inferendum, eorum viros quater mille in prælio cecidissent, dixerunt populi Israelitici principes : Deportemus nobiscum arcam fœderis a Shilumo, ut in medio nostri sit inter præliandum, quo ejus ope eripiat nos Dominus e manu hostium nostrorum. Arcam ergo a Shilumo sustulerunt, quam comitati sunt Eli sacerdotis filii, Hophni et Phineas. Egressæ autem contra ipsos alienigenarum tribus **144** ipsos in fugam dederunt : cæsique sunt ex Israelitis tricies mille. Fugientibus qui fugerunt qua poterant. Cæsi sunt etiam Eli filii Hophni et Phineas; arcamque captam ad Yazdodo Gazam portaverunt tribus alienigenarum, ibique in templo Dagonis idoli statuerunt. Dum ergo sederet Eli sacerdos ad ostium sacrarii in Shilunte, ecce accessit vir quidam e fuga, vultu denigrato, vestibus scissis; cui Eli sacerdos : Quid, inquit, rei tecum est? Respondit ille : In fugam conversi sunt Israelitæ, cæsis eorum quamplurimis, unaque duobus filiis tuis, captaque est arca. Ubi autem audivisset Eli sacerdos captam esse arcam, pronus in faciem cadens illico mortuus est, annos natus nonaginta. Die autem crastino accedentes Gazæ incolæ ad templum Dagonis, ad videndam arcam, idolum Dagon in faciem suam coram arcam prostratum invenerunt. Accidit etiam in urbe Gaza plaga mortifera, ipsis hæmorrhæa correptis, impletaque est regio ipsorum muscis et stellionibus. Substitit autem apud ipsos arca quatuor menses [vel juxta aliud exemplar, septem menses]. Dixerunt ergo Gazæi : Non accidit nobis hæmorrhæa ista, neque muscis et stellionibus vexamur nisi ob arcam istam : dimittamus ergo a nobis arcam; secus enim perivimus. Dixerunt autem quidam ex ipsis : Hoc probabimus, **145-147** si acceptis juvencis duobus qui nunquam jugum tulerunt, illis plaustrum novum imponamus, eique arcam, unaque cum arca cistam ponamus, in qua sit muscarum et stellionum ex auro atque argento effigies, muneris instar, ab unaquaque urbe, a Gaza, ab Askelon, a Raphah, ab Yazdodo, ab Ephron. Si enim recta tendant juvenci in regionem Israeliticam, arcam dimittemus, scientes dysenteriam istam, necnon muscas et stelliones, arcæ causa obtigisse; sin minus in terram Israeliticam profecti fuerint, sciemus hoc accidens fuisse, e vitio aeris et pestilentia ortum.

Hoc igitur cum fecissent, recta abierunt juvenci in Israelitarum regionem; ipsique dysenteria, qua affecti fuerant, liberati sunt; recedentibus etiam ab ipsis stellionibus et muscis. Cum autem pervenissent juvenci ad Beith Shemes, cujus incolæ eo tempore metebant in agro Usiæ, illi recepta arca plaustrum confregerunt, et juvencos immolatos in sacrificium obtulerunt; capsulam etiam in qua fuerunt muscarum et stellionum effigies aureæ et argenteæ, acceperunt. Arcam autem receptam introduxerunt incolæ vici qui Kiriat Anab audit, in domum Abinadabi patris Gazai; eamque in loco dicto Gabaa, qui arx erat, repositam Gazao et Ahnoo custodiendam tradiderunt.

Mortuo Eli sacerdote, populum rexit Samuel **148** propheta annis viginti. Cum autem Israelitæ, relictis idolis, ad cultum Domini reversi essent, timuerunt ipsos tribus alienigenæ; a quibus abstu-

Digitized by Google

lerunt Israelitæ omnes quas superassent urbes ad Ephron usque Raphach. Fuerunt autem Samueli filii duo, quorum natu majori nomen Joel, minori Abia, qui populum tranquille et pacifice rexerunt in Beersheba.

At cum senuisset Samuel, congregati ad ipsum Israelitæ in Ramah dixerunt : Constitue nobis regem qui nos regat, sicut reliquæ gentes reges habent. Dixit ergo illis Samuel propheta : Cum regem vobis præfeceritis, ille, vobis in servitutem redactis, in opes vestras potestatem sibi sumet, et omnium quæ possidetis decimas accipiet. Respondentibus illis : Hoc nobis placet, dixit Samuel : Novi ego virum e tribu Benjamin nomine Cis, Anbielis filium, cui filius est nomine Saul, vir facie decora, procerus, fortitudine insignis ; illum vobis regem constituam. Cum deperditi autem essent Ciso, Saulis patri, asini, dixit ille filio suo Sauli : Assumpto tecum e servis tuis aliquo, ad quærendos asinos proficiscaris. Profectus ergo ille cum a vico ad vicum ad quærendos asinos transisset, dixit ipsi puer ejus : Ad urbem Samuelis prophetæ accedamus, ille siquidem quo loco sint asini nobis indicabit. Ad Samuelem ergo profecti sunt, qui iis cibum potumque **149-151** apposuit ; deinde, accepto cornu quod oleo impletum fuerat, illud Saulis capiti affundens, ipsumque eo inungens, dixit : Deus te hodie regem in Israelitas constituit, cujus rei signum, quod ad patrem tuum reversus ipsum asinos invenisse reperies ; fuitque sicut dixit Samuel propheta ; regnavit ergo Saul in Israelitas, qui primus ipsorum rex fuit.

Congregati autem viri urbium Jabin et Galaad ad Maheshum Ammonitam, noluerunt regnare Saulem. Exiit ergo Mahesh ad oppugnandum Saulem cum magna hominum multitudine ; contra quem auxilium a Deo consecutus Saul, Ammonitas strage magna interfecit. Tum Samuel propheta, assumptis secum Saule et e senioribus Israelitarum cœtu, profectus Galgal, acceptoque cornu olei pleno, Saulem iterum coram populo in Galgal oleo inunxit. Lætatique homines ob regnum Saulis, victimas multas Domino immolarunt. Elegitque Saul ex Israelitis viros ter mille qui cum illo essent. Fuit autem Sauli filius nomine Jonathan, qui assumptis eorum mille viris Nasimo, qui in Yumnu fuerat, pugnam inferens, ipsum multosque e tribubus alienigenis occidit. Cum ergo audissent tribus istæ quid fecisset Jonathan, convenientes ex ipsis pedites tricies mille equitumque sex millia, ad pugnam contra Israelitas in Galgal prodierunt ; quorum timore perculsi **152** Israelitæ in montes, valles et deserta confugerunt. Fuitque Saul in Galgal ; Jonatham vero, assumpta Israelitarum cohorte, ad exercitum alienigenarum profectus est, et eorum coram ipso fugientium magnam admodum stragem edidit. Quo audito, Saul in tribuum istarum exercitus noctu irruens, eos interfecit, adeo ut ne unus quidem evaderet. Deinde

A dixit Samuel propheta Sauli regi : Ad Amalekitarum urbem profectus, ipsam, cæsis qui in ea sunt omnibus viris, feminis, pueris, animalibus, exscindas. Saul ergo, assumptis secum e Galgal viris quatuor mille, Israelitisque e tribu Judæ ter mille, contra Amalekum profectus, Amalekitas ab urbe Hiula usque urbem Sur cædens, Aagum ipsorum regem vivum cepit ; agros autem et vineas ipsorum non vastavit, neque bestias aliquas peremit, dum pecudes, boves et jumenta eorum prædarentur comites ipsius. Cum ergo a bello Galgalum rediisset, dixit illi Samuel propheta : Annon jussi te pecora, boves, et jumenta eorum cædere, terramque vastare ? quod cum non feceris ungam ego in Israelitas regem a te alium. Tum apprehensum
B Aagum, Amalekitarum regem, decollavit Samuel propheta ; deinde Ramam reversus est ; Saul autem domum suam in Gibea adiit. Aliquot post diebus profectus Samuel Bethlehemum, apprehensum Davidem filium Jesse oleo unxit in regem Israelitarum, **153-155** cum juvenis adhuc esset.

Postea collectæ rursus alienigenarum tribus Saulem bello lacessere, contra quas ad pugnam egressus est cum suis Saul, quem in bellum comitati sunt Davidis fratres. Jesse ergo, accercito filio suo Davide, ipsum commeatu instructum ad fratres suos in exercitum misit ; ad quos cum pervenisset, remittente tum pugna, conspexit virum e tribubus alienigenarum, nomine Goliathum, qui inclamaret ; Heus, Israelitæ, estne qui [ad certa-
C men] prodeat ? Dixit igitur David fratribus suis : Ego virum istum interficiam. Increparunt autem ipsum fratres sui ; at cum hoc audivisset Saul ipse, accersito Davide, lorica indutum gladioque accinctum, in occursum Goliathi prodire jussit. David autem, cum inter acies esset, exutis lorica et armis, abjectoque gladio, fundam quam secum habuit arripiens, ei lapidem imposuit, quo excusso cum Goliathi frontem percussisset, ipse in terram decidit, quem David prehenso ipsius gladio interfecit ; alienigenarum autem exercitus in fugam conversus est, strage ipsorum insigni facta. Constituit ergo Saul Davidem in exercitu suo mille ducum præfectum, eumque ad prælium tribubus
D alienigenis inferendum misit. Egressus ergo David, cæsis eorum centum præputia ipsis præcisa Sauli attulit, qui filiam suam Michol ipsi in uxorem dedit, cui **156** præputia ista dos erant. Nunquam autem misit Saul Davidem ad prælium quin victoria potiretur. Quod videns Saul timuit ne et ipsi regnum eriperet ; quare cum ab illo metueret, ipsum e medio tollere studuit. Fugit ergo David, et ad ipsum congregati sunt viri quadringenti. Mortuus autem est Samuel propheta, domique suæ in Ramah sepultus. Deinde egressus Saul ad præliandum cum alienigenis, in fugam versus et vulneribus confossus, cum in terram prolapsus esset, puero suo, qui armiger ipsius fuit, dixit : Jugulum mihi ferias ne me vivum capiant hostes mei : quod

Digitized by Google

cum ille non faceret, ipse, prehenso gladio, mortem sibi conscivit, quo viso, se etiam interfecit puer ipsius. Cæsi sunt etiam in prælio Israelitæ strage ingenti, occisis insuper Jonathane, Abinadamo et Melhisho Sauli filiis. Die autem crastino, cum lustrarent tribus alienigenæ cæsos, sublata Saulis filiorumque ipsius capita in patriam suam miserunt, corporibus ipsorum super arce Baniasi suspensis. Quod cum audivissent populares ipsius, profecti corpora ipsorum accepta Baniasi sepelierunt. Fuit autem David in Siklaa, ad quem cum accessisset quidam vultu squalido, vestibus scissis, dixit ipsi David: Quid tibi accidit infortunii? Respondit ille: Occisus est in prælio Saul, una cum filiis ipsius Jonathane, Abinadamo, **157-159** et Melhisho, atque ego sum qui ipsos interfeci. Sciderunt ergo David et comites ipsius vestes suas, tribusque diebus subsistentes panem non gustarunt præ tristitia, ob Saulem et qui cum eo cæsi sunt, Israelitas. Tum accersito viro qui nuntium ipsi attulit, cervicem præcidit, in præmium testimonii de cæde patrata, quod contra se perhibuerat. Fuit autem regnum Saulis annorum viginti, cui in regno successit David filius Jesse. Jam ad regnum Davidis ab exitu Israelitarum ex Ægypto anni sunt sexcenti sex; ab Abrahamo mille centum et tredecim; a Phaleko mille sexcenti quinquaginta quatuor, a diluvio bis mille centum octoginta quinque, ab Adamo quatuor mille quadringenti quadraginta unus.

Regnum autem obtinuit David filius Jesse in omnes Israelitarum tribus annos natus triginta, regnavitque annos quadraginta, menses sex, septem scilicet annos cum sex mensibus Hebroni, triginta tres Hierosolymis. Præfectus autem exercitus Saulis erat Abner filius Ner; qui cum Ashaelem, Joabi fratrem, interfecisset, profectus contra ipsum cum copiis Joab, e comitibus ipsius viros tercentum sexaginta neci dedit; deinde fratrem suum Ashaelem Bethlehemi sepelit. Porro cum interfectus esset Saul, Abner acceptum Ishbosheth, Saulis filium, regem in Gilead super Ephraim, et **160** super Israelitas constituit; fuitque Ishbosheth annorum quadraginta quo tempore rex constitutus est. Multa autem inter exercitum filii Saulis, atque exercitum Davidis acciderunt prælia, cæsique sunt multi. Fuit autem Sauli concubina nomine Risphah, quam cum acciperet Abner, prohibuit ipsum Ishbosheth Saulis filius; quamobrem iratus Abner ad Davidem, ejus fidei se committens, transiit, quem veste indutum David libere demisit. At Joab, Serviæ filius, exercitus Davidis præfectus, prehenso Abnero caput abstulit propter Ashaelem fratrem suum. Quam ob causam iratus David totum exercitum, vestibus scissis, Abnerum, quem Hebroni sepeliit, deflere jussit. Porro fuerunt e ducibus Saulis fratres duo, quorum uni nomen Rechab, alteri Baana, e Rimmon, Benjamitæ, qui interfecto jam Abnero noctu ad Ishbosheth, Saulis filium, accedentes, facibusque igne accensis, ingressi ipsius interfecti caput sublatum ad Davidem tulerunt; David vero ipsos, manibus pedibusque truncatos ac decollatos, suspendit; at Ishbosheth, Saulis filii, caput in sepulcro Abneri sepelivit. Porro condidit David urbem Usha, quam Davidis civitatem appellavit; estque eadem Sihon. Cum autem audirent alienigenarum reges Davidem regno potitum esse, congregati sunt ad bellum ipsi inferendum, contra quos ipse cum exercitu **161-163** suo profectus, eos internecione delevit; itaque tranquillum factum est regnum ipsius; fuitque consiliarii ipsius nomen Joshaphat, Achliei filius. Porro dono ipsi misit Hiram, Siri rex, ligna cedrina et abiegna quibus domum ædificavit David.

Omnes autem Israelitarum principes domum Abinadabi profecti, sublatam inde arcam, plaustroque impositam, gestarunt; Uzza et Ahiu, Abinadabi filiis, e posteris Kahati filii Levi, plaustrum agentibus, cum non liceret Israelitæ cuipiam præter filios Levi arcam ferre. Arcam autem, dum ipsam in plaustro ferrent, vestibus operierunt, relicto inter ipsam ac populum cubitorum bis millium spatio. Dumque ipsam in plaustro deducerent Uzza et Ahiu [factum est] ut labantibus juvencorum pedibus, prope esset ut corrueret arca; quam retinens Uzza, mortuus procidit. Extimescens ergo David, arcam in Obededom Hittæi domum introduxit, ubi tribus mensibus permansit. Deinde eamdem e domo Obededomi abduxit David, septem buccinis, tibiis, omnibusque musices speciebus canentium ordinibus cinctam; ipse David, vestibus diversicoloribus indutus, coram arca saltabat et tripudiabat. Arcam ergo in medium tabernaculi quod fixerat David in Sihon introduxerunt, immolante Davide magnam juvencorum atque arietum copiam. Erat autem arca e lignis cedrinis, **164** longitudine, latitudine et crassitudine sesquicubitalis, auro cooperta. Tum egresso contra Davidem ad bellum ipsi inferendum rege Sobæ nomine Hadad Ezer, Rehobi filio, profectus ipsi in occursum David et victoria in ipsum potitus, e comitibus ejus equites septingentos, pedites vicies mille interfecit. Quin et profecto Suraso rege Damasci ad auxilium Hadad Ezero ferendum, interfecit David e comitibus ipsius viginti duo millia; factusque est Suras Damasci rex Davidi instar servi; transtulitque David Hierosolyma omnes, quæ comitibus Hadadezeri fuerunt, zonas aureas, atque argenteas, cum ornamentis perquam multis, quæ abstulit Sisak Ægypti rex, quando Hierosolyma venit, regnante Rheoboamo Salomonis filio. Attulit etiam David e prælio Hierosolyma magnam æris copiam, e quo confecit Salomon columnas, bases et portas, quo tempore templum exstruxit. Post hæc David mulierem nomine Bersebam, Eliah filiam, Uriæ uxorem, feminam pulchram et formosam, conspectam deperiit, cumque eadem accersita rem habuit, adeo ut ex eo gravida fieret, marito ejus Uria, cum Joabo in bello con-

Digitized by Google

tra alienigenas tunc absente. Cum ergo eam ex se concepisse nosset, Uriam, missis qui illum ad ipsum adducerent, ea nocte domi suæ dormire jussit; Uria autem ea nocte domum suam non concessit, verum cum **165-167** janitoribus in palatio dormivit. Mane ergo ad exercitum eum remisit David, ipsum domi suæ obdormiisse ratus; quod eo fine facere ipsum voluit David ut ita cum uxore sua concumberet; quo, cum gravida facta esset, nihil haberet cujus ipsum incusaret. At cum domi suæ non dormivisset, scripsit ad Joabum David ut Uriam ante arcam in prælio collocaret. Quod cum fecisset, interfectus est Uria coram arca in prælio.

Illo ergo occiso, duxit David ejus conjugem Barshebam, quæ filium ipsi peperit. Veniens autem ad ipsum Nathan propheta, dixit: Duo erant viri in urbe, quorum unus dives, cui pecudum et boum magna erat copia; alter vero pauper, cui præter ovem unam non erat, cujus lac ac lana victum ipsi præbebant; adveniente autem ad divitem hospite quodam, ille prehensa pauperis ove eam jugulatam hospiti suo apposuit. Dixit David: Pessime fecit, quadruplum illi pro ove reddet. Increpans ergo ipsum Nathan propheta: Tu (inquit) es vir ille. Scissis ergo statim vestibus suis ac cilicio indutus, septem diebus jejunavit, Dominum suum rogans ut puerum morte afficeret; at die septimo mortuus est puer. Post hæc rursus e Davide gravidata Uriæ uxor, Salomonem ipsi peperit. Fuerunt autem Davidi liberi viginti quatuor. Deinde Amnon Davidis filius, liberorum ipsius natu maximus, **168** sororem suam ex parte patris, cui nomen Thamar, conspectam deperiens, cum ipsa congressus est; quam ob rem iratus frater ejus uterinus, cui nomen Abishalomus, Davidis filius, fratrem suum Amnon interfecit; deinde ad Thalmani, Amiudi filium, Geshuri regem fugit, ubi cum congregati essent ad ipsum ex Israelitis viri ducenti, contra patrem suum rebellis, profectus Hebronem occupavit. Audito ergo ipsum Hebronem occupasse, metuens ab ipso David, ab Hierosolymis urbe deserta fugit; quo perveniens filius ipsius, urbemque ingressus, prehensis patris sui concubinis cum ipsis quod turpe est commisit: deinde ad patrem suum Davidem quærendum profectus est, qui ab ipso fuga se proripiens Jordanem transiit; at Joab Davidis deputatus, collecta suorum multitudine, contra Abishalomum Davidis filium perrexit, commissumque est inter ipsos prælium in Ephraimi finibus, in quo occisi sunt e duobus exercitibus vicies mille, cum conflictus inter ipsos vehemens esset. Abishalomo autem mulo vecto, cum capilli capitis ipsius terebinthi ramo cuidam implexi essent, confracta est cervix; Joab etiam tria tela, quibus ipsum percussit, cordi ipsius infixit, unusque e Jobi comitibus gladio percussum interfecit. At cum allatum esset ad Davidem nuntium, ingenti ille mœrore affectus ad urbem

A Hierosolyma reversus est. **169-171** Fuit autem Abshalomo, Davidis filio, cæsaries copiosa admodum, adeo ut quoties capillitium suum a tempore ad tempus retonderet, siclos ducentos penderet. Porro prophetarunt tempore Davidis, Nathan, Gad, Achia Shilonita, Asaph, Haiman et Yaduthun Levita, et Joab Serviæ, sororis Davidis filius, qui et ipsius vicarius fuit.

Numerarunt autem David et vicarius ipsius Joab Israelitarum tribus. Numerus autem Israelitarum quem supputarunt David et Joab, erat quadragies millies mille et centum mille. [At juxta aliud exemplar, quater millies mille et centum mille.] Quorum e filiis Judæ quadringenta et septuaginta millia, Benjamitæ autem et Levitæ non numera-

B bantur. Numerus autem rejectaneorum qui e stirpe Jacobi non erant, mille fuit. Dixit ergo Dominus Gado prophetæ: Displicet mihi quod David Israelitas numeraverit; profectus ergo ad ipsum jubeas ipsum unum e tribus istis eligere, vel ut sit per totum ipsius regnum septem annorum fames; vel ut, prævalentibus ipsi hostibus, tribus mensibus vincatur; vel ut, ad triduum in universo ipsius regno grassetur pestis. Eligente ergo Davide pestem, mortui sunt ad sextam diei horam septuagies mille. Quare opem a Gado petiit David, qui cum simul ad Deum preces fudissent, misertus ipse eorum, pestem **172** abstulit. Fuerunt autem tempore Davidis sacerdotes summi Abiathar, Abimalechi filius, Eli sacerdotis affinis

C et Sadok. Cum autem jam consenuisset David, Salomoni filio suo præcipiens, quidquid in regno suo habuit opum gemmarum, auri et argenti ipsi tradidit. Mortuus est ergo David propheta, annos natus septuaginta, quorum quadraginta regnavit. Post ipsum regnum obtinuit filius ipsius Salomon annos natus duodecim, regnavitque post patrem suum annos quadraginta: a quo metuens Joab, Davidis vicarius, in templum Domini confugit. Misit ergo Salomon Benayam, Jehoiadai filium, qui ipsum gladio interfecit et in deserto sepeliit. Confirmatumque est regnum Salomonis adeo ut timerent ipsum omnes qui circa ipsum essent reges, missisque ad eum muneribus cum ipso fœdus

D inirent. Porro Salomon Hierosolyma muro cinxit; annoque regni sui duodecimo aggressus est templi structuram. Multa autem ipsi dona misit Hiram, Tyri rex, multaque ligna cedrina, pinea, abiegna, quin et opes multas quæ ipsi ad templum exstruendum adjumento essent, donante ipsi vicissim Salomone quotannis coros tritici vicies mille, uvarumque passarum totidem. Porro dicitur Hiram, Tyri regem, primum regum purpuram induisse, cujus rei causa fuit, quod cum opilionis **173-175** cujusdam canis, qui ipsum die quodam quo oves in maris littore pasceret, comitatus est; muricem coloris purpurei in littore reptantem offendens, ipsum ederet, adeo ut sanguine muricis os ipsius impleretur; eo viso, pastor, accepta lana,

Digitized by Google

canis os abstersit, e qua cum confectam corollam capiti suo imposuisset, factum est ut quisquis ipsum in sole ambulantem conspiceret, e capite ipsius ignis fulgorem prodir existimaret: quo audito, Hiram Tyri rex, missis qui pastorem accerserent, cum corollam conspexisset, coloris pulchritudinem miratus, tinctores similem sibi tingere jussit: qui ad littus profecti, quæsitisque ac repertis muricibus, purpuram illi tinxerunt. Atque hæc inventæ purpuræ ratio fuit.

Fuit autem templi quod struxit Salomon Davidis filius, longitudo cubitorum sexaginta, latitudo viginti, altitudo centum, cujus partem interiorem totam auro obduxit; quin et intra templum sacrarium e lignis abiegnis struxit, cubitos viginti longum, viginti latum, ac totidem altum; quod tam intus quam foris auro obduxit, facta super eo cherubinorum forma, quorum uterque decem erat cubitos longus, ac quinque latus, ex auro, unus ad sacrarii latus dextrum, alter ad sinistrum, et utrique sex alæ, quibus super eo extensis ipsum obtegebant. Dein arcam e civitate **176** Sibon deductam in domo ista posuit. Quin et ante templum istud duas columnas æneas ingentes statuit, quarum utraque triginta cubitos longa fuit, quinque lata; quibus velum coccineum quod fecerat diversis gemmarum speciebus consertum e regione templi appendit. Mensam etiam æneam fecit in qua poneretur panis oblationis; cujus longitudo viginti erat cubitorum, ac totidem latitudo, crassities decem; quam et auro gemmisque obduxit. Omnia etiam vasa aurea, argentea et gemmis confecta in templum importavit. Struxit etiam sibi palatium, quod auro, argentoque oblevit; cujus in medio prætorium exstruxit, cubitos centum longum, quinquaginta latum, altum triginta; interius quasi ambientibus quatuor columnarum cedrinarum auro obductarum ordinibus, super quibus erant quatuor tecta auro ornata. Fecit etiam thronum magnum eburneum, auro variegatum, gemmisque distinctum, quod in hujus prætorii medio statuit, cui insideret ipse, cum de hominum rebus cognosceret. Templi autem et palatii structuram septem annis absolvit. Jam a regno Davidis ad fabricam templi absolutam anni sunt undesexaginta. Fuitque census annuus Salomonis, filii Davidis, talentorum auri sexcenties sexagies sexies mille, ultra ea quæ mercatura acquirebantur. Dimensum **177-179** ejus quotidianum, similæ cori triginta, farinæ cori sexaginta, juvenci decem, boves viginti duo, oves centum, præter cervos, capreolos et volucres. Fuerunt etiam in palatio Salomonis centum mensæ aureæ et in earum singulis centum paropsides, nec non trecenta vasaria, in quorum singulis trecenta erant pocula aurea.

Salomonem autem die quodam in prætorio sedentem accesserunt feminæ duæ quibuscum erat puer recens natus, quarum una dixit: Heri cum A peperissemus ego et mulier ista in eadem domo, ac mortuus esset noctu filius ipsius, me dormiente illa filium suum mortuum prehensum pectori meo admovens, ad se filium istum meum recepit. Altera autem: Hic (inquit) puer, meus est filius; ejus autem, mortuus. Salomon ergo gladium sibi afferri jubens, puerumque manu sua prehendens: Dividam, inquit, in duas partes puerum, quarum unam utrique vestrum tradam. Tum mater pueri, Domine mi, inquit, ne dividas ipsum, sed ei [totum] tradas; dicente altera: [Quin] dividas, ut nec mihi sit, nec illi. Dedit ergo Salomon puerum ei quæ ne divideretur petiit, perspectum habens ipsam matrem ejus esse, ex eo qui apparuit erga illum affectu ipsius. Miratique sunt homines judicium B ipsius. Fuerunt autem Salomonis uxores ingenuæ septingentæ, et ter centum **180** concubinæ. Duxit etiam Salomon Pharaonis, Ægypti regis, cui nomen Shisak, filiam, eamque Hierosolyma adduxit. Post quæ profectus Pharao, Ægypti rex, urbem Aazar expugnatam igne succendit. Igne etiam Chanaanitis Maraab incolentibus immisso, opes eorum quas diripuit ad filiam suam Salomonis conjugem misit. Regina etiam Sabæ, audito regnare Salomonem, ad ipsum multis cum muneribus accedens, dedit ipsi auri talenta centum triginta. Cumque ei vicissim dedisset Salomon quodcunque petiisset, ab ipso reversa est. Duxit quin etiam Salomon, Davidis filius, tribuum alienigenarum filias, viz. Ammoni- C tarum, Amalekitarum, Moabitarum, aliarumque; quas cum amaret, præ amoris quo ipsas complexus est vehementia, ipsum impulerunt sibi templum condere, in quo idola quæ colerent, quibusque sacrificarent, reposuit. Atque hanc ob causam dejectus est Salomon, Davidis filius de gradu prophetico. Porro fuerunt in exercitu ipsius equitum, qui equas conscenderent, quadragies mille, qui equos vicies mille. Fuit Salomoni servus nomine Reboam, Nabâti filius, e tribu Ephraim, cujus matri, quæ mulier erat furax, nomen Sisera, quem cum præfecisset Salomon tribui Joseph, ipse urbem Sair in Ephraimi limitibus condidit, fuitque fortis, robore pollens. Illi occurrens Ahia **181-183** propheta, vestemque suam arreptam in duodecim partes cum D scidisset, Rabaamo Nabati filio decem earum tradens, dixit: Regnaturus es tu in decem Israelitarum tribus. In animo autem Salomoni fuit Rabaamum morte afficere. Ille ergo ab ipso fuga se ad Shishakum, Ægypti Pharaonem, proripiens, apud ipsum mansit; qui in uxorem ei conjugis suæ sororem dedit, cui nomen Atu, quæque filium ipsi peperit, quem nomine patris sui appellavit. Prophetarunt tempore Salomonis, Nathan et Achia Shilonita, fuitque sacerdos summus Sadoc. Eodem tempore in Græcia floruit Homerus poeta Græcus.

Obiit autem Salomon cum annos quadraginta regnasset, et in Davidis domo sepultus est. Ipsi in regno successit filius ipsius Rehoboam, annos natus sexdecim, qui Hierosolymis annos septemde-

Digitized by Google

cim regnavit. Porro audiens Jeroboam, Nabati A filius, mortuum esse Salomonem, ex Ægypto ad urbem Sair ascendit. Israelitæ autem ad Rehoboamum Salomonis filium congregati, dixerunt : Pater tuus male admodum nos gubernavit, tu autem si bene nos gubernaveris servi tibi futuri sumus. Quibus ille : Abite (inquit) et postriduum vobis responsum reddam. Cum ergo e suis aliquot consuluisset, dixerunt illi : Dicas illis : Si mala vos ratione rexit pater meus, ego vos optima ac pulcherrima, quæque vobis levissima futura sit 184
et placidissima, recturus sum. Quod cum audire nollet, ad mulieres suas ingressus idem illis dixit, quæ consilium ipsi dederunt ut hoc modo Israelitis responderet : Si male vos rexit pater meus, ego vos ita regam ut conventus vestros dissipem, et B cœtus vestros dispergam ; hoc (dixerunt) illis dicas ne te pro puero habeant, et ipsorum de te præsumptio confirmetur. Quarum consilium secutus, ea Israelitis dixit quæ ipsæ illi suggesserant. Illi ergo, auditis ejus verbis, a præsentia ipsius egressi, tumultuati sunt. Egressus ergo ad ipsos Rehoboam, misit ad ipsos Adoniramum tributorum præfectum, quem illi adeo ut moreretur lapidarunt, fugiente ab ipsis Rehoboamo Hierosolyma. Congregati ergo Israelitæ regem sibi constituerunt Jeroboamum, Nabati filium, atque ita divisum est regnum. Regnavitque Jeroboam, Nabati filius, in decem tribus ; et Nables, in qua et habitavit, condidit, necnon Phanuel. Regnavit autem Rehoboam, C Salomonis filius, in tribum Judæ et Benjamin. Fueruntque Rehoboamo, Salomonis filio, bellatores centies vicies mille, multasque possedit urbes, e quibus Bethlehem, Batshur, Ziph, Lahish, Gath, et Azika, cum omnibus terræ Judaicæ et Benjamiticæ urbibus. Fuit matri ipsius nomen Nanak, e filiabus Ammonitarum, quæ ipsum ad idola colenda incitavit. At Jeroboam, Nabati filius, timens 185-
187 ne Israelitæ, si cum victimis Hierosolyma ad domum Domini ascenderent, cum templum viderent, in ipsum rebellarent, Rehoboamoque, Salomonis filio, Judæ regi traderent, duos vitulos aureos confecit, quorum unum in Bethel, alterum in Banias posuit, iisdemque sacerdotes e Levitis constituit, dicens ipsis : Hi sunt dii vestri qui vos e manu D Pharaonis liberarunt, colite ergo ipsos, cum non sit opus ut Hierosolyma ascendatis ; quin et festum magnum illis instituit, sicut in terra Judæ fieri solebat.

Porro cum anno Rehoboami, Salomonis filii, quinto, ascenderet Shisak Pharao Ægyptiacus Hierosolyma cum viris vicies et bis mille (quorum septies mille equites erant) fugiente ab ipso Rehoboamo, cepit Shishak omnes auri et argenti thesauros qui in domo Domini fuerunt ; necnon scuta aurea et argentea, quæ in arce regia, quorum loco alia ex ære confecit Rehoboam, Salomonis filius. Multa autem acciderunt inter Rehoboamum, Salomonis filium, et Jeroboamum, Nabati filium, bella, quamdiu in vivis esset Rehoboam. Porro duxit Rehoboam Salomonis filius uxores octodecim, multosque genuit liberos. Duxit etiam Macham, Absolomis filiam, quæ ipsi Abiam fratresque ejus peperit : fuerunt insuper ipsi concubinæ triginta ; omnes autem ipsius liberi tam mares quam feminæ fuerunt viginti octo. 188 Prophetarunt tempore Rehoboami Salomonis filii Semaiah Machlamita, et Achia Shilonita, prophetante etiam Obedo Beitheli fissum est altare. Cum obiisset autem Rehoboam, Salomonis filius, cum patre suo in domo Davidis sepultus est, post ipsum regnante in Judam et Hierosolyma filio ipsius Abia sex annis, idque anno decimo octavo regni Jeroboami, Nabati filii, regis Israelis. Acciderunt etiam inter Abiam regem Judæ, et Jeroboam Israelis regem bella multa, ipsum in fugam convertente Abia rege Judæ, occisisque Israelitarum quingenties mille, adeo ut ab Abia rege Judæ timeret Roboam Israelis rex. Mortuus autem Abia Judæ rex sepultus est in urbe Davidica ; regnante post ipsum in Juda et Hierosolymis filio ipsius Asa annis quadraginta et uno, idque anno regni Jeroboami, Nabati filii regis Israelis, vicesimo quarto. Matri autem Asæ regis Judæ nomen erat Naemah Abshalomi filia. Porro mortuus est Jeroboam Nabati filius, Israelis rex, postquam annos viginti quatuor regnasset, post quem regno Israelis potitus est filius ipsius Nabat annis duobus, idque anno regni Asæ regis Judæ secundo. Nabatum autem adortus Baasha, Abiæ filius, Gibbethoni ipsum interfecit, omnemque una Jeroboami, Nabati filii, progeniem. Regnavitque Baasha Abiæ filius, in Israelem in Tirsa annos viginti quatuor ; idque anno regni Asæ regis Judæ tertio. Porro, multa 189 191 inter Asam Judæ regem, et Baasham Israelis regem acciderunt bella.

Invadente autem Baasha Israelis rege terram Judæ, urbemque Rama exstruente, multa misit Asa ad Hadad, Jazaelis filium, Damasci regem, munera, omnesque quos domi suæ habuit auri, argenti, ac gemmarum thesauros, opem ab ipso contra Baasham, Israelis regem petens ; quare misit ipsi Hadad Jazaelis filius, exercitum magnum in auxilium ; quocum egressus urbem fontium et Bal, omniaque repositoria terramque Naphtalim universam devastavit. Quod cum audiisset Baasha, Israelis rex, ab ædificanda Rama desistens Tirsam reversus est ; Asa autem Judæ rex, comportatis lapidibus et lignis quibus Ramam exstruere voluerat Baasha, Israelis rex, iis omnes arces ac castella in terra Benjamitica exstruxit. Contraque ipsum cum egressus esset Zarah, Cushæorum (qui sunt Nigritæ) rex, cum militibus millies mille, occurrens ipsi Asa Judæ rex cum trecentis de Juda militibus, et de Benjamine quinquaginta duobus millibus, Nigritas in fugam convertit, magna ipsorum strage edita, captisque quæ secum attulerat omnibus. Mortuus autem Baasha, Israelis rex, in Tirsa sepultus est. Post quem in Israelitas duobus annis in Tirsa regnavit filius ipsius Ela, idque anno Asæ, regis

Digitized by Google

Judæ, vicesimo sexto. Elæ autem **192** exercitus princeps fuit Omri, qui Elam adortus ipsum interfecit, unaque totam Baashæ, regis Israelis, prosapiam. Erant [tunc temporis] Israelitæ congregati in Gibethon ad bellum alienigenis [inferendum], quorum, cum de cæde Elæ regis sui nuntium accepissent, voluerunt aliqui ut regno præficerent ipsis Omri; alii Tibni, Gainathi filium, sibi ad breve temporis spatium præfecerunt: post quod, mortuo Tibni, regnavit in Israelem Omri annos duodecim, idque anno regni Asæ, regis Judæ, vicesimo septimo; quorum sex in Tirsa regnavit, [quibus] et urbem condidit quam appellavit Omri, in monte Samer; sex in Samaria. Deinde mortuus, Samariæ sepultus est. Post ipsum in Israelem, in Samaria, regnavit filius ipsius Ahab, annos viginti unum, idque anno regni Asæ regis Judæ tricesimo octavo. Affectus est autem Asa, cum senuisset, podagra; nec desiit in tranquillitate et pace regnare. Ejus tempore prophetarunt Hanani, et filius ipsius Jehu, necnon Azaria, Obedi filius, prophetæ. Cum obiisset autem Asa, Judæ rex, in urbe Davidis sepultus est. Post ipsum in Judam Hierosolymis regnavit filius Joshaphat annos natus triginta quinque; regnavitque annos viginti quinque; idque anno regni Ahabi, regis Israelis, quarto. Inclytus autem evasit rex Joshaphat, opibusque et exercitu pollens. **193-195** Ejus tempore prophetarunt Micha Elæ, Jehu Hanani, Eliazar Dudayæ filius; Obadia, Elia (qui Al-Chadr est), et ipsius discipulus Elisha. Fuit eodem tempore etiam pseudopropheta nomine Sedekia, Chanaanæ filius. Ahab autem, Israelis rex, uxorem duxit nomine Izbelem, Thalmani, regis Sidonis, filiam; struxit etiam in Samaria templum, in quo positum idolum Baal coluit.

Porro Ahabi regis Israelis tempore, Israelita quidam fuit, nomine Naboth, cui hortus admodum elegans fuit, quem cum cuperet rex Ahab, ad Nabothum mittens, ut sibi illum venderet petiit, utpote ædibus suis vicinum. Negante Nabotho, ac dicente: Hortus iste mihi hæreditario jure a patribus atque avis obvenit, ideoque ipsum neque vendam, neque dono dabo. Cum ægre hoc ferret Ahab adeo ut ira et dolore afficeretur, ingressa ad ipsum Izbel uxor dixit: Quid hoc rei est quod te mœstum ac tristem conspiciam? Respondente illo: Cum a Nabotho petierim ut mihi hortum venderet, atque ille negaverit, hoc me male habet quod me repulerit, neque quod volui præstiterit. Egressa ergo Izbel ab Ahabo rege, Israelitarum quibusdam, qui ipsi contradicere nescirent, convocatis, dixit: Testimonium mihi contra Nabothum perhibete, ipsum Deum abnegasse, et Mosi convicium esse; quod cum illi in **196** ipsum testati essent, jussu Izbelis lapidatus est, adeo ut moreretur. Tum ingressa ad Ahabum, regem Israelis, Izebel: Ne angaris (inquit), occidi siquidem Nabothum; accipe ergo hortum. Accedens ergo ad

A Ahabum, regem Israelis, Elias propheta, ipsum increpans: Cave (inquit) Nabothi hortum accipias, aut ad ipsum appropinques. Iratus scilicet est tibi Dominus, tum quod idola colas, tum quod Izebel uxor tua Nabothum injuste occiderit; potestatem ergo concedet Dominus in te, et in Izebelem, [alii] qui et te et ipsam interficiet. Ahab igitur rex, audito Eliæ sermone, perterritus, hortum deseruit, nec ad ipsum accessit. At Izebel, audito Eliam prophetam regem impediise ne hortum acciperet, misit post eum qui ipsum occiderent. Metuens ergo ab ipsa Elias Dominum supplex rogavit ne in terram pluviam dimitteret; ipse autem per Jordanis confinia in montem Horeb (qui est

B mons Sina) fugiens, ibi in fontis fissura habitavit, e qua et aquam bibit, corvo ipsi quotidie mane panem, vesperi carnem quam ederet afferente. Fuit autem Elias propheta filius Arbæ, Gileadites: Arabes ipsum Alchadr appellant. Cum autem post dies aliquot deficeret e clivo aqua, profectus Elias propheta ad urbem Sarephtah, Sidonis, viduæ cuidam ligna colligenti occurrit; a qua cum ut ipsi cibum potumque **197-199** præberet petiisset, ipsa illum domum suam deduxit ubi ipsi farinæ atque olei aliquantulum fuit, e quo cum ipsi panem subcineritium parasset, illi unaque filiis suis edendum præbuit. Benedicente ergo Elia farinæ oleique vasis, impletum est farinæ vas farina, olei oleo. Ægrotante deinde viduæ filio adeo

C ut a morte prope abesset, cum supplicaret Elia Domino, salutem illi concessit Deus ut viveret.

Exactis postea tribus annis et sex mensibus profectus Elia propheta Ahabum regem Israelis petiit, quo toto temporis spatio non demiserat cœlum pluviam, adeo ut præ famis et sitis vehementia morerentur homines. Dum igitur Obadia, Ahabi deputatus, ad quærendam aquam valles circuiret, ecce occurrit ipsi Elia, quem cum ad Ahabum deduxisset, dixit ipsi Ahab rex: Tune cœlum cohibuisti ne per totum hoc temporis spatium plueret? Cui respondit Elia propheta: Tu cœlum ne plueret cohibuisti idola colendo, et cæde immerita, qua uxor tua Izebel Nabothum sustulit, nec non pseudoprophetarum sermonem amplectendo.

D Convocavit igitur Ahab rex omnes Israelitas, unaque omnes pseudoprophetas. Fuerunt autem idoli Baelis prophetæ quadringenti quinquaginta vel [juxta aliud exemplar, quadringenti octoginta] et prophetæ Asteræ (quæ palma erat quam colebant) **200** quadringenti. Dixit ergo Elia pseudoprophetis: Binos sumamus juvencos, quorum primum vos vobis eligentes mactatum in oblationem diis vestris afferte, quem si e cœlo delapsus ignis consumpserit, sciemus veros esse deos vestros; sin minus, ego solus hoc faciam, quo cognoscatis vos in errore esse, me veritatem sequi. Prehensum ergo juvencum cum mactassent, deosque suos Baelem cæterosque a mane ad vesperam usque invocassent, nihil omnino factum

Digitized by Google

est. Elia ergo acceptis duodecim lapidibus altare A exstruxit, circa quod fossam effodit, deinde ligna lapidibus imponens, et juvencum mactatum super lapidibus et lignis parans, eidemque duodecim aquæ hydrias superfundens, impleta etiam fossa quæ circum altare aqua, Dominum suum cum invocasset, descendens e cœlo ignis carnem, lapides, et aquam devoravit, adeo ut ingentem etiam in terra fossam cavaret; quod Israelitas in stuporem egit. Interfecitque Elia pseudoprophetas gladio, in torrente Kison. Deinde Dominum invocavit, quo in ipsos pluviam demittente, sublata est pestis. Izebel autem, Ahabi regis Israelis uxor, audito quid pseudoprophetis fecisset Elia, misit ad ipsum, cædem illi interminans; qui ergo ab illa metuens aufugit. Occurrente interim ipsi Elisha Joshaphati filio, qui bobus suis **201-203** quas pascebat relictis, Eliam secutus, factus est ipsi discipulus.

Tum Ebn Hadad, Damasci rex, congregatis subditis suis, regibusque triginta duobus in auxilium vocatis, cum ingenti, quique numerum excederet, exercitu profectus et ad bellum Ahabo, Israelis regi, inferendum egressus, misit ad eum [dicens]: Quidquid possides auri atque argenti meum est, servi etiam tui, ancillæque ac mulieres, totum quod possides meum est. Metuens ergo ab ipso Ahab totum quod postulavit illi annuit. Interea autem dum inter ipsos ultro citroque cursitarent legati, ecce egressi pueri quidam e filiis ducum Syrorum exercitum circumire, quos conspicientes Syrorum exercitus suspicati sunt Israelitas ipsos adortos fuisse, adeo ut in fugam conversi alii alios opprimerent, seque mutuo occiderent. Cujus rei fama cum ad Ahabum regem Israelis pervenisset, ipse cum suis eos insecutus, castra eorum, tentoria, jumenta et quidquid ipsis esset, diripuit. Ebn Hadad autem Damasci rex, solus ad urbem Damascum evasit, ubi ad ipsum congregati sunt e comitibus ejus quicunque evaserant. Collectis ergo copiis egressus est ob hoc quod sibi acciderat ultionem sumpturus. Obviam autem illi profectus Ahab, Israelis rex, ipso in fugam dato e comitibus ipsius viros vicies septies mille interfecit, evadente Ebn Hadado solo Damascum usque. **204** Consulentes autem ipsi et sociis ipsius nonnulli dixerunt: rex Israelis misericors est; accedentes ergo ipsum rogabimus ut a nobis discedat, alias enim periimus. Vestibus ergo laceris induti, Ahabum, Israelis regem adeuntes dixerunt: Dicit servus tuus Ebn Hadad, ne mihi succenseas ob illud quod tibi intuli. Quibus respondit Ahab, rex Israelis: Non est ille alius quam frater meus. Tum illi: Si frater tuus sit, inquiunt, fœdus cum illo de Damasco pangas, sitque inter te et ipsum pax. Cui ille annuit. Tribus post annis, descendente Joshaphato, Judæ rege, ad Ahabum, Israelis regem, salutandum, obviam illi factus Ahab apud se hospitio excepit. Junxitque Joshaphat connubio filium suum Joramum Ataliæ, Ahabi regis sorori.

Dixit autem Ahab Josaphato, regi Judæ: Urbem Ramoth Gilead, quæ nostra fuit, abstulit nobis rex Syriæ, a quo, si tu ipse mihi auxilium tuleris, illam auferre poterimus. Annuente Joshaphato ei quod petiit, collectis viris suis Ramoth Gilead profecti sunt. Quo audito rex Syriæ suis etiam congregatis ad ipsos egressus est. Dixit ergo Joshaphato Ahab: Mutatis ornamentis tuis vestes meas induas ne in prælio dignoscaris. Quod et fecit. Rex autem Syriæ suis ut regem Israelis in prælio peterent præcipiens, ipsis vestitum ejus descripserat. Illi ergo, conspectis Josaphati vestibus, ipsum, Ahabum, Israelis regem rati, petentes **205-207** circumdederunt; quos ille inclamans ab ipsis evasit. Ahabum autem regem Israeliticum cum percussisset sagitta, in fugam coram rege Syriæ conversi sunt, redeunte Hierosolyma Joshaphato, Ahabo jam vulnerato in locum suum reverso.

Mortuus autem Ahab vulnere quod illi inflictum est, Samariæ sepultus est. Post ipsum in Samaria duobus annis regnavit filius ipsius Ahazia, idque anno regni Joshaphati regis Judæ decimo nono. Fuitque conversatio ipsius ejusmodi quæ et patris ipsius quod ad nequitiam, et idolorum, una cum matre Izebele quæ Nabothum occiderat, cultum. Cum autem morbo gravi laboraret Ahazia, Israelis rex, adeo ut sibi timeret, nuntium misit ad idolorum sacerdotes qui ab illis, morbo suo convaliturus esset necne, sciscitarentur; cui obviam factus Elia propheta dixit: Dicas regi: Certo morieris. Reversus ergo nuntius cum hoc regi notum fecisset: Describas mihi, inquit rex, virum qui tibi obviam factus est. Quo dicente: Vir erat hirsutus zona pellicea circumcinctus. Hic, inquit rex, Elia est propheta. Ducem ergo quinquaginta viris comitatum ad ipsum misit, sedente Elia in vertice montis Carmel: Cui dux: Heus! propheta Dei, descende, accersit te rex. Respondit Elia: Si sim ego propheta Dei descendat e cœlo ignis, qui te, eosque qui tecum sunt devoret. Descendens ergo ignis ipsos consumpsit. **208** Tum rex ducem alium cum quinquaginta viris misit, qui et dixit: Heus! propheta Dei, descendas; accersit enim te rex. Cui Elia: Si sim ego propheta Dei, delapsus cœlo ignis te et qui tecum sunt consumat; quod et factum est. Tum ducem tertium misit quinquaginta etiam viris comitatum; quem cum eodem modo allocutus esset propheta quo priores allocutus est, idem ei quod illis, iisque qui cum ipso fuerunt contigit. Tum profecto ad ipsum regem descendens Elia dixit: Nequaquam a morbo tuo convalesces, sed moriturus es quod idola colueris, et quod malum est coram Deo omnipotenti feceris. Porro diebus Ahaziæ regis Israelis et Joshaphat regis Judæ, sublatus est Elia quasi in cœlum. Mortuus autem Ahazia rex Israelis morbo suo una cum patre suo sepultus est, regnante post ipsum fratre ipsius Joramo Ahabi filio in Israelitas in Samaria annos duodecim. Idque anno regni Joshaphati regis

Digitized by Google

Judæ vicesimo secundo. Profectis deinde contra Joshaphatum Judæ regem Ammonitis et Amalekitis cum magna hominum multitudine, metu eorum perculsus est Joshaphat, ut suborto in Ammonitarum Amalekitarum exercitu clamore, alii alios occidentes in fugam coram ipso conversi sunt. Cum ergo Joshaphati comites tribus diebus ad castra eorum, tentoria et vasa diripienda, substitissent, ipse Hierosolyma **209-211** reversus est. Postea egresso rege Moabi contra Joramum Israelis regem, mittens ille ad Joshaphatum Judæ regem, opem ab ipso contra Moabi regem petiit. Misit etiam ad Romæorum regem qui tunc temporis in Sharah fuit, ipsum in auxilium vocatum. Congregati ergo tres reges ac contra regem Moab profecti viam deserti tenuerunt quo ipsum adorirentur, at cum septem dierum iter in deserto confecissent defuit ipsis aqua quam biberent, adeo ut parum abesset quin siti perirent. Fuit autem cum ipsis Elisha propheta, qui dixit ipsis : Mane implebitur vallis ista torrentibus, vobisque victoriam in hostes concessurus est Deus. Factumque est uti prædixit propheta, Deo ipsis in hostes victoriam concedente, adeo ut regis Moabitici comitum magna edita sit strages. Victum ergo se cum vidisset rex Moab arcem ingressus, filium suum natu maximum prehensum ac super arcem Moabi jugulatum in sacrificium obtulit. Cujus horrore perculsi Israelitæ bellum ipsi inferre cessantes reversi sunt.

Mortuus autem Joshaphat Judæ rex in urbe Davidis sepultus est, cui in regno successit filius ipsius Joram, annos natus triginta tres. Qui in Judam Hierosolymis octo annos regnavit; idque anno quinto regni Jorami filii Ahabi regis Israelis. Ipsius tempore prophetarunt Elisha discipulus Eliæ, et Obadia. Porro egressus Benhadad **212** Syriæ rex cum copiis suis Joramum Israelis regem in Samaria bello aggressus est. A quo cum metueret Joram, dixit ipsi Elisha : Ne timeas, sed se tantum in urbe tua munias; Deus enim tibi victoriam in hostem tuum concessurus est. Ille ergo cum se in urbe munivisset, accedentes Syrorum copiæ instar arenæ maris, Jorami urbem, universamque Samariæ regionem cinxerunt. Cumque tribus annis obsidione [inclusi] perstitissent Israelitæ, facta est in Samaria fames magna, adeo ut ad cadavera edenda adigerentur homines, nec non stercus columbinum comederent, venderetur que caput asini mortui octoginta drachmis, stercorisque columbini cabus quinque drachmis. Dum ergo super urbis munimine incederet Joram, Israelis rex, ecce occurrit ipsi mulier quæ aliam tenens mulierem opem a rege petiit, dicens : Dixit mihi mulier ista, hodie filium tuum mactes quo vescamur, ne fame moriamur, cras ego meum mactabo, ut et ipso vescamur. Ego igitur filium meum heri jugulavi, quem edimus; illa autem hodie filium suum prehensum abscondit. Tremefactus rex his auditis, vestibus suis scissis, pulvereque capiti superim-

A posito, ad Elisham prophetam mittens, dixit ipsi : Annon dixisti Dominum me victoria in hostem meum donaturum, **213-215** quandiu ergo erit hoc? Respondit Elisha propheta nuntio : Dicas regi, cras hac circiter hora, victoriam tibi in hostem tuum concessurus est Dominus, et ad portam urbis Samariæ similæ modius, hordei duo modii drachma vendentur. Dicente nuntio Elishæ prophetæ : Hoc fieri non potest, respondit Elisha : Futurum est hoc, te vidente, at de eo nequaquam comedente.

Fuerunt ergo ad extremam muri partem quatuor viri Israelitæ lepra affecti, qui alii aliis dixerunt : Adveniente nocte nos de muro demittentes ad Syrorum castra tendamus, qui nos vel interfecturi
B sunt, vel panem nobis præbituri. Quod et fecerunt. At cum ad castra pervenissent, tentoria et tabercula viris prorsus vacua invenere, idque quod oborto, nocte ista, in exercitu Syrorum rumore, convenisse Ægypti, Israelis et Judæ reges, cæterosque omnes quo ipsos noctu adorirentur, in fugam conversi tabernacula et tentoria cum impedimentis, sarcinis, quæque habebant omnibus reliquerunt. Reversi igitur leprosi, cum hoc regi Israelis nuntiassent, misit ille post ipsos, viros qui eorum vestigia sectarentur, qui cum Jordanem usque pervenissent, nec ullum eorum vestigium invenissent, aperit rex urbis portam, egressique homines omnia quæ in Syrorum castris erant, diripuerunt, adeo ut statim similæ modius, **216**
C hordei modii duo drachma venirent. Nuntius autem qui Elisham prophetam mendacii arguit, hoc quidem vidit, at in urbis porta præ magna turbæ compressione mortuus est. Posthæc egressus Joram rex Judæ ad Romæos, qui in Sharah erant magnam eorum stragem edidit. Mortuus autem est Joram Judæ rex, et in urbe Davidis sepultus, regnante post ipsum annum unum in Judam Hierosolymis, filio ipsius Ahazia, annos nato viginti duos; idque regni Jorami Ahabi filii, regis Israelis duodecimo. Mater ejus nomine Athalia Ahabi, regis Israelis, Omri filii soror. Ejus tempore prophetarunt Elisha et Obadiah. Profectus autem Joram Israelis rex, Ramam cum Hazaele tribuum rege ad bellum cum Syris gerendum, cum in prælio vulne-
D ratus esset ad urbem Jezreelem reversus est ut ibi sanaretur, quo salutatum eum profectus est Ahazia Jorami filius. Elisha autem propheta discipulo suo Jonæ Mittæi filio (qui idem est Dul Nun, id est *Dominus piscis*, quem deglutivit piscis) prehenso, cornu in quo erat oleum, tradens : Profectus, inquit, ad urbem Ramot Gilead, cum ibi e ducibus quemdam nomine Jehu, Nimshi filium, inveneris, ipsum oleo isto ungas in regem Israelis. Abiens ergo Jonas Elishæ discipulus quod ipsi mandatum fuerat fecit, quod cum sociis suis **217-219** retulisset Jehu, ipsis congregatis ad urbem Jezraelem, Joramum Israelis regem quæsitum profectus est. Cumque obviam ipsi procederent, Joram, Israelis, et Achazia Judæ rex, Jehu sagitta

Digitized by Google

regis cor percussit, interfectoque caput abstulit; A fugiente Achazia Judæ rege, quem etiam insecutus Jehu vulneribus confodit : qui tamen ab ipso evadens, urbem Mageddo ingressus, ibi mortuus est.

Mortuus ergo Achazia Judæ rex, a servis suis Hierosolyma translatus, in civitate David sepultus est; imperavitque Judæ Hierosolymis Achaziæ mater, nomine Athalia, annis septem. Scripsit autem Jehu ad optimates Samariæ : Si mihi obsequentes fueritis, præficite vobis e filiis Ahabi, regis Israelis, regem. Rescribentibus ipsis : Non est nobis præter te rex, scripsit : Omnes ergo filios Ahabi, regis Israelis, e medio tollite. Fuerunt autem Ahabi filii et nepotes viri septuaginta, quorum interfectorum capita ad Jehu miserunt. Profectus ergo Jehu Samariam, neminem ex Ahabi stirpe B reliquum fecit, quem non interficeret. Occurrens autem in via viris quadraginta duobus, quinam essent interrogavit, dicentesque : Nos Achaziæ regis Judæ fratres, jugulavit. Baelis autem idoli templum in Samaria diruit, sacerdotesque ac principes neci dedit; regnavitque in Israelitas annos viginti octo. **220** Egressamque Ahabi uxorem Izebelem, quæ se in Jehu occursum ornaverat, interfecit, quam, cum diebus aliquot projecta jacuisset, comederunt canes. Deinde corporis ejus reliquias sepeliri jussit. Porro Athalia, cum post filium in Judam Hierosolymis regnaret, filii sui Achaziæ liberos interfecit, familiam Davidicam quærens ut ipsos e medio tolleret, quod ipsa genus C ducens ab Achabo Israelis rege, totam stirpem Davidicam exstinctam cuperet. Erat autem ipsi filia; Achaziæ soror, nomine Jehoshuba, Jehoiadæ principis sacerdotum uxor, quæ subreptum a matre ipsius filium Achaziæ cui nomen Joash, septem annis apud se abscondit. Prophetarunt sub ipsa Elisha et Obadia. Athalia autem Hierosolyma scortatione inquinavit. Jussit enim feminas publice absque metu scortari, necnon viros stuprum cum feminis nemine increpante committere. Ubi autem adolevisset Joash Achaziæ filius, Jehoiada sacerdos convocatis Judæ principibus ad illos Joashum ipsum Achaziæ filium produxit, quem illi regem sibi constituerunt. Quo audito, Athalia, scissis vestibus ad ipsum conspiciendum egressa, D gladio interempta est. Regnavit ergo Joash Achaziæ filius Hierosolymis in Judam quadraginta annos; regno autem præfectus est annos natus septem; idque anno regni Jehu regis Israelis septimo. Matri Joashi nomen **221-223** erat Sebia Birsebaitis. Ejus tempore prophetarunt Elisha, Uria, et Zacharia Jehoiadæ sacerdotis filius. Neque destitit bene se in Juda gerere, donec moreretur Jehoiada sacerdos, qui annorum centum erat et triginta. Cepit deinde Joash rex sibi idola quæ coleret, quod cum facere ipsum vetaret Zacharia propheta Jehoiadæ filius, jubente ipso lapidatus interiit. Hoc scilicet præmium retribuit Joash Jehoiadæ sacerdoti; regnum ipsius ope adeptus, filium ejus Zachariam interfecit. Egressus autem contra ipsum Hazael, Syriæ rex, urbem Gat ei abstulit, ipso apud illam devicto; deinde Hierosolyma ascendere in animo habuit. Magnopere igitur ab ipso metuens Joash omnes thesauros qui in templo fuere, quos reposuerant patres ipsius Joshaphat, Joram et Achazia, quosque ipse contulerat, acceptos, ad Hazaelem, Syriæ regem, misit, qui ab ipso reversus est.

Mortuus autem Jehu Israelis rex Samariæ sepultus est, regnante post ipsum filio ipsius Achazo Samariæ annos septemdecim, idque anno regni Joashi Judæ regis vicesimo tertio. Hic idola sibi accepta coluit. Prævalentes autem Israeli Hazael Syriæ rex, et Hadad Hazaeliis filius, viros Israeliticos bello absumpserunt, adeo ut non essent reliqui Achazo Israelis regi in bello præter pedites decies mille, et **224** equites quinquaginta. Porro, mortuus est Elisha propheta. Mortuus etiam Hazael, Syriæ rex, cui in regno successit filius ipsius Hadad. Reversus deinde Achaz Israelis rex Hadado Hasaelis filio rege Syriæ devicto, urbes, quibus captis imperaverat pater ipsius, illi abstulit. Mortuus deinde Ahaz, Israelis rex, Samariæ sepultus est, regnante post ipsum in Israelem Samariæ annos sexdecim filio ipsius Joash : idque regni Joashi regis Judæ tricesimo nono. Ille pejus se gessit patre suo, atque idola coluit. Joashum autem Judæ regem adorti servi ipsius interfecerunt, quo in civitate Davidis sepulto imperavit, Judæ Hierosolymis annos viginti novem filius ipsius Amasia. Idque anno regni Joashi regis Israelis secundo. Hic captos servos qui patrem ipsius interfecerant jugulavit. Sub eo prophetavit Amos propheta Davidicus. Ascendente autem Joasho Israelis rege Hierosolyma, Amasia Judæ rex metu ejus Beitshemsum fugiens, urbem vacuam reliquit. Diruit ergo Joash e muro urbis Hierosolymitanæ cubitos quadringentos, acceptumque auri, argenti et gemmarum quidquid in templo, necnon quidquid auri atque argenti in palatio regis Amasiæ fuit, Samariam asportavit. Mortuo deinde Joasho Israelis rege, atque Samariæ sepulto, post ipsum Samariæ **225-227** in Israelem regnavit annos quadraginta unum filius ipsius Jeroboam, idque anno regni Amaziæ regis Judæ decimo quinto. Mortuo Joash Israelis rege, Amazia Judæ rex a Beitshemes Hierosolyma reversus est. Post aliquod autem temporis spatium Jeroboamus Israelis rex collectis copiis suis Hierosolyma ascendit; a quo cum Amazia Judæ rex, ad urbem Lachisch fugisset, mittens ille post eum Lachishum, ibi ipsum interfecit; qui Hierosolyma a servis suis reportatus in civitate Davidis sepultus est. Regnavit post ipsum in Judam Hierosolymis annos quinquaginta duo, filius ipsius Uzzia, annos sexdecim natus, idque anno regni Jeroboami regis Israel decimo quinto. Ejus tempore prophetarunt Amos, ejusque filius Isaiah e familia David, Joshua Jehadi, filius Rubenita, Jonas Mataliæ filius e Gathhaphar.

Digitized by Google

regis Musal rumore, aliisque alios cædentibus egressus Ezekias, rex Judæ, interfecit ex ipsis virorum centies octogies quinquies mille. Sennacheribum vero regem Musal, cum fugisset Nineven, filii ejus duo, quorum alteri nomen Anzar Malach, alteri Sareser, in ipsum irruentes, gladio interfecerunt; deinde in terram Korda, quæ est terra Al-Musal, fugerunt. Iste Ezekia rex, ille erat cujus vitæ addidit Dominus annos quindecim, quod, scilicet, propinqua morte cum nullus ipsi filius esset, conversa parietem facie amare fleret coram Domino. Misertus ergo ipsius Dominus clementissimus, misso ad ipsum angelo, notum ipsi fecit se quindecim annos vitæ ipsius adjecisse. Natus est ergo ipsi filius quem Manassem appellavit. Porro, dicitur illum qui ipsi a Deo dixerit: Addidit Deus vitæ tuæ quindecim annos, fuisse Isaiam prophetam; atque hoc verum est. Regnavit autem in Musal Filius Sennacheribi nomine Asarhaddon. Tempore autem Ezekiæ regis Judæ, imperavit Romanis rex nomine Romæus, qui urbem condens; ipsi Romam, appellatione a nomine suo desumpta, nomen imposuit; ab eodem etiam denominati sunt **237-239** Romani: ab eo usque tempore urbs Roma regni [caput] fuit. Regnavit autem Romæus annos triginta octo.

Mortuus autem Ezekia Judæ rex in domo Davidis sepultus est. Post ipsum Hierosolymis in Judam regnavit filius ipsius Manasse annos quinquaginta quinque, annos natus duodecim; qui tertio regni sui anno idola confecit, ad quorum cultum Israelitas adegit, ob quod cum ab Isaia propheta increpatus esset, ipsum interfectum serraque medium inter duos asseres dissectum igne combussit. Fertur autem Isaiæ, cum ante mortem sitiens Dominum invocasset, apertum fuisse fontem e quo bibit; estque ille fons Silwan, cujus nominis interpretatio est, Missa. Fertur etiam cum postea gentes Hierosolyma incolerent, exsiccatum esse fontem illum; at cum Israelitæ, aqua fluxisse. Coluerunt autem Israelitæ idola annis quinquaginta quatuor. Deinde Babelis rex captum Manassen Judæ regem vituli ærei, cui ignem supposuit, alvo inclusit. Oranti igitur Manasse Judæ regi dum in simulacri alvo exsisteret, et ob ea quæ fecerat pœnitentiam agenti precesque ad Dominum fundenti, cum peccatum ille remisisset, et ipsius misertus esset, diruptum est simulacrum, ita ut exiret; misitque Dominus ipsi angelum qui sublatum Hierosolyma reportavit. Mortuus autem Manasse in horto **240** Uzzæ sepultus est; regnavitque post ipsum biennio filius ipsius Amon; annos natus viginti duos, qui in colendis idolis patrem suum imitatus est. Illum autem adorti servi ipsius domi suæ morte affectum cum patre suo in Uzzæ horto sepelierunt; regnante post ipsum Hierosolymis in Judam, annos triginta unum filio ipsius Josia, octenni. Ille autem anno regni sui secundo idola confracta, omniaque idolorum templa in Samaria, quæ exstruxerant Israelis reges, diruta

A igne combussit; occisis insuper et igne crematis idolorum sacerdotibus, nec non ossa mortuorum qui idola coluerant collecta flammis tradidit. Porro anno regni sui decimo octavo Pascha celebravit quale nemo unquam celebraverat a tempore Josue filii Nun. Sacerdos tunc erat Hilkia Jeremiæ prophetæ pater; qui, reperto in templo libro legis, cum illum legisset, Pascha juxta quod in illo [scriptum] erat, instituit. Sub ipso prophetarunt Chalda uxor Salum custodis vestium templi, Jeremias et Sophonias prophetæ: Jeremias autem acceptam arcam in media petra abscondit: fuit etiam ibi pseudopropheta quidam nomine Hanania. Tempore Josiæ regis Judæ ascendens Pharaoh Nabu (quod est Claudus) Ægypti rex, contra regem B Musal, illum bello lacessitum superatumque in fugam dedit, donec Euphratem perveniret: cumque rediret **241-243** obviam ipsi profectus est Josia rex Judæ multis cum muneribus, at ipse visum eum interfecit, quem ergo reportatum a Megiddo (quæ Menbai est) Hierosolyma, ibi ipsum sepelierunt servi ipsius, annos natum triginta novem. Post ipsum Hierosolymis in Judam regnavit tribus mensibus filius ipsius Jochaz, annos natus viginti tres. Ascendens autem Pharaoh Nabu Hierosolyma Jochazum Judæ regem captum et vinctum una cum Judæorum multitudine Ægyptum deportavit. Imposuit etiam Pharaoh Nabu omnibus qui Hierosolymis erant tributum, quod ipsis sibi quotannis offerendum injunxit, auri talenta centum, C et argenti totidem. Deinde in Ægyptum reversus est.

Mortuo autem Jochazo Judæ rege in Ægypto, regnavit post ipsum Hierosolymis in Judam undecim annos Eliakim Josiæ filius (qui et Joakim dictus est) annos natus viginti quinque. Ejus tempore prophetarunt Jeremias propheta, Uria Semaiæ filius ex oppido Aanab, et Buzi Ezekielis pater. Portavit autem Joakim Judæ rex, quotannis ad Pharaonem Nabu Ægypti regem, pro se et pro regione sua, in tributum centum auri ac totidem argenti talenta. Anno autem quarto regni Joakimi regis Judæ imperavit Bochtanasser Babeli, cui, et sub ipso, Hierosolyma ascendenti obviam factus Joakim Judæ rex, ipsi instar servi factus **244** est D ad triennium. Reversus est ergo Bochtanasser Babelem mittente ad ipsum quotannis Joakimo eam quam ad Pharaonem Nabu mittere solebat, auri atque argenti summam; imperium enim tenuit Bochtanasser a Babele usque ad urbem Raphak. Postea pactum irritum reddens Joakim nihil ad ipsum misit. Mortuus autem Joakim, rex Judæ, in ædibus Davidis sepultus est. Regnavitque post ipsum filius ipsius Joachim, qui et Abia dictus est, Hierosolymis, tribus mensibus, annos natus octodecim; qui cum tributum non mitteret, accedens Bochtanasser cum exercitu suo Hierosolyma obsedit; ad quem egresso Joachimo Judæ rege, una cum matre, servisque, et Israelitarum principibus, urbem ei aperuerunt; quam ingressus Bochtanasser

Digitized by Google

quidquid in templo erat vasorum, auri, argenti, et gemmarum, nec non quidquid in arce regia fuit gemmarum, auri, et argenti, Babelem asportavit; Joakimum insuper Judæ regem vinctum, una cum comitibus ipsius septies mille secum Babelem traduxit, nec non Israelitarum quotquot viribus pollerent. Inter captivos erant Daniel adhuc puer, et tres pueri, Hananiah, Azaria et Misael, qui in fornacem ignis conjecti sunt. Neque in urbe relictus est vel unus quis, infirmis et pauperibus exceptis. Præfecit autem Bochtanasser Hierosolymis, Joakimi regis Judæ fratrem, **245-247** Josiæ filium, nomine Mataniam, quem Zedekiam appellavit Joakimi regis Judæ patruum; qui undecim annis Hierosolymis regnavit, annos natus viginti et unum. Ejus tempore prophetarunt Jeremias, Habacuc, et Buzi. Porro anno nono detinuit Zedekia Judæ rex, aurum atque argentum quod ad Bochtanasserum mittere solitus fuerat: quare iratus Bochtanasser ducem e suis quemdam, nomine Nabuzaradanum, spiculatorum principem, Hierosolyma misit, qui cum urbem triennio obsideret, maxima hominum pars fame absumpta est. Zedekia autem, Judæ rex, fuga noctu contendit ad speluncam quam paraverat, Speluncam Canum appellatam: quod cum animadvertisset Nabuzaradan, illum Jerechunti assecutus, apprehensum ad Bochtanasserum, Antiochiam misit: quem prehensum oculis privavit Bochtanasser, filiis ipsius gladio jugulatis: interfecitque Nabuzaradan magnam Judæorum multitudinem, templumque dirutum incendit, ut et urbem Hierosolyma vastatam incendit, et quidquid in templo fuit, auri, argenti et æris, Babelem asportavit, Judæorum autem cum alii Ægyptum, alii in deserta et valles fugissent, quotquot reliqui erant, ille Babelem captivos abduxit, adeo ut desolata manerent Hierosolyma, nemine ipsa incolente. Habacuc autem propheta in terram **248** Ismaelitarum fuga se recepit, deinde in Ægyptum descendit. Jeremia propheta Ægyptum fugit, idque anno regni Bochtanasseris, decimo nono.

Porro ad captivitatem Babylonicam et destructionem templi, a regno Davidis, anni sunt quadringenti septuaginta septem. Ab exitu Israelitarum ex Ægypto, mille octoginta tres. Ab Abrahamo, mille quingenti nonaginta. A Phaleko, bis mille centum triginta et unus. A diluvio bis mille sexcenti sexaginta duo. Ab Adamo, quater mille nongenti et octodecim. Porro, Bochtanasser anno regni sui decimo octavo, eo nempe qui destructionem templi proxime antecessit statuam ex auro conflavit cubitos altam sexaginta, latam sex; quam cum in medio urbis Babel statuisset, omnes imperio suo subditos ipsam adorare jussit: quod si quis facere recusaret in fornace ignis comburendus erat. Selegerat autem sibi Bochtanasser ex Israelitis pueros tres, quorum unum appellavit Sidrach, alterum Misach, tertium Abd-Nagu. Tres pueri isti cum idolum non adorarent, jussu ipsius in

A fornacem ignis conjecti sunt. Misit vero Deus ad ipsos e cœlo angelum qui ignem ita exstinxit, ut frigus ipsis et incolumitas esset: quod videns Bochtanasser ipsos e fornace eduxit, cumque eos scrutatus nullum ignis vestigium, nec in ipsis nec in vestibus ipsorum deprehendisset, valde miratus, metuque perculsus **249-251** ipsos honore affectos, et gradu sublimi collocatos principes in palatio suo constituit. Porro anno post excidium Hierosolymorum quarto, cum vidisset Bochtanasser insomnia, congregatis onirocritis et astrologis dixit: Visiones quas vidi una cum ipsarum interpretationibus mihi narretis: sin minus, capite vos plectam. Responderunt illi: Non est nobis visionum scientia, nisi ipse nobis indices quid

B videris, ut illud tibi explicemus. Iratus ergo Bochtanasser in animo habuit colla ipsis præcidere. Danielem autem prophetam, qui tempore captivitatis adolescens fuit, assumptum sibi Bochtanasser domi suæ educaverat et præfecerat; ille ergo ipsi dixit: Ego tibi in somnium quod vidisti narrabo, ipsumque tibi interpretabor. Vidit siquidem rex imaginem magnam, aspectu terribilem, cui caput ex auro, manus ex argento, venter et femora ex ære, crura e ferro, pedes e testa; vidit deinde rex petram grandem e monte sine alicujus ope excisam, quæ imaginem istam confractam comminuit, adeo ut nullum ipsius vestigium perciperetur; petra autem mons magnus evasit, terramque im-

C plevit: hoc est quod vidit rex. Interpretatio ejus hæc: Tu, o rex, caput es imaginis istius aureum; post te regnaturus rex te inferior, argentum est; post ipsum ipso inferior, æs; **252** post illum eo inferior, ferrum; post quem denique et ipso inferior regnaturus, testa est: at post ipsum regnaturus est rex magnus cujus regnum nunquam desinet: et quemadmodum vidisti petram e monte sine alicujus ope excisam quæ imaginem confregit, terramque implevit, ita erit ille rex iste toti terræ dominetur usque in sæculum. Bochtanasser ergo Danielem veste indutum honore affecit, omnibusque Babelis doctis præfecit, domusque suæ principem constituit; nomine Beltasar ipsi indito. Porro anno captivitatis Babylonicæ quinto post destructa

D Hierosolyma, prophetarunt Babeli ex Israelitis, Ezekiel filius Buzi, loco dicto Carmela; Baruch Neriæ filius, frater ejus Saras, Daniel e prosapia Davidica, Mordechai, Benjamita, Hacai, Zacharia filius Barachiæ, Malachias, Ezra, et Nahum. Fueruntque Ægypto prophetæ Habacuc, Simeonita, et Jeremia. Coluerunt autem Israelitæ in Babele idola, ob quod cum ipsos increparet Ezekiel propheta, in eum irruentes Israelitarum primores morte ipsum multarunt. Porro Bochtanasser anno regni sui vicesimo quinto Ægyptum profectus reges ejus interfecit; imperavitque Ægypto, Syriæ, terræque Judæ, Romæorum, Græcorum, Persiæ, Babelis et Al-Musal. Totum regni ejus spatium annorum erat quadraginta quinque, quorum novemdecim exci-

Digitized by Google

dium **253-255** Hierosolymorum et captivitatem Israelitarum antecesserunt; viginti sex secuti sunt.

Mortuo Bochtanassero rege, post ipsum regnavit filius ipsius Evil-Mardoch annos viginti tres. Hic Joachim, Israelitarum regem, e carcere eductum, veste induit, beneque tractavit, nec non Israelitas quotquot in carcere erant dimisit. Jeremia autem propheta in Ægypto lapidatione e medio sublatus est, lapidibus petitus usque dum moreretur, [ibique] sepultus. Ferunt Alexandrum cum Ægyptum ingressus esset, Jeremiæ prophetæ corpus Alexandriam translatum ibi sepeliisse. Mortuo Evil Marducho post ipsum triennio regnavit filius ipsius Beltasar, deinde interfectus est. Quippe, cum instructo convivio una cum comitibus suis ederet ac biberet, B ebrius jam factus afferri jussit vasa templi aurea et argentea quæ Hierosolymis abduxisset avus ipsius Bochtanasser, in quibus cum bibisset et sociis suis bibendum præbuisset, interea dum in loco suo dormiret, vidit ecce volam manus in pariete, cujus digiti [aliquid] scriberent. Magno igitur metu consternatus omnes Babyloniorum doctos convocavit ut scripturam istam legerent atque interpretarentur. Quod cum illi facere non possent, dixerunt regi: Est hic ex Israelitis quidam, nomine Daniel, quem ad honorem evexit, et magni fecit avus tuus Bochtanasser; ille **256** tibi scripturam hanc et leget et interpretabitur. Accersivit ergo rex Danielem, qui illud quod scriptum fuit ipsi legit. Erat autem, *Mani, Thecel, Pharas.* Dixit ergo; C Interpretatio Mani, est, Deus regnum tuum perfecit et ad magnitudinem perduxit. Interpretatio Thecel, regnum ubi perfectum fuerit, deficere. Interpretatio Pharas, regnum tuum Medis et Persis distributum iri. Rex ergo Danielem veste et torque aureo induit. Ista autem nocte interfectus est rex Beltasar, Regnumque post ipsum occupavit Darius Asriri filius, Medus, e Madanensium sc. stirpe, anno uno. Hic autem assumptum Danielem exercitui suo præfecit, quam ob causam invidia erga ipsum commoti, duces ejus, ipsum apud regem incusarunt dicentes: Danieli in animo est in regem rebellare atque ipsum interficere. Conjecit ergo rex Danielem in lacum leonibus truculentis plenum. Deinde pœnitentia motus est. D Die ergo crastino e lacu extractus est Daniel a feris intactus. Metuens ergo rex duces istos qui Danielem accusassent in speluncam conjecit, quos devorarunt feræ. Danielem autem præfecturæ exercitus et dynastiæ restituit.

Ubi autem periisset Darius Persarum rex, primus qui Persis imperavit, fuit Cyrus Persa, qui etiam Danielem exercitui suo præfecit. Fuit autem Babeli idolum æreum ingens cui nomen Bel, cujus dimensum **257-259** quotidianum erat duodecim modii similæ puræ, oves quadraginta, et vini sextarii sex, quod cum quotidie adequitans rex adoraret, vetuit eum hoc facere Daniel, dicens: Qui inserviunt idolo, ipsi ejus dimensum comedunt. Cum ergo rex convocatis famulis istis minatus es-A set, rem illi confessi sunt; quare et idolum confregit, et famulos morte affecit. Fuit etiam Babeli draco prægrandis, quem cum Babelis incolæ colerent, Daniel regi: Si mihi in ipsum potestatem concesseris, ego ipsum interficiam. Acceptis ergo adipe, pice et pilis, iisque subactis cum draconem cibasset ipse illico mortuus est. Viso ergo quid fecisset Daniel invidia erga eum moti Babylonii, ipsum apud regem deferebant, dicentes: Daniel cædem tuam molitur. Iratus ergo rex ipsum in speluncam feris noxiis plenam conjecit, ubi sex diebus substitit; feris istis dimensum singulis diebus erat boves bini, cum ovibus binis: at sex istis diebus nihil omnino carnis conjectum fuit. Habacuc autem prophetam qui in terra Judæ, loco B quodam dicto Tekoa, fuit, dum lentes coqueret, et panem intritum paropsidi inderet, quo messores cibaret, e cœlo inclamavit angelus: Heus Habacuc, illud quod apud te est, ad Danielem, Babelem, feras; ille siquidem jam sex diebus, quibus in spelunca ferarum fuit, nihil comedit. Habacucum ergo prophetam **260** capillo capitis prehensum, una cum cibo qui in manibus ejus fuit, Babelem portavit, et super lacum in quo erat Daniel posuit; qui ergo ipsum inclamans dixit: O Daniel, me Habacucum misit ad te Dominus cum cibo quo vescaris. Ascendens ergo Daniel e lacu comedit, Deumque celebravit, ac rursum in lacum descendit. Habacucum autem sublatum in terram Judæ repor-C tavit angelus. Deinde rex pœnitentia motus ob illud quod Danieli fecerat, ipsum e specu a feris intactum eduxit; quod miratus rex ipsum præfecturæ exercitus restituit. Cyrus autem Persa, cum triennio regnasset, mortuus est, regnante post ipsum Achashavirosho annos duodecim. Post quem filius ipsius Cyrus, cognominatus Darius, annos triginta imperavit. Cujus regni anno primo mox diem obiit Daniel propheta. Anno autem regni sui secundo Israelitas Hierosolyma redire, urbemque ac templum ædificare jussit. Cujus causa fuit quod Cyrus Persa, Israelitidem quamdam nomine Malchat, Zerobabelis sororem, uxorem ducens, ipsam Persarum more reginam constituerit. Quæ cum ipsam amaret Cyrus, petiit ab illo ut Zorobabelis D fratris sui gratia Israelitas Hierosolyma remitteret. Jussit ergo Cyrus Zorobabelem Hierosolymis imperare. Sub ipso prophetarunt Aggæus, et Zacharias. Porro fuit Cyro œconomus **261-263** ex Israelitis nomine Nahthania, Hajaliæ filius, qui et captivitatis princeps fuit. Ille templi struendi curam suscepit, quocum una fuerunt Ezra Seraiæ filius sacerdos, et Israelitarum multitudo.

Jam a captivitate Babylonica ad templum conditum anni fuerunt septuaginta. Annis autem quatuor perfecta est structura; structuræ ejus præfuit Zerobabel filius Salatielis, filii Achiæ, qui cognominatus est Joachim, Judæ regis, quem captivum abductum in carcerem conjecit Bochtanasser. Regnavit autem Zorobabel Hierosolymis in Israelitas.

Digitized by Google

A Porro uno post urbem conditam anno diem obiit Ezra sacerdos, qui, ante Josuæ filii Josadaci sacerdotis adventum, sacerdotis munus obiit : qui cum Judæos in multis circa legem errasse offendisset, librum legis ipsis descripsit, eum nempe qui hodie in manibus ipsorum est. Resque ad legem ipsorum spectantes ipsis renovavit, et jura docuit. Mortuo Cyro Dario, Babelis rege, post ipsum imperavit filius ipsius Kamysus annos novem : post quem Samardius magus annum unum. Hic magus cognominatus est quod ipsius tempore floruerit Persa quidam nomine Zoradasht, qui magorum religionem condidit ædibus igni dedicatis. Post ipsum regnavit Dara primus, annos viginti. Post illum Artachshast Longimanus **264** cognominatus, B annos viginti quatuor, cujus tempore floruit in Græcorum regione, in urbe Coo, Hippocrates sapiens artis medicæ auctor. Dicit Said Patricii filius, medicus : Hujus rei indicium est quod refert Galenus in sua juramenti et mandati Hippocratis explicatione, scilicet regem Persarum ad Hippocratem misisse, ac magna pecuniæ summa oblata [invitasse] ut ad ipsum accederet ; voto autem ejus non annuisse Hippocratem, neque ipsum adiisse, cum nequaquam ipsi æquo consentaneum videretur Persas qui Græcorum hostes essent sanare. Refert autem Honain Isaaki filius, in sua libri hujus e lingua Græca in Arabicam versione, meminisse Galenum, Hippocratem non adiisse Artachshastum Longimanum appellatum, quod regnante ipso contigisse C feratur Persis morbum dictum Al-Mawarek (vel juxta aliud exemplar, pestem). Misisse ergo ipsum ad urbis Ko præfectum quem rogavit, ut Hippocrati centum auri talenta traderet, ipsumque ad se, honorifice tractatum, adduceret, quo Persas a morbo qui ipsis contigisset, sanaret ; abnuisse autem Hippocratem, cum non æquum judicaret Græcorum hostibus opem ferre, eosque sanare.

Mortuo Artachshashto Longimano, post ipsum imperavit Artachshasht Magnus, annos triginta et unum. Post eum Saadianus annos tres. Post ipsum Dara secundus, **265-267** qui cognominatus est Al-Naceth annos septemdecim. Post eum Artachshasht, e filiis fratris Cyri secundi, annos viginti D duos. Ejus tempore floruerunt in Græcia sapientes et philosophi, Hercules, Malus, Pythagoras, Socrates, Solon legislator, Zenon, et Empedocles. Post ipsum regnavit annos viginti filius ejus Artachshasht, qui cognominatus est Achus. Hic copiis suis collectis Ægyptum petiit, quam rege ipsius devicto occupavit. Rex autem Ægypti (cui nomen Pharao Shanak) devictus, timens ne si in manus Achusi, Persarum regis incideret, male ab ipso multaretur, rasis capite et barba, ac mutatis vestibus Macedoniam urbem profugit. Achus vero Persarum rex Fustati, Ægypti arcem, condidit, quæ hodie Kasrolshamaa audit : in qua et templum magnum exstruxit, igni dedicatum, quod hodie ecclesia Sancti Theodori appellatur. Fuitque Macedoniæ rex Philippus Alexandri pater. Mortuo Achuso Persarum rege, post ipsum regnavit filius ipsius Arses, qui cognominatus est Nacet, annos undecim. Ejus tempore floruerunt in urbe Athenarum et Græcorum regione philosophi sapientes, Plato, Censalon [Xenophon], Democritus, Apollonius, et Socrates. Mortuo Arseso Persarum rege, post ipsum regnavit filius ipsius Darius annos septem, quem interfecit Alexander. Regnum tenuerunt **268** reges isti in Musal, Babylonem, Persiam et Amedum. Causa autem cur interficeret Alexander Darium hæc erat, quod cum mortuo patre Philippo successisset in Macedoniæ regno Alexander annos sexdecim natus, atque Dario Persiæ regi nuntiatum esset Alexandrum post patrem suum Græcis imperare, ille ipsius [subjugandi] cupidus, litteras ad ipsum conscripserit, quarum hoc exemplar est : « Nuntiatum est mihi te injussu meo in Græcos regnum occupasse. Quod si eadem qua pater tuus via incessisses in consilio capiendo, et quod ego te jussissem fecisses, hoc tibi melius fuisset, et prosperitatem tuam diutius continuasses. Verum ad hoc te impulit pueritiæ deceptio pro tua et tuorum ignorantia. Recede ergo ab eo quo jam es [loco,] et pro teipso, et patria tua redemptionis pretium afferens, culpam tuam confitere, atque hoc cito omni mora deposita facias. Sin minus ad te cum Persarum viris profectus, patriam tuam eorum pedibus conculcabo, viros tuos occidam, teque prosperitate tua exuam. Misi interim tibi illud quod si numerare possis, numerare etiam viros et comites meos poteris. Vale. »

Miserat autem ad ipsum per legatum sesamorum excorticatorum modium. Accedens ergo Darii legatus ad Alexandrum, ipsi litteras et sesama obtulit. Alexander igitur congregatis **269-271** comitum suorum præcipuis ac Darii litteris audientibus prælectis, dixit : Si uno animo fueritis ipsum vincetis, sin ab invicem separati, vobis inhiabit. Cui responderunt singuli prout ipsis tunc visum fuerat. Quibus Alexander : Ominatur mihi animus victoriam in Darium (cujus mihi indicium inde est quod comites suos sesamo assimilarit, quod cibus est pinguis, et sine molestia editur), nosque regno ipsius potituros. Dixerunt ipsi socii ipsius : Ita faciat Deus. Respondit ergo Alexander Dario litteris scriptis quarum hoc exemplar est : Ab eo qui a Deo rex constitutus est, Alexandro servo Dei, et Græcorum rege ad Darium præcelsum. Intellexi litteras tuas, et quomodo me ut in mandatum tuum rebellem indigitaveris, et quid mihi comminatus fueris. Videlicet si a gradu meo non recessero, et differam illud afferre quod scripto tuo jussisti me tibi afferre, profecturum te contra me cum viris Persarum. Certe dictat tibi animus tuus quæ non assequetur manus tua, nec apprehendit cogitatio tua. Ego autem ad te revera proficiscar cum leonibus Græcorum, et quomodo se res habeat docebo te ubi obviam tibi factus fuero. Misi interim tibi quo dignoscere possis quanto acriores **272** viris

Digitized by Google

tuis fuerint viri mei. Vale. Misit autem ad ipsum saccum sinapis. Reversus ergo ad ipsum legatus ipsius, quid fecisset Alexander ipsi nuntiavit. Alexander autem, convocatis patriciis ac viris primariis, sic illos allocutus est : O popule, tribus proprietatibus perficiuntur res, videlicet consilio bono, viribus ad idem [exsequendum], deinde hæc utraque in actum intentione sincera perducendo. Quisquis ita comparatus fuerit, idoneus est ad ea quæ cupit assequenda ; si quis ergo vestrum his instructus fuerit, mihi se adjungat, et quicunque secus se habuerit, a me recedat. Responderunt illi : Proprietates istas in rege conjunctas, in nobis discretas posuit Deus, nec cessabit e nobis quispiam ultimum quod penes ipsum fuerit [præstare]. Quod ipsorum responsum cum probasset Alexander, paratis statim copiis ad bellum Dario inferendum profectus est.

Qui cum in Mesopotamia concurrissent, fuit inter ipsos quadraginta dierum spatio bellum. Darius vero quinque confectis fossis in singulis ducem cum duodecim virorum millibus collocaverat, quorum nulli nisi quinto quolibet die pugnandi vices obtigerunt. Suis etiam injunxerat singulis diebus duorum [sibi] Græcorum capita [afferre]. Allata sunt ergo illi quotidie duorum vel unius saltem Græcorum capita. Ob quod magna animi tristitia **273-275** affectus, iraque quanta fieri potuit exæstuans Alexander misit ad Darium qui ipsi diceret : Parum abest ne mutuo consumamur ; visum est autem mihi quod saluti nostræ simul et vestræ consulatur, nimirum ut cum instruendæ sint acies, spatium relinquant nobis comites tui quo ordines tuos ad ditionis tuæ limitem pertranseam, deinde ad patriam meam revertar. Neque enim animus nobis est certamen detrectare ; esset hoc opprobrium quod elui, macula quæ mundari, flagitium cui ignosci, non posset. Respondit Darius : Non visum est nobis ullo modo quod petiisti concedere. Quod cum vidisset Alexander, [homines] ad aliquid contra caput ipsius machinandum incitavit dicens : Heus ! Græci, est hoc imbecillitas, et opis indigentia. Estne e vobis aut e Persis qui aliquid mihi hoc in negotio comminiscatur, quo me a tristitia ista exsolvat, [hac mercede] ut sit ipsi regnorum Persiæ et Græciæ, nec non omnium quæ in gazophylaciis fuerint, dimidium? Quæ Alexandri verba cum audissent Chesnesph et Adarshist Adarbachti filii, qui satellitibus Darii [vel, juxta aliud exemplar, exercitibus] præerant, commissa jam pugna Darium adorti gladiis confoderunt, adeo ut pronus decideret. Persæ autem in fugam conversi sunt magna ipsorum strage edita. Alexander vero ubi ad Darium eo modo se habentem pervenisset, **276** equo descendens Darii caput gremio suo imposuit, abstersaque facie et vulnere alligato, ipsum osculatus et in lacrymas profusus dixit : Laus Deo, qui te interfici noluit a comitum meorum aliquo ; erat hoc, quod videmus, præscientia Dei [determi-

A natum] : pete autem a me quod tibi visum fuerit. Tria tibi a me impetrare licebit, tu unum mihi tantum concedas. Dixit ergo illi Darius : Hoc a te peto, ne familiis apud Persas illustribus satos, et nobiles perdas, sed liberos dimittas ; peto etiam, ne Ignium ædes diruas, earumque æditous bene tractari jubeas ; denique ut me de interfectore meo ulciscaris, ipsumque mihi adjungas : nam si superstes manserit, tuorum etiam beneficiorum immemor erit, ut erga me antea se ingratum præstitit. Promisit ergo Alexander præstiturum se quod petierat. Dixit deinde Alexander : Quod a te vellem est, ut filiam tuam Rushtac mihi in uxorem concedas, illud enim te sciente ac consentiente fieri vellem. Respondit illi Darius : Illam tibi

B in uxorem trado hac conditione, ut post te regnum progeniei tuæ ab ipsa oriundæ relinquas. Quod cum annuisset ipsi Alexander illam uxorem duxit.

Mortuum autem pretiosissimis quæ apud regem erant linteis involvi curavit ; deinde Græcorum Persarumque exercitus, feretrum armatos comitari jubens, ipse etiam cum comitum suorum **277-279** præcipuis idem secutus est donec ipsum terræ mandasset. Dixit ergo Alexander : Etiamsi præstiterim Dario quod vidistis, usquequaque tamen hostis mihi fuit, ac certe magnam rem tentavit qui me hoc negotio expedivit, cui mercedem rependere necesse habeo ; libellum ergo suum mihi porrigat ; sancte enim per Deum juro ipsum exaltatum iri et a me supra omnes socios meos

C evehendum. Statim ergo se illi offerentes Cheshnesph et Adarshist, Adarbachti filii, dixerunt : Nos Darii comites sumus, et qui negotium hoc tibi expedivimus : præsta igitur nobis quod pollicitus es. Jussit ergo ipsos super duabus trabibus sublimibus suspendi ; dixitque : Certe hi duo meriti sunt hoc quod ipsis fieri jussi, ob suam erga dominum suum infidelitatem ac fraudem ; qui enim domino suo fidem non præstiterunt, nec alteri præstabunt. Ego interim quod ipsis pollicitus sum exhibui : ipsos supra omnes socios meos evehendo. Tum in Darii matrem uxorem et filiam donaria ac vestes conferri jussit, ipsasque honore affecit : duces etiam ac viros Persarum primarios, muneribus,

D vestibus, honorariis, rebusque ad victum necessariis donari jubens, ipsos in iisdem quibus erant dignitatum gradibus confirmavit : quare ipsum amore prosecuti sunt, ac consuetudinem cum ipso habuerunt. Invitavit etiam eorum quos libuit ad Indiam **280** invadendam, qui ergo ipsi operam alacres ac læti præstiterunt. Ita in septem climata regno potitus est Alexander.

Jam a captivitate Babylonica ad regnum Alexandri anni sunt ducenti sexaginta tres. A regno Davidis, septingenti quadraginta. Ab exitu Israelitarum ex Ægypto, mille trecenti quadraginta sex. Ab Abrahamo, mille octingenti quinquaginta tres. A Phaleko, bis mille trecenti nonaginta quatuor. A diluvio, bis mille nongenti viginti quinque. Ab

Digitized by Google

A Adamo, quinquies mille centum octoginta unus. Alexandri præceptor fuit Aristoteles philosophus. Fuit etiam Athenis sapiens nomine Diogenes. Devicit ergo Alexander regiones, suberantque ipsi Græcorum reges tredecim, tredecim etiam urbes condidit, quarum aliæ in Occidente, aliæ in Oriente. Bella etiam gessit, ac victorias reportavit quales regum [præter ipsum] nemo. Urbem etiam condidit quam de nomine suo Alexandriam appellavit; ad quam a Macedonia imperium transtulit. Pharum etiam Alexandriæ exstruxit, quam omnibus navigantibus in signum, quo ad Alexandriam dirigerentur, posuit. Postquam autem devictis regibus et subjugato mundo Babelem pervenisset, venenum illi bibendum dederunt, quo mortuus
B est. Cujus causa fuit, quod cum mater ipsius Olympias litteras ad ipsum scripsisset, in quibus illum quem Macedoniæ præfecerat accusaverat, **281-283** iratus Alexander morte illum afficere in animo haberet; quo intellecto vir ille filium suum cum muneribus pulchris mittens, tradidit etiam ipsi venenum mortiferum, jubens aliquo uti commento quo ipsum veneno perimeret. Profectus igitur juvenis, cum quæ secum habuit munera obtulisset, inter reliquos in Alexandri pocillatorem incidit, cui, quod non ita pridem iratus Alexander ipsum percusserat, pectus ira æstuabat; hic ergo proposito ipsius favit: conspirante etiam cum ipsis quodam ex Alexandri familiaribus. Contigit autem
C ut Alexander comitibus suis convivium instrueret, quibus edentibus ac bibentibus, ipse cum familiaribus ac convivis suis consedit, hilaritate ac colloquio indulgens. Cum ergo vino victus esset, venenum illud regis poculo immiscens pocillator, regi porrexit; quo epoto, confestim mortem [ingruentem] sensit; quare accersito scriba suo, ipsi ad matrem suam epistolam dictavit, cujus hoc exemplar: « Ab Alexandro servo Dei, qui heri omnium terræ « finium dominus, hodie ejusdem depositum est, « ad Olympiadem matrem suam benignam, mise« ricordem, qua propius frui non licet. Pax tibi « integra, optima. Viam quam calco ego, ea est « quam calcarunt qui præcesserunt priores. Tu, « cæterique qui mihi superstites sunt, vestigiis **284**
D « [nostris insistitis]. Siquidem illud cui in hoc mundo « similes sumus, est dies hodiernus, qui præceden« tem pellit. Ne autem ob mundum hunc contri« steris, cum suos fallere soleat. Exemplum hujus « rei habes in eo quod tibi notum est de rege Phi« lippo, qui nullo modo obtinere potuit, ut vel te« cum permaneret, vel mihi superstes esset: præ« cinge igitur te patientia, et impatientiam pelle, « teque a turba subducens, jubeas ne ad te ingre« diatur quis, nisi cui infortunium aliquod acci« derit, quo quid sit illud scire poteris, et statum « tuum melius percipias. Tu res tuas age, illud « autem ad quod ego tendo, melius est, ac faci« lius eo quo fui [statu]. Bene autem mihi, tibi« que ipsi facias consolationem et patientiam admit« tendo, ne dominetur tibi tristitia. Scriptæ sunt « ad te litteræ istæ meæ, die hujus mundi ultimo, « futuri primo: hac spe ut tibi ad consolationem « inservituræ sint, gratæque futuræ. Ne autem « contra ac opinor facias, neque spiritum meum « contristes. Vale. »

Tum signari litteras, atque ad matrem suam secreto mitti jussit: ac cum Philemoni consiliario suo, ut mortem suam celaret, et citissime Alexandriam iret, præceperat, diem obiit. Fertur autem Alexandrum, cum Komosum pervenisset, in morbum gravem incidisse, quo continue laboravit, crescente in dies **285-287** ægritudine: narratumque ipsi a matre fuisse astrologos cum primo nasceretur dixisse, Moriturum ipsum in loco cujus cœlum, aurum esset, terra ferrum: ipsum ergo ita se habentem perrexisse usque dum ad Shahrazur perveniret; at inter eundum cum ingravescente morbo descenderet, suppositæ sunt ipsi tabulæ binæ, superimposita lorica ferrea, cui insedit, tegente ipsum quodam clypeo deaurato: quo conspecto ejus quod narraverat ipsi mater, recordatum, accersito qui ipsi a consiliis erat, litteras ad matrem dictasse, ac tum diem obiisse. At ubi ad matrem ipsius pervenissent litteræ, ipsa epulum sibi instituì jussit, ad quod deinde homines convocavit, præficiens portis qui neminem introire sinerent, nisi cui nullum accidisset infortunium. Janitores ergo, omnes qui accederent interrogantes, cum aliquem infortunium aliquod passum fuisse reperissent, introire non sinebant, adeo ut omnes, nemine relicto, redirent. Quod cum vidisset, consolatione admissa patientiam induit, pro comperto habens viam esse hanc [omnibus communem]. Porro Philemon consiliarius Alexandri corpus honoris causa arcæ aureæ imposuit. In alio exemplari legitur ipsum illud melle implevisse, morte ejus celata, exercitus et thesauros Alexandriam deduxisse; eo autem cum pervenisset, mortem ejus notam hominibus **288** fecisse, arca in medium prolata, eaque in pavimento deposita, sapientes jussisse unumquemque Epicedium canere quod amicis solandis, omnibus instituendis, inserviret. Dixit ergo Philemon sapiens: Magnum hic dies exemplum exhibet. Præcessit malum ejus, quod a tergo erat; et retro abiit bonum ejus, quod præcesserat; Quicunque autem eum cujus abiit regnum, deflere velit, defleat. Plato sapiens: Heus! qui per vim [omnia] agebas, collegisti quod te decepit, et a te recessit; ita ut tibi adhæreat reatus ejus, utilitas autem ad alium redierit. Aristoteles sapiens: Abiit a nobis Alexander loquens, reversus est ad nos silens. Naren sapiens: Dic gregi Alexandri, Hic est dies in quo custodit grex pastorem suum. Nilon: An consolabitur nos, ob regem nostrum, nisi qui infortunium passus solatium accepit? Dixit alius: Hæc est via, qua necesse eundum est. Eodem ergo affectu quod duraturum est quærite, quo peritura quæritis. Alius:

Digitized by Google

Sufficit hoc in exemplum : heri fuit aurum Alexandro thesaurus, hodie Alexander in auro reconditus. Alius : Sequetur te qui morte tua gaudet, quemadmodum tu secutus es eum cujus morte gavisus es. Dixit Lotas philosophus : Ne miremini eum, qui cum in vita sua nos non instituerit, nobis tandem se morte sua monitorem præbuit. Dixit Metron sapiens : Heri, heus tu! **289-291** audire potuimus, non autem loqui [coram te], nunc vero num audis quæ loquimur? Dixit Sis sapiens : Hic multos morte affecit ne moreretur, at mortuus est; quomodo non potuit a se mortem morte repellere? Dixit alius : Non ita erudivit nos Alexander sermone suo, ac silentio suo nos erudit. Dixit Demetrius sapiens : Heus tu! cujus ira mors fuit, cur non ipsi morti iratus es? Dixit alius : Timent jam arces tuæ, o rex, et securæ sunt arces te timentium. Dixit alius : Quam caute jam a te abstinent homines, o rex, et quam avide arcæ tuæ inhiant! Dixit alius : Quam veraciter agit mors cum suis, nisi quod illi oculos suos claudant, et aures obturent! Dixit Philokaton sapiens : Quod ad mundum, cujus hoc est ultimum, certe nobis satius fuisset a primo ejus abstinuisse. Dixit alius : Heus! homines, ne defleatis illum qui flere desiit, sed seipsum unusquisque vestrum defleat. Dixit alius : Rogo mihi dicas, qui animum regionum amplitudine latiorem gessisti, quomodo jam pati potes locum tam angustum? Dixit alius : Si non defleatur de morte nisi novitas ejus, certe quotidie mors nova accidit. Dixit alius : Si elatus fuisti, jam humilis es, et si invidendus fueras, jam certe miserandus es. Dixit alius : Quid est? o tu cujus ira formidanda erat, et latus munitum, **292** cur non iratus es, ut a te discederet mors? aut, cur non te protexisti, ut a te impotentiam repelleres? Dixit alius : Sufficit vulgo in exemplum mors regum; et sufficit regibus in commonitionem, mors vulgi. Dixit alius : Non aliud edidit Alexander documentum illustrius, morte sua. Dixit alius : Fuit vox tua terribilis, et regnum tuum præcelsum; jam vero defecit vox tua, et regnum tuum depressum est. Dixit alius : Fuit tibi copia benefaciendi, non autem mihi loquendi; jam vero est mihi copia loquendi, non autem tibi benefaciendi. Dixit alius : Si heri a te non fuit quisquam securus, hodie certe non timet te quisquam. Dixit alius : Heri sollicitus fuit pastor ob gregem, hodie grex ob pastorem suum. Dixit alius : Pervenisti jam ad illum cui debitor eras, ob debitum quod necesse est ut solvas, atque utinam scirem qua patientia uteris in debito quo teneris solvendo? Dixit alius : Si antea ea fuisset tibi gravitas, et temperies quæ hodie est, certe prudens fuisses. Cumque loquendi jam finem fecissent philosophi, surgens Rushtac, Darii regis Persarum filia, Alexandri uxor, quæ omnium Alexandro charissima fuit, manu arcæ imposita dixit : Non putaveram, o rex, cum Darium vinceres, regnum tuum devictum iri. Tum dixit philosophis : Si vestri de Alexandro sermones illudendi **293-295** gratia fuerunt, reliquit poculum quod ebibit, vobiscum, de quo videndum est vobis omnibus quid sentiatis. Sin ad consolationem et luctus signum, parate vos ad respondendum, et argumenta conquirite, siquidem gustaturi estis quod ille degustavit. Sint ergo opera vestra dictis vestris consentanea, neque enim in securitate positi estis. Tum egressa Alexandri mater gena sua arcæ admota dixit : Abunde nos consolati estis. Certe quod timueram Alexandro, jam illi accidit, neque reliquum est illi vel contra illum regnum; valde ergo a mundo abstineatis, et quod a vobis debitum est præstate. Accepi consolationem vestram, ipsumque sepeliri jubeo.

Regnavit autem Alexander annos sedecim : vixit in totum triginta duos. Porro præfecerat Alexander unicuique regioni servum [at juxta aliud exemplar, præfectum], vetans ne ad quem in provincia cui præerat, mitterentur litteræ ab alio qui ipso potestate major esset. Ab omnibus autem ad se dari litteras jubens, nec quem etiam se excepto, regem appellari. Mortuo igitur Alexandro unusquisque provinciam suam occupavit. Et divisum est Barbarorum imperium, Persiæ et Ahwazi regno penes Ashaganidas manente, qui tribuum reges audierunt. In Alexandriam autem et Ægyptum post Alexandrum septem annos regnavit frater ipsius **296** nomine Philippus, qui Ptolomæus Aridæus cognominatus est [vel juxta aliud exemplar, annos quadraginta]. Post ipsum Ptolomæus, cui nomen Alexander, cognomen Galeb-Vzr, annos viginti septem [aliud exemplar viginti unum habet]. Hic anno regni sui vicesimo Hierosolyma mittens, inde septuaginta viros e Judæis Alexandriam adduci curavit, quos sibi legem librosque propheticos e lingua Hebraica in Græcam transferre jussit, ipsorum singulis seorsim ab aliis in domo sibi propria collocatis, ut ita quomodo se habitura esset uniuscujusque interpretatio videret. Cum ergo postquam libros istos transtulissent, interpretationes ipsorum inspexisset, uniusmodi erat versio, nulla prorsus discrepantia. Libros igitur in unum collectos, et annulo suo signatos in templo idoli, Serapidis dicti, reposuit. Erat e septuaginta istorum numero, vir quidam nomine Simeon justus, qui Dominum nostrum Christum e templo suscepit. Hic dum legem et libros prophetarum e lingua Hebraica in Græcam transferret, quotiescunque comma aliquod in quo prophetia esset de Domino Christo interpretaretur, illi corde suo non assentiens, dixerat, Hoc fieri non potest : Deus ergo vitæ terminum ipsi auxit, adeo ut annos trecentos quinquaginta viveret, donec Christum Dominum videret; **297-299** quem ubi vidisset, *Nunc*, inquit, *dimitte, o Domine, servum tuum secundum verbum tuum in pace; jam enim viderunt oculi mei salutem quam parasti coram omnibus gentibus* [*].

Mortuo Ptolemæo Galebvro, regnavit post ipsum

[*] Luc. II, 9 seq.

Digitized by Google

annos viginti novem Ptolomæus cognominatus Lepus. Hic Alexandriæ Hippodromum magnum ad equorum certamen exstruxit, qui tempore Zenonis regis igne periit. Post illum annos viginti sex regnavit filius ipsius, Philadelphus cognominatus. Deinde annos viginti quinque Ptolomæus, cognominatus Evergetes. Et post ipsum annos septemdecim Ptolomæus cognominatus Philopator. Deinde annos viginti quatuor Ptolomæus cognominatus Illustris. Post illum annos viginti Ptolomæus Philometor. Ejus tempore Antiochus, Græcorum rex, devictis Syria et Judæa, Judæos e Syria expulit, omniaque illis mala, et cruciatuum genera intulit. Post illum regnavit frater ipsius Ptolomæus, Evergetes etiam dictus, annos viginti tres. Eo regnante condidit Antiochus, Græcorum rex, Antiochiam, cui de nomine suo appellationem indidit qua vocata est. Post ipsum regnavit Ptolomæus, Liberator dictus, annos viginti, cujus tempore exstructa est urbs Seleucia. Deinde Ptolomæus, cui etiam cognomen Liberator, annos quindecim. Deinde Ptolomæus nomine Alexander, cognomine Jasphis Philopator, annos decem [vel juxta aliud exemplar, duodecim]. Deinde Ptolomæus **300** cognominatus Phosas, octodecim dies [vel secundum aliud exemplar, octo annos]. Post ipsum Ptolomæus Dionysius annos viginti novem. Post quem filia ipsius Cleopatra (cujus nominis significatus est *petram deflens*), annos viginti duos. Hæc Alexandriæ multa exstruxit ædificia magna, et miranda; fecitque opera tessellata. Exstruxit etiam templum magnum, quod Saturni templum appellavit, quod sub Christianismo in ecclesiam conversum, Sancti Michaelis ecclesiam nominarunt; quæ eadem Alkaisariah appellata est, ac igne periit quo tempore ingressi sunt Occidentales Alexandriam cum domino nostro Almansore Abikalem, qui Abdallah audit, et Habbasa Chalifa tunc Al Moktadaro Jaafaro, et servo ejus Tacino Ægypti, et Alexandriæ præfecto. Exstruxit eadem in urbe Achmim columnam mensoriam, qua Nili incrementum percipitur: nec non in urbe Ansena aliam. Porro anno regni ejus quarto urbi Romæ imperavit rex nomine Caius Cæsar annos quatuor. Deinde post ipsum Augustus Cæsar monarchi filius, idque anno regni Cleopatræ undecimo. Hic devictis regibus orbi imperavit, cujus fama cum ad Cleopatram pervenisset, illa ab ipso metuens regnum suum munivit, exstructo scilicet a parte orientali ad Nili ripam, muro a Nubia regione **301-303** Pharmam usque, nec non alio a Nubia, Alexandriam usque a parte occidentali: qui hodie Hayet Ol Ajuz, *Murus vetulæ* appellatur.

Cleopatra autem Alexandriæ habitavit, fuitque ipsi in Ægyptum deputatus nomine Antonius. Porro Augustus audita ejus fama, ipsi inhiavit. Nuntiatum est autem Augusto Judæos in urbe Hierosolymorum obsequium ipsi non præstare. Ablatum autem jam fuerat regnum Judæo-

A rum a familia Davidica, ex quo captivi abducti sunt a Bochtanassero. Neque enim in hunc usque diem præficiunt sibi Judæi regem nisi e Davidis stirpe. Sacerdos vero fuit stirpe Davidica oriundus, nomine Aristobulus, qui regio more Judæos rexit. Misit ergo Augustus ducem e suis quemdam nomine Pætum qui Hierosolyma obsessa cum cepisset, Aristobulum Judæorum sacerdotem, compedibus vinctum, cum multis e sociis ipsius Romam misit, tributoque Judæis imposito ab illis discessit. Magna vero miseria Judæos invasit. Sacerdos autem Aristobuli loco factus est frater ipsius, cui nomen Arkan. Arkano isti cum viro quodam nomine Antipatro, Askalonita, intercessit amicitia, qui idolii cujusdam ædituus fuit, idemque

B Herodis pater, genus e Cypro ducens. Constituit autem Arkan sacerdos Herodem viarum præfectum contra latrones, cum vir ingenii ferocis esset. Invadentes **304** autem Hierosolyma quidam ex Al Gauri incolis Arkanum sacerdotem captivum abduxerunt, Antipatro, Herodis patre, interfecto: itaque relicta est urbs sine præfecto aut principe. Herodes ergo Romanos qui Hierosolymis substiterunt demulcens multaque ipsis collata pecunia, urbi ut princeps præfuit. Auditoque Augustum Ægyptum tendere quæsitum Cleopatram, Ramlæ ipsi obviam factus, multis ipsi muneribus oblatis, ipsius sibi amicitiam conciliavit. Augustus vero cum Ægyptum pervenisset, cæso Antonio, Cleopatræ

C deputato, Alexandriam ipsam quæsitum tetendit, quo captam ignominiæ exponeret Romanis ostensam. Cleopatra ergo audito cæsum esse ab Augusto Cæsare deputatum suum Antonium, et captam Ægyptum, ne ludibrio haberetur timens, mortem prætulit; et ne in manus ipsius incidens, ignominiæ exponeretur, necem sibi conscivit; hoc nempe pacto: duas ancillas, quarum alteri nomen Abra, quæ ipsam pectere et ornare, alteri Matra, quæ ipsi ungues præcidere ac vestes induere solebat, accersitas, jussit in hortum quemdam profectas viperam quæ aspis appellatur, sibi afferre: quam inde allatam cum in ipsis primum experta fuisset, illæ confestim mortuæ sunt. Videns ergo serpentem mortem subitam inferre, coronam

D suam prehensam **305-307** capiti imponens, seque mundo suo universo ornans, auro scilicet, argento, unionibus, hyacinthis ac smaragdis, ac deinde vestes regales induta, acceptam viperam mamillæ sinistræ (scilicet regione illa situm esse cor noverat) admovit, statimque mortua est. Visa illa Augustus tum ipsam tum factum ipsius miratus est, quod mortem servituti et ignominiæ prætulisset. Ferunt autem Augustum Cæsarem regem ingressum offendisse ipsam coronam suam manu sinistra, ne de capite decideret, tenentem, quo ipsam in regno suo sedentem inveniret. Ferunt alii ipsam, cum mortem sibi consciscere vellet, brachio suo cultro prius inciso adeo ut egrederetur sanguis, virus deinde, quod penes ipsam esset,

Digitized by Google

viperarum, vulneri injecisse, quo statim mortua est.

Anno autem imperii Augusti Cæsaris duodecimo abolitum est Cleopatræ regnum. Porro a regno Alexandri ad finem regni Cleopatræ anni sunt ducenti octoginta novem. Redeunti deinde ex Ægypto Romam Augusto Cæsari, rursum obviam Ramlæ factus Herodes, multa obtulit donaria; quare, ipsum Judææ universæ cum ipsius ditionibus et regione Galilææ montanæ præficiens, Augustus capiti ipsius diadema regium imposuit. At cum Hierosolyma rex jam factus reversus esset, noluerunt Judæi ipsum in eos regnare. Ille ergo tyrannidem in ipsos exercens, multos eorum **308** morte affecit. Dirutis etiam urbis propugnaculo ac templo, libros Judæorum, quos restituerat ipsis Ezra, de tribuum genealogiis ipsorumque prosapia, ablatos, omnes combussit, ne quis ex ipsis cujusnam esset tribus, aut quo patre satus dignosceret : omnia etiam sacerdotii instrumenta ablata vendidit, vestesque sacerdotum annulo suo signavit; quin et ipsum sacerdotium venale habuit, adeo ut cum ipsorum quis sacerdotem se fieri vellet, non nisi magna pecuniæ summa prius accepta munus illud in ipsum conferret : pessimeque ac inique se in regno suo gessit.

Porro anno imperii Augusti Cæsaris quadragesimo prodiit ab ipso edictum ut omnium regno ipsius per totum orbem [subditorum] describerentur nomina, virorum (inquam) cum uxoribus suis (quales olim census condebantur), ut eorum numerum recenseret. Misit ergo cum scribis ducem e suis quemdam nomine Cyrenium, quem Syriæ ac Judææ præfecit. Anno autem imperii ipsius quadragesimo primo allatum est Dominæ Mariæ Virgini puræ illibatæ nuntium de Domino Messia: annoque imperii Augusti Cæsaris quadragesimo secundo, et regni Herodis, Antipatri filii, in Syriam tricesimo tertio [vel juxta aliud exemplar, in terram Israeliticam], natus est Dominus noster Christus die Canun primi vicesimo **309-311** quinto, Cabaci vicesimo nono. Ad Christum autem natum a fine regni Cleopatræ anni sunt triginta. A regno Alexandri trecenti undeviginti. A tempore quo Israelitæ per Bochtanasserem captivi Babelem abducti sunt, quingenti octoginta duo. A regno Davidis, mille quinquaginta novem. Ab exitu Israelitarum ex Egypto mille sexcenti sexaginta quinque. Ab Abrahamo bis mille centum septuaginta duo. A Phaleko bis mille septingenti tredecim. A diluvio ter mille ducenti quadraginta quatuor. Ab Adamo quinquies mille quingenti.

Porro anno imperii Augusti Cæsaris quadragesimo quarto, Herodis, filii Antipatri, tricesimo quinto, venientes tres Magi ab Oriente in Judæam, quæsiverunt ubi natus esset Rex iste magnus. Metu ergo perculso Herode, ac tota Judæorum regione ob eorum verba perturbata, accersitos Magos ro-

A gavit Herodes, de eo quod narraverant : qui ipsi responderunt : Stellam magnam in Oriente conspeximus quæ indicavit nobis natum esse Regem magnum, quem adoratum venimus; neque desiit stella nobis præire, ac se viæ ducem præbere, donec, ubi ad hunc locum pervenimus, se nobis subduxerit. Rogavit ergo Herodes Judæos dicens : Ubi nasci debet Christus? qui ipsi dixerunt : In Bethlehem Judææ. Tum Herodes, clam vocatis Magis, exquisivit ab ipsis quo **312** temporis spatio apparuisset illis stella; respondentibus illis, A biennio nobis in Oriente apparuit; dixit ipsis, Profecti quærite Regem hunc recens natum, quem inventum ubi adoraveritis, reversi mihi indicate, ut et ipse profectus eum adorem. Egressis ergo

B ab Herode Magis apparens stella ipsis Bethlehemum præivit, usque ad locum in quo fuit Dominus noster Christus una cum Domina nostra Maria ipsius matre. Adorarunt igitur ipsum ac munera ipsi obtulerunt, aurum, myrrham et thus. Præceptum autem est ipsis in somno, ut in patriam suam per aliam viam regressi ad Herodem non reverterentur. Porro ex quo apparuit Magis stella usquedum adorato Domino nostro Christo in patriam suam reversi sunt, fluxit biennium. Josephus autem Mariæ sponsus admonitus in somno fuit, ut acceptis puerulo et matre ipsius, cum ipsis in Ægyptum fugeret : quod et fecit Josephus. Tardantibus autem Magis, Herodes, ubi se

C ab illis illusum sensit, ira valde excandescens omnes in Bethlehemo pueros a bimulis et inferioribus interimi jussit. Interfecti sunt ergo infantes, ne uno superstite relicto. Deus autem in Herodem iram atque indignationem suam effudit, adeo ut in morbum gravem incideret, quo cruciari non desiit donec moreretur, cum annos triginta septem regnasset. **313-315** Filios quatuor reliquit, quorum unus nomine Archelaus, secundus Herodes, tertius Philippus, quartus Lusanius, qui regno inter se diviso unusquisque quartam regionis Judaicæ partem sibi assumpsit. In sortem autem Archelao acciderunt Bethlehem et Hierosolyma. Josephus ergo, audito mortuum esse Herodem, ex Ægypto cum Domino nostro Christo et

D matre ipsius egressus est, Domino Christo annos tunc quatuor nato. Timens autem Bethlehemi habitare, ob Archelaum, Nazarethi sedem fixit, ideoque Nazarenus audiit. Porro, anno Archelai octavo, Dominus Christus, annos tunc natus duodecim, in templo, in medio doctorum sedens, doctos docebat. Deinde mortuus est Josephus qui Christum educaverat; mortuus etiam Archelaus cum annos novem regnasset, nullo regni hærede relicto. Obiit etiam Augustus Cæsar, postquam annos quinquaginta sex et sex menses imperasset; cui in imperio Romanæ successit filius ipsius Tiberius, Domino nostro Christo annos tunc quindecim nato. Fuit autem Tiberio regi amicus nomine Pilatus, ex insula quadam in mari Romæ vicina, quæ Ponta

Digitized by Google

vocatur (unde ille Pilatus Pontius denominatus), quem Judææ Archelai loco præfecit.

Porro anno regni Tiberii Cæsaris decimo quinto apparuit Joannes Zachariæ filius Baptista, qui
316 Judæos in Jordane in peccatorum ipsis remissionem baptizavit; ad quem cum accessisset Dominus noster, et ipsum in Jordane baptizavit, annos tum natum triginta. Herodes autem, Herodis filii Antipatri filius, dimissa uxore sua nomine Areta, regis Arabum [vel, juxta aliud exemplar, Al Gauri] filia, uxorem fratris sui Philippi, nomine Herodiadem, ipso adhuc vivo, vi ablatam duxit. Dixit ergo illi Joannes: Non licet tibi uxorem fratris tui ipso vivente ducere. Quare ipsum in carcerem conjici jussit. Cum deinde comitibus suis convivium instruxisset Herodes, comedentibus illis et bibentibus, saltans Herodiadis filia in medio cœtus ipsi placuit: cui ille: Pete a me, inquit, quidquid tibi libuerit. Illa ergo petiit ut sibi Joannis caput in patina daret; quare ille, Joanne decollari jusso, caput ipsius ei tradidit. Uxor autem ipsius Areta ad patrem suum abiit, qui proinde ira commotus, copiis suis collectis contra Herodem profectus, belloque ipsum aggressus, sociorum ipsius multos occidit, (alios) captivos cepit, oppidis eorum incensis, idque anno imperii Tiberii Cæsaris decimo octavo.

Anno autem regni Herodis, filii Herodis, filii Antipatri, vicesimo nono, crucifixus est Dominus noster Christus die Veneris mensis Adar vicesimo tertio, Bormahati vicesimo septimo, 317-319 idque hoc pacto: Domino nostro Christo Pascha cum discipulis suis celebrante, ad noctem diei Veneris, qui dies Paschatis fuit, abiens e discipulis ipsius quidam nomine Judas Iscariotes dixit Judæis: Quid mihi dabitis, ut ubi sit ille vobis indicem? cumque illi triginta argenteos ipsi dedissent, ille noctu illos in locum ubi Jesus cum discipulis suis fuit, adduxit. Illi ergo ipsum prehensum ad principes suos Annam et Caipham sacerdotes abduxerunt, qui ipsum custoditum die crastino Pilato Pontio præfecto tradiderunt. Qui cum nihil contra ipsum probatum inveniret, dixit illis: Quid de hoc viro dicitis, hoc, inquam, rege Judæorum? Responderunt: Non est nobis rex præter Cæsarem. Dixit illis: Quid ergo huic faciam? Dixerunt illi: Crucifige eum; siquidem religionem nostram corrupit ac legem nostram solvit, se Dei Filium esse prætexens. Metuens ergo hoc [audito] Pilatus, manibus suis aqua ablutis, se a sanguine ipsius innoxium pronuntiavit, inclamantibus Judæis sanguinem ejus super ipsos ipsorumque liberos futurum. Tum crucifigi ipsum jussit; unaque crucifixi sunt duo latrones, unus ad dextram ipsius, alter ad sinistram, hora sexta diei Veneris; tenebræ autem crassæ instar noctis terram totam obtexerunt, obscuratus fuit sol, 320 apparuerunt stellæ, fissæ sunt petræ, mortuique complures e sepulcris suis resurrexerunt. Mortuo vero Domino nostro Christo in cruce, latus ipsius hasta transfixerunt, unde effluxit cum sanguine aqua. Post mortem ipsius accedens vir quidam nomine Josephus, cum dari sibi ipsum a Pilato petiisset, e cruce depositum, linteisque involutum in monumento novo quod sibi effoderat, sepelivit, lapide ostium ejus obstruens. Die crastino congregati apud Pilatum Judæi, dixerunt illis: Timemus ne noctu accedentes discipuli ejus, corpus ipsius suffurentur, dicantque hominibus ipsum in vivis esse. Jube ergo obsignari lapidem qui ad sepulcri ostium est. Respondit ipsis Pilatus: Abite, facite quod vobis visum fuerit. Illi ergo speculatores quosdam adhibitos ad sepulcrum custodiendum collocarunt, obsignatoque lapide reversi sunt. Media deinde nocte die primo, cum accederent mulieres quædam aromata et thymiamata secum afferentes quibus sepulcrum suffirent, ecce angelus de cœlo descendens lapide a monumenti ostio devoluto, ipsi insidebat; qui ipsis dixit: Ne timete, surrexit. Dicite autem discipulis ejus ut in montem Galilææ proficiscantur, ibi enim ipsum convenient. Profectæ ergo mulieres ad discipulos, hæc ipsis renuntiarunt. 321-323 Satellites autem qui monumentum custodierunt, in faciem suam, mortuorum instar, conspecto angelo et quid faceret, prociderunt. Ac mane profecti Judæis, quid ipsis accidisset, annuntiarunt; qui illis data pecunia dixerunt: Si quis de hoc vos interrogaverit, dicite ipsi, discipulos ipsius ipsum furto abstulisse. Discipuli vero in Galilææ montana profecti, ibi Dominum nostrum Christum convenerunt, qui ipsis benedicens in mundum misit, ut homines ad fidem in Patrem, Filium, et Spiritum sanctum invitarent. Tum post quadraginta dies in cœlum ascendit, annos habens triginta tres. Deinde post decem dies congregatis discipulis in cœnaculo Sihonis descendit in ipsos Spiritus sanctus, adeo ut omnibus loquerentur linguis. Discipuli autem quotidie sepulcrum et locum crucis adibant. At Judæi viso quid fecerunt discipuli, dixerunt, Locus iste non occultabitur, futurumque est ut in ipso [erigatur] ædificium; pulvere ergo obrutum obtegamus, ne quis ipsum conspiciat, aut ullum ipsi vestigium supersit; quandiu enim homines sepulcrum vacuum conspexerint, credituri sunt, ac fidem adhibituri, quo pacto abrogabitur nobis religio nostra. Locum ergo pulvere obtexerunt, adeo ut magnum fieret sterquilinium.

Porro Pilatus Tiberium regem de rebus ad Dominum nostrum Christum spectantibus per litteras
324 certiorem fecit, nec non de discipulis ipsius, multisque quæ ab ipsis patrarentur miraculis, ægrotos sanando, mortuos resuscitando; qui propterea in Christum Dominum nostrum credere voluit, ac religionem Christianam publicare; at sequi in hoc ipsum noluerunt comites ipsius. Herodi autem iratus est, quod Joannem, Herodiadis fratris sui uxoris gratia, interfecisset, et cum ipsa, illi vi ablata, stuprum commisisset, quodque de Christo

Digitized by Google

crucifixo gavisus esset; quare Romam accersitum in Hispaniam relegavit, præfectura ipsius in Pilatum collata. Eo regnante condita est urbs Tiberias, ita de nomine Tiberii imperatoris appellata. Obiit deinde Tiberius Cæsar, postquam annos viginti duos, ac mensem unum regnasset: regnante post ipsum Caio Cæsare, annos quatuor cum tribus mensibus, viro moribus feris, superbo, ac valde nequam. Hic Pilatum Romam accersitum morte multavit. Prolapsi autem Judæi ad majorem quam qua antea fuerant nequitiam, cum in ipsos irruerent Romani, magnam eorum stragem ediderunt; cujus cum ad Caium Cæsarem imperatorem pervenisset fama, ille suorum quemdam, nomine Irudum Aristobuli filium, qui et Agrianus appellatus est, Hierosolymis præfecit, additis etiam quatuor provinciis quas Herodis, filii Antipatri, filii inter se partiti **325-327** fuerant. Fuit Agrianus iste pravæ conversationis, ac multæ malitiæ vir, in discipulos crudelitatem [exercens]. Ille erat, qui Stephanum martyrem et diaconorum principem ac primum lapidibus obrutum interfecit; quique Jacobum Joannis fratrem Zebedæi filium gladio sustulit; Petrumque in carcerem conjectum e medio tollere in animo habuit, quem tamen ope sua Deus e manibus ejus eripuit; qui ab ipso Antiochiam fugiens, Arcadium Antiochiæ patriarcham constituit, cui annos viginti septem præfuit. Atque hic primus in urbe Antiochiæ patriarcha factus est. Profectus est deinde Petrus Romam, quod anno regni Caii Cæsaris secundo contigit. Incidit autem Agrianus in morbum gravem, quo consumpta carne ipsius, atque exsiccato corpore, mortuus est. Audito ergo Agrianum mortuum esse, alium in locum ejus suffecit Caius imperator, nomine etiam Agrianum, quem Hierosolyma misit.

Porro anno regni ipsius secundo factus est Jacobus Josephi filius, qui et frater Domini nostri appellatur, episcopus Hierosolymitanus, qui primus huic muneri Hierosolymis præfectus est, quo annos viginti octo functus est. Gravia autem valde a Judæis et Romanis passi sunt discipuli, multis ipsorum morte affectis. Mortuo autem Caio Cæsare, Romæ post ipsum imperavit **328** Claudius Cæsar annos quatuordecim, quo imperante fames magna et gravis per totum orbem fuit, cujus vehementia, et peste mortui sunt homines. Ejusdem Claudii tempore scripsit Matthæus Evangelium suum Hierosolymis, lingua Hebraica, quod Græce vertit Joannes evangelista. Porro Judæi pejores quam fuerant et sceleratiores evaserunt, adeo ut alii alios in plateis et campis, qua erant nequitia et malitia, occiderent. Agrianus ergo Hierosolymorum regimini quemdam nomine Festum præficiens, se ab ipsis Romam fuga proripuit, quo cum pervenisset, Claudio Cæsari imperatori, quænam exercerent scelera Judæi, narravit. Qui ergo, exercitu magno Hierosolyma misso, Judæorum, una cum ipsorum uxoribus et liberis, multos interfecit; alios etiam

A Antiochiam, alios Romam captivos abducens.

Porro anno Claudii Cæsaris nono, evangelista Marcus in urbe Alexandriæ homines ad fidem in Christum Dominum nostrum invitavit: qui dum urbem perambularet diffracta est ipsi calcei corrigia; quare ad sutorem nomine Hananiam se contulit, qui calceum ipsius reficeret. Ille subula ad perforandum calceum sumpta, cum digitum suum perforasset, adeo ut multum efflueret sanguinis nec sine dolore ingenti, in Marcum submurmuravit: cui ergo Marcus: Si credideris, **329-331** inquit, in Jesum Christum Filium Dei, sanabitur digitus tuus: ac prehenso ipsius digito, dixit: In nomine Jesu Christi sanetur digitus tuus; qui ergo eodem momento in sanitatem restitutus est, sanguine amplius non effluente. Credidit ergo ab eo tempore Hananias in Christum, unde baptizavit eum Marcus et Alexandriæ patriarcham constituit. Fuitque is patriarcharum qui Alexandriæ prælecti sunt primus. Constituit autem evangelista Marcus, una cum Hanania patriarcha, duodecim presbyteros, qui nempe cum patriarcha manerent, adeo ut cum vacaret patriarchatus, unum e duodecim presbyteris eligerent, cujus capiti reliqui undecim manus imponentes ipsi benedicerent et patriarcham crearent; deinde virum aliquem insignem eligerent quem secum presbyterum constituerent loco ejus qui factus est patriarcha, ut ita semper exstarent duodecim. Neque desiit Alexandriæ institutum hoc de presbyteris, ut scilicet patriarchas crearent ex presbyteris duodecim, usque ad tempora Alexandri patriarchæ Alexandrini, qui fuit ex numero illo trecentorum et octodecim. Is autem vetuit ne deinceps patriarcham presbyteri crearent. Et decrevit ut mortuo patriarcha convenirent episcopi qui patriarcham ordinarent. Decrevit item ut, vacante **332** patriarchatu, eligerent ex quacunque tandem regione, sive ex duodecim illis presbyteris, sive aliis, virum aliquem eximium, perspectæ probitatis, eumque patriarcham crearent. Atque ita evanuit institutum illud antiquius, quo creari solitus a presbyteris patriarcha, et successit in locum ejus decretum de patriarcha ab episcopis creando. Quod autem quærunt [nonnulli], Quare patriarcha Alexandrinus vocetur Papa (cujus nominis significatus est, avus)? [sciendum est] ab Hanania, quem constituit Marcus evangelista patriarcham Alexandriæ, usque in tempora Demetrii patriarchæ ibidem (is patriarcha fuit Alexandrinus undecimus) nullum fuisse in provinciis Ægypti episcopum; nec patriarchæ ante eum crearunt episcopos. Ille autem factus patriarcha tres constituit episcopos. Et primus fuit hic patriarcha Alexandrinus qui episcopos fecit.

Mortuo Demetrio suffectus est Heraclas patriarcha Alexandrinus, qui episcopos constituit viginti. Ex his unus erat, Ammonius dictus, religionis desertor. De quo simul ac ad Heraclam delata est fama, congregavit is synodum episcoporum, et in

Digitized by Google

urbem Ammonii perrexit, ubi re satis cognita et perspecta eum ad veritatem reduxit. Cum vero homines audierant episcopos vocitare patriarcham, Abba seu Patrem, **333-335** inter se dixere: Nos episcopum quemlibet Abba, seu Patrem, appellamus. et appellant episcopi patriarcham Abba. Unde sane oportet ut vocemus nos patriarcham Papam, id est, Avum; cum sit Pater patrum. Ita a tempore Heraclæ, patriarcha Alexandrinus dictus est Papa, id est, Avus. Postquam autem Hananias patriarcha Alexandrinus, quem Marcus evangelista in sede sua constituit, annos sederat viginti duo, mortuus est. Et profectus est Marcus evangelista in Barcam, ut homines ad fidem in Christum Filium Dei invitaret. Obiit dein Claudius Cæsar, imperator, et imperavit Romæ post eum filius ejus Nero Cæsar annis tredecim, qui primus fuit gravissimorum in Christianos malorum auctor, homo utpote in consilii et vitæ instituendæ ratione improbissimus. Et tempore Neronis Cæsaris, scripsit Petrus, apostolorum princeps, Evangelium Marci, dictante Marco, lingua Romana, in urbe Romæ; sed attribuit illud Marco. Etiam tempore hujus imperatoris scripsit Lucas Evangelium suum Græce, ad virum nobilem ex sapientibus Romanis, cui nomen Theophilus, ad quem item scripsit Acta seu discipulorum historiam. Erat autem Lucas evangelista comes Pauli apostoli, quocum per tempus aliquod mansit. Unde est quod Paulus apostolus **336** in quadam Epistola sua dicit, « Lucas medicus vos salutat. » Prehensum vero Petrum Nero Cæsar cruci affigit, corpore scilicet inverso, atque ita morte eum affecit: nam et dixerat ei Petrus: Si vis ut ego cruci affigar, corpore me inverso affige cruci, ne mors mihi afflicta similis sit ei quæ infligebatur Domino meo Christo, qui cruci affixus est corpore erecto. Sed gladio trucidavit Paulum. Occisus autem est Petrus sub annum vicesimum secundum post Dominum nostrum Christum. Erat vero post Petrum, Linus patriarcha Romæ, qua functus dignitate duodecim annos obiit. Et hic primus erat patriarcha Romanus. Erat autem Marcus Evangelii auctor, in Alexandria et Barca homines ad fidem in Christum Filium Dei invitans annis septem. Et anno imperii Neronis Cæsaris jam dicti primo, occisus est Marcus Alexandriæ, et corpus ejus igne est crematum.

Porro anno imperii Neronis Cæsaris duodecimo constitutus est Ignatius patriarcha Antiochiæ, qui cum annos triginta duos præfuisset, morte affectus est. Mortuo autem Festo, Hierosolymorum præfecto, relictaque urbe sine principe qui eam moderaretur, concitati Judæi Jacobum Josephi filium, qui Domini frater audit, lapidibus donec moreretur impetitum interfecerunt, multosque **337-339** discipulorum cruciatibus male multatos urbe ejecerunt. Ex urbe igitur fuga prolapsi Christiani, Jordanem transeuntes, loca ista incoluerunt. His auditis Nero Cæsar ad præfectum qui in A Oriente fuerat, nomine Vespasianum, misit, ut collectis copiis Judææ regionem aggressus, populum universum (ne uno superstite) internecione deleret, domosque ipsorum vastaret. Quo audito congregati Judæi, ditioribus sumptus ministrantibus circa Hierosolyma tres struxerunt muros, quibus turribus munitis ac firmatis sese tutarentur. Profectus ergo in Judæam Vespasianus nullam in Galilæa urbem reliquit quam non dirutam incenderet: contra Hierosolyma vero, quod adeo munita esset, cum ad aliquid moliendum imparatus esset, quo tutius res ageret, ipsa anno integro obsedit, Judæis interim clam noctu erumpentibus Romanosque cædentibus.

Porro, tempore Neronis floruit medicus quidam B nomine Andromachus, qui Neroni theriacam præstantissimam confecit. (Arabes eam Dheriacam appellant.) Occisus est autem Nero imperator, Romæ. Vespasianus igitur audito interfectum esse regem, Hierosolymorum obsidione soluta, Cæsaream reversus ibi substitit. Imperavit autem post ipsum Galba septem menses, deinde interfectus est; imperante post ipsum Othone tres menses. **340** Eo pulso cum imperasset Vitellius octo menses, interfectus est. Tum commota est valde universa Romanorum ditio, concitatis undique in eos gentibus; at post contentionem gravem, et commotionem magnam, ducibus, præfectis ac scribis, quotquot cum in Romanorum terra tum in Oriente fuerunt, omni- C bus visum est Vespasianum, qui Hierosolymis obsidendis occupatus fuerat, imperio præficere. Qui ergo cum Cæsarea Romam profectus eo pervenisset, irruentes qui Romæ erant duces in ducem quemdam nomine Artitinum, qui imperium sibi occupare statuerat, ipsum interemerunt. Urbe deinde egressi, Vespasiano obviam euntes, capiti ipsius diadema imposuerunt; qui ubi urbem ingressus solio regio insedisset, sceleratum ac rebellem quemque inter Romanos morte multavit, adeo ut sub ipso in statum optimum et tranquillum redacta sit Romanorum terra. Duo autem ipsi fuerunt filii, quorum uni nomen Titus, alteri Domitianus; quorum Domitianum copiis magnis instructum ad gentes barbaras misit, quas ille occidit, diripuit, D delevit: Titum vero, exercitu etiam frequenti instructum, Hierosolymam misit, quam biennio obsedit; morientibus qui in urbe erant fame, adeo ut præ fame, mortuorum ac natorum suorum carnes comederent: qua deinde capta omnes **341-343** qui in ipsa fuerant tam mares quam feminas interfecit, proscindentibus [militibus] prægnantium uteros, et infantes saxis allidentibus. Urbem etiam et templum vastata incendit. Numerati deinde qui ipsius jussu occisi sunt, ter millies mille reperti sunt, cum alii Syriam, alii Ægyptum, alii in terram Al Gaur, profugissent. Jam a Christo nato ad Hierosolymorum per Titum excidium anni sunt septuaginta. Ab Alexandro, trecenti octoginta novem. A Captivitate Babylonica, sexcenti quinqua-

Digitized by Google

ginta duo. A regno Davidis, mille centum viginti novem. Ab exitu Israelitarum ex Ægypto, mille septingenti triginta quinque. Ab Abrahamo, bis mille ducenti quadraginta duo. A Phaleko, bis mille septingenti octoginta tres. A Diluvio, ter mille trecenti quatuordecim. Ab Adamo, quinquies mille quingenti septuaginta.

Christiani autem, qui Judæos fugientes, Jordanem trajecerant, et in istis locis sedes fixerant, audito Titum urbem destruxisse interfectis Judæis, Hierosolymam jam desolatam reversi, ipsam incoluerunt, **344** structaque sibi inibi ecclesia, episcopum secundum ipsi præfecerunt nomine Simonem, Cleopæ filium. Cleopas iste frater fuit Josephi qui Dominum nostrum Christum educavit; fuitque hoc, anno imperii Vespasiani quarto: illum autem, postquam annos viginti sex munere isto functus fuisset, interfecit Trajanus imperator. Porro anno imperii ipsius tertio patriarcha Romæ constitutus est Dacletius, et cum biennio sedisset mortuus est. Anno imperii ipsius quinto præfectus est Romæ Clemens, qui scriptor fuit, cumque annos novem sedisset mortuus est. Anno imperii ejus nono Alexandriæ patriarcha constitutus Philetius, qui cum annos tredecim sedisset, diem obiit. Vespasianus autem postquam cum honore et potentia annos novem et septem menses imperasset, mortuus est. Imperavit post ipsum filius ipsius Titus annos tres et duos menses, dein mortuus est. Post ipsum imperavit frater ejus Domitianus annos quindecim. Magnam hic in Judæos crudelitatem exercuit, adeo ut ejus tempore nullus appareret Judæus. Quin et in animo habuit reges eorumque filios e medio tollere, ut non esset in terra præter ipsum rex. Nepotes ergo etiam regum sustulit, multosque reges interfecit. Cumque nuntiatum ipsi esset asserere Christianos **345-347** Christum regem suum esse, regnumque ipsius æternum, esseque ipsos exercitum copiosum, magnamque hominum multitudinem, vehementer ira excanduit, jussitque e medio tolli Christianos, nec ullum in regno ipsius relinqui Christianum. Fuit tum Joannes evangelista in Neso, qui hoc audito metuens, Ephesum fugit. Mittens autem imperator Hierosolyma, Judæ, filii Josephi, discipulorum unius, filios prehendit, quos vinctos Romamque advectos de Christo ac ipsius regno interrogavit. Responderunt illi, regnum ipsius cœleste esse, non terrenum, ipsumque ultimis temporibus cum gloria magna, et splendore, venturum ad judicandos et vivos et mortuos, ac unumquemque juxta opera sua remuneraturum. Quibus ille auditis perterritus liberos eos dimisit, necnon honore affici Christianos jussit, ipsisque se opponere desiit.

Porro, anno imperii ipsius secundo constitutus est Evaristus patriarcha Romæ, ubi cum octo annos sedisset mortuus est. Anno imperii ejusdem decimo patriarcha Romæ factus est Alexander, qui ibi decem annos sedit, dein mortuus est. Anno imperii ejus quinto constitutus Cordius Alexandriæ patriarcha, postquam decem annos sedisset diem obiit. Anno ejusdem decimo quinto Alexandriæ patriarcha constitutus est Barmius, qui **348** annos duodecim sedit, dein mortuus est. Mortuo autem Domitiano Cæsare imperatore, post ipsum Romæ imperavit Nerva Cæsar qui et Barastius Cæsar audit, annum unum et quinque menses, dein obiit, succedente ipsi Trajano Cæsare, qui et Adrianus Cæsar appellatus est, qui Romæ annos novemdecim imperavit. Imperator iste magna in Christianos mala excitavit, ac diuturnæ ipsis tristitiæ, ac doloris vehementis auctor fuit, dum multos martyres neci dedit, interfecto Romæ Ignatio qui patriarcha Antiochenus fuerat, necnon Simeone Cleopæ filio episcopo Hierosolymitano, quem cruci affixit, annos natum centum viginti. In servitutem redigi etiam jussit Christianos, utpote quibus, ex ipsius sententia, nulla esset religio aut lex. Præ dura autem quam passi sunt Christiani servitute, et gravibus, quibus sublati sunt, cædibus, misericordia erga ipsos affecti sunt Romani, ac testati apud imperatorem ipsius consiliarii ac duces esse Christianis religionem firmam, ac legem bonam, neque oportere ipsos illos in servitutem redigere. Jussit ergo ne amplius servi fierent, et a malo ipsis inferendo abstinuit.

Porro tempore Trajani Cæsaris imperatoris scripsit Joannes Evangelium suum Græce, in insula Patmo appellata, e terra Asiæ, quæ Romæorum terra est. Ejusdem tempore **349-351** philosophus quidam fuit e Romanorum magnatibus, nomine Commodus. Anno imperii ejusdem sexto constitutus est Judas episcopus Hierosolymitanus, ubi cum septem annos sedisset mortuus est.

Anno ejusdem decimo quarto Zacchæus episcopus Hierosolymitanus constitutus, cum septem annos sedisset diem obiit. Anno ejusdem sexto constitutus est Jeron patriarcha Antiochenus, qui cum annos viginti sedisset mortuus est. Anno imperii ejus quarto, Xystus patriarcha Romæ constitutus, annos decem sedet, dein moritur. Anno ejusdem decimo quarto Romæ patriarcha factus est Telesphorus, qui cum annos undecim sedisset diem obiit. Anno imperii ejus undecimo constitutus Justus patriarcha Alexandrinus, ubi decem annos sedit, dein mortuus est. Eo tempore reversi Judæi Hierosolyma, cum multiplicati essent adeo ut impleretur ipsis urbs, regem sibi præficere constituerunt; quod cum Trajano renuntiatum esset, misso ille Hierosolyma duce cum ingentibus copiis innumeros interfecit Judæos. Contra Trajanum istum prodiit Babeli rebellis quidam, contra quem profecto Trajano inita est inter ipsos pugna acerrima, in qua multi ex utroque exercitu cæsi sunt, ipseque Trajanus in prælio interfectus Post quem imperavit Ælius Adrianus **352** Cæsar annos viginti. Hic contra rebellem istum Babelem profectus ipsum profligavit. Dein Ægyptum contendit.

Digitized by Google

Gravia autem valde ab eo passi sunt Ægyptii dum homines ad idolorum cultum adigeret, quam ob causam multos etiam e Christianis, morte affecit: inter cæteros Mar Astatium cum uxore et duobus filiis; quibus scilicet ollæ æneæ inclusis aquam superfundens, ignem deinde supposuit, donec coquerentur. Gravis autem Ælio Adriano in corpore suo morbus accidit; quare dum varias peragraret regiones ad remedium corpori et morbo suo quærendum, Hierosolyma ipsi laudarunt, quo cum pervenisset ipsaque vastata inveniret, adeo ut nullum ibi [ædificium] præter Christianorum ecclesiam esset, exstrui jussit urbem circa templum, muroque forti cingi: quod cum audirent Judæi, ex omni provincia, omnique urbe confluere, adeo ut brevi temporis spatio impleretur ipsis urbs. Cumque multi numero evasissent, regem illis nomine Barjuzium præfecerunt. Quod cum Ælio Adriano renuntiatum esset, misit ille ducem e suis quemdam magnis instructum copiis, qui urbem obsideret. Mortui ergo sunt qui in ea erant fame et siti. Ea deinde capta magnam Judæorum stragem edidit, urbemque diruit adeo ut desertam relinqueret. Atque hoc ultimum **353-355** est Hierosolymorum excidium. Fuerunt autem e Judæis, qui Ægyptum fugerent, alii qui Syriam et in montes, et regionem Algaur. Jussit vero rex, ne quis Judæus urbem incoleret, verum interfici ipsos totamque eorum stirpem deleri; urbem autem a Græcis habitari et de imperatoris nomine Æliam appellari: quare ab eo tempore hunc usque diem Ælia vocatur: quam incoluerunt Græci, et ad portam templi quæ Al-Baha [pulchra] audit, arcem struxerunt, super qua tabulam magnam posuerunt, imperatoris nomine Ælio inscriptam, idque anno imperii ipsius octavo. Arx ista hodie ad portam Hierosolymorum sita Davidis sacrarium appellatur. Jam ab excidio primo per Titum facto ad hoc alterum anni sunt quinquaginta tres. Impleta autem sunt Hierosolyma Græcis, qui cum Christianos fimetum, istud sub quo erat Sepulcrum, et Cranium adire, atque ibi preces fundere viderent, eos hoc facere prohibentes super fimeto templum Veneri dicatum struxerunt.

Anno imperii ejus sexto constitutus est Eugenius patriarcha Romanus, qui cum annos quatuor sedisset mortuus est. Anno ejusdem decimo constitutus est Marcus patriarcha Romanus, qui annos quindecim sedit, dein mortuus est. Anno nono imperii ejus factus est Cornelius patriarcha Antiochenus, ubi cum annos **356** sexdecim sedisset diem obiit. Anno imperii ejus secundo creatus est Eumenius patriarcha Alexandrinus, qui cum annos duodecim sedisset mortuus est. Anno ejusdem decimo quarto constitutus est Marcianus patriarcha Alexandrinus, qui postquam annos decem sedisset mortuus est. Anno imperii ejus quarto constitutus est Tobias episcopus Hierosolymitanus, ubi cum tres annos sedisset mortuus est. Anno ejusdem septimo factus est Benjamin episcopus Hierosolymitanus, qui postquam annos tres sedisset mortuus est. Anno ejusdem decimo, factus est Joannes episcopus Hierosolymitanus, qui cum annos duos sedisset mortuus est. Anno ejusdem decimo tertio factus est Matathæus episcopus Hierosolymitanus, qui et duos annos sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem decimo quinto constitutus est Philippus episcopus Hierosolymitanus, qui cum annos etiam duos sedisset mortuus est. Anno ejusdem decimo septimo factus est Seneca episcopus Hierosolymitanus, qui annum unum sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem decimo octavo creatus est Justus episcopus Hierosolymitanus, ubi cum annos quinque sedisset, e vivis excessit. Mortuo autem Ælio imperatore, post ipsum Romæ annos viginti duos imperavit Antoninus Cæsar: cujus imperii anno quinto factus est Anicetus patriarcha **357-359** Romanus: sedit annos undecim, dein mortuus est. Anno ejusdem decimo sexto factus est Sotericbus patriarcha Romanus: sedit annos octo, dein mortuus est. Anno imperii ipsius quarto constitutus est Clarius patriarcha Alexandrinus, sedit annos undecim, dein mortuus est. Anno ejusdem decimo quinto constitutus est Agrabius patriarcha Alexandrinus, qui annos duodecim sedit, dein mortuus est. Anno imperii ipsius tertio creatus est Erus patriarcha Antiochenus, sedit annis tredecim, dein obiit. Anno ejusdem decimo sexto creatus est Theophilus patriarcha Antiochenus, qui cum annos viginti unum sedisset mortuus est. Anno imperii ipsius primo constitutus est Levi episcopus Hierosolymitanus; sedit annos quinque, dein mortuus est. Anno ejusdem sexto constitutus est Ephrem episcopus Hierosolymitanus; sedit annos duos, dein mortuus est. Anno ejusdem octavo factus est Arsanius episcopus Hierosolymitanus, qui cum annos tres sedisset mortuus est. Anno ejusdem undecimo constitutus Juda episcopus Hierosolymitanus, duobus annis sedit, dein obiit. Jam vero a Jacobo episcopo Hierosolymitano primo, usque ad Judam istum ejusdem loci episcopum, fuerunt episcopi, qui sedi isti præficiebantur, circumcisi. Anno imperii Antonini decimo tertio constitutus est **360** Marcus episcopus Hierosolymitanus, ubi annos octo sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem vicesimo primo creatus est Cassianus episcopus Hierosolymitanus, qui cum annos quinque sedisset diem obiit.

Mortuo Antonino Cæsare, ipsi in imperio successit Marcus, qui Aurelius Cæsar, nec non Antonius et Verus appellatus est, qui cum annos novemdecim imperasset e vivis excessit. Magnæ hic calamitatis, et tristitiæ diuturnæ Christianis auctor fuit, multis sub ipso martyrium passis. Ejus tempore magna fuit fames, siccitasque, et pestis, dum per biennium non plueret, adeo ut parum abesset quin et rex et populus imperio ipsius subditus fame et peste perirent: qui ergo Christianos rogarunt ut precibus a Domino suo pluviam impetrarent. Illis igitur

Digitized by Google

preces ad Dominum fundentibus, magnam pluviæ copiam demisit, quo pacto sublata est et fames et pestis. Sub ipso in Græcia floruit Magnius sapiens. Anno imperii ejusdem secundo constitutus est Eleutherius patriarcha Romanus, qui postquam annos quindecim sedisset, mortuus est. Imperii ejusdem anno decimo septimo factus Victor Romæ patriarcha decem annos sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem quinto constitutus est Julianus patriarcha Alexandrinus annosque decem sedit, dein mortuus est. Anno decimo **361-363** quinto constitutus est Demetrius patriarcha Alexandrinus, qui annos quadraginta tres sedit, dein mortuus est. Primus ille patriarcharum episcopos in Ægypti ditione ordinavit. Anno imperii ejusdem decimo quinto creatus est Maximus patriarcha Antiochenus, ubi novem annos sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem quarto factus est Eusebius episcopus Hierosolymitanus, qui cum annos duos sedisset mortuus est. Anno ejus sexto creatus est Julius patriarcha Hierosolymitanus, qui cum annos duos sedisset mortuus est. Anno ejusdem decimo factus est Maximus episcopus Hierosolymitanus, qui annos quatuor sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem decimo quinto ibidem constitutus est episcopus Julianus, qui cum duos annos sedisset mortuus est: anno autem decimo septimo Gabius, qui tres annos sedit, dein mortuus est. Eo tempore scripsit Demetrius patriarcha Alexandrinus ad Gabium episcopum Hierosolymitanum, Maximum patriarcham Antiochenum, et Victorem patriarcham Romanum de ratione computi Paschalis et jejunii Christianorum, et quomodo a Paschate Judæorum deducatur; de qua re multos exararunt libros et epistolas, donec eo qui jam observatur modo Christianorum Pascha constituerent; idque quia Christiani post ascensum Domini **364** Christi in cœlos, ubi festum baptismi celebrassent, die crastino jejunium quadraginta dierum incipere solebant, quod deinde solvebant, sicut fecit Dominus Christus, utpote qui postquam baptizatus in Jordane fuisset in desertum abiit, ubi quadraginta dies jejunus mansit. Iidem cum Judæi Pascha celebrarent idem observarunt festum. Ita ergo statuerunt patriarchæ isti Paschalis computum, ut jejunarent Christiani quadraginta dies, deinde die Paschatis jejunium solverent.

Obiit autem Marcus Cæsar imperator, imperante post ipsum Romæ Commodo Cæsare, Antonini filio, annos duodecim. Ejus tempore floruit in Græcorum ditione, urbe Pergamo, Galenus sapiens, artis medicæ auctor. Porro meminit Galenus in librorum suorum indice, se Commodo imperatori educando [quod ad sanitatem] præfectum fuisse. Meminit etiam sermone primo libri qui *De animi moribus* inscribitur, fuisse tempore Commodi imperatoris, virum, nomine Perennium, qui cum ad necem a Commodo quæsitus, fugisset, atque imperator duos qui illi fuerant servos verberaret, quo

A ubi esset ipsorum dominus ipsi indicarent, illi, præ animi generositate ac domini sui servandi desiderio, illud facere recusarunt: et ab Alexandro ad Perennium annos fuisse quingentos et sedecim: idque anno imperii Commodi Cæsaris **365-367** nono. Hæc Galenus.

Floruit etiam ejusdem tempore Democrates sapiens. Anno imperii ipsius octavo creatus est Zephirinus patriarcha Romanus, qui annos octodecim sedit, dein mortuus est. Anno ejus quinto constitutus est Serapion patriarcha Antiochenus, qui cum decem annos sedisset, mortuus est. Anno ejusdem primo constitutus est Symmachus episcopus Hierosolymitanus, ubi cum duos annos sedisset

B mortuus est. Anno ejus tertio factus est Gabianus episcopus Hierosolymitanus, qui cum tres annos sedisset, mortuus est. Anno ejus sexto factus est Julianus episcopus Hierosolymitanus, qui cum quatuor annos sedisset mortuus est. Anno ejusdem undecimo constitutus est Elias episcopus Hierosolymitanus, qui duos annos sedit, dein mortuus est. Anno imperii ipsius decimo, exorti Persæ Babelem, Amidum, et Persiam occuparunt, [duce] nempe Azdashiro filio Babeci, filii Sasani, Estochrita, qui primus regum, denuo in Persiam regnavit, litteris ad omnes tum sibi vicinos Persiæ reges, tum qui longius in aliis aberant provinciis, tribuum reges, datis, quibus ipsos ad sibi assentiendum et opem ferendam invitavit, monens ne ipsi adversos se

C præberent, mortem et pœnas si id facerent minatus. Ad quos ergo ubi pervenissent litteræ et epistolæ, valde illi timere; alii ultro **368** obsecuti, ipsique ad opem illi ferendam profecti sunt, alii donec ad ipsos accederet manentes, tum vel illi sponte obsequebantur, vel inviti servire cogebantur, alii moram traxerunt donec cædem et interitum paterentur. Nemo autem illi obsequium maturius præstitit, quem non beneficentia sua remuneravit, ipsique dignitatem auxit, titulo solum regis excepto, quo neminem, ipso excepto, insigniri permissum. Neque a ditione ad ditionem, a regno ad regnum, a regione ad regionem transire destitit, donec ad urbem Saturni, quæ est e regione Mascen, pervenisset, quæ et Arx appellatur, in qua se muni-

D verat rex Alsawadi. Illam diuturna obsidione cinctam cum nullam capiendi rationem inveniret Azdashir, arcem ascendens regis (Alsawadi scilicet) filia ad Azdashiri copias perlustrandas, cum Azdashiri conspecti forma ipsi placeret, amore ejus capta est. Prehensæ igitur sagittæ cum hæc inscripsisset: *Si mihi promiseris te uxorem me ducturum, indicabo tibi locum quo urbem hanc capere possis*, eam Azdashirum versus jecit; cui cum placeret quod scripserat, sagittam hoc inscripto responso: *Præstiturus sum tibi quod petiisti*[1] ad ipsam remisit. Quod cum legisset illa, rescripsit. Est urbi huic porta parva lateri uni superstructa, in loco tali: addita loci descriptione. Azdashir ergo conversa **369-371** ad locum istum exercitus sui parte,

Digitized by Google

ex parte alia illos pugna occupatos detinuit, atque ita aperto loco ab urbis incolis neglecto regem ipsius interfecerunt, omniaque quæ in ipsa erant occuparunt. Tum præstitit Azdashir [juxta alios Ardshir] filiæ regis quod illi pollicitus fuerat, se eam scilicet uxorem ducturum. Nocte autem quadam decumbens ipsa in lecto, de loco in quo jaceret questa, tota nocte insomnis permansit. Quærente ergo illo [quid esset], ecce sub linteo ipsius in lecto folium fuit oleagineum, quod vestigium cuti ejus impresserat. Rogavit ergo illam, quo cibo ipsam pascere solitus esset pater; respondente illa: Illa quibus præcipue vescebar erant flos lactis, favus, et medulla; dixit Azdashir: Non scio quomodo quis patrem tuum, in te amando, et honore afficiendo, æquet; cum ergo non aliud ipsi pro magnis ipsius in te meritis quam cædem rependeris, merita certe es ipsa ne in terra superstes sinaris, atque ego illi jura sua rependam: cum enim obcæcaverit amor oculos tuos, et intellectum turbaverit adeo ut meritorum patris tui oblita fueris, non possum ego hac ex parte a te securus esse. Tum jussit capillis caudæ equi ferocioris alligatam raptari: quod et factum donec tota ipsi corporis compages membratim discerperetur.

372 Mortuo Commodo Cæsare, Romanorum imperatore, successit ipsi Pertinax Cæsar Romanorum imperator, qui, cum tribus mensibus regnasset, interfectus est; imperante post ipsum Romanis Juliano Cæsare, duobus mensibus, post quos interfectus etiam est. Regnavit post ipsum Romæ in Romanos Severus Cæsar annos septemdecim, idque anno quarto regni Azdashiri Ebn Babeci. Fuitque imperator iste Severus, vir nequam, magnarum Christianis calamitatum multorumque cruciatuum auctor, cujus tempore martyrium ubique subierunt Christiani quamplurimi. Tum et Ægyptum profectus, omnes qui ibi et Alexandriæ essent Christianos interemit, et ecclesias diruit, exstructo Alexandriæ templo, quod Deorum templum vocitatum est. Anno imperii ipsius decimoquarto factus est Calixtus patriarcha Romanus, qui cum sex annos sedisset mortuus est.

Anno ejusdem tertio constitutus est Asclepiades patriarcha Antiochenus, qui annos novem sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem duodecimo constitutus est Philemon patriarcha Antiochenus, qui cum tredecim annos sedisset, mortuus est. Anno imperii ipsius primo factus est Capiton episcopus Hierosolymitanus, ubi cum quatuor annos sedisset mortuus est. Anno **373-375** ejusdem sexto factus est Maximus episcopus Hierosolymitanus, ubi cum quatuor annos sedisset mortuus est. Anno ejusdem decimo constitutus est Antonius episcopus Hierosolymitanus, qui quinque annos sedit, dein mortuus est. Azdashir vero Babeci filius, Persarum rex, quanta fieri potuit cum justitia inter homines versatus est; sex etiam urbes condidit, videlicet urbem Jaur, urbem Azdashir Achorha, quæ utræque in Persia sunt. Bahman-Azdashir, quæ est Euphratæ Basoræ, Astarabad, quæ est Coreh-Bisan, sita inter vicos Tigris, et urbem Suk Il-Ahwaz, unamque trium urbium quæ sunt in Al-Sawad: præter tres urbes quarum una est Alchat, quæ ad occidentem sita est regionis transfluvialis, alia Babar Samer in Caramania, tertia urbs Al-Ayela. Obiit deinde Azdashir postquam annos quatuordecim et sex menses regnasset. Regnavit post ipsum filius ipsius Sabur Ebn Azdashir, annos triginta, mensem unum; idque anno imperii Severi Cæsaris, imperatoris Romani, duodecimo. Mortuo Severo Cæsare, Romæ post ipsum sex annos regnavit Antonius Cæsar Caracalla (quod est, Calvus). Anno imperii ejus tertio factus est Aurianus patriarcha Romanus, qui quatuor annos sedit, dein mortuus. Anno ipsius **376** primo creatus est Valens episcopus Hierosolymitanus, qui cum tres annos sedisset, mortuus est.

Anno ejusdem quinto constitutus est Delitianus episcopus Hierosolymitanus, qui annos quatuor sedit, dein mortuus est. Quod ad Saburem, Persarum regem, summa ille cum justitia inter homines versatus est: cœpitque provincias visere, et regiones colendas curare. Annoque regni sui undecimo exacto, cum copiis suis urbem Nisibin, in qua copiæ ex Antonini Caracallæ imperatoris Romani exercitu non paucæ erant, profectus, eam obsidione ad tempus cinxit, capere vero non potuit. Cum ergo se eam expugnare non posse cerneret, jussit prope ipsam propugnaculum altum, amplum, una cum turre exstrui, in quod, ubi finitum esset, ascendens ipse cum exercitus sui præcipuis, quæcunque intra urbem essent inde prospexit, nec sagittis eos petere destiterunt, adeo ut non auderet ex ipsis quispiam foras egredi. Urbem igitur illi dedere in animo habuerunt, at delato ad ipsum nuntio hostem quemdam subditos ipsius ex parte Chorasani invasisse, ille ad Nisebensium magnates mittens eligendum ipsis proposuit, utrum relinqueret apud ipsos qui illos bello, usque dum ipse reverteretur, lacesserent, an cum ipso **377 379** fœdus pangere vellent ne propugnaculo ante ipsius reditum manus admoverent. Illi ergo fœdus et pactum cum ipso inierunt nihil se de propugnaculo mutaturos. Cum autem ab ipsis recessisset, Nisibenses muris urbis manum admoventes, ipsis a parte arci proxima dirutis, illam urbe suæ additam muro forti cinxerunt. Mortuo vero Antonino Cæsare Romanorum imperatore, post ipsum in illos regnavit Marcianus Cæsar annum et duos menses. Dein illo interfecto imperavit Antonius Cæsar alter annos tres et menses novem, idque anno regni Saporis regis Persarum decimoquarto. Misit hic Nisibim exercitum magnum qui ipsam propugnaret et defenderet.

Porro anno imperii Antonini Cæsaris primo constitutus est Bitianus patriarcha Romanus, qui annos quinque sedit, dein mortuus est. Anno ejus-

Digitized by Google

dem secundo constitutus est Rabunas patriarcha Antiochenus, qui postquam annos novem sedisset, mortuus est. Sapores vero Azdashiri filius, Persarum rex Nisibin reversus cum vidisset quid propugnaculo fecissent, fraudis illos incusans, Fraudulenter (inquit) et dolose egistis ; ipsosque [denuo] obsedit. Cum autem post multum temporis ibi insumptum urbem expugnare nequivisset, ægre hoc ipsum habuit. Dixit ergo comitibus suis : Num reperire potestis in exercitu nostro quempiam, **380** qui non illo quod nos patimur angatur? Inquisitione ergo facta duos invenerunt viros vino et cantui indulgentes; quibus ille : Apparet, inquit, parum vobis cordi esse res nostras, cum ita vos geratis ac si nihil ad vos spectarent quæ agimus. Responderunt illi : Si te male habeat, o rex, urbis hujus status, speramus ea, nos eam quam tibi indicaturi sumus ratione capturos. Dicente illo, Quænam ergo illa? responderunt, ut progressus ipse cum copiis tuis manibus junctis preces ad Dominum fundatis quo vobis ut urbem expugnetis concedat. Quod cum fecisset Sapores, nec quidquam prodesse videret, dixit ipsis : Consilium vestrum secuti, nihili subesse efficaciæ videmus, quid ergo jam dicitis? Responderunt: Metuimus ne vilipenderint homines consilium nostrum; quod si curaveris ut sinceris affectibus omnes instar unius preces fundant, voti tui compos eris. Sapores ergo convocatis comitibus suis rogavit ut sinceris affectibus et pura mente [agerent]. Asserunt ergo non prius ipsos binas concepisse preculas quam a summo ad imum fisso urbis muro apertum sit spatium quo intrare possent homines; quo valde territi urbis incolæ : Hic, inquiunt, fraudis nostræ finis est. Ingressus ergo urbem Sapores interfecit quicunque in manus ipsius pervenerunt viros bello idoneos, reliquos ejus incolas **381-383** captivos abduxit, magnamque in eo opum vim reperit. Locum autem qui in muro fissus est ea modo relinqui jussit, ut eo conspecto homines exemplum caperent. Dein varias in Syria urbes cepit, multis cæsis, multisque captivis factis. Terram etiam Græcorum ingressus magnam eorum stragem edidit, captis Kalonia et Cappadocia.

Mortuo Antonino Cæsare, Romæ post ipsum in Romanos regnavit Alexander Cæsar annos tredecim, idque anno regni Saporis filii Azdashiri regis Persarum decimo-septimo. Sub eo pace et incolumitate gavisi sunt Christiani. Mater enim ipsius, nomine Mama, magno in Christianos amore propendit. Anno imperii ipsius primo constitutus est Heraclius patriarcha Alexandrinus, ubi cum annos tredecim sedisset, mortuus est. Ejus tempore appellatus est patriarcha Alexandrinus Baba, id est avus. Anno imperii ejus tertio creatus est Anterus patriarcha Romanus, qui annos duodecim sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem octavo factus Babila patriarcha Antiochenus, annos octo sedit, dein mortuus est. Anno imperii ipsius secundo

A constitutus est Narcissus episcopus Hierosolymitanus, qui postquam annos duodecim sedisset, fugit. Mortuo Alexandro Cæsare, Romæ, Romanis imperavit Maximinus Cæsar **384** tres annos : idque anno regni Saporis Azdashiri filii Persarum regis tricesimo. Maximinus imperator iste magnarum Christianis calamitatum et tristitiæ diuturnæ auctor fuit, Christianorum strage edita hominibusque ad idolorum, quæ ipse pro diis habuit, cultum prolapsis, episcopisque non paucis e medio sublatis, inter quos Babila Antiochiæ patriarcha : Narcissus ergo episcopus Hierosolymitanus audito interfectum esse Babilam patriarcham Antiochenum, fuga prolapsus cathedram deseruit. Anno igitur imperii ipsius secundo factus Dius episcopus Hierosolymitanus, vice Narcissi, annos tres sedit, dein mortuus est. B Anno imperii ejus tertio creatus est Flavianus patriarcha Romanus, ubi postquam annos tredecim sedisset, occisus est. Anno ipsius secundo factus Dionysius patriarcha Alexandrinus, qui scriptor fuit, annos septemdecim sedit, dein mortuus est. Anno etiam secundo imperii ipsius mortuus est Sapores Azdashiri filius rex Persarum, post quem regnavit Hormoz Saporis filius (qui est Hormoz Al-Horri) annum unum et menses decem, post quos mortuus est. Anno tertio imperii Maximini Cæsaris regnum in Persas obtinuit Bahram Hormozi filius, qui annos tres cum tribus mensibus regnavit. Anno tertio Bahrami regis Persarum C **385-387** obiit Maximinus Cæsar, Romanorum imperator; post quem regnavit Pupienus Cæsar, qui et Julianus appellatus est, tres menses, dein occisus est; imperante post ipsum Romæ Romanis Gordiano Cæsare annos quatuor. Cujus imperii anno primo constitutus est Flavianus patriarcha Antiochenus, qui annos undecim sedit, dein mortuus est. Anno imperii ipsius secundo factus est Germanus episcopus Hierosolymitanus, qui cum annos quatuor sedisset, mortuus est. Anno ejusdem tertio mortuus est Bahram Hormozi filius, rex Persarum; post quem regnavit Bahram Bahrami filius in Persas, annos septemdecim. Cujus tempore prodiens quidam origine Persa, nomine Mani, Manichæorum religionis auctor fuit, asserens se prophetam esse, quem prehensum medium di- D visit Bahram, Bahrami filius, captis insuper ex ipsius asseclis et qui ejus sententiam amplecterentur viris ducentis, quos capitibus immersis luto infixit donec morerentur, dicens: Hortum quem feci hominibus vice arborum plantavi. Appellati autem sunt religionem ipsius professi, et sententiam amplexi, Manichæi, titulo a nomine ipsius Mani desumpto.

Porro anno regni Bahrami filii Bahrami tertio mortuus est Gordianus Cæsar Romanorum imperator, imperante post ipsum Romæ Romanis Philippo Cæsare, **388** annos septem, qui in Dominum Christum credidit. Anno imperii ipsius primo constitutus est Gordianus episcopus Hierosolymitanus,

Digitized by Google

ubi cum quinque annos sedisset mortuus est. Anno A ipsius quarto reversus Narcissus episcopus Hierosolymitanus qui fugerat, annum sedit cum Gordiano, quo deinde mortuo, sedit post ipsum Narcissus annos decem, dein mortuus est, annos natus centum et sexdecim. In Philippum autem Cæsarem imperatorem insiliens dux quidam, nomine Decius, ipso interfecto imperium occupavit, regnavitque Romæ in Romanos annos duos, idque anno regni Bahrami filii Bahrami regis Persarum decimo. A Decio isto persecutionem gravem malaque magna passi sunt Christiani, dum ex iis innumeros interfecerit. Martyrium sub ipso subierunt quamplurimi, inter quos morte affectus est Flavianus Romæ patriarcha. Deinde Carthagine urbem B Ephesum profectus in ipsius medio templum magnum exstruxit in quo idola statuit, jussis hominibus illis cultum præstare, et sacrificia offerre, illis qui id facere recusarent mortem inferens: quamobrem neci data est magna Christianorum multitudo, quos super Ephesi muro patibulis affixit. Decius etiam imperator assumptos **389-391** e magnatum Ephesi filiis pueros septem, ipsos rei vestiariæ suæ præfecit; quorum nomina sunt Maximianus, Amlichus, Dianus, Martinus, Dionysius, Antonius, Joannes. Septem isti juvenes cum idola non colerent, notum factum est hoc regi per delatores: quare iratus ipse illos in carcerem conjici jussit, deinde ad exercitum profectus illos donec reverteretur dimisit. Imperatore ergo urbe pro- C fecto, omnibus quæ habebant in eleemosynam distributis ad montem magnum, Chaos appellatum, ad partem Ephesi orientalem profecti, in specu quodam magno qui in ipso fuit se abdiderunt, unde unus aliquis ex ipsis quotidie urbem personatus ingrediebatur, ut quid de ipsis dicerent homines audiret, victumque ipsis comparatum reversus illis indicaret. Reverso igitur imperatori ac de ipsis roganti cum nuntiatum esset, fuisse ipsos in monte in spelunca, jussit ipse obstrui speluncæ aditum, ut ibi morerentur. Deus autem septem juvenibus istis somnum immisit, quo instar mortuorum dormierunt. Quidam ergo ex ipsius præfectis sumpta lamina plumbea historiam ipsorum, et quid ipsis cum imperatore Decio contigisset, D inscripsit; quam deinde arcæ æneæ inclusit, qua in specu relicta januam ipsius obstruxit.

392 Mortuo Decio Cæsare imperatore post ipsum Romæ in Romanos imperium obtinuerunt annos duos, imperatores duo Gallus et Julianus, Cæsares; idque anno regni Bahrami filii Bahrami, Persarum regis, duodecimo. Anno imperii ipsorum primo Cornelius Romæ patriarcha constitutus duos annos sedit, dein mortuus est. Eodem anno factus est Demetrius patriarcha Antiochenus, qui octo annos sedit, dein mortuus est. Mortuus est autem Julianus imperator, et octodecim post diebus interfectus Gallus, imperii consors, imperante post ipsos Romanis Gallieno Cæsare, qui et Aliemanus A Cæsar audit, annos quindecim, idque anno regni Bahrami filii Bahrami Persarum regis decimo quarto. Anno imperii ipsius primo constitutus est Maximus patriarcha Alexandrinus, qui annos octodecim sedit, dein mortuus est. Eodem anno factus est et Lucius patriarcha Romanus, qui cum octo menses sedisset mortuus est. Post eum factus Estatius ibidem patriarcha, sex annos sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem octavo constitutus est Xystus patriarcha ibidem, qui cum novem annos sedisset mortuus est. Eodem anno constitutus est Dominus Antiochiæ patriarcha qui cum tres annos sedisset mortuus est. Anno ejusdem duodecimo **393-395** creatus est Timotheus ibidem patriarcha, qui et postquam tres annos sedisset mortuus B est. Anno imperii ipsius quinto factus est Alexander episcopus Hierosolymitanus, quem cum septem annos sedisset, morte affecit imperator iste in urbe Cæsarea, idque anno imperii sui undecimo. Anno ejusdem decimo quarto constitutus est Marzaban episcopus Hierosolymitanus, qui annos viginti unum sedit, dein mortuus est. Anno septimo imperii Galieni Cæsaris interfectus est Cyprianus martyr in oppido dicto Arsagena. Crudelis autem fuit Galitenus [Galienus] Cæsar in Christianos, magnorum illis malorum auctor. Ejus filium, qui ad bellum cum Persis gerendum profectus est, captum Persæ ad Bahramum filium Bahrami Persarum regem miserunt, qui capite ipsum truncavit, quo audito C magna tristitia affectus est Galitenus Cæsar, et a malo Christianis inferendo cessavit. Anno imperii ipsius quinto mortuus est Bahram, filius Bahrami, Persarum rex: post quem regnavit Bahram, etiam Bahrami filius, qui et Shahan Shah audit, menses quatuor, dein mortuus est, succedente ipsi fratre ipsius Narsa filio Bahrami, filii Saporis, filii Ardashiri, filii Babec, filii Sasani; qui in Persas annos novem regnavit, dein mortuus est. Anno imperii ejusdem (videlicet Galieni Cæsaris) decimo quarto, **396** regnum in Persas obtinuit Hormuz, Narsæ filius, annis septem et quinque mensibus, dein mortuus est.

Mortuo autem Galieno Cæsare, Romanorum imperatore, imperavit post ipsum Romæ Claudius D Cæsar, annum unum, idque anno regni Hormuz Persarum regis tertio. Anno imperii Claudii Cæsaris primo constitutus est Paulus patriarcha Antiochenus, qui cum annos octo sedisset mortuus est. Cognominatus est autem Paulus Samosatenus, quod ex incolis Samosatæ esset, fuitque idem auctor hæreseos Paulicianorum. Qui eamdem cum ipso fidem professi sunt, eamdemque sententiam amplexi, a nomine ipsius Pauli, Pauliciani. Sententia autem Pauli Samosateni hæc erat: Dominum Christum hominem fuisse a Deitate creatum, ejusdem cum nostrum aliquo substantiæ, et principium Filii a Maria fuisse, ipsumque electum fuisse ut esset Salvator substantiæ humanæ, comitante ipsum gratia divina et in ipso habitante per amorem et

Digitized by Google

voluntatem, ideoque vocatum esse Filium Dei. Dixit etiam Deum unam esse substantiam, unamque personam, neque in Verbum credebat, neque in Spiritum sanctum. Post mortem igitur ipsius congregati sunt episcopi tredecim in urbe Antiochena, qui in ipsius factum et sententiam inquisiverunt, et cum ipsum, et quotquot sententiam ejus amplecterentur anathemate devovissent reversi sunt.

397-399 Mortuo Claudio Cæsare Romanorum imperatore, post ipsum Romanis Romæ imperavit Aurelius Cæsar annos quinque, idque anno regni Hormozi filii Narzæ regis Persarum quarto. Anno imperii Aurelii Cæsaris primo constitutus est Dionysius patriarcha Romanus, qui octo annos sedit, dein mortuus est. Anno quarto imperii ipsius creatus est Neron patriarcha Alexandrinus, ubi novemdecim annos sedit, dein mortuus est. Christiani autem Alexandrini in speluncis et domibus clam orabant, metu Romanorum, ne ipsos trucidarent, neque manifesto se exhibebat patriarcha in Alexandria; at cum patriarcha crearetur Neron, ille se manifesto exhibuit, neque destitit Romanos demulcere, donec Alexandriæ ecclesiam Dominæ Mariæ sacram exstrueret. Anno imperii ejus quinto, mortuus est Hormoz Narzæ filius, rex Persarum, cui nullus erat, quem successorem sibi constitueret, filius. Erat tamen ex uxoribus ipsius quædam gravida, quam cum rogasset populus, sciret necne utrum in utero puerum an puellam gestaret, respondit illa : Motum embryonis ad latus dextrum sentio, cum gestaminis levitate, quod indicium est fetum masculum esse. Gavisi ergo illi diadema utero mulieris istius alligarunt, cumque filium peperisset, Sabur appellatus est. **400** Estque ille idem qui Dul-Ectaf [Scapularum Dominus] cognominatus est; inde scilicet quod cum regem aliquem vinceret, scapulam illi luxaret. Magna autem, ipsius causa, lætitia affecti sunt Persæ.

Mortuo Aurelio Cæsare Romanorum imperatore, post ipsum regnarunt Tacitus et Kurianus novem menses, dein occisi sunt. Imperante post ipsos Maruno Cæsare annos sex; idque anno regni Saporis filii Hormozi Persarum regis tertio. Anno imperii Maruni tertio creatus est Philetus patriarcha Romanus, ubi cum annos quinque sedisset mortuus est. Anno ejusdem secundo constitutus est Cyrillus patriarcha Antiochenus, qui annos quindecim sedit, dein mortuus est. Mortuo Maruno Cæsare Romanorum imperatore regnavit post ipsum Carus Cæsar, unaque bini ipsius filii Carius et Numerianus, annos duos, idque anno regni Saboris Hormozi filii nono. Crudelem hic se erga Christianos exhibuit; idemque est qui Kozmum et Damianum fratres, martyres morte affecit. Mortuo Caro Cæsare, ac interfectis filiis ipsius, Romæ in Romanos imperio potitus est Diocletianus Cæsar.

Jam ad imperium Diocletiani ab Hierosolyma per

A Titum vastata anni sunt ducenti sex. Ad idem a Christo nato, ducenti septuaginta sex. Ad idem a regno Alexandri, **401-403** quingenti nonaginta quinque. Ad idem a captivitate Babylonica, octingenti quinquaginta octo. Ad idem a Davide, mille treccnti triginta quinque. Ad idem ab exitu Israelitarum ex Ægypto, mille nongenti quadraginta unus. Ad idem ab Abrahamo, bis mille quadringenti quadraginta octo. Ad idem a Phaleko, bis mille nongenti octoginta novem. Ad idem a diluvio, ter mille quingenti viginti. Ad idem ab Adamo, quinquies mille septingenti septuaginta sex.

Imperare autem [cœpit] Diocletianus anno regni Saporis, filii Hormozi, Persarum regis, undecimo, B una cum ipso imperante Maximiano, qui et Curius appellatus est; potitusque est in Romanos imperio annis viginti uno. Magnarum illi Christianis calamitatum, et tristitiæ diuturnæ, cruciatuumque gravium ac persecutionis duræ auctores fuerunt, adeo ut majora sint quam quæ exprimi possunt mala, quæ illis intulerunt, qua cæde, qua bonorum publicatione; interfectis ex ipsis quorum a nemine, excepto Deo, numerus iniri potest, ac martyrium eorum tempore passis millenis martyrum millibus. Iidem sanctum Georgium variis suppliciorum generibus cruciatum in Palæstina, morte affecerunt : qui sanctus a Cappadocia genus duxit. Interfecerunt etiam sanctum Minam, **404** necnon C sanctum Victorem, Phicinitum, Abimachum et Mercurium. Anno imperii ipsorum decimo constitutus est Petrus patriarcha Alexandrinus, seditque annos decem : dein anno eorumdem vicesimo Alexandriæ gladio caput ipsi amputatum est. Anno imperii ipsorum primo constitutus est Eutychius patriarcha Romanus, qui cum annos octo sedisset mortuus est. Anno eorumdem nono factus est Gabius [Caius] patriarcha ibidem, qui duodecim annos sedit, dein mortuus est. Anno imperii eorumdem decimo constitutus est Euris patriarcha Antiochenus, qui undecim annos sedit, dein mortuus est. Anno eorumdem quinto constitutus est Mamunes episcopus Hierosolymitanus, ubi cum tredecim annos sedisset mortuus est. Anno eorum- D dem decimo octavo creatus est Zebedæus episcopus Hierosolymitanus, qui decem annos sedit, dein mortuus est. Fuerunt autem Petro patriarchæ Alexandrino discipuli duo, quorum uni nomen Achillas, alteri Alexander. Fuitque Alexandriæ infidelis quidam nomine Arius, qui Patrem solum Deum esse asseruit, Filium autem creatum, conditum; ac fuisse Patrem cum non esset Filius. Dixit ergo Petrus discipulis suis : Dominus Christus Ario isti maledixit, cavete igitur ne ipsum, aut ipsius dictum **405-407** recipiatis. Videns enim in somno Christum vestibus scissis, cum rogassem ipsum : Domine, quis vestes tuas laceravit? respondit mihi, Arius. Cavete ergo ne ipsum in Ecclesiam vobiscum admittatis.

Digitized by Google

A Quinto autem post Petrum patriarcham interfectum anno, constitutus est Achillas, discipulus ipsius, patriarcha Alexandrinus; ubi sex annos sedit, dein mortuus est. Arius autem amicorum suorum ope contra Achillam implorata ipsi simulavit rediisse se ab ista sententia impia, istaque infidelitate; quare ipsum et in Ecclesiam admisit Achillas et presbyterum constituit. Diocletianus vero rex Christianos undique conquisitos morte affecit: quos dum quærere pergeret, cum ad locum Dalmitiam dictum pervenisset, Deus in ipsum vindictam suam effudit, adeo ut soluto corpore in morbum gravem incideret, plagasque graves contraheret, adeo ut vermes produceret corpus ipsius qui a carne ipsius in terram deciderent, linguaque ex ore deflueret, itaque mortuus sit. Maximianus

B vero, qui Alcurius appellatus est, in morbum incidit, quo adustum est corpus ipsius, adeo ut carbonis instar esset; Tarsique mortuus est, imperante post ipsos Maxentio, Maximiani filio, unaque Maximiano altero, qui et Galerianus audiit, annos novem: idque anno **408** regni Saporis filii Hormozi Persæ tricesimo secundo. Diviserunt hi imperium adeo ut Maximianus, qui Galerius appellatus est, in Orientem et Syriam, terramque Romanorum regnaret; Maxentius vero Romæ et in ipsius territoria. Fuerunt autem in Christianos instar leonum sævientium, et malorum exsiliorumque illis auctores quæ describere nemo potest, qualiaque haud fecerat quis ex iis qui antecesserant regibus. Im-

C peravit una cum ipsis Byzantio, partibusque ipsi adjacentibus Constans, Constantini pater, vir sedatus, religiosus, idolorum osor, Christianis amicus. Hic in partes Mesopotamiæ ac Rohæ, profectus, dum in oppido quodam Rohæ Caphar Phacar [vico figuli] dicto subsisteret, vidit ibi mulierem pulchram, formosam, nomine Helenam, quæ a Barsica episcopo Rohensi ad fidem Christianam conversa fuerat, nec non legere didicerat: quam cum a patre petitam in uxorem sibi duxisset, ea ab ipso gravida facta est; reverso deinde Constante Byzantium, peperit Helena filium pulchrum, mansuetum, intellectu præditum, mali fugientem, sapientiæ amantem, videlicet Constantinum, qui Rohæ educatus Græcorum sapientiam addidicit. Maximianus

D autem, qui Galerius dictus est, vir fuit asper, audax, Christianis valde infensus, quique multos **409-411** ipsorum neci daret; mulierosus, adeo ut non relinqueret Christianis filiam aliquam virginem quam non prehensam ac vitiatam interficeret; eodemque modo tractarunt comites ipsius virgines Christianorum; ipsosque opibus spoliatos trucidarunt, adeo ut male admodum ab ipsis esset Christianis. Ad eumdem pervenerat fama Constantini, scilicet, esse eum puerum mansuetum, mali fugientem, multæque scientiæ, quemque magno fruiturum imperio annuntiaverant qui cum ipso erant astrologi; quare morte illum afficere studuit: quod cum Constantino notum factum esset, ipse Roha fugiens, ac Byzantium profectus, patrem suum adiit, qui regnum ipsi tradidit.

Aliquanto post mortuus est Constans, Constantini pater. Deus autem in Maximianum imperatorem morbos graves immisit, adeo ut caro ipsius deflueret, et in terram projectus maneret, nec quis ad ipsum accederet vel accedere posset. Mirati sunt ergo socii ipsius illud quod ipsi contigerat, quin et ipsi inimici miserti sunt ejus ob ea quæ passus est. Ipse vero ad se reversus, Hoc forsan quod patior (inquit) inde mihi accidit, quod Christianos interfecerim. Litteras ergo in omnes provincias suas dedit, ut Christianos, quicunque in carceribus essent, dimitterent, eosque honore afficerent, nec ullum iis damnum **412** inferrent; rogarent autem ut inter precandum pro imperatore vota funderent. Orantibus ergo pro imperatore Christianis ac preces fundentibus, Deus ipsi sanitatem restituit, adeo ut viribus et sanitate melius quam antea gauderet. Ille vero ubi sanitati restitutus convaluisset, ad majorem impietatis gradum quam antea prolapsus, in omnes ditiones suas scribens, Christianos occidi jussit, et ne professionis ejus quispiam in imperio ipsius relinqueretur, neve urbem aut oppidum incolere sinerentur, sed penitus exstirparentur. Interfecti sunt ergo e Christianis, qua viri, qua feminæ, qua pueri, plures quam qui numerari possint, adeo ut præ occisorum multitudine plaustris delati in mare, et in deserta projicerentur. Morte tum affecti sunt Sergius et Bacchus in urbe Cappadociæ, cujus incolæ erant. Interfecta est et sancta Barbara. Anno secundo imperii Maximiani factus est Vitellius patriarcha Antiochenus, ubi cum sex annos sedisset mortuus est. Anno imperii ejus tertio creatus est Marcellus patriarcha Romanus, qui annos duos sedit, dein mortuus est. Porro Sapores Hormozi filius Persarum rex, cum jam grandior factus ad ætatem juvenilem pervenisset, recteque constitutum esset regnum ipsius, audita Maximiani imperatoris **413-415** Romanorum fama, et quid Christianis faceret: comitibus suis, Volo (inquit) ego Romanorum regionem solus ingredi, ut regum ipsorum atque exercituum statum, et regionum situm perspectum habeam, dein, ubi quod volui perfecero, in regnum meum reversurus sum, ut post, experientia edoctus, eos aggrediar. Cavere ergo ipsum jusserunt comites ipsius, quid inde ipsi eventurum timerent indicantes. Ille vero consulentibus ipsis auscultare noluit, sed dissimulato habitu profectus est donec in Romanorum regionem pervenisset, ubi ad tempus mansit, huc illuc circumiens.

Dumque ita se haberet, ecce audivit Maximiani filium convivium instruere; ac jussisse patrem ipsius ut accedentes hominum etiam infimi convivio ejus, postquam comedendi finem fecissent nobiles, adessent. Profectus est ergo Sapores habitu mendici indutus, ut cœtui huic interesset. Dum

Digitized by Google

autem ipse mensæ accumberet, ecce Maximianus A imperator vas quoddam e vasis Saporis, cui insculpta erat ipsius imago, protulit, in quo bibendum imperatori præbuerunt servi ejus, nec non iis qui circa ipsum essent proceribus, donec perlato tandem poculo ad quemdam e sapientibus ipsorum qui et astrologiæ et physiognomoniæ deditus fuit, ille inspecta imagine, cum et antea **416** Saporis in consessu sedentis vultum conspexisset: Video (inquit) inter discumbentes quemdam qui imaginem et figuram istam poculo huic insculptam refert; quod si ipse Sapores non sit, non est in terra quispiam ipsi similior. Rogante ergo Maximiano imperatore quisnam ille esset; ille: Video (inquit) in hoc poculo Saporis imaginem, atque hic ille est: prehensaque Saporis manu ipsum ad B regem adduxit, qui ipsum quisnam esset rogavit? cui Sapores: Sum ego pauper quidam e Persiæ incolis. Suspicatus vero Maximianus illud quod in ipso animadverterat, ipsumque haud vera dicere percipiens, vehementius ipsum interrogavit. Dixit igitur ipsis Sapores: Quoniam quod verum est vultis, sum ego e Persiæ ducibus, cujus pater cum in regem graviter deliquisset, ille ipsum interfecit, opibus ipsius ablatis. Ego ergo, mihi metuens ad vos me contuli, sperans me in regione vestra securum fore. Ad pauperiem autem redactus, et necessitate impulsus, huc veni præ ea qua urgebar fame, indigentia ac paupertate. Miserti ergo ipsius, vera ipsum dixisse rati, eum dimittere in C animo habuerunt. Vetuit autem illos doctus ille, dicens: Sciatis hunc ipsummet Saporem esse: vehementius ergo ipsi instate donec verum de se vobis indicet. Imminebat **417-419** ergo ipsi Maximianus imperator, cædem minatus atque hac solum conditione securitatem pollicitus, si vere, quis esset, indicaret. Dixit Sapores: Mirum est quod putetis Saporem inopiam et paupertatem in regione vestra electurum, potius quam ut in regno suo subsisteret. Illi vero hoc ab eo responsum non acceperunt, donec se revera Saporem esse confessus esset. Jussu ergo Maximiani imperatoris vaccæ figuræ cavæ e coriis bovinis confectæ, impositus est, qua deinde occlusa vigiles ipsi et custodes præfecit.

Tum Persiæ regionem aggressus Maximianus, D magna tribus ipsorum strage, urbes ruina vastavit: nec non arbores palmasque amputavit, Sapore interim ipsum quocunque iret comitante. Neque ita se habere desiit donec ad Jondi-Sabur pervenisset, in qua munierant se Persarum primores, cujus et dimidium machinis in eam directis dejecerat nisi quod ipsam ingredi non posset. Rebus autem ita se habentibus nocte quadam custodes Sapore negligentius habito portam, per quam in figuram injici solebat cibus, non obseraverant. Erat autem nox Oshanan, (juxta aliud exemplar, nox festa) fueruntque circa ipsum ex incolis Abvazi, quos Romani captivos ceperant, multi, quorum sermone audito linguam ipsorum intellexit Sapores. **420** Erant autem ipsis utres oleo pleni. Horum igitur cuidam noctu ad se vocato dixit: Ex his utrem aliquem acceptum in me effundas, quod cum ille fecerat madefactum est lorum quo constrictus est. Egressus ergo, instar bestiæ incessit donec urbis portæ propior factus exclamaret. Inclamantibusque ipsum custodibus nomen suum indicavit, qui voce ejus agnita, portam urbis ipsi aperuerunt. Quamprimum autem urbem ingressus est, magno illi gaudio perfusi vocem sustulerunt Deum laudantes ac celebrantes. Experrecti igitur Maximiani socii suppetias ipsis a tergo advenisse rati sunt. Dixit autem Sapores illis qui in arce erant: Parate vos, ut cum campanæ sonum audieritis in ipsos irruatis. Quod cum fecissent, in fugam coram ipsis conversi sunt Romani: quos gladio insecuti, magnam ipsorum stragem ediderunt, direptis quæ ipsis erant opibus et thesauris. Deinde Sapores Romanorum regionem ingressus magnam eorum stragem edidit, multasque vastavit urbes, multis inde captivis abductis. Grassata est autem in Romanorum regione fames gravis, pestisque et plaga, adeo ut mortuos præ multitudine ipsorum sepelire nequirent. Itaque bello Saporis, fame, pestilentia et morte a Christianis interficiendis detenti sunt. Porro Maxentius, Romanorum **421-423** imperator, omnibus qui ante ipsum imperaverant pejor fuit, omnes qui Romæ erant, præcipue Christianos, in servitutem redigens, opibus ipsorum direptis, mulieribus et pueris interfectis.

Cum ergo audirent Romæ incolæ, imperare Constantinum, ipsumque mali osorem, boni amantem esse, atque imperio ipsius subditos tranquillitate ac pace sub ipso frui, litteras ad ipsum scripserunt eorum primores, quibus ipsum rogarunt ac petierunt, ut ipsos a Maxentii servitute liberaret. Lectis ille ipsorum litteris magna cum afficeretur tristitia, dubius hæsit, quid faceret nescius. Dum autem hæc animo volveret, ecce apparuit illi ipso meridie, crux e stellis fulgens, circa quam scriptum erat, *Hoc signo vinces*. Egressus ergo sociis suis dixit: Vidistisne quod ego vidi? responderunt illi: Etiam. Ex eo ergo tempore religionem christianam amplexus est. Fuitque hoc, anno ab obitu patris ipsius Constantii sexto. Constantinus ergo instructus copiis omnibusque ad Maxentium Romanorum imperatorem oppugnandum paratis, crucem magnam confecit, qua vexillo superimposita profectus est Maxentium aggressurus. Maxentius vero audito Constantinum ad bellum ipsi inferendum accedere, se et ipse paravit, fluvioque qui Romæ adjacet ponte strato, copias suas omnes educens, cum Constantino **424** prælio contendit. Constantino autem victoria potito, magnaque sociorum Maxentii strage edita, fugit ille cum exiguis eorum reliquiis ad Urbem contendens. Eliso vero sub ipsis ponte, submersus est cum suis Maxentius, adeo ut qua mersis qua cæsis implere-

Digitized by Google

tur fluvius. Egressi ergo Romani cum coronis aureis, diversisque ludicrorum et lusus generibus, Constantino occurrerunt, magna ob ipsius adventum lætitia affecti. Ille ubi urbem ingressus esset, martyrum christianorum crucique affixorum, corpora sepeliri jussit. Iique qui fuga se subduxerant, et quos exsulare jusserat Maxentius, in patriam et locum suum reversi sunt. Quod si cui quid ereptum fuisset, illud ipsi restituit. Septem ergo diebus in regis et crucis honorem festum celebrarunt, edentes, bibentes et lætitia perfusi. Hæc cum audisset Maximinus, Galerius appellatus,. magna ille ira exæstuans, collectis copiis suis profectus est Constantinum bello aggressurus. Quo audito Constantinus etiam instructis copiis rebusque paratis, ipsi obviam ivit. Maximini autem comites, visa super vexillo cruce, in fugam coram ipso conversi sunt, quos gladio insecutus magnam ipsorum stragem edidit, aliis etiam captivis factis, aliis ipsius fidem implorantibus, adeo ut Maximinus nudus fugiens, non cessaret **425-427** a loco ad locum se subducere, donec ad urbem suam perveniret, ubi deorum suorum sacrificulos, præstigiatoresque et sciolos, in quos amore propensus, et a quibus consilium capere solitus fuerat, congregatos capite truncavit, ne si in manus Constantini inciderent illorum ope uteretur.

Deus autem Maximiano ignem in ventrem immisit, qui eum adeo torruit, ut rumperentur ipsi, præ calore quem intus sensit, viscera : quin et excidentes ipsi oculi in terram deciderunt, adustaque caro ab ossibus separata est, ita ut morte pessima periret. Omnibus ergo Romanorum ditionibus tranquille et in pace imperavit Constantinus, idque anno imperii Saporis, Hormozi filii, Persarum regis quadragesimo primo. Erat autem Constantinus, filius Constantii, filii Valentii, filii Arsisi, filii Decii, filii Claudii imperatoris qui Romæ floruit tempore apostolorum. Erat vero Constantino dux quem amavit, et ad honores evexit, nomine Licinius; quemque, data ipsi in uxorem sorore sua Constantinia, Romæ præfecit; jubens ipsum christianos honore afficere, magnique facere, nec ipsorum ulli nocere. Licinius autem imperium adeptus ad idolorum cultum reversus, ad mortem duci jussit christianos. Martyrium ergo sub ipso passi sunt Theodorus miles, metropolita **428** Barkensis, cum martyribus quadraginta, qui ex urbe Sebastia Cappadociæ erant. Fuit autem ipsi in Sebastia præfectus nomine Agricola, qui quadraginta martyres Cappadoces prehensos in piscinam aquæ nudos abjecit, cum esset nix vehemens, unde frigore mortui sunt. Unus tantum ex ipsis in balneum, quod ad lacus ripam fuerat, egressus est ut ibi se calefaceret, quem decidens in ipsum balneum interfecit. Præfectus autem, qui satellitibus a quibus custodiebantur præerat, cum quadraginta e luce coronas cœlitus in martyrum istorum capita descendisse cerneret, unam autem vacuam mansisse, ipse exutis vestibus in lacum se projiciens in Christum credidit, istamque e luce coronam accepit. Tum e piscina extractos dum plaustro asportandos imponerent, repertus est inter ipsos juvenis quidam nondum mortuus, quem ideo relictum, astans mater ipsius sustulit ut in plaustrum una cum mortuis conjiceret, quod cum eam facere prohiberent, quia adhuc viveret, ille in humeris ipsius mortuus est. Quare et ipsum in plaustrum injecit una cum martyribus, quos extra urbem Sebasten eductos concremarunt. Cum autem hæc audisset Constantinus, litterisque ipsi facti sui turpitudinem exprobrasset, neque ille tamen desineret, qu **429-431** potius collectis copiis ad bellum Constantino inferendum proficisceretur, misit Constantinus exercitum qui cum ipso in Bithynia prælio conflixit, a quo cum profligatus esset, captus etiam est et ad Constantinum perductus, qui ipsum in urbem Thessalonicam relegavit : cui præfectus cum conaretur, copiis e Thessalonicensibus collectis, Constantinum iterum bello lacessere, misit ipse qui caput illi amputaret. Christianismum autem amplexus est Constantinus in urbe dicta Nicomedia, idque anno imperii sui duodecimo : jussitque in omnibus regionibus exstrui ecclesias, erogatis e vectigalium suorum fisco nummis ad ecclesiarum vasa conficienda.

Primo imperii ipsius anno constitutus Eusebius patriarcha Romanus sex annos sedit, dein mortuus est. Anno imperii ejusdem septimo factus est Meletianus patriarcha Romanus, qui cum annos quatuor sedisset mortuus est. Anno vero undecimo ibidem patriarcha constitutus Silvester, annos viginti octo sedit, dein mortuus est. Anno principatus ejus nono celebratum est concilium in urbe Nicæa. Anno etiam imperii Constantini tertio creatus est Philonicus patriarcha Antiochenus, qui quinque annos sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem nono constitutus est Apollonius patriarcha Antiochenus, qui **432** cum quinque annos sedisset, mortuus est. Anno ejusdem decimo quinto factus est ibidem patriarcha Eustathius, qui octo annos sedit, dein mortuus est. Cujus principatus anno quinto fuit concilium Nicænum. Anno etiam imperii Constantini primo constitutus est Ason episcopus Hierosolymitanus, qui novem annos sedit, dein mortuus est. Anno imperii ejusdem decimo, constitutus est Macarius ibidem episcopus, qui novemdecim annos sedit, dein mortuus est. Anno principatus ejus decimo celebratum est concilium Nicænum. Anno etiam imperii Constantini quinto factus est Alexander patriarcha Alexandrinus. Hic Petri martyris patriarchæ Alexandrini, qui occisus est, discipulus, idemque socius Achillæ patriarchæ Alexandrini, annos sedecim sedit, dein mortuus est. Anno principatus ipsius decimo quinto celebratum est concilium Nicænum. Alexander siquidem patriarcha Alexandrinus Arium ecclesiam ingredi vetuit, eique maledixit, dicens :

Digitized by Google

Maledictus est Arius; dixit enim nobis Petrus patriarcha antequam martyrium subiret: Maledixit Deus Ario, ne ergo ipsum recipiatis, neque vobiscum in Ecclesiam admittatis. Præerat autem urbi Asyuto e ditione Ægypti episcopus nomine Meletius, qui Arii sententiam amplexus **433-435** est; eidem ergo etiam maledixit Alexander patriarcha. Porro fuit Alexandriæ templum magnum quod exstruxit Cleopatra regina nomini Saturni dedicatum, in quo idolum æreum magnum erat quod Michael appellatus est, cui Alexandriæ et Ægypti incolæ die mensis Heturi, qui Tishrin posterior est, festum magnum celebrabant, multas eidem hostias immolantes. Cum ergo Alexandriæ patriarcha factus esset Alexander, ibique obtinuerit fides christiana, voluit ille confringi idolum et tolli sacrificia, cumque obsisterent ipsi Alexandrini, ille astutia ipsos aggressus: Idolum (inquit) istud nulli omnino rei utile est; quod si festum illud Michaeli angelo celebraveritis, eique hostias istas constitueritis, ipse pro vobis apud Deum intercedet majorisque vobis boni causa, quam idolum istud futurus est. Annuentibus ergo illis, ex idolo confracto crucem confecit; templum vero, Michaelis ecclesiam appellavit (estque illa ecclesia quæ Cæsarea vocata est; et igne periit cum Occidentales Alexandriam ingressi eam vastarunt); consecrataque sunt festum et victimæ Michaeli angelo; unde et adhuc Cophtitæ in Ægypto et Alexandria eo die festum Michaeli angelo celebrant, et victimas quamplurimas cædunt.

436 Cum ergo Alexander patriarcha Alexandrinus, Arium Ecclesiam ingredi prohiberet, eique malediceret, profectus ille ad Constantinum imperatorem opem ab ipso contra Alexandrum patriarcham petiit. Comites autem se Ario præbuerunt episcopi duo, quorum unus nomine Eumenius [*al.* Eusebius], Nicomediæ episc., alter Eusebius Philæ episcopus, opem a Constantino implorantes. Dicente Ario: Alexander patriarcha injuria me affecit, et Ecclesia immerito expulit, et imperatorem rogante ut illum accerseret, quo coram imperatore cum ipso disputaret. Constantinus ergo imperator misso Alexandriam nuntio illum accersivit, Ariumque convenire fecit quo cum ipso disputationem haberet. Jussit igitur Constantinus Arium sententiam suam explicare. Tum Arius: Dico, inquit, Patrem fuisse cum non esset Filius; deinde ipsum de novo produxisse Filium qui fuit illi Verbum, nisi quod de novo productus et creatus fuerit. Deinde tradidit Pater Filio, qui Verbum ipsius appellatur, imperium, fuitque ille cœlorum et terræ, et omnium quæ inter ea sunt conditor, sicut in Evangelio sancto testatur, dicens: *Data est mihi omnis potestas in cœlos et in terram* [a]: fuit ergo ille eorum conditor ea quæ ipsi data esl [potestate.] Deinde **437-439** Verbum illud postea ex Maria virgine

A corpus assumpsisse, et e Spiritu sancto; factumque est illud Christus unus. Christus ergo duos comprehendit significatus, Verbum et corpus; quæ tamen utraque creata sunt. Tum respondens illi Alexander: Dic mihi (inquit) quem putas teneri nos potius colere, illumne qui nos creavit, an qui nos non creavit? Respondente Ario, illum qui nos creavit; dixit Alexander: Si ergo creavit nos Filius, uti dixisti, sitque idem creatus, tum Filium qui creatus est, magis colere tenemur, quam Patrem increatum; imo futurus est cultus Patris creatoris infidelitas, cultus vero Filii creati fides; quod absurdorum absurdissimum est. Placuit ergo imperatori, et qui aderant cæteris, Alexandri sententia, Arii autem absurda visa est. Aliæ etiam quæstio-
B nes multæ inter eos agitatæ sunt. Jussit ergo Constantinus Alexandrum patriarcham Ario omnibusque qui eamdem amplecterentur sententiam maledicere. Dixit autem Alexander Constantino imperatori: Haud ita; quin potius mittens rex patriarchas et episcopos accersat, ut sit nobis concilium, in quo rem definiamus, Arioque maledicamus, et veram fidem exponamus, omnibusque notam faciamus.

Mittens ergo Constantinus rex in omnes passim regiones, patriarchas et episcopos **440** convocavit, adeo ut post annum et duos menses Niceæ convenirent bis mille quadraginta octo episcopi, sententiis et religionibus inter se discrepantes. Erant ex illis qui affirmarent Christum et Matrem ipsius duos esse deos præter Deum [summum:] erant
C hi Barbari, et Marianitæ audierunt. Erant qui dicerent Christum a Patre esse, instar flammæ ignis quæ ab igne flammante dependeret, nec priorem diminuere posterioris ab ipso derivationem. Eratque hæc Sabellii et asseclarum ipsius sententia. Asserebant alii Virginem Mariam haudquaquam ipsum novem mensibus in utero gestasse, verum ipsum per uterum ipsius instar aquæ per canalem transiisse; Verbum siquidem per aurem ipsius ingressum ibi statim exiisse ubi egredi solet infans: quæ sententia Eliani et sequacium ipsius fuit. Alii Christum hominem fuisse a divinitate creatum, ejusdem cum nostrum aliquo substantiæ, filiique principium a Maria fuisse, ipsumque electum qui substantiæ humanæ liberator esset, comitante
D ipsum gratia divina, et in ipso per amorem et voluntatem habitante, ideoque appellatum fuisse Filium Dei. Dicentes etiam Deum substantiam unam esse, et personam unam, quæ tribus nominibus appellatur, nec in Verbum, nec in Spiritum sanctum credentes: erat **441-443** hæc sententia Pauli Samosateni patriarchæ Antiocheni, ejusque sectatorum qui Pauliciani audiunt. Erant et qui assererent, tres esse deos, qui non aliter se habeant quam ut bonus, et malus, et qui medii sit inter eos temperamenti; quæ Marcionis maledicti et sociorum ipsius sententia: qui et affirmarunt Marcionem

[a] Matth. XXVIII, 18.

Digitized by Google

principem apostolorum esse, Petro apostolo rejecto. Alii [denique] asseruerunt divinitatem Christi; quæ Pauli apostoli sententia est, nec non episcoporum trecentorum et octodecim.

Auditis ipsorum sententiis miratus est Constantinus rex hanc discrepantiam, domoque ipsis seposita in qua loca ipsis paravit, disputationes ipsos habere jussit, ut perspecto apud quem vera esset fides, ipsum sequeretur. Illi ergo tercentum et octodecim in unam fidem, unamque sententiam consenserunt disputantes, illis argumentis suis superiores evaserunt, fidemque veram declararunt; reliqui autem episcopi sententiis et religionibus inter se diversi fuerunt. Rex ergo trecentis et octodecim episcopis istis loco quodam proprio et amplo parato ipse in eorum medio consedit, acceptaque annulum, gladium et sceptrum suum ipsis tradidit, dicens ipsis: Vobis hodie in imperium meum potestatem concessi, ut in eo **444** faciatis quidquid facere vobis expedit eorum quæ ad religionem rite stabiliendam et fidelium commodum spectant. Illi, regi benedicentes et ipsum gladio suo cinxerunt, dicentes: Fidem christianam publice profitearis, eamque propugnes. Composuerunt etiam ipsi libros quadraginta, qui constitutiones et leges continerent: quarum aliæ quid regi scire et facere expediret [docuerunt,] aliæ quid ab episcopis, ex iis quæ in ipsis comprehensa essent, fieri deceret. Concilii princeps et præses erat Alexander patriarcha Alexandrinus, et [cum eo] Eustathius patriarcha Antiochenus, et Macarius episcopus Hierosolymitanus, Sylvester patriarcha Romanus nomine suo duos misit sacerdotes, unum nomine Victorem, alterum Vicentium, qui in Arii sociorumque ipsius excommunicationem consenserunt; ipsisque, ac omnibus qui eamdem profiterentur sententiam, maledixerunt. Fidei etiam confessionem ediderunt, statuentes, Filium a Patre ante omnia sæcula genitum fuisse; eumdemque ejusdem cum Patre naturæ, increatum. Porro, urbi Constantinopoli patriarcham præfecerunt Metrophanem. Inter eos etiam convenit Pascha christianorum die Dominico post Judæorum Pascha celebrandum, neque eodem die concurrere debere Judæorum et christianorum Pascha. Confirmarunt **445-447** etiam calculum Paschatis et jejunii a Demetrio patriarcha Alexandrino, Gaiano episcopo Hierosolymitano, Maximo patriarcha Antiocheno, et Victore patriarcha Romano constitutum; foreque jejunii apud christianos solutionem eodem die quo Pascha ipsorum, scilicet Dominico Judæorum Pascha proxime sequente. Inquit Said Patricii filius, medicinæ studiosus: Scire aveo quo die septimanæ natus sit Dominus noster Jesus Christus, item, quo die crucifixus sit, et quot fuerint dies isti; in hanc igitur rem ut inquirerem annos revolvens, reperi ipsum duodecimo cycli solaris natum fuisse **, numeri cycli lunaris, fuisseque tum epactum solis unum, Lunæ vero **, primum Canuni prioris diem Sabbatum, Cihaci feriam tertiam. Natus est ergo Dominus noster Jesus Christus vicesimo quinto die Canuni prioris, Cihaci vicesimo nono, fuitque dies ejus natalis feria tertia. Diem vero baptismi ipsius reperi fuisse cycli solaris decimo quarto; cycli lunaris decimo nono, cum esset epacte solis tres et dimidium et una quarta, lunæ vero **: ac primus Canuni posterioris dies, feria quinta, mensis Tubabi Sabbatum. Fuit ergo baptisma ipsius illustre die Martis, sexto Canuni posterioris, Tubabi undecimo. Dies autem crucifixionis ipsius salutiferæ **448** incidit in decimum nonum cycli solaris, cycli vero lunaris decimumquartum, cum esset epacte solis septem cum dimidio, lunæ vero **: et primus mensis Adar, feria quinta, primus autem mensis Bormahat feria prima, et Judæorum Pascha die Jovis, Adari vicesimo secundo, qui Bormahati erat vicesimus sextus. Atque hoc indicat Dominum Jesum Pascha cum discipulis suis comedisse die Jovis; crucifixum fuisse die Veneris, Adari vicesimo tertio, Bormahati vicesimo septimo; ac resurrexisse die solis, Adari vicesimo quinto, Bormahati vicesimo nono. Christianis vero, uti jam diximus, in more erat, postquam Epiphaniæ festum celebrassent die crastino, quadraginta dies jejunare, dein jejunium solvere, cumque Judæi Pascha celebrarent idem festum una celebrare, quod dies Paschatis cum jejunii solutione erat. Vetarunt autem ipsos Patres trecenti octodecim hoc facere, jubentes Pascha Christianorum celebrari die Dominico, Pascha Judæorum proxime sequente: prohibentesque vel una cum Judæis, vel ante ipsos festum hoc agere, verum curare ut semper Pascha Christianorum Judæorum Pascha sequeretur.

Statuerunt etiam ne episcopus quis uxorem haberet. A tempore enim apostolorum, usque ad concilium trecentorum octodecim uxores ipsis erant, adeo ut si quis qui uxorem duxerat **449-451** episcopus constitueretur, maneret ipsa cum illo, neque ab eo recederet, exceptis patriarchis. Illis enim uxores non erant, neque conjugatum quemquam ad munus illud provehebant. Porro Alexander, Achillam socium suum, qui ante ipsum patriarcha Alexandrinus fuerat, de gradu patriarchali dejecit, quia Ario recepto contra Petri patriarchæ Alexandrini mandatum fecerat. Illi vero trecenti octodecim ad loca sua honore affecti redierunt; idque anno Constantini regis decimo nono. Tria autem decreta edidit Constantinus. Primum, ut confractis idolis omnes eorum cultores e medio tollerentur. Secundum, ne quis notarii forensis officio fungeretur præter Christianorum liberos, iidemque præfectus et duces essent. Tertium, ut die Passionis, et ipsum sequente die Veneris, ab omni opere abstinerent homines, neve in iisdem prælium ullum committeretur. In mandatis etiam dedit Constantinus imperator Macario episcopo Hierosolymitano, ut sepulcri et crucis

Digitized by Google

loca perquireret, et ecclesias strueret. Dixit quinetiam Helena Constantini mater: Vovi ego ituram me Hierosolyma ut perquisitis locis sanctis ipsa ædificiis ornem. Cum ergo magnam ipsi opum copiam largitus esset, profecta est **452** ipsa, una cum Macario episcopo, Hierosolyma ad crucem quærendam, ubi convocatis Judæorum Hierosolyma et montem Galilææ incolentium centum viris, cum ex illis decem elegisset, deinde ex ipsis tres, quorum uni nomen Judas, rogavit ut ipsi loca sancta indicarent; illi vero abnuerunt, dicentes sibi locum notum non esse; quare ipsos in puteum aqua vacuum conjecit, ubi cum septem dies permansissent nihil edentes vel bibentes, dixit tertius ille nomine Judas sociis suis: Pater meus loca illa, quæ inquirit mulier ista, mihi indicavit, eaque patri suo ab avo indicata fuisse. Exclamantes ergo reliqui duo, cum e puteo extracti fuissent, Helenæ narrarunt, quid ipsis narraverat Judas. Quem cum flagris cædi jussisset, confessus est ille se locum nosse; profectusque donec ad loca ubi essent sepulcrum et cranium pervenissent, (fuit autem locus fimetum magnum) ibique preces fundens dixit: Domine, si fuerit in loco isto sepulcrum, fac ut tremente hic terra exeat fumus, quo credam. Tremente ergo loco exiente inde fumo suaveolente, credidit. Cumque jussisset Helena locum pulvere nudari, apparuerunt sepulcrum et cranium: at tribus ibi crucibus repertis, Quomodo (inquit Helena) dignoscemus quænam ipsarum crux Christi fuerit? Prope autem **453-455** ipsis adfuit quidam morbo admodum gravi laborans adeo ut nulla salutis spes ipsi superesset, cui impositæ cruces prima et secunda nihil profuerunt; quamprimum autem tertia ipsi admota fuit, surrexit ægrotus morbo suo penitus liberatus, ac sanitati restitutus. Unde novit Helena eam Domini nostri Christi, non sine veneratione memorandi, crucem fuisse. Quam ergo thecæ aureæ impositam secum asportavit; et quodcunque Domino nostro Christo reconditum fuerat ad filium suum Constantinum abduxit. Exstructisque ecclesia Resurrectionis, et cranio et ecclesia Constantini reversa est, jusso Macario episcopo Hierosolymitano reliquas ecclesias exstruere.

Factum est hoc anno imperii Constantini vicesimo secundo. Porro a nato Domino Christo ad inventionem crucis anni fuerunt trecenti viginti octo. Anno autem imperii Constantini vicesimo primo constitutus est Athanasius patriarcha Alexandrinus, qui scriptor fuit: annos quadraginta sex sedit. Anno imperii ipsius vicesimo tertio constitutus est Valerius patriarcha Antiochenus, qui annos undecim sedit, deinde mortuus est: Arianus fuit. Anno ejusdem vicesimo nono factus est Maximianus episcopus Hierosolymitanus, vir humilis, et cui oculus dexter tempore seditionis

A perierat: annos viginti tres sedit, dein mortuus est. Anno **456** imperii ejusdem vicesimo tertio mortuus est Metrophanes patriarcha Constantinopolitanus cum tres annos cathedram occupasset, factusque est post ipsum Alexander patriarcha Constantinopolitanus, qui octo annos sedit, dein mortuus est. Porro Eusebius Nicomediæ episcopus et socius ipsius, quibus una cum Ario maledixerunt trecenti et octodecim, ad Constantinum accedentes opem ipsius implorarunt, rogantes ut receptis ipsis maledictionem irritam faceret: se siquidem Ario ejusque sententiam amplexis maledicere, eamdemque quam trecenti octodecim illi fidem profiteri. Receptis ergo ipsis rex maledictionem sustulit, et Eusebium Nicomediensem assum-

B ptum patriarcham Constantinopoli præfecit. Helena autem misso duce quodam multis instructo opibus, ecclesiam Rohæ exstruxit, cui, ut et ecclesiis Hierosolymis exstructis, cum finem imposuissent, consecrari eas voluit imperator, quem in finem Eusebium patriarcham Constantinopolitanum Hierosolyma proficisci jussit, ibique episcoporum concilium indicere ut locorum consecrationi interessent. Scripsitque Constantinus imperator ad Athanasium patriarcham Alexandrinum ut et ipse dedicationi isti interesset, ut dicto suo obsequeretur, nec ei **457-459** immorigerum se præberet, monens. Nepoti etiam suo, cui nomen Delmatinus, in mandatis dedit, ut concilium illud adiret, atque

C in urbe Tyro maneret.

Cum ergo de consecratione inter ipsos convenisset, Hierosolyma tendentes, in urbe Tyro congregati sunt; ubi adfuerunt Maximianus Monoculus episcopus Hierosolymitanus, Athanasius patriarcha Alexandrinus, Valerius patriarcha Antiochenus cum episcopis compluribus magnaque hominum multitudine. Fuit ibidem in concilio quidam nomine Eumenius, unaque cum ipso plures qui Arii sententiam amplectebantur. Subinnuit ergo Eusebius patriarcha Constantinopolitanus Eumenio ut quæstionem Athanasio patriarchæ Alexandrino moveret. Eusebius siquidem, etsi ad regem reversus professus esset se Ario contrarium, idem tamen cum illo sentiebat, atque asserebat. Dixit ergo

D Eumenius: Non affirmavit Arius Christum res creasse, verum, per ipsum res fuisse creatas: ipsum enim Verbum esse Dei quo creata sunt cœlum et terra: creasse enim Deum res per Verbum suum, at Verbum ejus res istas non creasse: et sicut dixit Dominus Christus in Evangelio, *Et omnia per ipsum fuerunt, et sine ipso non fuit quidquam, eorum quæ fuerunt.* Dixitque: *Per ipsum fuit vita et vita lux erat hominum.* Item: *In mundo fuit, et mundus* **460** *per ipsum factus est* [7]. Retulit ergo res per ipsum factas fuisse, non autem *ab* ipso factas esse: Hæc, inquit, erat Arii sententia, verum trecenti octodecim illi, inique cum ipso agen-

[7] Joan. I, 3 sqq.

Digitized by Google

tes, injuria illum atque immerito excommunicarunt. Cui respondit Athanasius patriarcha Alexandrinus: Ario nihil falso impegerunt episcopi trecenti octodecim, nec injuria ipsum affecerunt. Affirmavit enim ipse: Filium absque Patre res creasse. Quod si res a Filio creatæ fuerint, ita ut Pater ipsarum creator non sit, sequetur ipsum nihil omnino earum creasse, quod falsi crimen intentat illi quod in Evangelio dictum est: *Pater meus creat, et ego creo* [8]: Dixitque: *Si non faciam ego opera Patris mei, ne mihi credatis* [9]. Nec non: *Sicut Pater vivificat quem vult, et morte afficit; ita et Filius vivificat quem vult, et morte afficit* [10]: quo ostendit, se et vivificare et morte afficere, et creare: atque hinc mendacii arguitur quisquis ipsum creatorem esse negaverit, ac res *per* ipsum creatas fuisse, ita ut ipse earum creator non fuerit. Quod autem dicis, res per ipsum factas fuisse, nos non dubitamus, cum fierent, Christum dixisse, easque factas fuisse, quod innuit dicto suo: *Ego facio, et Pater facit*, creaturas et vitam. Dictum enim tuum, *Per* ipsum factæ sunt res, eo redit ut significet ipsum eas **461-463** creasse, easque per ipsum creatas fuisse: secus enim, horum dictorum alterum alteri contradiceret. Præterea respondit Athanasius Eumenio, dicens: Quod ad eorum ex Arii asseclis sententiam qui dicunt Patrem voluisse aliquid, Filium autem illud creasse; ut si voluntas Patris, creatio Filii, falsa est et illa; Filium enim creatum esse autumat; unde [sequitur] partes creati in creatione potiores esse partibus creatoris; cum ille et voluerit et fecerit; hic voluerit, at non fecerit. Illius igitur partes, in eo quod fecerit, potiores erunt quam hujus. Quin et necesse est ut eadem sit illius ratio in eo quod voluerit hic, perficiendo quæ cujuslibet agentis e creaturis in illo quod ab ipso fieri voluerit creator faciendo: eodemque modo se habent respectu coactionis et arbitrii libertatis. Quod si coactus egerit, nullæ erunt ejus in actione partes; sin libere, fieri potest ut vel obsequatur, vel immorigerum se præbeat, et ut vel præmio afficiatur, vel pœna: quæ dicere absurdum est. Aliter etiam eidem respondit: Si Creator creaturas suas per Creatum creaverit, erit sine dubio Creatus alius a Creatore; autumatis ergo Creatorem per alium agere; qui autem per alium agit perficiente isto opus habet quo per illum agat cum sine illo non perficiatur ipsi **464** opus; qui autem alio opus habet, imperfectus est, quod absit ut de Creatore dicatur. Cum ergo profligasset Athanasius Alexandriæ patriarcha, contradicentium argumenta, adeo ut omnibus qui aderant appareret falsitas eorum quæ dicerent, conturbati illi et pudore suffusi in Athanasium irruentes ictibus male multatum pene enecarunt. Qui ergo e manibus ipsorum a Dalmateno nepote imperatoris ereptus Hierosolyma fuga elapsus pe-

A iit, ubi oleo chrismatis confecto, nullo episcoporum præsente, Ecclesias consecratas oleo isto unxit, deinde ad imperatorem se conferens ipsi quid fecisset annuntiavit, qui honore affectum Alexandriam remisit. Ira autem commotus est imperator in Eusebium patriarcham Constantinopolitanum, pœnituitque ipsum quod eum ad patriarchatum evexerat. Profecti deinde cæteri, qui in urbe Tyro congregati fuerant, episcopi Hierosolyma, invenerunt Athanasium [patriarcham] ipsos prævenisse ecclesias consecrando. Festum ergo magnum celebrantes ob ecclesiarum dedicationem, lætitiaque ingenti perfusi, reversi sunt.

Factum est hoc anno imperii Constantini tricesimo. Mortuus est autem Eusebius patriarcha Con-B stantinopolitanus, cum duos annos sedisset, ipsique maledictum esset, substitutusque est in locum ipsius **465-467** Constantinopoli Paulus patriarcha, qui cum quatuor annos sedisset ab imperatore Constantino relegatus est. Porro vetuit Constantinus imperator, ne quis Judæus Hierosolyma incoleret, aut per ea transiret; morte etiam affici jussit omnes qui religionem Christianam non amplecterentur. Christi ergo nomen professi sunt e gentibus ac Judæis quamplurimi, ac passim obtinuit christianismus. Nuntiatum est autem Constantino imperatori Judæos metu mortis Christi quidem religionem profiteri, at suam interim retinere. Rogante ergo imperatore: Quomodo hoc certo sciemus? respondit Paulus patriarcha Constanti-C nopolitanus: Caro porcina lege vetita est, quam non comedunt Judæi; jube ergo mactari porcos, ac coqui eorum carnem, quæ sectæ huic gustanda præbeatur; si quis enim eam non comederit, scies ipsum in judaismo adhuc perstare. Cui Constantinus imperator: Si (inquit) caro porcina lege vetita sit, quomodo nobis ea vesci, aliisque eamdem comedendam præbere licebit? Respondit Paulus patriarcha: Dominus noster Christus [ejusmodi] omnia quæ in lege sunt abrogavit, nova nobis lege lata, videlicet Evangelio. Dixit ergo in sacrosancto Evangelio, *Quodcunque os ingreditur hominem non polluit*, scilicet quidquid comeditur; *hominem vero* **468** *polluit quidquid ex ore egre-D ditur* [11], scilicet stultitia et infidelitas, et id genus alia. Dictum etiam est a Paulo apostolo in priore ad urbis Corinthi incolas Epistola: *Cibus ventri et venter cibo, Deus autem utrumque abolebit* [12]. Scriptum etiam in Actis apostolorum, Petro apostolorum principi, cum in urbe Joppensi esset, domi viri cujusdam coriarii, nomine Simonis, atque ædium tectum hora diei sexta orandi gratia ascendisset, incidisse somnum, ipsumque cœlum apertum conspexisse, atque ecce descendisse e cœlo linteum magnum donec terram pertingeret, in quo erant quævis quadrupedia et feræ, ac reptilia, ac volucres cœli, unaque vocem audiisse quæ ipsi diceret: *Heus, Petre, surgens macta et vescere;* et di-

[8] Joan. v, 7. [9] Joan. x, 37. [10] Joan. v, 21. [11] Matth. xv, 11. [12] I Cor. vi, 13.

Digitized by Google

cente Petro: *Domine, nunquam ego immundum quid edi*, vocem ad eum secundo venisse: *Quidquid Deus purgavit, ne tu polluito*[13], ac ter hoc illi repetiisse vocem, dein rursum in cœlum sublatum fuisse linteum: miratum ergo fuisse Petrum, atque apud se perplexum hæsisse. Hoc ergo viso, eoque quod in Evangelio suo sancto dixit Dominus noster Christus, præceperunt nobis Petrus et Paulus omni carne cujusvis tandem quadrupedis vesci, quare et porcus et cætera quæcunque animalia nobis permissa sunt. Jussit ergo imperator mactari porcos, **469-471** eorumque carnes coctas in frusta concidi et ad ecclesiarum portas per totum ipsius regnum Dominico Paschatis statui, quo cuivis ex ecclesia egredienti buccella carnis porcinæ porrigeretur, et quisquis eam non ederet morte afficeretur, quo pacto interfecta est magna hominum multitudo.

Byzantium etiam muro cinctum Constantinus imperator Constantinopolin appellavit, anno imperii sui tricesimo. Porro mortua est Helena Constantini mater jam octogenaria. Imperavit autem Constantinus annos triginta duos, dein obiit, cum annos sexaginta quinque vixisset, tribus relictis filiis, quorum natu maximum sibi cognominem Constantinum appellavit, secundum de patris sui nomine Constantem, tertium vero Constantium; quorum Constantinum, Constantinopoli; Constantem, Antiochiæ Syriæ Damascenæ, et Ægypto; Constantem, urbi Romæ præfecit. Sapores vero Hormozi filius, Persarum rex, urbem Susis exstructam, Choat-Sabur appellavit, aliam in regione Sawad, Phiruz-Sabur; urbes etiam in Sindia et Sejestan condidit, nec non multos effodit fluvios, fornicesque, et pontes exstruxit. Senio autem jam confecto labefactæ sunt vires, et caligavit visus, superciliis in oculos prominentibus: quare legato ad Indorum regem misso, medicum ab ipso petiit. Qui ergo ejus artis **472** peritum quemdam nomine Georgium remisit, qui ipsum sanitati restituit, adeo ut confirmarentur ipsi nervi, reddereturque visus, et equum conscendere valeret. Jussit ergo illum urbem quam sibi vellet incolendam eligere. Ille urbe Choat-Sabur, quæ et Corch appellatur, estque urbs Susa, ibi usque dum e vivis excederet habitavit.

Totum autem quod vixit Sabur spatium, annorum erat septuaginta duorum; quibus exactis mortuus est. Regnavit post ipsum in Persas filius ipsius Ardshir Saburi filius annos quatuor, dein mortuus est: idque anno imperii Constantini filii Constantini Rumæorum imperatoris primo. Post ipsum in Persas regnavit frater ipsius Sapor Sapori filius annos quinquaginta duo et menses quatuor, idque anno regni Constantini, filii Constantini Rumæorum imperatoris, quinto. Anno imperii ejusdem quinto in fratrem ipsius Constantium Romæ irruens præfectus quidam nomine Maxentius ipsum occidit. Quo audito Constantinus Constantini filius misso exercitu magno A Maxentium, omnesque qui cum illo in fratris sui cædem conspirarant, e medio sustulit, Romæque virum quemdam nomine suo præfecit. Anno imperii ejusdem septimo, factus est Marcus patriarcha Romanus, qui cum annos duos sedisset, mortuus est. Anno ejusdem nono constitutus **473-475** est Julius patriarcha Romanus, qui annos quindecim sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem vicesimo quarto constitutus Linarius patriarcha Romanus, sex annos sedit, dein mortuus est. Anno imperii ejus vicesimo constitutus est Cyrillus episcopus Hierosolymitanus, ubi cum annos quinque sedisset, fugit. Eo tempore congregati Arii asseclæ, cum omnibus ejus sententiam amplexis, apud B imperatorem Constantium, de fide et sententia sua optima quæque prædicantes, trecentos et octodecim illos qui Nicææ convenerant, errasse, et a vero in sententia sua deviasse, dum Filium ejusdem esse substantiæ cum Patre assererent, dixerunt: Vetes ergo (inquiunt) hoc dici, cum error sit; quod et facere statuit imperator. Eo autem tempore super cranii [loco,] qui est Golgotha, medio die apparuit crux e luce, a terra cœlum usque pertingens et ad montem Olivarum protensa, cujus lucis splendore occultata est lux solis. Eam omnes, qui in urbe Hierosolymitana aderant, tam magni quam parvi conspexerunt, præsente etiam Cyrillo episcopo Hierosolymitano; qui ergo litteris statim scriptis imperatorem rei certiorem C faciens, dixit: Sub patre tuo, beatæ memoriæ imperatore, apparuit crux Domini Christi stellis [effigiata] medio die in cœlo, ac jam te regnante (imperator felix) **476** apparuit super Cranii [loco] crux e luce cujus splendor solis splendorem ipso meridie superat. Litterisque suis ipsi suasit ne Arii ipsiusque sequacium sententiam amplecteretur, utpote qui a vero deviantes ad infidelitatem prolapsi essent, quibus maledixerat trecentorum et octodecim episcoporum concilium, omnibusque qui idem cum ipsis assererent. Imperator ergo acceptis Cyrilli litteris magna, ob illa quæ ad ipsum scripserat, lætitia affectus est, et ad verum reversus vetuit admitti Arii sententiam.

Eo tempore Constantinopoli, Antiochiæ, Babeli, D et Alexandriæ, prævaluit Arii sententia, cujus fidem et sententiam qui amplecterentur, nomine ab ipsius nomine, Ario, deducto Ariani vocitati sunt. Anno imperii Constantii filii Constantini secundo constitutus est Cyprianus patriarcha Antiochenus, qui Arianus erat, et cum biennium sedisset, mortuus est. Anno imperii ejus quarto factus est Blasius patriarcha Antiochenus, qui annos quatuor sedit, dein mortuus est. Hic etiam Arianus fuit. Anno ejusdem octavo factus est Eustatius patriarcha Antiochenus, qui annos quinque sedit, dein mortuus est: qui etiam Arianus. Anno ejusdem decimo tertio creatus est Leo patriarcha Antiochenus, ipse etiam Arianus, ubi novem annos sedit,

[13] Act. x, 15 sqq.

Digitized by Google

dein mortuus est. Imperator **477-479** autem misso Eudoxio, urbis Jermanæ episcopo, ipsum Antiochiæ patriarcham præfecit. Manichæus hic erat; eumdem cum biennium Antiochiæ sedisset, imperator Constantinopolin transtulit, ubi decem annis munere patriarchali functus est, dein mortuus. Anno vicesimo secundo imperii ipsius constitutus est Athanasius patriarcha Antiochenus, qui et Manichæus fuit; ubi cum quatuor annos sedisset, mortuus est. Idem rex anno imperii sui primo, Paulo patriarcha Constantinopolitano in exsilium misso, vice ejus Eusebium, etiam Manichæum, patriarcham ibidem constituit; qui cum tres annos sedisset, mortuus est.

Quo ergo mortuo, imperator Paulum patriarcham, a se pridem relegatum, cathedræ suæ restituit, quam tres annos occupavit, dein mortuus est. Anno imperii ejusdem decimo constitutus est Macedonius patriarcha Constantinopolitanus, qui Spiritum sanctum creatum esse asseruit; decem annos sedit, dein mortuus est. Anno imperii sui vicesimo primo imperator Eudoxium patriarcham Antiochenum, Constantinopolin translatum, ibidem patriarcham constituit: fuit hic Manichæus; decem annos sedit, dein mortuus est. Porro, Ægyptii atque Alexandrini, cum plerique Ariani et Manichæi essent, Ægypti atque Alexandriæ ecclesias occupantes **480** eas tenuerunt, nec non in Athanasium patriarcham Alexandrinum, ipsum trucidandi animo, irruerunt, ille vero fuga ab ipsis dilapsus delituit, cum jam munere patriarchali decem annis functus fuisset; constitutusque est Gregorius, qui Manichæus fuit, patriarcha Alexandrinus, qui annos decem sedit, dein mortuus est. Illo mortuo, Athanasius patriarcha Alexandrinus in locum suum reversus, tres annos sedit. Eodem tempore Constantinopoli Alexandriam veniens præfectus quidam nomine Syrianus, qui Arianus fuit, Athanasium patriarcham in locum quemdam Tiberiada dictum relegavit, patriarcha Alexandriæ constituto Georgio, qui Arianus fuit, annosque sex sedit. Dein abiit Syrianus præfectus Constantinopolin petiturus; quo Alexandria profecto urbis ejus incolæ Melchiani Georgium patriarcham adorti, ipsum interfectum igne cremarunt, reversusque est in locum suum Athanasius. Eodem tempore procellis agitatum mare multa Alexandriæ loca, nec non ecclesias, aqua obruit. Obiit autem imperator Constantius Constantini filius cum imperium annos viginti quatuor occupasset.

Post quem in Romanos duos annos regnavit Julianus imperator qui fidem abnegavit, idque anno regni Saporis filii Saporis Persarum regis vicesimo primo. Imperator iste Julianus, fide **481-483** Christiana abnegata, homines ad idolorum cultum reducere studuit, magnamque martyrum multitudinem morte affecit. Anno imperii ejus primo, ex incolis Hierosolymorum, qui Arii partes sequebantur, Cyrillum episcopum Hierosolymitanum,

A ipsum trucidandi animo, adorti sunt. Qui cum fuga se ab ipsis eripuisset, illi Heraclium Hierosolymis episcopum præfecerunt, fuit is Arianus, tres annos sedit, dein mortuus est. Anno imperii ejusdem secundo creatus est Meletianus patriarcha Antiochenus, qui orthodoxus fuit; annos viginti quinque sedit, cujus præfecturæ anno vicesimo primo celebratum est Constantinopoli concilium secundum. Sub hoc imperatore patriarcha Alexandrinus fuit Athanasius; Constantinopolitanus, Eudoxius Manichæus; Romanus, Linarius. Eodem imperante floruit Basilius Cæsareæ Cappadociæ, quæ in Romanorum ditione est, episcopus; nec non Gregorius, Naziazu episcopus: urbis autem istius Naziazu incolæ omnes Sabii erant. Cum B ergo Gregorius episcopus Nazianzenus orationem haberet in Natali Christi Domini nostri, cujus initio diceret: Natus est Christus, glorificate; Christus de cœlo, excipite; Christus in terra, exaltate; eamque coram ipsis recitasset, ii illudentes ipsum irridere cœperunt. Cum ergo advenissent Epiphania aliam etiam **484** orationem composuit, in qua Sabiorum religionem traduxit, ipsosque probris affecit, eam scilicet sub cujus initium dicit: Rursum Jesus meus, et rursum mysterium. Tempore etiam Juliani apostatæ floruit Anba Antonius, qui primus erat monachorum Ægypti desertum incolentium, ubi monasteriis exstructis monachos congregavit. Nec non Anba C Flavius in Syria qui primus erat monachorum Jordanis desertum incolentium et in ipso monachos collegit, et monasteria locaque quamplurima exstruxit. Nuntiatum autem est Juliano apostatæ imperatori statuisse Saporem Saporis filium Persarum regem, ipsum bello aggredi. Paratis ergo copiis profectus est Julianus ipsi in occursum. Pravæ autem conversationis ipsius, fideique ac intentionis malæ gratia, quodque homines ad idololatriam impellere studeret, factum est ut ipsum prælio devictum interficeret Sapores Persarum rex, magnamque sequacium ipsius stragem ederet. Memoriæ autem prodidit Basilius Cæsareæ Cappadociæ episcopus, se loco suo sedentem ante oculos tabulam habuisse in qua depicta erat Mercurii D martyris effigies; dum vero tabulam inspiceret disparuisse martyris effigiem: quod dum ille miraretur, post modicum temporis spatium eamdem in tabulam rediisse, atque **485-487** in mucrone lanceæ quæ in prædicti martyris manu depicta fuit, sanguini quid simile fuit. Quo majori admiratione percussus, Basilius episcopus confusus hæsit, donec ipsi nuntiaretur Julianum apostatam eadem hora in prælio occidisse; unde Basilius notum habuit ipsum, ob magnum quo christianos prosecutus est odium, quemque promovere conatus est idolorum cultum, a Mercurio martyre interfectum.

Occiso Juliano imperatore apostata, post ipsum Romanis annum unum imperavit Jovianus; idque

Digitized by Google

anno regni Saporis filii Saporis Persarum regis A vicesimo primo. Fuit Jovianus fide orthodoxus, religionis christianæ propugnator; at profecto contra ipsum rebelli quodam, ipse ad bellum illi inferendum progressus mortuus est in via, loco quodam Dades dicto. Regnavit post ipsum in Romanos Valens annos duodecim : idque anno regni Saporis filii Saporis Persarum regis vicesimo quarto. Anno imperii ejus tertio constitutus est Damasius patriarcha Romanus, qui annos viginti octo sedit, dein mortuus est : cujus præfecturæ anno decimo septimo celebratum est concilium secundum Constantinopolitanum. Anno quarto imperii Valentii constitutus est Democlius patriarcha Constantinopolitanus, qui Manichæus fuit, annos B undecim sedit, dein mortuus **488** est. Anno imperii ipsius primo constitutus est Arvis episcopus Hierosolymitanus, qui et Manichæus fuit, et cum annos quinque sedisset, mortuus est. Anno imperii ejusdem septimo factus est Hilarius episcopus Hierosolymitanus, qui Arianus erat; annos quatuor sedit, dein mortuus est. Eo mortuo rediit Cyrillus episcopus Hierosolymitanus, qui ab Arianis fugerat, in locum suum, ubi annos sedecim sedit, dein mortuus est. Totum ergo temporis spatium quo episcopatu functus est Cyrillus annorum erat triginta trium. Episcopatus ipsius anno vicesimo septimo fuit concilium Constantinopolitanum secundum. Quin et Alexandrini Athanasium patriarcham animo ipsum trucidandi adorti sunt, C ille vero fuga prolapsus delituit. Lucium ergo Arianum, ad patriarchalem Alexandriæ dignitatem evexerunt. Quinque autem elapsis mensibus convenientes episcopi nonnulli una cum christianorum Melchitarum multitudine Lucio patriarchæ maledixerunt, ipsum in exsilium pepulerunt, reversusque Athanasius patriarcha in sedem suam, ipsam donec moreretur occupavit. Patriarchatu autem functus est annos quadraginta sex. Anno imperii Valentii octavo constitutus est Petrus patriarcha Alexandrinus, quem cum animo ipsum occidendi adorti essent Ariani ipse fuga se proripuit **489-491**. Deinde sedi suæ redditus cum eam sex annos occupasset mortuus est. D

Concitavit autem quidam contra Valentium rebellionem in Occidente, contra quem ille cum copiis suis profectus in bello occidit, imperante post ipsum Romanis fratre ipsius Valente annos tres, idque anno regni Saporis, filii Saporis Persarum regis, tricesimo sexto. Porro tempore Valentis imperatoris, Alexandriæ fuit vir quidam nomine Theodorus qui Melchitarum sententiam disputando tuebatur, Arianorum autem refutabat : quem ergo captum Arii maledicti asseclæ, vinctis manibus, equorum pedibus alligarunt, quos deinde in campo ad cursum incitarunt, donec discerptis membrorum compagibus martyrium passus sit. Anno imperii Valentis Romanorum imperatoris secundo constitutus est Timotheus patriarcha Alexandrinus, qui Petri patriarchæ Alexandrini antecessoris sui frater fuit; septem annos sedit, dein mortuus est. Anno autem præfecturæ ipsius sexto habitum est concilium Constantinopolitanum secundum Exstruxit autem Timotheus patriarcha Alexandriæ ecclesias complures, et monumenta non pauca. Multos etiam ab Arii sententia ad Melchitarum doctrinam convertit. Anno imperii ejusdem Valentis Romanorum imperatoris secundo, constitutus est Evagrius patriarcha **492** Constantinopolitanus : fidem hic Melchitarum professus, cum duos menses sedisset in exsilium pulsus est. Valens ergo imperator accersito Gregorio Nazianzeno, ipsum sedis Constantinopolitanæ curam suscipere jussit, cujus ergo res quatuor annos administravit, dein mortuus est. Sub eodem Valente Romanorum imperatore natus est sanctus Euthymius. Concitavit autem quidam in Occidente contra Valentem rebellionem, adversus quem cum ipse exercitum duxisset, commisso inter ipsos pluribus diebus prælio, loco quodam Taraka dicto, in fugam conversus Valens imperator ad vicum quemdam in ditione Adrianopolitana confugit, ubi ipsum una cum vico igne immisso combusserunt. Successit ipsi filius Valentianus, quocum una Romanis imperavit Gratianus tres annos.

Mortuo deinde Gratiano imperatore, nec non paucis post ipsum diebus imperatore etiam Valentiano, orta est inter Romanos magna de imperio [conferendo] dissensio, dicentibus quibusdam : Imperium in nos teneat unus e filiis Valentiani imperatoris magni; aliis: Ne imperet nobis nisi aliquis a nobis probatus, qui fidem christianam propugnet. Quin et discrepantes fuerunt christianorum opiniones, et divisæ sententiæ, quibus tandem prævaluit Arianorum, et Macedonianorum sententia. **493-495** Sex ergo mensibus conturbati manserunt absque imperatore. Neque ullus eo tempore Constantinopoli præfuit patriarcha. Nam a morte Gregorii episcopi Nazianzeni, qui sedis Constantinopolitanæ curam gesserat, vacua remansit cathedra nullo suffecto patriarcha. Convenientes ergo senatores et duces quemdam ex episcopis nomine Cyrum, virum probum et egregium : Te (inquiunt) acceptum habemus, et quodcunque tibi de nobis statuere visum fuerit; tibi ergo optionem permittimus, ut virum cujus tibi mores probati fuerint nobis regem constituas : si enim absque rege permanserimus a Persis aliisque timemus, ne regionem nostram invadentes nobis, præ opinionum multitudine et differentiarum magnitudine, prævalentes, nos perdant. Respondit ipsis episcopus : Si ego virum aliquem electum vobis regem præfecero, vereor ne dum aliis placuerit, aliis vero non, bella inter vos et cædes oriantur. Verum quæ mihi in mentem venit sententia vobis explicabo, quam si amplexi fueritis et mihi et vobis utilior est futura. Quænam (inquiunt) ista est? Respondit episcopus : Ut per totam urbem Constantinopolitanam, præco-

Digitized by Google

nis voce edicatur, ne sit qui ad solis occasum in ecclesia non conveniat, ubi totam noctem precibus impendentes, **496** dein sacra celebrantes Deum et Dominum nostrum Jesum Christum rogemus ut nobis regem eligat, et quemcunque ipse elegerit nobis regem præficiamus. In cujus sententiam descenderunt. Fuerunt autem Constantinopoli, viri duo pauperes, tenuis sortis, amicitia inter se conjuncti, quorum unus nomine Theodosius, vir barbæ raræ, annos triginta natus; alter Theophilus sapiens et philosophus, annos natus viginti quinque. Illi quotidie simul Constantinopoli mane egressi ligna colligebant, quæ capitibus suis gestata vendentes, dimidiam pretii partem pauperibus distribuebant, altera victum et reliqua sibi necessaria comparabant, nec quidquam ipsos præter noctem dirimebat, utroque domum suam abeunte, dein ad pensum suum redeunte. Eo igitur die Theophilus bene mane ad Theodosium accedens ut ipsum e somno excitaret quo lignatum proficiscerentur, evocatus ipse egressus: Frater mi (inquit) in somnio modo, quod mihi valde mirum visum est, detentus sum donec te inclamante experrectus sum metu perculsus; quod si invenirem qui mihi interpretaretur, darem illi quidquid tota hac septimana lucraturus sum, ea qua sum paupertate cum nihil aliud suppetat quam quod lignis vendendis acquiram. Cui Theophilus: Mihi, inquit, somniorum interpretandorum **497-499** peritia est. Tu ergo si tuum mihi narraveris, ego, volente Domino Christo, ipsum tibi explicaturus sum, ne opus habeas quidquam illi qui ipsum tibi interpretabitur impendere. Tum Theodosius: Inter dormiendum (inquit) audivi vocem magnam, (qua expergefactus metu consternatus sum), mihi dicens: *Pervenerunt exercitus Persarum Constantinopolim*, quare accelerato gressu in viam progressus, ibi nec quemquam vidi, nec quidquam audivi. In cubile ergo reversus dormivi vidique me quasi in deserto loco atque admodum amplo constitutum, eoque arietibus, ovibus, bobus, jumentis, feris, volucribus, atque animalibus omnigenis, arboribusque prægrandibus referto, nec non acervis frumenti ingentibus quamplurimis. Dixi ergo apud me: Utinam mihi frumenti hujus aliquid esset cum pauper sim. Interea autem dum animalia, arbores et frumentum oculis perlustro, ecce accessit ad me vir cubitos quinquaginta altus, corpore auri instar obrysi fulgido, dextra gladium ancipitem tenens, erantque gladio quatuor impressa sigilla instar auri micantia; sinistra autem scutum aureum. Quem cum ad me accedentem viderem, metu consternatus in faciem procidi. Ille autem manu mea prehensa me erigens: Ne metuas, inquit. **500** Quid est quod ex [omnibus in] hoc deserto optares? Tum ego: Domine mi, non optarem ego aliud quam frumenti parum. Respondit: Quidquid in hoc deserto vides, ab hoc tempore tuum est, tuaque in potestate. Deinde dixit mihi:

A Sequere me. Secutus ergo ipsum dum una cum ipso proficiscerer, vidi arietes, oves, boves, jumenta et volucres, se mihi incurvare, arbores etiam mihi honorem capitibus inclinatis deferre, leones autem in me rugire, a quibus cum magnopere metuerem: Ne metuas, inquit, sed gladium istum et clypeum prehende, iis tibi in manum sumptis (erat autem gladius anceps, quatuor habens sigilla). Quos ergo ab ipso acceptos cum tenerem, feræ, illis in manu mea conspectis, statim in terram procidentes me adorarunt. Tum me ad mare perduxit, ubi columnam ex luce, e mari prodeuntem vidi. Vir autem ille manu sua extensa columnam apprehendens ea me induit. Divisa autem est columna ista in tres stellas, quarum prima quæ B unionis instar erat, me pectus usque circumdedit; secunda, quæ instar smaragdi, femora usque; tertia vero, quæ instar hyacinthi rubicantis, pedes usque. Deinde me manu prehensum cum ad desertum istud magnum reduxisset: Tolle, inquit, in cœlum oculos tuos. Sublatis **501-503** ergo oculis, stellam magnam fulguris instar conspexi quæ in duas partes divisa mihi in caput decidit: tum ad latus deserti me deduxit, ubi multi crescebant sentes, et inter medios sentes arbores infrugiferæ. Dein ad tentorium magnum et pulchrum me perduxit, cujus partem interiorem dum perlustrarem, ecce in ipsius medio agnus erat, et fons aquæ lactis instar albicantis. Agnus autem iste quasi in flammam C ignis conversus in cœlum una cum aqua ista ascendebat. Egressus ergo tentorio vidi in manu viri istius clavem cubiti longitudine, eademque latitudine, quam cum mihi tradidisset, dixi: Domine mi, quomodo una clypeum, ensem, et hanc clavem ferre possum? Respondit ille: Hoc est quod tibi in mandatis datum est. Dum autem cui clavem traderem cogitabundus substiti, te ad dextram mihi adstantem vidi, pallio candido pulchro indutum, caputque tiara cinctum habentem; tibi ergo clavem tradidi. Tum discedente a me viro isto, ego una et tu domum nostram petituri abivimus; obviam autem murum offendimus, qui viam nobis interclusit, cubitos ducentos longum. Dixi ergo: Quomodo D fiet ut murum hunc transire possimus? his dum occupati fuimus, ecce lucem fulguris instar e cœlo descendentem vidi, quæ cum **504** murum illum dejecisset, transivimus; tum te inclamante experrectus sum.

Dixit illi Theophilus: Si vere visum tuum mihi retuleris, futurum est ut tu rex eligaris; somnium ergo tibi interpretabor. Desertum illud amplum mundus est; arietes et oves, homines sunt, tam boni quam mali, qui mundum incolunt; jumenta, Græci; volucres, urbes et oppida universim; arbores consiliarii et duces. Hi omnes te in regno tuo colent. Leones vero regni hostes sunt: gladius anceps, lex cæterique Veteris et Novi Testamenti libri; quatuor sigilla gladio impressa, quatuor Evangelia: acervi frumenti, magnam opum copiam

Digitized by Google

in regno tuo denotant : columna lucis qua indutus es, Dei in te gratiam, qua sæculo tuo florebis : tres stellæ quæ te cinxerunt, baptisma quo tinctus es in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Stella quæ e cœlo in caput tuum descendit, corona tua regia est, quam ut vidisti in duas partes dividi, ita futurum est ut sint tibi dum regnas filii duo. Sentes et arbores infrugiferæ, gentes sunt quæ in Dominum Christum non credunt. Tentorium, Ecclesia est : agnus quem in ejus medio vidisti, Eucharistia : aqua lacti similis, baptisma, et quemadmodum vidisti agnum instar flammæ ignis cum aqua in cœlum ascendere, ita eo ascendit Eucharistia. **505-507** Clavis, potestas est tibi data ad præfectum Ecclesiæ mandato tuo constituendum. Tu autem mihi clavem tradidisti, id est me patriarcham constitues. Murus autem, pax est et tranquillitas in regno tuo futura. Hæc visi tui interpretatio est. Respondet Theodosius : Quam belle (mi frater) interpretatus es ! Ego enim ut sim rex, tu patriarcha, illud est quod nunquam fieri potest. Verum surge ut una ad opus nostrum proficiscamur. Progressi autem cum homines ad ecclesiam itantes cernerent rogarunt : Quænam esset iste dies? a quibus responsum tulerunt, Ecclesiam petimus ut videamus quem nobis regem electurus sit Deus. Dixit ergo Theophilus Theodosio, Eamus et nos una cum reliquis ad ecclesiam : forsan verum futurum est insomnium tuum. Cum autem ecclesiam ingressi orassent, dixit Theophilo Theodosius, Vestes sunt nobis squalidæ et tritæ, pone ergo homines consistamus, ut quid futurum sit videamus. Cum ergo finitis sacris, cessassent homines, ecce avis magna ore suo coronam ex luce tenens, in quam cum duas horas oculos intendissent homines : Miserere, o Domine, ingeminantes, advolans illa coronam istam lucidam Theodosii capiti imposuit, cujus ergo statim ad altare gestati, vestibusque tritis squalidis exuti, atque indumento regio amicti, capiti diadema regium **508** cum imposuisset, ipsique benedixisset episcopus, equo e regiis quodam vectus est, nondum hæc quæ sibi evenissent credens, cingentibus ipsum consiliariis et ducibus donec ad Dar-il Balat, id est palatium regium, ipsum deduxissent, deinde redeuntibus.

Imperavit ergo Theodosius Romanis, qui et Theodosius Magnus appellatus est, annos septemdecim, idque anno regni Saporis, filii Saporis Persarum regis, quadragesimo secundo. Tum Theodosium regem convenientes consiliarii et præfecti dixerunt ipsi : Corruptæ sunt hominum sententiæ, prævalente apud ipsos Arii et Macedonii doctrina ; hoc ergo ut cures, fidemque Christianam defensam explices, litteris ad omnes patriarchas et episcopos datis, convenire eos jubeas, ut de hac re dispiciant, fidemque christianam explicatam dent. Theodosius ergo rex scriptis ad Timotheum patriarcham Alexandrinum, Meletium patriarcham Antiochenum, Damasum patriarcham Romanum, et Cyrillum episcopum Hierosolymitanum, litteris, ipsos una cum episcopis suis Constantinopoli adesse jussit, ut de fide christiana disquirerent, eamque explicatam hominibus darent. Convenerunt ergo patriarchæ cum episcopis suis Constantinopolim, uno excepto Damaso patriarcha Romano, qui ipse non venit, at ad Theodosium veram fidem, eamque explicatam **509-511** et expositam, scripsit. Congregati sunt ergo Constantinopoli episcopi centum quinquaginta. Concilii præsides erant Timotheus, patriarcha Alexandrinus, Meletius Antiochenus, et Cyrillus Hierosolymorum episcopus ; quibus tradidit Theodosius imperator litteras Damasi patriarchæ Romani, in quibus fidem veram descripserat atque explicaverat : quibus lectis et expositis, in eamdem, quam ipse scripserat, fidei confessionem consenserunt. Deinde Macedonii opinionem ad examen revocarunt, cujus doctrina fuit, Spiritum sanctum non esse Deum, verum creatum, factum. Dixit ergo Timotheus, patriarcha Alexandrinus : Non aliud apud nos significat Spiritus sanctus quam Spiritum Dei ; non est autem Spiritus Dei, aliud quam vita ipsius ; si ergo dixerimus Spiritum sanctum creatum esse, asserimus Spiritum Dei creatum esse ; sin Spiritum Dei creatum esse, vitam etiam ipsius creatam esse ; quod si vitam ipsius creatam affirmaverimus, autumaremus ipsum vita carere ; atque hoc asserentes penitus ipsum abnegabimus : qui autem Deum negat maledictione dignus est. Consentientes ergo in Macedonii maledictionem, ipsum cum asseclis suis devoverunt, nec non patriarchas ipsi succedentes, qui idem cum ipso docuerunt. Maledixerunt etiam Sabellio Libyæ **512** episcopo ejusque asseclis, quod assereret Patrem, Filium, et Spiritum sanctum unam esse personam ; necnon Apollinario ejusque sequacibus, quod affirmaret corpus Christi intellectus expers esse. Porro definierunt Spiritum sanctum creatorem esse et increatum, Deum verum, ejusdem cum Patre et Filio naturæ, substantiam unam, naturam unam ; addentes fidei Symbolo quod composuerunt trecenti octodecim episcopi, qui Nicææ convenerant : *Et in Spiritum sanctum Dominum vivificantem, qui ex Patre procedit, qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur.* Idque quod trecenti octodecim isti in fidei quam ediderunt confessione dixissent tantum : *Et in Spiritum sanctum.* Statuerunt etiam Patrem, Filium et Spiritum sanctum, tres esse personas, tres hypostases, et tres proprietates, unitatem in Trinitate, et Trinitatem in unitate, essentiam unam in personis tribus, Deum unum, substantiam unam, naturam unam ; necnon corpus Domini Christi anima intelligenti rationali præditum. Porro quemdam ex satellitibus regiis nomine Victorium, patriarcham Constantinopolitanum constituerunt ; statuerunt etiam patriarcham Romanum ordine primum fore : Constantinopolitanum, secundum ; Alexandrinum, tertium ; Antiochenum vero quartum Episco

Digitized by Google

pum etiam Hierosolymitanum titulo patriarchæ A
513-515 ornarunt, cum prius episcopus esset, nec quis ante illud tempus patriarcha Hierosolymis præfuisset; eique locum quintum assignarunt, atque [his peractis] discesserunt.

Jam a concilio primo episcoporum trecentorum octodecim, qui in urbe Nicæna convenerunt, ad secundum hoc in quo Constantinopoli congregati sunt episcopi centum quinquaginta, qui Macedonio ejusque sequacibus maledixerunt, anni sunt quinquaginta octo. Porro Timotheus patriarcha Alexandrinus patriarchis, episcopis et monachis carne, festis Dominicis, vesci permisit, Manichæorum qui Sadikeni appellati sunt causa, ut ita dignosci posset e patriarchis et episcopis quisnam Manichæus esset; ut hoc pacto carnium esu irrita redderetur ipso- B rum religio et solverentur leges. Manichæi enim nec mactare animal licitum ducunt, nec carne, vel alio quopiam quod ab animante provenit, ullatenus vescuntur. Metropolitæ autem et episcopi Ægyptii plerique Manichæi erant. Patriarchæ ergo orthodoxi, cum episcopis et monachis, carne suis, festis Dominicis, vescebantur; Manichæorum autem metropolitæ, cum episcopis et monachis suis, iis abstinebant, atque earum vice piscibus vescebantur, eos carnis loco ponentes, cum pisces in animantium numero sint. Hoc observabatur tempore Manis 516 hæretici infidelis. Ipso vero et ejus asseclis e medio sublatis, reversi sunt patriarchæ orthodoxi, cum episcopis et monachis C suis, ad institutum suum antiquum et a carnium esu festis Dominicis abstinebant. Inquit Said Ebn Batrik medicinæ studiosus, non permisit Timotheus patriarcha Alexandrinus ideo carnibus vesci festis Dominicis, quod Manichæi appellati Sadikæi earum vice piscibus utantur, verum quod carnium esu immolatum innuebat; pisces autem pro immolato non habentur. Alia vero Manichæorum secta quæ Sammacun, id est piscarii appellantur, pisces comedebant, quod ii pro immolato non habeantur; at ab esu carnis, quod immolata fuerit abstinent. Verum errant etiam Manichæi appellati Sadikæi, qui pisces loco carnis habent, cum Dominus Christus carnes comederit; unde necessario omnibus qui fidem christianam profitentur D incumbit, ut carne vescantur, Domini nostri Christi exemplo, uno saltem quotannis die, quo ab animis suis scrupulum amoveant, atque omnibus notum faciant contrarios ire se improbæ Manichæorum sectæ. In Actis vero scriptum est[16], Petrum, cum in urbe Joppe esset domi coriarii cujusdam, cui nomen Simon, atque ædium tectum hora diei sexta oratum conscendisset, somno gravi correptum dormivisse, atque 517-519 interea cœlum apertum vidisse, unde descendit linteum quod ad terram usque pertingeret, in quo cujusvis quadrupedium generis quæ in terra sunt aliqua erant, ferarumque et reptilium et volucrium, unaque vocem audiisse dicentem, *Heus, Petre surge, macta et vescere*. Dicente illo: *Nequaquam, Domine, nihil enim unquam immundum aut impurum comedi* [16]. Vocem secundo ad ipsum venisse: *Quidquid purgaverit Deus, tu ne polluito*: ac cum hoc illi ter a voce repetitum fuisset, rursum in cœlum sublatum fuisse linteum. Confirmat autem hoc a Petro dictum, cum unus e primariis apostolis et fidei columnis fuerit, cujus [dicta] recipere et amplecti decet, illud Domini Christi factum, quod mactato vesceretur et quævis animalia esu licita esse. Quare suspicioni obnoxius fit quicunque carnis esum aversatus fuerit et alienum se a Domini nostri Christi instituto ostendit et a Petro apostolorum coryphæo; adeo ut sententia nostra, quisquis mactato non vescatur, religioni christianæ contradicat et Manichæorum sectam astruat, exceptis patriarchis et episcopis et qui vitam monasticam professi fuerint; cum hi carnis esum non respuant quod eum illicitum putent, sed abstinentiæ et reverentiæ gratia. Quin et Græci res suas aqua 520 abluere noluerunt, cum plerique ipsorum Manichæi essent: Manichæi autem lotionem aqua peragendam non probant. Atque his longo temporis decursu confirmatis, adhuc instituti sui tenaces manent, ne aquam ad lavandum adhibeant. Ab aqua autem ad lavandum adhibenda eos abstinere dicunt nonnulli, ob intensum regionis suæ, unaque aquæ in ea frigus, adeo ut ipsis frigida se abluere, hyeme præsertim, haudquaquam expediat, ideoque nec ipsam ob frigoris vehementiam contrectant.

Manichæorum vero duo sunt, uti jam dictum est, genera, alii Samakini (id est) piscarii; alii Sadikini. Samakini præstitutis aliquot singulorum mensium diebus jejunant; Sadikini autem per totam vitam jejunant, nihil prorsus aliud quam quod produxerit terra comedentes. Cum ergo fidei christianæ professionem in se susciperent Sadikini, metuentes ne si a carnium esu abstinerent, quinam essent perspecto, morte afficerentur, sibi ipsis jejunia constituentes, ob festa Nativitatis et B. Virginis et apostolorum jejunarunt, a piscium esu istis jejuniis se continentes, quod ideo fecerunt ut dies anni jejunantes absolverent, neque aliam ob causam piscium esu inter jejunandum abstinebant quam ne dignoscerentur. Successu deinde temporis diuturno 521-523 evenit ut ipsorum factum hoc imitarentur Nestoriani, Jacobitæ et Maronitæ, apud quos hoc in morem abiit. Tum et Græcorum Melchitarum nonnulli hoc probantes, idem etiam ipsi eorum exemplo fecerunt, piscium esum jejuniorum istorum quæ recensuimus tempore omittentes; illi præcipue eorum qui in regionibus degunt in quibus Mohammedis religio floret: quod tamen nec e consuetudinibus traditione acceptis, nec e rebus mandato aliquo stabilitis apud ipsos est. Græci enim Melchitæ piscium esu duobus diebus insignibus, videlicet Mercurii et Veneris, per totum anni decursum abstinent, ut et die παραμονῆς [*vigiliæ*] quo ante

[16] Act. x, 13 sq

Digitized by Google

Natalem jejunant, nec non die παραμονῆς qui Epiphaniam præcedit; quibus diebus inter jejunandum piscibus haud vescuntur, quia die s istos eo dem loco habent quo jejunium magnum. Quibus ergo e Græcis visum est Natalis B. Virginis, atque apostolorum gratia jejunare, tria ista jejunia observant, pisces interim comedentes, quorum esu Mercurii cui tantum et Veneris diebus abstinent. Eodem modo, si cui visum est diebus Mercurii et Veneris per totum annum jejunare, illi permissum est etiam ad nonam jejunare et piscibus abstinere. Neque enim hoc necesse est, nec cuipiam permissum **524** ut jejunia observans piscium esum inter jejunandum abnuat, nisi diebus Mercurii et Veneris [uti jam dictum est] et in jejunio magno, nec non binis vigiliis quæ festa Natalis et Epiphaniæ præcedunt. At nonnulli Græcorum Melchitarum in jejuniis, etiam B. Virginis gratia observandis, a piscium esu se continent. Quem morem hauserunt e typico sancti Mar Sabæ; nec est in eorum abstinentia ista peccatum. Qui alias statuit ipse peccat, legique contradicit et mandatum solvit. Ut autem ad historiam de Theodosio et Theophilo, in qua enarranda fuimus, revertamur. Theophilus Theodosii regis amicus ad portam ipsius integrum annum moratus ipsum haud convenerat: quamvis enim quotidie ad portam regis accedens janitores rogaret atque precaretur ut ab ipso ad regem chartam deferrent, ab illis repulsus ac prohibitus fuerat. Anno autem elapso ecce imperator Theodosius inter orandum vocem audivit quæ ipsi diceret: O Theodosi, amici et socii tui Theophili oblitus es. Dicenteque Theodosio: Domine mi, tu quis es? ipsi responderet: Ego vir sum qui tecum in deserto fui: et quemadmodum te regem constitui, ita et Theophilum patriarcham constituo. Statim ergo misit Theodosius accersitum Theophilum, quem in præsentiam suam admissum postquam **525-527** ipsum salutasset, ita affatus est rex: Crede mihi, mi frater, me tui oblitum fuisse, teque mihi e memoria penitus excidisse, donec heri inter orandum, ecce, me inclamans, vir ille quem in somno vidi te mihi in memoriam revocavit. Respondit Theophilus: Ego etiam heri in somnio vidi quemdam qui mihi diceret: Sicut Theodosium regem constitui, ita et te patriarcham constituo. Ecce autem colloquentibus ipsis, ingressus janitor regi nuntiavit, advenisse Alexandriæ incolas, qui dicerent mortuum esse Timotheum patriarcham, ac virum peterent quem patriarcham constituerent: rex ergo statim Theophilum patriarcham constituens ipsum Alexandriam misit, qui ibi annos viginti octo sedit, dein mortuus est. Theophilus autem ubi Alexandriam pervenisset, idola quotquot in ea fuerunt, confregit. Fuitque Alexandriæ pavimentum magnum marmoreum cui inscripta erant tria Theta Θ Θ Θ et in circuitu ascriptum: Qui tria hæc Theta interpretatus fuerit, quod sub iis est acci-

A piat. Dixit ergo Theophilus: Ego illa interpretabor. Theta primum est Θεὸς quod est Deus; secundum, Theodosius rex; tertium, Theophilus patriarcha. Tum sublato pavimento magnam sub eo pecuniæ vim reperit, cujus cum per litteras Theodosium regem certiorem fecisset, rescripsit ille: Pecunia ista ecclesias exstrue. **528** Exstruxit ergo Theophilus patriarcha ecclesiam magnam nomine Theodosii regis, quam totam auro obducto ornavit, quin et alias multas Alexandriæ ecclesias struxit, e quarum numero sunt ecclesia Sanctæ Mariæ et ecclesia Sancti Joannis.

Porro nati sunt Theodosio imperatori duo filii, quorum natu majori nomen indidit Arcadium; minori, Honorium: quibus, cum adolevissent,
B quæsivit qui ipsos litteras doceret. Cum ergo Romam misisset quæsitum virum sapientem qui liberos suos institueret, ibi philosophum quemdam nomine Arsanem repererunt, quem ad ipsum miserunt, qui ergo filiis regis erudiendis incubuit. Rex autem die quodam, cum Arsanem inter docendum stare, filiis ipsius sedentibus, conspexisset, illud improbans: Ne (inquit) hoc facias: respondente Arsane: Ita decet (o rex) me filios tuos docere; jussit rex ipsum sedere, illique ut coram ipso starent facere. Cum autem jam quantum opus videretur litteris imbuti essent, Arsanes Arcadium verberibus durius excepit, adeo ut ipsorum vestigium cuti ipsius imprimeret; ob quod Arcadius erga ipsum iram animo concepit. Ideo autem pla-
C gis ipsum afficere voluit Arsanes, ut, cum post patrem suum imperio potiretur, si alicui verbera infligi vellet, verberum dolor ipsi monitoris vice esset. Porro anno imperii Theodosii **529 531** Magni octavo, apparuerunt pueri illi qui, a Dacio rege fuga se proripientes, in spelunca in urbe Epheso delituerant: idque quod longo temporis intervallo cum pastores inter transeundum lateres, quibus speluncæ aditus obstructus fuerat, loco movere soliti essent, facta esset instar ostii apertus. Experrecti ergo pueri, se unam tantum noctem dormivisse putantes, socio suo, qui cibum ipsis emere solebat: Profectus, inquiunt, cibum nobis compara, et quid agat imperator Dacius in-
D quire. Ille ad portam speluncæ egressus ubi ædificii ibi constructi ruinas cerneret, quid hoc esset ignoravit; surgens tamen profectus est usque dum ad urbis Ephesi portam pervenisset, supra quam crucem magnam collocatam conspicatus, hoc etiam apud se improbans: Me, inquit, dormire puto; oculos ergo tergere cœpit ac dextrorsum et sinistrorsum circumspicere, num aliquid sibi notum videre posset, quale cum nihil cerneret, confusus substitit, hæc apud se animo reputans: Forsitan a via aberravi, vel forsitan non est urbs ista Ephesus. Urbem vero ingressus nummum quem habuit pistori tradidit quo panem emeret, pistor virum habitu peregrino conspicatus pavidum metuque consternatum, nummos habentem quibus Dacii im-

Digitized by Google

peratoris effigies insculpta esset, quid hoc esset nescius, suspicatus illum **532** thesaurum invenisse, Unde, inquit, tibi est nummus iste? Quo nihil respondente, homines inclamavit, quorum magno apud ipsum cœtu congregato, ipsumque alloquente, cum ille nullum ipsis responsum redderet, illi eum ad patricium urbi præfectum nomine Antipatrum abduxerunt, qui eum etiam allocutus, ipsique minatus est. Ille tamen nihil respondit. Accessit etiam ad ipsum Marcus urbis episcopus, qui ipsum affatus, nec ullum tulit responsum. Ille ergo, quo ipsum terreret, Nisi, inquit, nos alloquaris, ac unde tibi fuerit nummus iste edicas, morte te multabimus. Necdum tamen respondit, loqui scilicet abnuens metu Dacii imperatoris, quasi ipse adhuc viveret (adhuc enim ipsum in vivis superesse putabat). Plagis ergo ipsum affecerunt, quarum dolorem ubi sensit, Ubi, inquit, est Dacius rex? Respondentibus illis Dacium imperatorem mortuum esse, multosque post ipsum imperio potitos reges, Christique fidem obtinuisse, et qui jam imperaret Theodosium Magnum esse, tum sublato metu omnia quæ sibi accidissent narravit. Illum ergo ad speluncam comitati ibi socios ipsius conspexerunt, nec non arcam æneam repererunt eique inclusam laminam plumbeam in qua descripta erat ipsorum historia, et quid ipsis cum imperatore **533-535** Dacio contigisset, litteris mandante Tadduso Dacii imperatoris patricio. His in summam admirationem rapti ad Theodosium regem litteras scripserunt quibus eum harum rerum certiorem reddiderunt. Qui ergo conscenso veredo urbem Ephesum petens ibi illos et vidit et collocutus est. At tribus post diebus, cum ad ipsos in speluncam introiret, ipsos jam mortuos invenit. Jussit ergo ne inde educerentur, sed in ipsa spelunca sepeliri, et super ipsos ecclesiam struxit quæ ipsorum nomine insignita est, ac festum in ipsorum gratiam institutum eo die quotannis celebratur: dein Constantinopolim reversus est Theodosius rex.

Jam a tempore, quo a Dacio imperatore fugerunt pueri isti in speluncam atque in ea dormierunt, ad tempus quo rursum apparuerunt ac mortui sunt, juxta illud quod in historia martyrii ipsorum legimus, anni sunt tercentum septuaginta duo. Porro anno imperii Theodosii Magni decimo tertio constitutus est Siricius patriarcha Romanus, qui duodecim annos sedit, dein mortuus est. Ejusdem imperii anno decimo septimo mortuus est Nektarius patriarcha Constantinopolitanus, qui ibidem munere patriarchali functus fuerat annos sexdecim. Post quem patriarcha Constantinopolitanus constitutus est Joannes Chrysostomus, qui cum ibi quinque annos et decem menses **536** substitisset in exsilium pulsus in eodem mortuus est. Anno imperii ejusdem sexto creatus est Flavianus patriarcha Antiochenus, qui cum sex annos sedisset mortuus est. Anno ejusdem duodecimo factus est Barku-

A nus patriarcha Antiochenus, qui decem annos sedit, dein mortuus est. Anno imperii ejusdem octavo constitutus est Joannes patriarcha Hierosolymitanus, ubi annos sexdecim sedit, dein mortuus est. Tempore item Theodosii regis floruit Epiphanius Cypri episcopus. Struxit etiam Theodosius rex Hierosolymis ecclesiam Jesmaniah in qua sepulcrum erat sanctæ Mariæ, quam diruerunt Persæ quo tempore Hierosolyma usque profecti ecclesias Hierosolymitanas destruxerunt, adeo ut in hunc usque diem vastatæ maneant.

Porro anno imperii Theodosii regis decimo mortuus est Sabur Saburi filius rex Persarum; post quem regnavit Bahram Saburi filius rex Persarum annos undecim, a quo tempore fruebatur Theodo-
B sii regnum tranquillitate et pace, dein mortuus est. Mortuus est etiam Theodosius rex succedentibus ipsi imperio filiis ipsius Arcadio et Honorio. Imperavit autem Arcadius Romanis Constantinopoli annos tredecim; frater vero ipsius Honorius urbi Romæ annos undecim; idque anno regni Bahrami filii Saporis Persarum regis septimo. Arcadius autem rex præceptorem **537-539** suum Arsanem ad necem quæsivit præ eo quod erga ipsum in animo gerebat odio. Cujus rei certior factus Arsanes Alexandriam fugiens monachatum professus est in monasterio quodam quod in valle Hobaib, juxta Tarnut, situm est, et Askit appellatum. Arcadius deinde nato sibi filio, cui Theodosii nomen indi-
C dit, Arsanem præceptorem suum rogavit ut et filium suum doceret; cumque ipsi nuntiatum esset ipsum in Ægyptum fuga elapsum vitam monasticam ibi in monasterio Askit profiteri, misit post ipsum qui et vitæ securum esse juberet. Renuens autem Arsanes [venire] nuntio blanditus est adeo ut ab ipso discederet. Deinde metuens ne mitteret [rex] qui vi ipsum abducerent, Saidum Ægypti profectus ibi in monte Mokattam e regione vici dicti Tora habitavit, ubi postquam tres annos substitisset mortuus est. Tum vero alium nuntium misit Arcadius rex qui eum vi adduceret, cui cum ad monasterium Askit pervenisset nuntiatum est, Arsanem jam in monte Mokattam e vivis excessisse. Reversus ergo nuntius illud regi narravit. Rex igi-
D tur misso monacho cui nomen Trasius, eoque opibus instructo, Vade (inquit) et super Arsanis tumulo monasterium exstrue quod ipsius nomine appelletur. Profectus ergo Trasius Ægyptum super Arsanis **540** sepulcro monasterium exstruxit, quod in monte Mokattam situm est et Dic Alkasir usque ad hunc diem appellatur.

Porro in Ægypto episcopus quidam moriens tres filios reliquit qui vitam monasticam professi Askiti sederunt, quorum unum adscitum Theophilus patriarcha Alexandrinus episcopum in aliquot Ægypti urbes constituit, reliquos duos diaconos sibique discipulos; qui ergo Theophilo patriarchæ Alexandrino inservierunt: at elapso triennio iterum Askitum reverti cupientes, cum ipsos id facere veta-

Digitized by Google

ret Theophilus, sine ipsius permissu abierunt; quam ob causam ipsis Eucharistia ad tres annos interdixit. Illi ergo Joannem Chrysostomum adeuntes ipsum rogarunt ut ad Theophilum patriarcham Alexandrinum litteras scriberet quibus ab illo peteret ut ipsis Eucharistiæ copiam faceret. Joannes ergo Chrysostomus missis per ipsos litteris ad Theophilum patriarcham Alexandrinum rogavit illum ut cum ipsis in gratiam rediret. Quod cum ille facere nollet, reversi iterum sunt ad Joannem Chrysostomum, qui ipsos ad Eucharistiam accedere jussit. Orta est ergo inter Theophilum patriarcham Alexandrinum et Joannem Chrysostomum simultas. Porro fuit tempore Arcadii Romanorum imperatoris, vir quidam nomine Theognostes, opibus abundans, cui invidentes **541-543** nonnulli contra ipsum apud regem testimonium tulere ipsum fidem abnegasse, regique conviciatum fuisse: quam ob causam rex ipso in exsilium pulso bona ejus diripuit. Ejusdem uxori vinea fuit per quam transiens Eudoxia regina, ob ipsius pulchritudinem concupivit. Cujus esset ergo cum rogasset, dictum est ipsi uxoris esse cujusdam a rege in exsilium pulsi. Tum illa: Quam vellem (inquit) ut mihi esset, quo in ipsam me oblectationis causa reciperem! Responderunt e præfectis nonnulli: Regii juris est ut quodcunque calcaverit pes regius, illud ipsi sit. Quibus auditis vineam sibi occupavit regina. Mulier autem ista a Joanne Chrysostomo opem petiit, qui ad reginam mittens jussit ut vineam dominæ suæ redderet, illa vero noluit; cumque de ea re ipsam alloqueretur haudquaquam respondit. Tum Dei timorem ipsi incutiens: Cave (inquit) ne tibi accidat quod Izebeli Ahabi regis Israelis uxori contigit; at illa nulla horum ratione habita Joannem palatio suo pelli jussit. Joannes ergo tristis reversus, diaconos jussit, cum accederet regina ecclesiam introitura, portas ipsi occludere; quod cum fecissent, rediit regina ira commota. [Eo tempore] erat Epiphanius, Cypri episcopus, Constantinopoli, negotiorum aliquot apud regem **544** perficiendorum gratia. Ipsi ergo accersito dixit regina: Joannes Chrysostomus veritati contradicit, rebusque nihil ad ipsum spectantibus se immiscuit, de cathedra ergo ipsum dejicite. Respondit illi Epiphanius, Si ita ut tu dicis se res habeat, ad pœnitentiam ipsum hortabor; quod si redierit, [bene;] sin minus, ipsum dignitate sua amovebimus. Dixit regina: Nisi ipsum abdicaveritis apertura sum idolorum templa, hominesque ad ea colenda adigam. Adegit deinde ex episcopis et diaconis nonnullos ut ad regem accedentes, coram ipso contra Joannem testimonium perhiberent, ipsum legi contradicere, ipsumque moleste ferre urbis incolas, atque odio prosequi. Episcopi autem, Joanni ob magnam ipsius scientiam inviderunt, feceruntque quod ipsis innuit regina. Rex ergo Arcadius Joannem a cathedra patriarchali amoveri jussit. Joannes autem Chrysostomus ad Epiphanium Cypri episcopum scribens: Tu, (inquit) Epiphani, in exsilium meum consensisti ac contrariam mihi operam navasti, dicens de me quod minime te decuit. Scias ergo te nequaquam ad provinciam tuam perventurum antequam e mundo excesseris. Cui hoc responsum reddidit Epiphanius: O Joannes, nihil aliud quam omnia bona de te dixi, ac totam operam meam, quantum potui maximam **545-547** tibi impendi et ad malum a te avertendum diligentiam adhibui, quæ tamen frustra fuit. Qui autem præsens est videt quæ non videt absens. Quemadmodum autem tu mihi impingis ea quæ nec novi, nec dixi, ita scias te non perventurum ad locum exsilii tui quo relegatus es, antequam e vivis discesseris. Jam vero Epiphanius Cyprum tendens in navi mortuus est, dimidio diei, antequam eo perveniret, spatio. Joannes autem Chrysostomus antequam eo ubi exsulare jussus est, pertingeret, etiam diem obiit. Porro fuit Constantinopoli terræ motus ingens, nec non tonitru grave cum fulgure, fulminibus, et pluvia. Dixit ergo rex: Ideo hæc omnia eveniunt quod Joannem Chrysostomum in exsilium misimus. Jussitque corpus ipsius Constantinopolim afferri, ibique sepeliri; idque anno sexto regni Arcadii. Ideo autem appellatus est Joannes, Chrysostomus, quod mulier quædam ipsum cum mortuus esset plangens, dixerit: O Joannes, o os aureum, hinc Oris aurei cognomen habuit.

Post ipsum constitutus est alius quidam Joannes patriarcha Constant. qui cum annum ibi sedisset mortuus est. Ipsi etiam successit Gennadius in patriarchæ Constant. munere qui tres annos sedit, dein mortuus est. Post ipsum factus est Atticus patriarcha Constantinopolitanus qui annos quindecim sedit, dein mortuus est. **548** Idque anno regni Arcadii duodecimo. Anno imperii ejusdem octavo constitutus est Anastasius patriarcha Romanus qui tribus annis sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem undecimo factus est Innocentius Patr. Romanus, qui cum quindecim annos sedisset, mortuus est. Anno imperii ipsius octavo constitutus est Berillus patriarcha Hierosolymitanus, annos duodecim sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem quinto factus est Paulinus patriarcha Antiochenus, qui annos quatuor sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem nono constitutus est Evagrius patriarcha Antiochenus, annis quinque sedit, dein mortuus est. Anno imperii ejusdem quarto, Arcadii nempe Romanorum imperatoris, regno potitus est Yazdejerdus Bahrami filius, Al Aitham cognominatus, in Persas, annos viginti. Porro Theophilus patriarcha Alexandrinus ecclesiam magnam Alexandriæ struxit, Arcadii Romanorum imperatoris nomini dicatam. Obiitque Arcadius Romanorum rex cum imperium annos tredecim occupasset; regnante post ipsum filio ipsius Theodosio, qui Theodosius junior appellatus est, in Romanos, annos quadraginta duos, idque anno Yazdejerdi Bahrami filii Persarum re-

Digitized by Google

gis undecimo. Anno imperii ipsius nono invadente ipsum Yazdejerdo Bahrami filio bellum inter eos grave commissum est, magnæque strages editæ, adeo ut utrique tandem alter ab altero in fugam verterentur. Anno imperii ejusdem decimo tertio
549-551 constitutus est Zosimus patriarcha Romanus, qui cum annum unum sedisset mortuus est, ad eam dignitatem post ipsum evecto Bonifacio, qui tres annos sedit, dein mortuus est. Factusque est post ipsum patriarcha ibidem Celestinus, qui annos decem sedit, dein mortuus est. Ejus præfecturæ anno quinto fuit concilium tertium contra Nestorium, Ephesi. Anno imperii ejusdem, videlicet Theodosii Junioris, primo, constitutus est Cyrillus patriarcha Alexandrinus; annos triginta tres sedit, dein mortuus est. Anno præfecturæ ipsius vicesimo primo, celebratum est concilium tertium, contra Nestorium. Anno etiam primo imperii Theodosii Junioris constitutus est Alexander patriarcha Antiochenus, qui cum annis quatuor sedisset, mortuus est. Post quem factus est ibidem patriarcha Barodotus (Theodotus) qui sex annos sedit, dein mortuus est. Post ipsum patriarcha Antiochiæ præfectus Joannes, septemdecim annos sedit, dein mortuus est. Anno episcopatus ejus undecimo fuit concilium tertium contra Nestorium. Anno septimo imperii Theodosii Junioris constitutus est Flavius patriarcha Hierosolymitanus, qui annos triginta octo sedit, dein mortuus est. Anno præfecturæ ejus decimo quarto fuit concilium tertium contra Nestorium; necnon anno præfecturæ ejusdem tricesimo septimo concilium quartum Chalcedone contra Dioscorum.

1-4 (a) Anno Theodosii Junioris decimo quarto constitutus est Sisinius patriarcha Constantinopolitanus, qui tres annos sedit, dein mortuus est: fuitque post ipsum patriarcha Constantinopoli Nestorius, qui cum quatuor annis ac duobus mensibus sedisset, anathemate devotus ac loco abdicatus est. Asserebat siquidem Nestorius Mariam virginem revera Deiparam non fuisse; esse duos filios, quorum alter sit Deus, eumque a Patre genitum, alter autem homo, qui a Maria natus fuit: atque hominem istum qui se Christum dixerit, amore unitum esse cum filio, Deumque appellari et Filium Dei, non revera, sed per concessionem, et nominum communionem, et honoris causa, sicut unus ex prophetis. Quæ Nestorii sententia cum ad Cyrillum patriarcham Alexandrinum pervenisset, ipse eam improbans ad eum litteras scripsit, in quibus factum ejus ut turpe incusavit, ac sententiam coarguit ipsique viæ suæ perversitatem ostendit, rogans ut ad veritatem rediret. Cumque multæ inter ipsos litteræ intercesserant, nec a sententia sua reverteretur Nestorius, scripsit Cyrillus patriarcha Alexandriæ ad Joannem patriarcham Antiochenum, ipsum etiam rogans ut litteris ad Nestorium datis illum sententiæ suæ fœditatis et absurditatis mo- A neret, atque ut ad veritatem **5-7** rediret hortaretur. Scripsit ergo Joannes patriarcha Antiochenus ad Nestorium, se, nisi ad veritatem rediret, conventuros, ipsique maledicturos. Intercesserunt etiam inter eos epistolæ non paucæ; Nestorius vero a sententia sua haudquaquam recessit, sed in errore suo, cæcitateque ac opinionis pravitate permansit. Joannes ergo patriarcha Antiochenus scriptis ad Cyrillum Alexandrinum litteris certiorem ipsum fecit Nestorium in sententiæ suæ pravitate perseverare. Scripsit igitur Cyrillus ad Cœlestinum patriarcham Romanum, et ad Bu-Flavium patriarcham Hierosolymitanum, nec non Joannem patriarcham Antiochenum, rogans ut in urbe Epheso ad dispiciendum de sententia Nestorii convenirent, si B forsan redire vellet; sin minus, se ab eo subducentes, ipsi maledicerent, atque loco moverent. Convenerunt ergo in urbe Epheso episcopi ducenti. Concilii præsides erant Cyrillus patriarcha Alexandrinus, Cœlestinus patriarcha Romanus, et Bu-Flavius patriarcha Hierosolymitanus. Promisit ipsis Joannes se adfuturum, at cum moram trahens non veniret, haud ulterius ipsum exspectans Cyrillus patriarcha Alexandrinus, convocatis, qui aderant, episcopis, ad Nestorium misit ut se una sisteret, qui Ephesi tunc erat. Renuente autem Nestorio accedere, cum ter ad ipsum **8** misisset, nec ille tamen veniret, sententiam ipsius ad examen revocarunt, ipsumque maledictione dignum judicantes, C anathemate devoverunt, ac loco moverunt, statueruntque Mariam virginem Dei Matrem esse, Christumque Deum verum atque hominem duabus constantem naturis, at persona unum esse, quod diversum est ab amore. Nestorius enim asserebat unitatem esse duarum personarum consensum; cum unitas vera sit ut sit persona una duabus naturis [constans]. Cum autem jam Nestorio maledixissent, accessit Joannes patriarcha Antiochenus, qui cum jam illos ante adventum suum Nestorio maledixisse comperisset, ira commotus: Injuria, inquit, Nestorium affecistis, ipsumque maledictionibus immerito devovistis. Nestorioque se adjungens, convocatis qui cum ipso erant episcopis, Cyrillum patriarcham Alexandrinum, nec non Simonem episcopum Ephesinum, excommuni- D cavit. Cum ergo viderent socii Cyrilli absurditatem eorum quæ patravit Joannes, orto inter ipsos dissidio Epheso discesserunt. Factique sunt socii Cyrilli, et Orientales partes duæ, inter quas intercesserunt rixæ.

At non destitit Theodosius rex donec inter illos pacem conciliaret. Scripserunt ergo Orientales libellum in quo asserebant sanctam Mariam Virginem Deum et Dominum nostrum Jesum **9-11** Christum peperisse, qui ejusdem est cum Patre suo naturæ, ejusdemque cum hominibus quoad humanitatem naturæ; duas etiam naturas confessi sunt, et hypostasin unam, unamque personam, et anathema in Nestorium denuntiarunt. Eumque libellum per

(a) Hic in editione Oxoniensi incipit tomus alter.

Digitized by Google

Paulum metropolitam Hamesanum ad Cyrillum patriarcham Alexandrinum miserunt : quem cum accepisset atque perlegisset Cyrillus, cum ipsis de rebus in eo contentis consentiens hoc illis quod ad eum responsum reddidit :

Eamdem ego quam vos in libello vestro descripsistis fidem amplector ; atque hoc pacto fuit inter Cyrillum et Orientales concordia. Quod autem dicunt nonnulli Cyrillum cum libellum Orientalium accepisset ipsum improbasse, nec dixisse duas naturas et hypostasim unam, in eo falsi sunt. Omnes enim Cyrilli libri illud diserte asserunt. Porro transmisit Cyrillus exemplar libelli Orientalium ad Hilarium, episcopum urbis Corinthi, et ad Acacium, episcopum Malatensem, et ad alios episcopos plures, certiores illos faciens Orientales ad veram fidem rediisse, neque Nestorio assensum præbere, verum sententiam amplecti concilii secundi episcoporum centum quinquaginta, qui Constantinopoli convenientes Macedonio maledixerunt. Jam a concilio secundo, quod diximus, ad tertium hoc concilium **12** episcoporum ducentorum qui in urbe Ephesi congregati sunt et Nestorium anathemati devoverunt, anni sunt quinquaginta unus, idque anno regni Theodosii Junioris, imperatoris Romanorum vicesimo primo. Nestorius autem ubi pulsus fuerat Ægyptum tendens, in ea ejus parte quæ Said dicitur, loco Echmim appellato, septem annos substitit, dein mortuus est, ac sepultus in vico Saklan dicto, in quo æstus ingens contigit, ac præcipue in valle in qua ipse sepultus fuerat, adeo ut nemo in ea incedere vel per eam transire tempore æstivo posset. Atque ita oblitterata est sententia Nestorii donec illam longo post ipsum temporis spatio resuscitaret Barsuma metropolita Nisibinensis tempore Justini Romanorum imperatoris et Kobadi Phiruzi filii regis Persarum, eamque in Oriente, ac præcipue apud Persarum incolas astrueret ; unde est quod multi sint Nestoriani in Oriente, scilicet Iraco, Al Musal, circa Euphratem, et in Mesopotamia, qui Nestoriani appellati sunt, titulo a Nestorii nomine deducto. Post Nestorium constitutus est Maximus patriarcha Constantinopolitanus, qui tres annos sedit, dein mortuus est ; ipsoque nondum sepulto factus est Proclus ibidem patriarcha, qui super Maximo oravit, eumque sepelivit ; cumque post ipsum tredecim annos sedisset, mortuus est.

Inquit Said, patricii **13-15** filius, medicus : Visum est mihi hoc libri mei istius loco Nestorianis responsum reddere, et sententiæ ipsorum falsitatem atque absurditatem demonstrare, cum error sit, ipsique tempore hoc nostro a Nestorii antiqui dictis in diversum abierunt, autumantes Nestorium asseruisse Christum duas substantias ac duas personas esse, Deum perfectum in persona et substantia sua, atque hominem perfectum in persona et substantia sua, ac Mariam peperisse Christum ex parte humanitatis, non ex parte divinitatis suæ ; utpote cum Pater, juxta ipsos, genuerit Deum, at non hominem ; Maria vero hominem pepererit, non autem Deum.

Dicetur ergo illis : Si ita res se habeat uti vos dicitis, erit Christus duo Christi, duoque Filii. Erit ergo Christus Deus verus, et Filius verus Deus, et Christus verus homo, et Filius verus homo, cum necessario dicendum sit vel Mariam peperisse Christum, vel non peperisse. Si peperit, necessario erit partus vel spiritualis vel corporalis ; si corporalis, alius erit ab eo quem genuit Pater, unde necessario sequetur duos esse Christos ; quod si spiritualis fuerit, erit Christus Filius unus et Persona una, et Christus unus. Probatur hoc [exemplo] laminæ ferreæ cui unitur ignis, utpote quæ sit gladius unus qui et urat, et scindat, et luceat, et coruscet ; nec concedi **16** potest partem ferream eam esse quæ urit, et lucet, cum ferrum cui non inest ignis non urat ; neque partem candentem quæ secat ignem esse, cum ignis natura sua luceat et urat. Atque hoc [exemplo] verum esse constat et confirmatur quod profitemur nos Melchitæ, Christum esse unam personam, Deum perfectum, hominemque perfectum, et confutatur quod asserunt Nestoriani, esse Christum personas duas. Quin etiam dici illis poterit, dicite nobis de humanitate cui unita est divinitas, atque nominata est Christus [An] non desierit esse Christum ex quo fuerit in utero matris suæ Mariæ usque dum ipsum pareret et lactaret, et adoleverit, et crucifixus, et passus fuerit ? An donec triginta annos compleret, fuerit unus ex numero hominum, ac tum demum unitus fuerit humanitati, ac factus sit Messias ? Quod si dixerint non fuisse Christum quandiu fuit in utero matris suæ Mariæ, verum Mariam peperisse hominem, ac ipsum donec triginta annos compleret unum fuisse ex hominibus, deinde unitam fuisse divinitatem cum humanitate, ac factum fuisse Christum, certe sententiam suam astruxerunt, at Evangelio mendacium impegerunt, nec non Paulo, omnibusque quos Ecclesia recipit libris, et a sententia Christiana recesserunt. Sin dixerint divinitatem humanitati unitam **17-19** fuisse dum adhuc in utero gestaretur, ipsumque [tum] Christum fuisse, ac in utero gestatum fuisse ; ac natum et educatum donec crucifigeretur et interficeretur, tum confitentur Mariam Virginem peperisse Deum, Christum unum, et personam unam.

Dicetur rursus illis : Quando unitum est verbum homini ? ante partum, aut antequam conciperetur, an momento partus ? Quod si dixerint, ante partum : reponemus illis : Num ante partum, et ante conceptionem ? aut ante partum postquam conceptus est ? Quod si dixerint, tum ante nativitatem cum ante conceptionem, autumant unitum fuisse ipsum antequam esset homo, et antequam formaretur, et antequam nasceretur ; quæ si ita se habeant absurditatis arguitur sententia Nestoriano-

Digitized by Google

rum, quo Æternus unitus fuerit homini se ex parte tantum ita habenti. Homo enim ex parte sic se habens talis fuit cum forma humana induceretur; unde necesse est illis ut autument divinitatem solam, cum humanitate fuisse novem menses aut circiter ab initio conceptionis, una cum eadem manens in loco quo gestari solet infans; deinde simul natas fuisse; quod contradicit illi quod dicunt, Mariam peperisse Christum ex parte humanitatis suæ, non ex parte divinitatis suæ. Sin dixerint, unitam fuisse cum eo postquam conceptus esset ac forma **20** perfecta indutus; regeremus ipsis: Tum Deus in utero gestatus est ante partum; quod si concedi possit utero gestatum fuisse, concedi etiam potest, nasci potuisse. Si dixerint unionem factam tempore nativitatis, dicimus: Tum ergo peperit Maria Verbum una cum homine; Verbum autem tum apud nos tum apud vos Deus est. Peperit ergo Maria Deum. Si dixerint, Ita est; reponemus: Cum concedi possit nasci potuisse, cur non concedatur, in utero gestari potuisse? Quod si concesserint, jam sententiæ suæ valedixerunt, sin haud concesserint, dicimus: Quænam est inter hæc discrepantia, ut in utero gestetur, et ut nascatur? Si dixerint Deum natum non esse, nec fuisse unionem ante nativitatem, nec statu isto durante, sed fuisse tempore nativitatis, dicimus destruit hoc illud quod asseritis, Mariam peperisse Christum. Siquidem non est vobis Christus homo solus. Cum ergo Christus non sit homo solus, Maria autem ex sententia vestra hominem nudum pepererit ante unionem, sequitur ipsam peperisse illud quod non erat Christus, postquam autem fuerit, factum esse Christum per unionem, ac fuisse unionem post nativitatem, ac proinde Christum evasisse post nativitatem. Quod si hoc vobis absurdum videatur, ac Maria Christum pepererit, ipsa ergo non peperit hominem solum, **21-23** atque hoc necessario infert peperisse ipsam Deum cum homine, nec non fuisse unionem ante nativitatem: atque ita manifesta facta est absurditas ejus quod asserunt Nestoriani, scilicet Mariam peperisse Christum ex parte humanitatis suæ, non ex parte divinitatis; et veritas ejus quod confitentur Melchitæ, Mariam peperisse Deum, Christum unum, et personam unam, et substantiam æternam, et substantiam de novo productam.

Dicetur etiam illis: Si asseratis Christum duas esse substantias, unam æternam, alteram de novo productam, dein Mariam peperisse Christum, jam confitemini Mariam duas has substantias, quæ sunt Christus, peperisse; Christus ergo constat duabus naturis, quas cum peperit, una earum Deus est, peperit ergo Deum æternum. Deinde, non potest concedi peperisse nisi quod in utero gestatum fuerat, hinc ergo necessario sequitur ipsam Deum illum in utero gestasse. Atque ita ostensa est etiam absurditas sententiæ Nestorianorum asserentium, Mariam nec in utero tulisse, nec peperisse Deum,

A et confirmata veritas ejus quod profitentur Melchitæ, scilicet Mariam peperisse Deum, et Christum unum, et filium unum, et personam unam. Inquit Said Patricii filius, medicinæ studiosus: Antistites erroris, videlicet Nestorius, Eutychius, Dioscorus, Severus, et Jacobus Baradiensis, **24** cum ipsorum sequacibus aliisque heterodoxis, qui astruere voluerunt imaginationes suas a timore Dei alienas, atque a via Dei declinarunt juxta sententiæ suæ pravitatem, in Deum audaces, quosque malæ intentiones suæ et corruptæ cogitationes mari erroris ingurgitarunt, illi (inquam) omnes illos quibus se immiscuerunt errores mordicus retinuerunt, eo quod ignorarent unionem divinitatis Domini nostri Christi cum humanitate ipsius, dum unusquisque

B ipsorum in aliquem e diversis mistionis modis impingens ei adhæserit. Visum est autem mihi ostendere [diversos] mistionis modos, eosque explicare, ut ita absurditatem eorum quæ dicunt percipias. Deo autem potentia est. Pro magna Dei providentia, justitia perfecta, et misericordia eximia, misit ipse Verbum suum creans, quo omnia creavit iisque esse dedit, quod e substantia est increata, verum a Patre ante omnia sæcula genitum, cum non esset unquam Deus sine Verbo et Spiritu, neque Verbum unquam ab ipso separatum, neque a Spiritu ipsius creante, aut a substantia ipsius; ac descendit Verbum Dei creans cum subsistentia sua permanente, perpetua, durabili, quæ nunquam non fuit, nec esse desinit, et incarnatum est a Maria Virgine,

C puella sancta, **25-27** electa, e stirpe benedicta, e progenie Abrahami; prole Israelis, tribu Judæ, familia Davidis, quam ad hanc œconomiam elegit Dominus ex omnibus mundi feminis, ipsamque Spiritu sancto mundavit, Spiritu [inquam] suo substantiali, adeo ut ipsam idoneam redderet in quam descenderet Verbum Dei substantiale, atque ita obvelatum est Verbum creans homine creato, quem sibi voluntate Dei Patris, et consilio Spiritus sancti creavit, creaturam novam absque semine virili, ut nec in ipsam caderet peccatum, nec cum homine consuetudinem haberet aut congressum, aut violaretur puellæ sanctissimæ virginitas, hominem perfectum cum corpore suo et anima sanguinali, et

D spiritu intellectivo, rationali, qui est imago Dei in homine, et similitudo ipsius. Cum fuerit ipse inter creaturas Dei maxime idoneus in quo habitaret Deus, ac descenderet, sibique in velum sumeret, pro ea qua cæteras quotquot sunt creaturas antecellit puritate. Scias enim rem naturæ puræ haud cerni, nisi in eo quod sit naturæ crassioris; neque cerni posse quod omnium maxime purum est, nisi cum eo quod ipso crassius sit [conjunctum] in eo, quod appareat e materia constantibus, naturæ crassioris. Invenimus autem spiritum hominis intellectivum, rationalem **28** puriorem esse eo quod purissimum est in cæteris creaturis, ideoque ex omnibus Dei creaturis maxime idoneus fuit qui Deo velum esset, ideoque factum est illi velum; ipsique

Digitized by Google

interim anima, in sanguine sedem habens, velum; ut et corpus crassum, velum ei quod ipso purius sit: atque hac ratione assumpsit Verbum Dei creans substantiam hominis integram cum corpore ipsius et sanguine, spirituque intellectivo rationali, fuitque Verbum Dei cum subsistentia sua, subsistentia humanitatis istius, cujus substantia perfecta fuit, eo quod subsistentia Verbi Dei ipsam subsistere fecit. Neque enim ipsa creata fuit, vel omnino quidquam fuit, nisi per subsistentiam Verbi Dei, quod ipsam creavit, et subsistere fecit de nihilo quod in utero Virginis antea subsisteret, et sine causa aliqua a qua ipsa principium esset, sive semine virili, sive aliquo quopiam, excepta substantia Verbi creantis quæ una est e Trinitate divina; atque illa subsistentia cum hominibus numerata, et nota est ob eam cui conjuncta est, quamque creavit eique copulata est, substantiam humanam, atque ipse unitate subsistentiæ istius unius, subsistentiæ (inquam) Verbi Dei creatoris, unus est in Trinitate substantia divinitatis suæ, et unus inter homines substantia humanitatis suæ, non **29-31** duo, verum unus cum Patre et Spiritu, atque ipse idem unus simul cum hominibus, comprehendens duas substantias diversas, e substantia [nempe] divinitatis creante, et substantia humanitatis creata, in unitate subsistentiæ unius, subsistentiæ [inquam] Verbi, quod est Filius genitus a Patre ante tempora et sæcula omnia, idemque natus ex Maria Virgine in fine temporis, ita ut non separaretur vel a Patre, vel a Spiritu sancto.

Verum sicut radius solaris qui genitus est ab ipso sole, cujus lux totum illud inter cœlum et terram [spatium] lumine implet, conspicitur in domo aliqua, atque in ipsa vere est luce et calore suo, ita tamen ut revera minime separetur a fonte quo genitus est, cum nec ab ipsius corpore nec luce abscindatur, ita etiam habitavit Filius Dei in humanitate, ita ut minime a Patre separaretur, fuitque in humanitate vere, idemque vere cum Patre et Spiritu sancto. Ac sicut verbum hominis qui ab intellectu ipsius gignitur chartæ inscribitur, adeoque totum vere est in charta ita ut interim ab intellectu a quo genitum est haudquaquam separetur, neque ab eo separetur intellectus a quo genitum est, quoniam intellectus per verbum dignoscitur, cum ei insit, atque verbum totum sit in intellectu qui ipsum genuit, totumque in seipso, ac totum in charta cui **32** unitum est: similiter Verbum Dei totum est in Patre a quo genitum est, et totum in seipso, totumque in Spiritu, ac totum in humanitate, in qua resedit, cuique unitum est. Quamvis enim omnis similitudo creata longe absit ab eo ut creatorem referat, non desiit tamen Deus similitudines servis suis in omnibus libris suis proponere, ut ea quæ non cernunt ex iis quæ cernunt intelligerent, eaque quæ ipsis non sunt manifesta, ex iis quæ manifesta sunt dignoscerent. Non est autem habitatio Verbi Dei creatoris, ejusque cum substan-

A tia humanitatis conjunctio, vel translatio vel alteratio, vel mutatio unius e duabus substantiis a natura sua. Non est mutata natura divina, ut [cessaret esse] divina, creatrix, neque humana ut haud amplius sit humana creata: atque hoc istiusmodi est quod non absurdum videatur intelligenti. Jam alteratio et mutatio necessario requirit mistionem, cum fuerit e duabus naturis e materia constantibus, crassis, instar aquæ et vini, mellis et aceti, auri et argenti, æris et plumbi, aut his similium; quæ omnia e materia constant et crassa sunt. Omne autem materiale quod cum alio materiali miscetur, necessario infert mutationem qua aliud evadat quam utraque ista e materia constantia prius fuerant, neque [maneat] vinum vinum, nec aqua aqua, post-
B quam commista fuerint, **33-35** neque aurum aurum, nec argentum argentum, nec æs æs, nec plumbum plumbum, post factam mistionem, sed utraque alterata sint a substantia sua et res alia diversa evaserint, quæ neutra penitus earum sit, nec utravis ipsarum immunis sit a corruptione, et alteratione ab eo quo fuerat statu. Quod si fuerit mistio e natura subtili, et natura crassa, non infert mistio ista alterationem aut conversionem, exempli gratia: In mistione animæ et corporis [ex quibus constat] homo unus, unitur alterum alteri ut nec mutetur vel alteretur anima a substantia sua ne sit anima quæ actionibus suis dignoscatur, neque corpus a statu et actionibus suis mute-
C tur et alteretur; aut quemadmodum ubi unitur ignis cum ferro ipsumque subtilitate sua penetrat, simulque conjuncta una fiunt pruna, ita ut nec alteretur ignis vel mutetur a substantia sua ne sit ignis lucens, urens; neque alteretur ferrum aut mutetur, ne sit ferrum materiatum quod vulneret et scindat: eodem modo fit in omni mistura quæ composita est e rebus duabus diversis, quarum altera sit spiritualis, subtilis, altera materialis et crassa; veluti anima et corpus; ignis et ferrum; vel ut sol, qui se immiscet aquæ, luto, omnique materiæ humidæ, et putidæ, neque mutatur vel alteratur a luce munditie et puritate sua, licet cum omni re nigra, et sordida **36** putida, et immunda misceatur; quia non fit unquam mistura nisi tribus mo-
D dis, quorum unus est cum miscentur duæ naturæ materiales, quæ mutantur et corrumpuntur; ut in mistura aquæ et vini, aceti et mellis; auri et argenti; æris et plumbi; hæ enim omnes, cum id genus aliis, alteratio sunt et corruptio; quia quod ex vino et aqua mistum est, nec vinum est nec aqua, quod utrumque eorum a natura sua mutatum sit, ac commistio ipsorum facta sit cum corruptione ipsorum et mutatione a statu suo: atque ita quod mistum est ex aceto et melle, factum est neque acetum, neque mel, quod utrumque eorum a statu suo mutatum sit: ita et in mistura auri et argenti, plumbi et æris, haud purum manet utrumlibet eorum. Atque hic unus est e tribus mistionis modis. Secundus est mistio quæ fit seorsim

Digitized by Google

manentibus duabus naturis materialibus, ita ut earum subsistentia dignoscatur. In istiusmodi mistura utraque duarum naturarum ab altera distinguitur subsistentia sua, et ratione sua; atque ita se habet ut oleum et aqua in eadem lampade, aut linum et sericum in eadem veste, utpote quæ e lino contexta, serico striata sit; aut instar statuæ æneæ cui caput sit aureum, aliorumque ejusmodi; quam non decet appellare misturam, cum distinctæ maneant duæ naturæ et consistentiæ, **37-39** sicut non oportet ut sit inter aquam et amphoram in qua est, mistio; cum natura vasis illius sit, testa; constitutio, [quod sit] amphora; adeo ut non sit inter eam et aquam mistio, sed quanta fieri potest maxima discrepantia. Ita et aqua et oleum, nisi vas lampadis in quo sunt ea conjungeret, nequaquam unirentur; at non est [communitas] vasis inter ea mistio [censenda.] Similiter nec inter linum et sericum mistura est, cum non invicem adhæreant, etiamsi in eadem sint veste; nec inter æs et aurum ubi conflata non fuerint, commistio, etiamsi ea conjungat una statua. Hæ autem misturæ nunquam sunt nisi e materia corporea crassa: cujus si pars parti conjungatur, exempli gratia si liquefacta æs et aurum simul effundantur, eveniet ratione mistionis mutatio et corruptio; neque enim est massula ista vel aurum purum, vel æs purum: ac nisi copularentur ac unum alteri adjungeretur, ut cum torquis ex ære auroque conficitur, esset mistionis modus separationi obnoxius, qui nomine mistionis indignus est.

Atque in hos duos modos impegerunt Nestorius ejusque asseclæ, et Jacobus et Severus et Dioscorus, et Eutychius eorumque sequaces. Jacobus quidem, atque quorum nomina recensui, mistionem mutationis et corruptionis amplexi, asseruerunt naturam divinam et naturam humanam **40** in uno Christo commistas fuisse, ipsumque habuisse subsistentiam unam in natura una compositam ex duabus naturis diversis, divina scilicet et humana; professi ergo sunt eas mutatas esse: mutatio autem corruptio est. Atque hoc dicto impio Dei naturam accidentibus et morti necessario obnoxiam reddunt, ac Christum nec Deum verum, nec verum hominem constituunt, instar massulæ ex auro et ære conflatæ. Nestorius vero ejusque sequaces mistionem quæ separari atque divelli possit affingunt, autumantes Christum unum esse duabus naturis diversis constantem, divina et humana, duasque habentem subsistentias notas, divinam atque humanam, ac mistionem statuerunt quæ separatio sit, instar torquis e duobus filis quorum alterum aureum sit alterum æneum confecti; aut vestis duplicis, cujus pars exterior sit serica interior gossypina, inter quas nulla est mistura sive naturæ sive subsistentiæ: neque hac ratione ad illos spectat Christum unum credere; siquidem est torquis complicatus, torques bini, et vestis duplex, binæ vestes; eodemque modo [esset]

A Christus, duo Christi, [quorum] unus natura et subsistentia sua divinus esset, instar fili aurei in torque plicatili, aut partis exterioris sericæ in veste duplici; alter humanus, instar fili ænei in torque, vel partis **41-43** interioris e gossypio in veste. Summopere autem mirandum est quomodo non percipiant utriusque generis dissentientes ac discrepantes, neque intelligant esse duo ista mistionis [genera] misturas materiæ corporeæ, crassæ; cui nihil inest spiritalis, subtilis, tenuis; adeoque non posse materiam crassam, duos istos mistionis modos vitare: si enim mista fuerit mistione quæ coalitionem ac compositionem [infert] ad mutationem et corruptionem vergit; sin eodem quo fuerat statu permaneat, neque coalescit, neque B contemperantur partes ipsius, adeoque non alia ratione miscentur quam ea quæ facile separantur atque divelluntur, etiamsi ea conjunxerit status una, vestis una, vel vas unum. Neque reperitur unquam in re aliqua materiali corporea alius quis misturæ modus præter istos duos, vel qui corruptionem [infert] vel separationem, nisi cum mistio duorum sit quorum alterum materiale corporeum, alterum tenue sit et spiritale. Hic autem tertius est mistionis modus, quæ et vere mistio est [in alio exemplari est, mistio naturæ] absque confusione, conversione, corruptione, aut separatione partitionis; verum est mistura qua penetrat natura spiritalis, subtilis, naturam materialem corpoream, C donec per ipsam totam diffundatur, totaque commisceatur, neque remaneat locus **44** ullus naturæ materialis vacuus natura spiritali, sine mutatione qua mutetur vel spiritalis a natura sua spiritali subtili, vel corporea materialis a natura sua crassa, materiali, ac sine alteratione aut corruptione utriusvis, instar mistionis animæ et corporis aut ignis et ferri in eadem pruna, quæ una est subsistentia, e natura ignis conjuncta ac commista cum natura ferri sine separatione aut divisione, ac sine confusione, conversione aut corruptione, diffusus est interim ignis per universum ferrum, totumque induit; communicavit etiam ferro potentiam suam et lucem suam, et vim comburendi, adeo ut et D luceat ferrum, et urat; at nihil sibi de impotentia ferri assumpsit, sive nigredinem, sive frigus. Atque secundum hunc mistionis modum disposuit Verbum Dei creans, mistionem suam cum natura humana, estque Christus unus, Filius Dei unicus, a Patre ante omnia sæcula genitus, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero, genitus non creatus, de substantia et natura Patris sui, atque ipse idem natus ex Maria Virgine in fine temporis, in subsistentia una, [videlicet] subsistentia Filii Dei unici quæ comprehendit duas simul naturas; divinam quæ nunquam non fuit, in principio, et ante omne principium; et humanam, quæ facta est in fine temporis, subsistere facta per subsistentiam æternam, estque is **45-47** Christus unus subsistentia una æterna, duas habens naturas, divinam, quæ nunquam non

Digitized by Google

fuit; et humanam, quam sibi creavit, ut ei uniretur, ex Maria Virgine. Estque subsistentia illa ipsius subsistentia naturæ divinæ et naturæ humanæ, utramque comprehendens sine mistione alterationi, aut corruptione separationi et divisioni obnoxia.

Non desiit subsistentia naturæ divinæ esse subsistentia naturæ humanæ cum ipsam crearet, et faceret per subsistentiam suam sine qua non subsistit, quaque excepta non est alii cognita. Estque ipse Christus unus ante incarnationem, et post incarnationem, ipse idem genitus a Patre in unitate personæ filiationis, habens substantiam divinam simplicem, ante omnia sæcula, sine matre; idemque natus ex Maria ultimis temporibus sine Patre, in unitate ejusdem ipsius personæ, e duabus simul substantiis constans, divina et humana, in illa persona conjunctis, Christus unus, et filius unus, quem allocutus est Pater e cœlis duobus in locis, scilicet fluvio Jordanis die baptismi, et monte Thabor die transfigurationis, dicens: *Hic est Filius meus dilectus in quo mihi complacui* [1], cumque compellavit Maria, [dicens]: Fili mi, non est filius Patris, alius; et filius Mariæ, alius; absit ut hoc dicatur! non enim nascuntur naturæ; nam si pareret mulier naturam, necesse esset ut **48** omnes mulieres parerent, cum una natura omnes homines comprehendat; sed nascuntur personæ: nec parit mulier duas personas partu uno, nisi cum unicuique personæ sit partus seorsim, ut in gemellis. Nec convenit ut sint uni unquam rei binæ subsistentiæ mistæ; natura enim comprehendit subsistentias. Quomodo ergo fiat ut subsistentiæ natura diversæ simul conjungantur in Christo uno cum subsistentiarum differentia? Subsistentia autem actus est superioritatis. Si ergo Christus duas habeat naturas diversas, sicut verum est, ac simul haberet duas subsistentias diversas, tum illud quod ipsum conjungeret [quo unus esset] aliud esset præter duas naturas, ac duas subsistentias; quale nihil omnino reperitur. Scimus autem non esse naturam absque persona; nec tamen est natura in una [tantum] persona. Natura enim una comprehendit plures personas, at persona una non comprehendit naturam. Natura autem Christi divina æterna nunquam subsistentia sua caruit; jam subsistentia ista ea est quæ humanitatis naturam sibi assumptam adjunxit, fuitque ipsi subsistentia ab eo usque tempore quo non fuit ante habitationem personæ istius divinæ in Maria in qua ubi habitavit fecit ex ipsa essentiam, videlicet naturam humanam, quam subsistentia sua subsistere fecit, et deificavit dum ipsi essentiam tribuit, **49-51** hæc autem, scilicet quod ipsam assumpserit, esse fecerit ac deificaverit, omnia simul fuerunt, dum humanitatem Christi habentem subsistentiam, quam notum est esse subsistentiam Filii Dei, assumptam

A subsistere fecit subsistentia sua, sibique in templum creavit, cum non esset humanitas ista antequam resideret Verbum Dei in Maria, neque crearetur, neque ulla ipsius subsistentia nota esset, donec in ipsam resideret subsistentia Filii Dei, quæ facta est ipsi subsistentia. Neque unquam fuit caro ista, ex quo fuit, alia quam caro Verbi Dei; neque unquam, ex quo fuit caro anima intelligenti rationali prædita, aliter habuit quam caro Verbi Dei, neque aliter nota est unquam quam per subsistentiam Verbi Dei; est igitur ipse Filius Dei unicus a Patre sine matre genitus, a matre [natus] sine Patre, idemque Filius Dei, et Filius Mariæ.

B Unitas autem ob subsistentiam est cum Christus duas habens naturas perfectas, substantia differentes, quarum utraque ex suis seorsim actionibus et voluntate sua cognita est, cum ipsarum utraque voluntate sua velit, et actionibus suis agat. Quod si Christus unus esset sine unitate personæ, cum ea qua præditus est naturarum discrepantia non conveniret ut unus haberetur, nisi naturam ipsius complecteretur subsistentia una. Siquidem numerus cadit in personas, etsi fuerit natura una; secus **52** enim non caderet numerus in unitatem substantiæ Dei [ut esset] Trinitas, cum sit ipse unus Deus. Trinitas vero in personas cadit. Neque caderet numerus in homines, qua multi reputentur ob multitudinem, cum eos comprehendat natura una; siquidem omnes unus homo essent; verum personarum distinctio in causa est ut multi numerentur.
C Quod si Christo duæ personæ tribuendæ essent, competeret illi numerus binarius, ac Trinitati divinitatis quadruplicitas cum a Trinitate ad numerum quaternarium promoveretur atque in ea auctio locum haberet. Neque perficeretur baptismus trina immersione, quam præcepit Christus apostolis suis, videlicet ut baptizarent eum qui crederet in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Deceret enim eos qui autumant Christum duas esse subsistentias, quater inter baptizandum intingere, cum nomina trina, sint personæ Patris et Filii et Spiritus sancti, quorum nomine ter aqua tingitur. Quod si quatuor essent personæ, necesse esset
D quater immergi, secus non in totum Christum, quem duas esse personas dicit, baptizaretur, sed in dimidium ipsius, omissa scilicet altera subsistentiarum ipsius in quam haud fuerit baptizatus, jam ergo manifestum est Christum unum esse, ante quem non fuerit Christus alius, neque post ipsum futurus sit alius. Verbum enim Dei nunquam **53-55** non fuit ex quo nunquam non fuit Pater ipsius, neque unquam fuit Deus sine Verbo, neque unquam separationem passus est, sicut dicit Evangelium: *In principio fuit Verbum, et Verbum nunquam non fuit apud Deum, et Deus nunquam non fuit Verbum, omnia per ipsum facta sunt, et absque eo non factum est vel unum eorum quæ facta sunt* [2]. Deinde

[1] Matth. III, 17; Luc. III, 22. [2] Joan. I, 1 sqq.

sanctus; et quodcunque vult Spiritus sanctus, idem etiam vult Pater et Filius; non est inter ipsos contrarietas aut differentia. Atque ita etiam voluntas humanitatis, generis est non individui: ideoque omnibus hominibus communiter insitum est appetere bonum, nec quisquam est fidelis vel infidelis, bonus vel malus, qui non appetat bonum, ipsumque accipere desideret, tum in hoc mundo, tum in futuro; nec quisquam est qui respuat bonum, aut cui non insit appetitus cibi, potus, indumenti, somni, quietis, tranquillitatis, prosperitatis, sanitatis et vitæ; et odium eorum quæ **64** his contraria sunt, videlicet famis, sitis, nuditatis, insomniæ, laboris, molestiæ, adversitatis, ægritudinis, mortis. Illud autem quod discrepant homines præter appetitum universalem quod ad res quas alii contra ac alii velint, non est a voluntate naturali quæ generi competit, sed desiderium singulare quod quibusdam tantum hominum accidit, ac appetitui naturali contrarium; utpote quod aliud a bono appetat, ideoque discrepant in desideriis istis accidentalibus quæ ab affectibus oriuntur, unoquoque illud volente quod desiderat ob voluptatem quæ ipsi inde contingit. Neque tamen interim exuit quispiam appetitum communem quo incitantur homines ad bonum volendum ipsumque amplectendum, tam in hac vita quam in futura. Ideoque Christo competunt binæ voluntates naturales integræ, divina et humana, duoque genera integra, creans et creatum, conjuncta sine mistura in una persona quæ duas naturas comprehendit unione sibi propria, inseparabiliter, [adeo ut] loquatur proprietate personæ suæ unius sermone duarum naturarum, divinæ et humanæ, nec sit qui loquitur sermone humano alius, et qui sermone divino alius, verum Christus unus qui utroque simul sermone loquatur, et utrasque actiones agat duabus voluntatibus, et duabus simul **65-67** naturis; cum velit voluntate divina faciens opera Deitatis, quæ facit quandocunque vult, et quomodo vult, non præcedente voluntate actiones ipsius, cum penes ipsum sit ut faciat quidquid vult, quandocunque vult, nulla intercedente petitione, prece, aut rogatu, juxta illud quod dixit ipsi leprosus: *Domine, si vis potes mundare*; et respondit ipse, *Volo, mundare* [a], itaque a lepra sua, ipsius voluntate, mundatus est: juxta etiam mandatum ipsius ad dæmonia, ut e dæmoniacis exirent, cum rogarent ipsum dæmonia ut juberet ipsos porcos ingredi (neque enim illud sine ipsius permissu facere potuerunt) atque ipse illos permitteret. Postea etiam, ventum et mare quiescere jussit, idque sine prece aut petitione. Atque hujusmodi multa in Evangelio facta memorantur, quibus divinitatem suam confirmavit, ideoque credunt fideles ipsum esse Deum perfectum, dum faceret opera divinitatis quæ nulla unquam creatura fecit, nec unquam facere potest, cum sint opera soli

A Deo propria, quæ nemo alius faciendi potestatem habet, neque ulli unquam e creaturis ipsius concessa sunt. Idque quia ipse creat quodcunque vult et abscondita novit, perspiciens quæ tegunt pectora, et peccata remittit, quæ nemo præter ipsum remittere potest. Estque in omni loco æque præsens nulla re terminatus, et in sepulcris **68** conditos die resurrectionis resuscitaturus est potentia sua, cum sit Dominus diei judicii, thronum occupans et regnum et ratiocinium severum, qui unicuique secundum ea quæ fecit retribuit; idemque qui de cœlo descendens incarnatus est, et corpus in cœlum sustulit.

Cum autem faceret opera humanitatis, ea quæ B opera sunt generica et naturalia (qualia sunt edere, bibere, indui, somnus, sudor, tristitia, perpessiones, mors), his humanitatem suam adstruxit, seque hominem natura perfectum esse. Est ergo Christus Filius Dei genere et essentia divina; idemque filius hominis genere et essentia humana, ipseque Christus unus unitate peculiari, personæ suæ unius propria; personæ scilicet filiationis æternæ, quæ genita est a Patre sine Matre, ante sæcula; eademque persona filiationis humanæ, quæ nata est ultimis temporibus ex Maria Virgine, sine patre; estque ipse persona una, æterna, quod ad divinitatem; temporalis, quod ad humanitatem: idemque duabus simul naturis loquitur, ac duorum generum actiones edit. Ubi dixit, *Ego sum Filius* C *Dei*, de divinitate loquitur; at ubi dixit, *Ego sum Filius hominis*, de humanitate. Ipse miracula ratione divinitatis suæ fecit, idemque afflictiones pertulit ratione humanitatis: crucifixus et mortuus est ratione humanitatis suæ, nec crucifixus nec mortuus ratione **69-71** divinitatis. Mutatio enim et perpessiones et mors humanitatis propria sunt, non divinitatis, quæ ab omnibus istis immunis est. Non autem patitur aliquid ab accidentibus quæ ipsius naturæ non conveniunt: exempli gratia, securi scindi non cadit in solem, quia scindi, solis naturæ non competit. Ideoque securi scinditur arbor cui sol affulget, at non una cum arbore scinditur sol: ferro enim scindi in lignum cadit, at non in solem. Ac sicut, cum ferrum igne ca- D lefactum aquæ immergitur, occupans frigus aquæ ignis calorem, ipsum exstinguit, ita tamen ut nulla ab eo noxa in ferrum cadat, quia passio ab aqua [illata] igni competit ut ab ipsa exstinguatur, at non competit ferro eadem madefacto. Eodem modo cadunt passiones in animam humanam et ad ipsam pertingunt, totumque corpus, quia in ipso passiones locum habent, at non cadit in divinitatem quidquam. Porro credimus Christum Filium Dei unicum esse post incarnationem, necnon filium hominis, ipsum non alium, Christum unum, Dominum unum, duas habentem generationes, genitum a Patre ante sæcula, supra omnem causam,

[a] Matth. VIII, 2, 3.

Digitized by Google

sermonem, cogitationem, et tempus, necnon natum a Matre fine temporis, propter salutem nostram, eodem modo quo nos nati sumus, et supra nativitatem nostram, videlicet eo modo quo nos nati sumus, **72** quod homo fuerit et ex muliere; et quod ad tempus nativitatis, post novem menses: at supra nativitatem nostram, quod non fuerit ex semine, verum ex Spiritu sancto, et Maria Virgine illibata, supra legem nativitatis humanæ, quod illæsa manserit virginitas Matris suæ postquam ab ipsa natus fuit. Estque idem Deus perfectus et homo perfectus; totus ipse Deus perfectus, cum humanitate sua, et totus homo perfectus cum divinitate sua. Verbum enim incarnatum est absque mutatione, minoratione, aut defectu; et deificata est humanitas, ita tamen ut terminos suos non excesserit, permanente utraque natura statu suo in Christo uno, et agnita voluntatibus suis et actionibus suis in unitate personæ Verbi Dei, quæ utramque comprehendit proprietate sua una qua subsistit Christus unus, in quo sunt duæ naturæ, scilicet creans, quæ manet creans; et creata, quæ manet creata; et quæ mortalis fuit, mortalis: quæ immortalis, immortalis; et quæ terminata, terminis circumscripta; et quæ termini non capax, interminata; et quæ videri potest, visibilis; quæ videri non potest, invisibilis, quarum altera miraculis fulget, altera afflictiones perfert. Ita suscepit Verbum Dei passiones, quoniam ipsi sunt passiones carnis suæ sanctæ, et administravit caro miracula, ad confirmandam mistionem in **73-75** persona una, atque esse ipsum Christum unum, qui edit miracula divinitatis suæ una cum humanitate sua; et perfert passiones humanitatis, una cum divinitate.

Quod si dixerit quispiam: Quomodo (factum est) ut non dixerit Christus in Evangelio se Deum esse, quo ita omne de eo dubium tolleretur? Respondeo Christum, si dixisset se Deum esse, inducturum fuisse eos qui in ipsum credunt, in errorem magnum. Qui enim dixerit se Deum esse, nominat totam substantiam divinam, et naturam unam, atque hoc dicto suo tres personas comprehendit, Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, Deum unum. Si ergo dixisset Christus, se Deum esse, sibi tribuisset, se esse Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, sibique tres esse personas, ac se, et Patrem esse, et genitum a Patre ante sæcula, nec non procedentem: hoc autem periculosum est, et quod fieri non potest, scilicet ut in Deum (cujus nomen glorificetur) cadat mutatio, fiatque qui genuit, genitus; et qui genitus, gignens; et qui procedit, Pater et Filius. Quod si dixerimus fuisse substantiam totam in corpore, [sequetur] Patrem, Filium et Spiritum sanctum una incarnatos, natumque esse Patrem in corpore ex Maria, necnon illum qui procedit, atque ita Patrem translatum fuisse a paternitate ad filiationem quæ est conversio et mutatio, blasphemat autem quicunque mutationem Deo attribuit. **76** Verum dixit [ipse] veritatem qua intelligant homines, et se esse Filium Dei, et genitum a Patre ante omnia sæcula, proprietate filiationis et substantiæ divinitatis sine carne et sine matre, nec non natum etiam ultimis temporibus ex Maria Virgine isto respectu peculiari, filiationis scilicet et duabus substantiis conjunctim, substantia divinitatis æternæ, et substantia humanitatis eidem conjuncta mistione quæ utramque substantiam comprehendit, unitate proprietatis filiationis, quæ duplicem habet nativitatem, alteram ex Patre, æternam, sine carne, et alteram ex matre, in tempore, cum carne. Estque ipse filius unus, Filius Dei, et Filius Mariæ, ideoque non destitit dicere ac palam facere se esse Filium Dei, quod et apostolis cæterisque hominibus inculcavit, non uno in loco, dicens: *Ideo Deus dilexit mundum, cum dederit pro ipsis Filium suum unicum, ne pereat quisquis in eum crediderit, verum habeat vitam æternam. Non enim misit Deus Filium suum in mundum ut condemnaret mundum, sed ut salvaret mundum. Quicunque ergo credit in Filium non condemnatur. At quicunque non crediderit in Filium judicio obnoxius est, quia non credit in nomen Dei unius.*

Sufficiat autem quod diximus quodque explicavimus de unione divinitatis Domini nostri Christi cum **77-79** humanitate sua, deque unitate filiationis ipsius ejusque quo Dominus est respectus, atque ostensum est cuivis intellectu et judicio prædito Christum unum esse unitate subsistentiæ unius videlicet subsistentiæ Verbi æterni, duabus præditum naturis, divina, quæ æterna est, et humana, quam sibi creavit, ac manifesta facta absurditas eorum quæ profitentur tam Nestoriani quam Jacobitæ. Ac nisi hoc sedulo vitaremus ne æquo longior esset liber noster, neve ab instituto nobis proposito digrederemur plura ad hanc sententiam explicandam atque elucidandam adderemus. Qui autem eam distincte explicatam scire desiderat consulat librum meum qui *Liber disputationis inter heterodoxum et Christianum*, insignitur. Eo enim libro, sententiam christianam, id est Melchitarum, confirmavi, et heterodoxis respondi.

Jam vero ut ad institutum nostrum, et in qua prosequenda fuimus, historiam revertamur Yazdejerd Bahrami filius, Al Athim [scelestus] cognominatus, Persarum rex, rigidus atque austerus fuit, malæ conversationis, adeo ut ægre ipsos haberet quod ipsum ipsi sibi præfecissent, timuerunt tamen ipsum occidere, nolentes illud de ipsorum Regibus in morem cedere. Asserunt autem visum esse equum qui usque dum ad portam regis staret, procederet, quem circumdederunt homines formæ **80** ipsius pulchritudinem ac structuræ perfectionem mirati: cumque nuntiatum de eo regi esset prodiisse ipsum ad eum conspiciendum magnaque ob eum lætitia

a Joan. III, 16 sqq.

Digitized by Google

affectum, jussisse sellam imponi quo ipsum conscenderet, propius accedentem faciem ipsi demulsisse et cirrum ac jubam contrectasse, dein et clunes ipsi detergere voluisse; at cum pone ipsum recta staret ictum ipsi calcibus impegisse [equum] quo jecur ejus læsum est adeo ut moreretur. Tum concitato cursu fugisse adeo ut nemo ipsum assequi posset. Dixisse ergo homines hoc e Dei beneficentia et misericordia in nos fuit. Regnavit autem Yazdejerd Al Athim annos viginti unum, menses quinque et dies octodecim.

Mortuo Yazdejerdo convenientes Persarum magnates, dixerunt: Ne præficiamus nobis e progenie ipsius aliquem, ne eadem apud nos via incedat. Fuit autem Yazdejerdo filius nomine Bahram, quem in nullum secum negotium admiserunt: ille ergo eorum quibusdam, Non decet (inquit) ut quemquam vobis regem præficiatis, nisi cui insint septem istæ proprietates, videlicet quod cæteros antecellat, in rebus administrandis præstantia, consilio, veracitate linguæ, fortitudine, eloquentia, lenitate inter regendum, insidiarum ab hostibus struendarum peritia. Dixerunt ergo ipsi, At ubi ita comparatum reperiemus? Ille, Fidem (inquit) mihi facite vos si talem vobis indicavero **81-83** ipsum regem constituturos. Hoc ergo cum ipso pacti sunt, tum ille (ubi ipsis confideret) Ego (inquit) is sum. Regem ergo ipsum constituerunt. Regnavitque Bahram Yazdejerdi filius (qui et Bahram jaur cognominatus est) in Persas, annos octodecim cum mensibus undecim, idque anno imperii Theodosii Junioris regis Romæorum duodecimo. Imperavit ergo Persis ac se optime inter eos gessit, adeo ut ipsum amarent, dein haud destitit se rebus juvenilibus ac lusui indulgere, adeo ut ipsum vituperarent homines, ac regnum ipsius facile diripiendi spem conciperent reges vicini. Aggressus ergo ipsum Chakan Maximus, Turcarum rex, cum viginti quinque armatorum myriadibus (quilibet autem Turcarum rex Chakan insignitur), profectus est usque dum in Alsaid castra figeret. Dixerunt ergo Bahramo: O rex, accidit nobis res quæ et nos et te occupatos a ludo distineat; prospice ergo et tibi ipsi et genti huic, ejusque res curans et ipsam propugnans, a metu securam præstes. Ille autem verba ipsorum minime moratus profectus est in partes Aderbijani atque Armeniæ ad cultum in templo ibidem igni dicato præstandum. Quod cum non dubitarent homines ipsum fecisse quo fuga se subduceret, ipsi, cum ad consilium ineundum consedissent, dixerunt, Non sunt nobis contra Chakanum **84** vires, tributum ergo ipsi offeramus quo nos et patriam nostram redimamus, exceptis tantum Morsa fratre Bahrami et Azduaro Judice qui dixerunt: Nos vobis in hoc assensum non præbebimus. Cum vero Chakano nuntiatum esset submittere se Persas, securus factus arma deposuit. Accedens ergo quidam ad Bahramum ipsum de securitate et negligentia ipsius certiorem fecit, qui igitur profectus noctuque in

A illos irruens Chakanum manu sua occidit, et in exercitum ipsius stragem immisit, qui ergo terga dederunt. Deinde Bahramus incolumis reversus, captos qui in ipsius potestate erant e Chakani subditis et militibus, una cum uxoribus ipsorum, hominibus libere distribuit; cumque in regionem Turcarum delatum esset nuntium eorum quæ Chakano obtigissent, fugerunt ipsi ad extremos terræ suæ limites. Bahramus autem, fratrem suum Morsa Chorasano, præficiens, ipsi Aderbijanum reversus est, nullum omnino locum relinquens in quo non aliquod devotionis opus præstitit, sacrificia ibi immolans ad gratias Deo reddendas, donec ubi ad ignis ædem quæ Aderbijani fuerat pervenisset, ex

B equo descendens pedibus incesserit, donec ipsam ingressus esset, in honoris eidem deferendi signum, et ad gratias Deo testandas. Tum uniones, hyacinthos et gemmas pretiosas quæ in Chakani diademate fuerant ad portam ejusdem **85-87** ædis appendi jussit. Eidemque igni Chakani ensem unionibus ornatum donavit. Dein Erakum profectus, ibi ad dies aliquot substitit. Inde contra Græcos ad illos invadendos profectus est.

Quod ubi audivisset Theodosius Græcorum imperator, virum quemdam nomine Estratium misit ad regnum Bahrami lustrandum, qui reversus ipsi nuntiavit, illud parum munitum esse. Quo audito, ille Bahramo occurrere expetivit. Instructis ergo copiis, cum contra ipsum cum exercitu suo profectus esset,

C conflictus inter ipsos vehemens fuit, cæsique sunt ex utroque exercitu complures, adeo ut utrique se in fugam darent, reverso Theodosio rege Constantinopolim. Bahramus vero profectus Indiam petiit, dissimulato habitu, ibique ad tempus mansit ipsis incognitus. Robur autem et insignem ipsius fortitudinem conspexerunt, interfectis ab ipso feris quas mira audacia aggressus est, adeo ut cum ad ipsum pervenisset fama elephanti in ipsorum regione qui vias infestaret, hominesque complures occidisset, rogaret ut ipsi ubinam esset indicarent; qui illi dixerunt: Ipse cum peregrinus sis nolumus te periculo exponere. Regi autem cum illud nuntiassent, misit ipse cum illo quemdam qui locum in quo esset elephas iste ipsi ostenderet;

D quem ubi vidit Bahramus sagitta, quæ inter oculos ipsius fixa **88** hæreret, eum petiit, deinde alia post aliam confossum interemit, caputque ipsi præcisum regi detulit: qui ipsum admiratus, quisnam esset rogavit. Ille, Sum (inquit) e magnatibus Persarum qui quod mihi iratus esset rex noster ad te confugi, potentia et clementia tua fretus. Porro fuit regi inimicus qui propius accedens, misit qui ab ipso tributum peterent, a quo cum metueret rex, animavit ipsum Bahramus dicens: Ne terreat te quod de ipso [audis:] ego siquidem te a malo quod ab ipso [timere poteras] incolumen præstabo. Regem igitur et exercitum ipsius ad inimicum istum oppugnandum equo conscenso comitatus est Bahramus. Qui Indiæ-

Digitized by Google

equites allocutus, Tergum (inquit) meum custodite, A et quid ego faciam observate. Irruens ergo in ipsos, eorum ordines cum dissipasset, viri scapulæ ictum impegit qui ad dorsum ipsius pertingens medium eum dissecuit; et utrumque labium elephanto gladio discindens ipsum prostravit: correptumque de equo suo equitem terræ illidens, ipsum interfecit; quin et bina hominum capita, alterum dextra alterum sinistra, prehendens invicem collisit adeo ut utrique cerebri medulla efflueret. Irruentes etiam Bahrami comites, magnam eorum stragem ediderunt, ac spolia diripuerunt. Reversis ergo **81-83** * rege et Bahramo rex illi filiam suam nuptum dedit, nec non ipsi Daibal et Mocran terrasque circum jacentes in regione Sindiæ donavit. Rogavit autem ipsum Bahramus ut B conscripta syngrapha et adhibitis facti sui testibus [ratum] illud ipsi faceret. Quod cum fecisset rex, reversus in regnum suum Bahramus, jussit regionum istarum, quas ipsi donaverat rex, vectigal sibi reddi. Neque desierunt earum opes in Persiam asportari. Ferunt autem Persarum quidam Bahram Jaur in tutelam Nomani Ebnil Mandari Lachamiensis regis Arabum in deserto fuisse; ipsumque, cum ad Bahramum pervenisset mortis Yazdejerdi patris sui fama, cum Arabibus qui ipsum secuti sunt profectum donec in Alsawad castra figeret, ibi cum Persarum proceribus de regno contendisse, donec jus illius confessi regno ipsum præficerent.

Regnavit ergo Bahram Jaur, post patrem suum Yazdejerdum F. Bahrami, in Persas octodecim C annos, idque anno Theodosii junioris Græcorum imperatoris tricesimo. Anno autem vicesimo septimo regni Theodosii Romanorum imperatoris constitutus est Sextus patriarcha Romanus; annos octo sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem tricesimo quinto factus est Leo patriarcha Romanus, qui annos viginti unum sedit, dein mortuus est. Ejus præfecturæ anno nono fuit concilium quartum in urbe **84** * Chalcedone. Anno vicesimo octavo regni Theodosii constitutus est Domnius patriarcha Antiochenus qui annos viginti unum sedit, dein mortuus est. Anno regni ejusdem tricesimo nono constitutus est Flavianus patriarcha Constantinopolitanus, qui cum biennio sedisset mortuus est. D Hoc etiam anno factus est Dioscorus Jacobita patriarcha Alexandrinus, qui cum sex annos sedisset anathemate devotus, et in exsilium pulsus est. Fuit vero Constantinopoli monachus quidam medicus nomine Eutyches qui asseruit non esse Christo corpus ejusdem cum corporibus nostris naturæ, Christumque ante incarnationem e duabus constitisse naturis, post incarnationem autem unam [habuisse] naturam. (Atque hæc sententia Jacobitarum, cujus auctor fuit monachus iste Eutyches.)

Quod ubi audiisset Eusebius Doraliæ episcopus ad ipsum profectus, ac cum eo disputans valida contra ipsum argumenta protulit quibus sententiam ejus refutavit. Dein ad Flavianum patriarcham Constantinopolitanum profectus ipsum de Eutychete et sententiæ ipsius falsitate certiorem fecit, nec non ipsum Constantinopolitanos in falsas opiniones traxisse. Flavianus ergo patriarcha Constantinopolitanus ad Eutychetem mittens ipsum accersivit convocatoque Constantinopoli concilio disputationem cum ipso habuit. Dixit **85-87** * autem Eutyches: Si dixerimus Christo duas esse naturas idem asseremus cum Nestorio; verum dicimus nos Christum esse naturam unam, et personam, unam cum consistat duabus naturis quæ [duæ] erant ante unionem: at ubi assumptum est corpus recessit dualitas ista ac factus est natura una, unaque persona. Cui respondit Flavianus patriarcha Constantinopolitanus: Si esset Christus (uti asseritis) natura una, tum esset natura quæ æterna fuit de novo facta; quod si qui æternus fuit, de novo ortus sit, tum et qui nunquam non fuit, idem aliquando non fuit. Quod si admitti possit ut quod æternum fuit, idem de novo fuerit, erit idem qui stat sedens; quod calidum est frigidum; quod tenebrosum, lucidum; cum id genus impossibilibus quæ fieri non potest ut conjungantur in eadem [rei] parte. Noluit tamen ille a sententia sua recedere; quare anathemate illum percussit, at Constantinopoli non expulit, quod cum medicus esset eo homines opus haberent. Porro Theodosius rex idem cum Eutychete sensit. Eutyches ergo se apud Theodosium regem defendens dixit Flavianum ipsum injuria excommunicasse, regem rogans ut scriptis ad omnes patriarchas litteris, convenire et de eo quod ipsi contigisset disquirere [juberet]. Scripsit ergo rex tum ad Dioscorum patriarcham Alexandrinum, tum ad Domnium patriarcham **88** * Antiochenum, nec non Leonem patriarcham Romanum, et Juvenalium patriarcham Hierosolymitanum ut una cum episcopis suis accederent ut de Eutychetis negotio disquirerent. Qui ergo Ephesi convenerunt. Atque est hoc concilium secundum Ephesi habitum, cujus præsides erant Dioscorus patriarcha Alexandrinus, Domnius patriarcha Antiochenus, Juvenalius patriarcha Hierosolymitanus, et deputati Leonis patriarchæ Romani. Disceptarunt ergo de eo quod inter Eutychetem et Eusebium Doraliæ episcopum atque Flavianum patriarcham Constantinopolitanum intercesserat. Dioscorus autem Alexandriæ patriarcha Eutychetis sententiam confirmans Flavianum patriarcham Constantinopolitanum et Eusebium Doraliæ episcopum excommunicavit.

Obstiterunt vero Domnius patriarcha Antioche-

(*) Has paginas eisdem numeris perperam prænotatas quibus præcedentes distinctionis ergo asterisco, tum hic tum alias in Indice subsignavimus. Idem in numeris 145-152 commissum similiter indicavimus. Quod semel monuisse satis sit.

Digitized by Google

nus, Juvenalius Hierosolymitanus, Mordastus Ancyræ episcopus, et Asa Robensis, cum multis aliis episcopis, nec non deputatis Leonis patriarchæ Romani, Dioscoro patriarchæ Alexandrino in eo quod fecit, et sententiam ipsius ut absurdam damnarunt. Excommunicavit ergo ipsos Dioscorus, et ad Leonem patriarcham Romanum et ad sacerdotes complures scripsit quo ipsos excommunicaret et sacramento interdiceret nisi Eutychetis opinionem amplecterentur, atque in hac sententia ab urbe Epheso reversus est, idque anno regni Theodosii **89-91** Junioris quadragesimo, unde corrupta est fides; fuitque fides et sententia [quæ obtinuit] sententia Eutychetis, præcipue in Ægypto et Alexandria; eamdemque Eutychetis sententiam amplexus est Theodosius imperator. Cujus imperii anno quadragesimo mortuus est Flavianus patriarcha Constantinopolitanus, quem excommunicaverat Dioscorus: cui in patriarchatu Constantinopolitano suffectus est Athanasius, qui cum annos novem sedisset, mortuus est. Ejus præfecturæ anno quarto fuit concilium quartum in urbe Chalcedone. Porro anno regni Theodosii quadragesimo primo mortuus est Domnius patriarcha Antiochenus quem excommunicaverat Dioscorus, constitutusque est post ipsum patriarcha ibidem Maximus, qui annos quatuor sedit, dein mortuus est. Ejus præfecturæ anno tertio fuit concilium quartum Chalcedoni. Fuit autem Theodosio imperatori uxor nomine Eudocia; cumque imperatori donatum esset pomum tempore quo non reperirentur poma, ipse illud Eudociæ uxori dedit, at cum postea die quodam domum patricii cujusdam ingressus, ibi pomum istud reperisset, ægre admodum illud habuit, tristitiaque affectus est, suspicatus uxorem suam Eudociam patricio isti amiciorem esse. Ipsam ergo Hierosolyma relegavit.

Mortuo Theodosio Juniore Græcorum imperatore, **92** imperavit ipsis Marcianus annos sex, idque anno regni Yazdejerdis f. Bahrami Persarum regis decimo quarto. Ubi autem regno potitus est Marcianus, convenientes ex omnibus regionibus episcopi, ipsique imperium faustum comprecati, notum ipsi fecerunt quam inique egisset concilium secundum Ephesinum, et quid fecisset Dioscorus patriarcha Alexandrinus, excommunicatis injuria patriarchis qui mortui fuerant, et sententiam Eutychetis infidelis amplexus eamque ut veram confirmans, et quomodo fidem et traditiones corrupisset, adeo ut Eutychetis sententia apud homines invalesceret. Jussit ergo Marcianus rex scribi litteras ad Leonem patriarcham Romanum, Maximum patriarcham Antiochenum et Buflavium [Juvenalium] patriarcham Hierosolymitanum, ut una cum metropolitis et episcopis suis accederent; dari etiam litteras ad episcopos qui e Græcorum territorio essent ut omnes Chalcedoni convenirent, quo de sententia Eutychetis dispicerent disquirerentque, et de facto Dioscori patriarchæ Alexandrini

A quod ejusdem doctrinam amplexus esset, et patriarchas demortuos excommunicasset, et quo fidem confirmarent quam ediderant tria concilia sancta. Convenerunt igitur Chalcedoni episcopi sexcenti triginta. Primas in concilio obtinuerunt Anatolius patriarcha **93-95** Constantinop, Maxim. Antiochenus, et Buflavius [Juvenalius] Hierosolymitanus. Leo autem patriarcha Romanus ad Marcianum imperatorem de fide orthodoxa, fide Melchitarum, scribens, epistolam per sacerdotem e discipulis suis quemdam nomine Bonifacium misit, quam deinde Marcianus imperator per Bonifacium sacerdotem Chalcedonem misit ad episcopos ibi congregatos, qui Bonifacium numero sexcentorum triginta accensuerunt. Fueruntque in concilio discipuli
B Euthymii sancti Stephanus episcopus Barabiæ, et Joannes episcopus Barbarorum. Ubi ergo convenerant, in falsitatem sententiæ Dioscori patriarchæ Alexandrini inquisiverunt, et quid de facto ipsius quod Eutychetis sententiam amplexus fuerat, et in ipsum, unaque in Eutychetem, anathema denuntiarunt, statuentes, Dominum nostrum Jesum Christum Deum esse et hominem, ipsumque ejusdem esse essentiæ cum Patre quod ad divinitatem, ejusdemque cum nobis quod ad humanitatem, utraque natura agnitum, perfectum in divinitate sua, et perfectum in humanitate sua, Christum unum. Confirmaruntque doctrinam episcoporum trecentorum octodecim qui Nicææ convenerunt, amplexi dictam ipsorum; esse scilicet Filium Patri coessentialem,
C lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, anathema etiam dixerunt **96** Ario, et confirmarunt doctrinam concilii secundi centum quinquaginta episcoporum qui Constantinopoli contra Macedonium convenerant, asserentes Spiritum sanctum esse Deum, esseque Patrem Filium et Spiritum sanctum Deum unum, unam naturam, tres personas, et tres hypostases. Macedonium etiam anathematizarunt. Confirmarunt etiam doctrinam concilii tertii, eorum nempe qui Ephesi prima vice convenerant, videlicet episcoporum ducentorum, contra Nestorium; dicentes Mariam Virginem peperisse Deum, Dominum nostrum Jesum Christum qui ejusdem est cum Patre suo naturæ divinæ,
D ejusdem cum hominibus naturæ humanæ, ac confessi duas esse Christo naturas, personam unam, hypostasin unam; et Nestorium anathemate devoverunt, nec non Dioscorum, et quisquis ipsius sententiam amplecteretur, ipsumque loco abdicarunt anathema etiam dixerunt concilio secundo Ephesino. Adfuitque huic concilio archidiaconus Alexandrinus nomine Proterius, quem patriarcham Alexandriæ loco Dioscori infidelis, maledicti, præfecerunt.

Jam a concilio tertio, Ephesino scilicet episcoporum ducentorum qui prima vice Ephesi convenientes Nestorium anathemate percusserunt, ad quartum hoc concilium quod Chalcedoni habitum est, anni sunt viginti unus, hoc nempe in **97-99** quo convenerunt episcopi sexcenti triginta,

Digitized by Google

qui Dioscorum et Eutychetem anathemate devoverunt. Ægyptii vero et Alexandriæ incolæ Dioscori et Eutychetis sententiam amplexi fuerant, et Dioscorum injuria anathemate percussum autumarunt; metu autem Marciani regis sententiam suam palam proferre ausi non sunt. Dioscorus vero loco abdicatus Palæstinam et Hierosolyma profectus omnium ibi degentium fidem corrupit, adeo ut idem cum ipso assererent, conciliavit etiam sibi episcopos eorum, et Eudocia Theodosii imperatoris uxor audita Dioscori sententia ei assensum præbuit, multaque ipsi donaria misit. Sanctus autem Euthymius, Hierosolymis fidem orthodoxam propugnabat et tuebatur, qui et ad Eudociam mittens dixit: *Ne recipias Dioscori sententiam, utpote qui loco pulsus, et anathemate percussus sit una cum omnibus qui sententiam ipsius amplectuntur. Revertere ergo ad eam quam professa eras veritatem.* Auscultans ergo Eudocia dicto sancti Euthymii, abdicata Dioscori sententia ad veritatem reversa est, multis illi missis muneribus. Condidit etiam Eudocia Hierosolymis multas ecclesias, et cœnobia. Porro, anno tertio regni Marciani constitutus est Anastasius patriarcha Hierosolymitanus, qui Jacobita fuit: sedit annos novemdecim, dein mortuus est. Eodem anno **100** factus est Basilius patriarcha Antiochenus; duos annos sedit, dein mortuus est. Anno regni ejusdem quinto, constitutus est Martyrius patriarcha Antiochenus, qui octo annos sedit, dein mortuus est. Anno regni ipsius sexto constitutus est Gennadius patriarcha Constantinopolitanus, qui decem annos sedit, dein mortuus est. Tempore Marciani fuit Symeon seclusus, qui in columna stetit [Stylita]. Fuit ille monachorum qui in cellam se recepit primus fuitque hoc in territorio Antiochiæ in monte, qui mons Mirabilis dicitur. Eodem tempore sanctus Theodosius præfectus cœnobio Al Dawakesi e patria sua profectus, donec ad Simeonem seclusum Antiochiæ pervenisset, cum eo diebus aliquot permansit, tum Hierosolyma accedens monachus factus est. Porro, anno sexto imperii Marciani regis Romanorum mortuus est Yazdejerd Bahrami filius rex Persarum. Quo e medio sublato de regno contenderunt duo ipsius filii Phiruz et Hormos, aliis a partibus Phiruzi, aliis ab Hormozi stantibus, unde conflagravit inter ipsos bellum, donec Hormoz una cum tribus e domesticis suis occideretur. Regnavit ergo Phiruz Yazdejerdi filius in Persas viginti septem annos, idque anno imperii Marciani regis Romanorum sexto. Fuit autem Marcianus rex orthodoxus, quique fidem Melchitarum tueretur et propugnaret.

Ipso vero **101-103** mortuo, post ipsum Romanis annos sexdecim imperavit Leo Magnus, idque anno regni Phiruzi filii. Yazdejerdi Persarum regis secundo. Fuitque etiam Leo orthodoxus, Melchita. Alexandrini audito mortuum esse Marcianum imperatorem Proterium patriarcham Alexandrinum adorti ipsum interfecerunt in ec- A clesia Cyrini; dein corpus ipsius camelo in Hippodromum magnum, quod exstruxit Ptolomæus appellatus Lagus, gestatum, igne cremarunt. Porro, apparuit in cœlo nubes ignea, cum tonitru, et fulgure, ac terræmotu magno diebus quadraginta. Sederat Proterius sex annos cum interfectus est. Post ipsum suffectus est Timotheus Anatolii frater, qui Janurius audit, in patriarchatum Alexandriæ qui Jacobita fuit. Hic cum annos tres sedisset, dux quidam nomine Balaus Constantinopoli Alexandriam perveniens ipsum relegavit in locum dictum Marsuphin; qui vicus est ad littus maris quod Pontus audit. Præfectusque est patriarcha Alexandriæ Timotheus alter, qui Surus appellatus est, B qui etiam Jacobita fuit; annos quindecim sedit, dein mortuus est. Porro, anno imperii Leonis Magni decimo sexto, factus est Martinus patriarcha Hierosolymitanus; Jacobita erat: annos octo sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem regni decimo constitutus est Acacius patriarcha Constantinopolitanus, qui cum tredecim annos **104** sedisset mortuus est. Anno ejusdem duodecimo constitutus est Joannes patriarcha Antiochenus, qui unum annum sedit, dein mortuus est. Ejusdem decimo tertio factus est Julianus patriarcha Antiochenus, annos quinque sedit, dein mortuus est. Anno regni ipsius octavo creatus est Hilarius patriarcha Romanus, qui, cum sex annos sedisset, mortuus est. Ejusdem anno decimo sexto constitutus est Sile- C nus patriarcha Romanus, qui quatuordecim annos sedit, dein mortuus est. Atque hic Timotheum Anatolii fratrem patriarcham Alexandrinum anathemate percussit.

Mortuo Leone Magno Romanorum imperatore, regnavit post ipsum in Romanos annum unum Leo Parvus, qui Jacobita erat, idque anno regni Phiruzi filii Yazdejerdi Persarum regis decimo octavo. Mortuo deinde Leone Parvo Romanorum imperatore imperavit iisdem post ipsum filius ipsius Zenon, qui etiam Jacobita fuit. Idque anno regni Phiruzi Persarum regis decimo nono. Profecto autem Zenone in locum appellatum Surab oblectationis causa, vir quidam nomine Basilicus una cum filio suo Marco, mensibus viginti regnum occupavit: D quos post continuum inter ipsos bellum superavit Zeno, ac Constantinopolim ingressus Basilico, et filio ipsius interfectis ædes ipsorum et opes diripuit; eorum etiam sequaces interemit. **105-107** Eodem tempore accidit Constantinopoli terræmotus ingens. Eclipsim etiam passus est sol, adeo ut stellæ interdiu apparerent. Domus etiam quam plurimæ corruerunt, ac magna hominum multitudo terræmotu periit; idque anno imperii Zenonis imperatoris Romanorum nono. Regni ipsius anno secundo fugit Timotheus cognomento Surus patriarcha Alexandrinus in vallem Habib, reversusque Timotheus Anatolii frater a Marsuphin ad patriarchatum Alexandriæ, ibidem biennio sedit, dein mortuus est. Factusque est post ipsum Petrus

Digitized by Google

(qui archidiaconus fuerat) patriarcha ibidem; Jacobita fuit; sedit annos sex et dies triginta, dein Constantinopolim fugit reversusque est Timotheus cognomine Surus a valle Habib (vel secundum aliud exemplar, monasterio Habib, quod sine dubio verius est), et cum in cathedra patriarchali quatuor annis sedisset mortuus est. Anno regni ejusdem Zenonis nono Alexandriæ quidam ipsius nomine præfectus Ebn Gustus Joannem ibidem patriarcham constituit, qui Jacobita fuit, ibique sex menses sedit. Deinde alius Alexandriam a Zenone præfectus nomine Augustalius missus est, unaque cum ipso Petrus patriarcha qui Constantinopolim fugerat. Ebn Gustus vero præfectus ab Augustalio fuga se proripuit, una etiam fugiente Joanne patriarcha. Reversusque **108** Petrus patriarcha qui fugerat, in locum suum, annos octo sedit, dein mortuus est. Anno decimo sexto imperii Zenonis factus est Abinas patriarcha Alexandrinus, qui Jacobita fuit, septem annos sedit, dein mortuus est. Multas Alexandriæ ecclesias exstruxit, multaque monumenta. Eo tempore conflagravit Hippodromus magnus qui a Ptolomæo qui cognominatus est Lagus Alexandriæ exstructus fuerat, in quo crematus fuerat Proterius patriarcha. Anno septimo imperii Zenonis constitutus est Melitus patriarcha Hierosolymitanus, qui Jacobita fuit, octo annos sedit, dein mortuus est. Anno imperii ejusdem decimo sexto creatus est Elia patriarcha Hierosolymitanus qui annos viginti quatuor sedit (vel secundum aliud exemplar quatuordecim) struxitque ecclesias [inter cæteras] ecclesiam Helenæ, quam non perfecit: relegatusque est illam. Eo tempore Hierosolymis fuit Anba Theodosius cœnobii Aldawacesi, Anba Charitan cœnobii Al Saiki veteris, Anba Saba Alsaiki novi, præpositi. Anno sexto imperii Zenonis factus est Euphuitus patriarcha Constantinopolitanus, quinque annos sedit, dein mortuus est. Anno imperii ejusdem undecimo (vel secundum aliud exemplar vicesimo primo) constitutus est Euthymius patriarcha Constantinopolitanus, qui decem annos sedit, dein mortuus est. Anno **109-111** primo imperii Zenonis Antiochiæ patriarcha præfectus est Petrus, cognomento Fullo, Jacobita fuit, sex annos sedit, dein relegatus est (vel secundum aliud exemplar duos annos), in quem anathema dixit Basilius patriarcha Romanus, ipsumque sede ejecit.

Quo pulso, Antiochiæ patriarcha post ipsum constitutus est Stephanus; qui cum annum unum sedisset, mortuus est. Ipsi ibidem successit Stephanus alter, qui sex menses sedit, dein mortuus est. Post ipsum ibidem patriarcha constitutus est Clidion, qui Nestorianus fuit: annos quatuor sedit, dein mortuus est. Tum reversus Petrus Fullo patriarcha Antiochenus, octo annos sedit, dein mortuus est (vel secundum aliud exemplar tres annos). Post ipsum ibidem patriarcha factus est Paladius, qui decem annos sedit, dein mortuus est, idque anno imperii Zenonis imperatoris Rom. undecimo. Anno decimo tertio imperii ejusdem constitutus est Felix patriarcha Romanus, qui annos octo sedit, dein mortuus est. Porro Phiruz Yazdejerdi filius, Persarum rex, duas in Cascar urbes condidit, quarum una Duris Firuz, altera Ram Firuz; deinde copias suas Chorasanum versus eduxit ad invadendum Chashnawar: quod cum Chashnawar Hiyatelæ rex Belchi audisset, metu perculsus convocatis suorum maxime fidis consilium ab ipsis petiit. Quorum ergo unus ipsum **112** ita affatus est: Si pactum mecum firmum inieris, cui tuto confidere possim, te familiæ et liberorum meorum alendorum curam gesturum, meaque vice ipsis futurum, ostendam tibi rem qua Deus Phiruzum in potestatem tuam rediget. Cumque hoc rex ipsi pactus esset: Colligatis, inquit mihi manibus et pedibus, (at in alio exemplari abscissis, quod sine dubio rectius est) me in via Phiruzo objicias, ita ego te ab ipsius incursu immunem præstabo. Quod cum illi fecisset sublatus est, atque in locum quem jusserat projectus, redeuntibus [qui illum eo deduxerant]. Ubi ergo Phiruz illac transiret, ipsumque quid ipsi evenisset rogaret: Ego (inquit) e proceribus fui Hitalensium, qui cum accessus tui fama ad nos pervenisset a rege Chashnawar inter reliquos ipsius comites sententiam rogatus, palam dixi non posse ipsum Phiruzo pro insigni ipsius fortitudine obsistere, quare satius (inquam) tibi est ut ipsum tributo et pretio quo te redimas aggrediaris. Ille ergo ira in me accensus, ita me uti vides tractari jussit, illum (inquiens) quem tantopere laudas adeas: accersitisque e militibus suis quibusdam: Profecti (inquit) hunc ad Phiruzum deferte. Misericordiam ergo et clementiam tuam mihi extendens me tecum abduci jubeas ne a feris hoc in deserto dilanier. Ego enim vobis **113-115** viam ista breviorem indicabo qua Achashnawarum in iis ubi se maxime tutum putat, locis adoriamini ut vindictam mihi Deus de ipso sumat. Via autem quam vobis ostensurus sum bidui tantum iter est, quo eo quo vultis perveniatis. Hæc ubi audiissent qui Phiruzo a consiliis erant, dolum ab Achshanwaro structum percipientes, dixerunt ipsi: Vir iste in consilium vocatus pro scientiæ et prudentiæ suæ modo, consilium dedit, quod ab ipso dolo factum. Quod si ita illum Acshanwar ira commotus multasset nequaquam ipsum nobis in hoc deserto objecisset. Ne igitur dictis ipsius credas. Ac forsan Achshanwar cum comitatu suo ad istum locum pervenit quem descripsit vir iste, ac ibi quot satis sint, milites reliquit. Noluit autem Phiruz ipsis auscultare. Secuti sunt ergo virum istum qua ipsos duceret, biduo, necdum desertum transierunt. Qua de re a Phiruzo interrogatus: Fefellit me (inquit) viæ spatium, hodie autem ipsum pertransibitis. Cumque præteriisset et dies iste, quotiescunque ipsum quantum sibi viæ reliquum esset interrogarent, pro brevi admodum ac facili venditare, donec ubi

Digitized by Google

penitus defecisse videret quidquid apud ipsos esset viatici et aquæ, atque in locum pervenisse ipsos unde redire nequirent, verum ipsis fateretur. Tum Phiruzi comites, verum (inquiunt), o rex, **116** tibi diximus, at aurem nobis præbere noluisti, jam autem consilium est ut recta pergamus, forsan aquam reperturi sumus. Profecti sunt ergo dextrorsum ac sinistrorsum sparsim aquam quæsitum, maximaque ipsorum pars siti periit, haud evadentibus una cum Phiruzo exceptis paucis aliquot e comitum fortissimis, qui ipsum comitati sunt, donec ab hostibus prope abessent, quos eadem nocte, eoque quo erant statu aggressi, superarunt. Tum Achshanwarum, rogavit Phiruz ut ipsi et comitibus qui supererant suis gratiam faciens ipsos in patriam suam dimitteret, seque cum ipso fœdus initurum haud unquam se posthac dum viveret ipsum bello aggressurum, constitutio inter ipsos et regnum suum termino quem nunquam esset transiturus. Cui cum annuisset Achshanwar, scripto hoc ipsi confirmavit Phiruz ascitis testibus, juramentoque se obstringens nullam se illi fraudem facturum, atque ita in regnum suum reversus est.

Ubi postquam ad tempus aliquod substitisset, in memoriam ipsi subiit quid sibi ab Achshanwaro dudum evenisset. Cujus cum illum puderet, metuit tamen cum ipso dolose agere. Impulit ergo ipsum hoc ut eum rursus bello aggrederetur. Dixerunt autem ipsi consiliarii ipsius: **117-119** Fœdus cum ipso iniisti, metuimus ne male tibi fraus et injuria succedant. Respondit illis Phiruz: Pactus sum cum ipso me lapidem [designatum] haud transiturum. Lapidem ergo plaustro impositum coram nobis feram, neque a tergo unquam relinquam. At illi: Fœdus (inquiunt) non prout tu interpretatus es, sed juxta manifestum [verborum sensum] intelligendum est. Phiruz autem, spreto ipsorum consilio, ad bellum Achshanwaro inferendum profectus est. Quo audito magnopere miratus Achshanwar, nec dubitans fraude usurum Phiruz scriptis ad ipsum litteris, pactum secum initum illi in memoriam revocavit, rogans ut reverteretur; at ille nequaquam hæc moratus perrexit, donec Hiyatela perveniret: cumque vallum inter suam et Phiruzi ditionem effoderat Achshanwar, super illo pontes extrui jussit Phiruz, quibus transiret: impositis etiam pontibus vexillis quæ redeunti in signa essent. Cum ergo jam in procinctu essent exercitus mittens ad Phiruzum Achshanwar, rogavit ut ad ipsum medio inter exercitus spatio ad colloquium prodiret. Qui cum prodiisset, dixit illi Achshanwar: Credo equidem ego non aliud te ad locum istum evocasse, quam pudorem ob reditum tuum eo quo reversus es modo. Ac per vitam meam si nos tibi hoc modo fraudem fecissemus, majus aliquid a nobis petiisses. Fœderis **120** autem a te pacti violatio res est cujus magis pudere debet, quam ejus quod tibi contigit. Hoc ergo animo perpende, atque hæc duo inter se confer ut videas, utrum majori

A opprobrio cedat, sive et dicatur: Quidam aliquid aggressus illi perficiendo non fuit, hostis autem ipsius ipso iisque qui cum ipso erant superior factus gratiam ipsis præstans illos inito pacto dimisit; sive [ut dicatur]: Fœdus ac pactum violavit, et pro bono malum rependit. Norunt autem comites tui te ipsos ad iniquum aliquid præstandum adigere. Quibus adde nec te victoriæ certum esse, sed ejusmodi rem sperare, quæ et de te speretur. Quod si viceris nec bona erit fama tua, nec quod feceris laude dignum. Quod si victus fueris, et teipsum et exercitus tuos infames reddis. Penes ergo arbitrium tuum res est. Ego te admonui, neque me ad hæc quæ audis dicenda movet imbecillitas, cujus vel ex mea, vel ex copiarum mearum B parte conscius sum, verum ut fortiori apud te utar argumento, nec incolumitati quidquam quod penes me est præfero. Respondit Phiruz: Non sum ego is quem minæ præ metu ab iis quæ cupio avertant. Quod si videretur mihi illi quod aggredior, fraus inesse, non alius illud magis indigne quam ipse a me ego, ferret. Ego autem haud aliis tecum conditionibus fœdus **121-123** percussi quam quas ipse in pectore celavi. Ne ergo te decipiat illa quam primo de nobis concepisti, paucitatis et impotentiæ opinio: verum scias me haudquaquam te derelicturum, donec illud de te obtineam quod tu de me obtinueras. Dixit Achshanwar: Ne te decipiat, illud quo te ipsum fallis, dum coram te lapidem C gestandum cures. Pacta siquidem et fœdera, secundum verborum sonum ineuntur, non secundum illud quod occultum retinetur: rerumque omnium turpissimum est fœderum et pactorum violatio. Ille vero ipsi auscultare noluit. Statim ergo reversi sunt. Dixit autem Phiruz comitibus suis: Erat Achshanwar congressu egregius; nunquam autem vidi equo, cui insidebat, inter jumenta similem. Pedes enim haud omnino movit, neque ungulas loco sustulit, neque hinnivit, neque excidit ipsi aliquid quod colloquium interrumperet toto quo simul fuimus tempore. Achshanwar vero suis: Conveni, prout mihi vobisque visum est, Phiruzum integre armatum, nunquam autem se in equo suo movit, nec unquam pedem de sta- D pede subduxit, neque tergum inflexit, nec se dextrorsum vel sinistrorsum convertit. Ego interim sæpius femori innixus sum equo insistens, ac subinde respexi, dein in ea quæ ante posita erant oculos conjeci, ipso fixo ac quieto manente. **124** Id autem voluerunt Phiruz [et] Achshanwar bis narrandis, ut sermones isti per exercitus suos spargerentur, quo iis occupati homines haud inquirerent in ea quæ mutuo collocuti fuerant. Mane ergo jam facto syngrapham quam ipsi scripserat Phiruz productam hastæ imposuit Achshanwar, quo ab exercitu conspiceretur, ac victoria in Phiruzum potitus est; qui cum in fugam conversus a loco signorum, quæ ad pontes qua eundum erat ipsi fixerat, aberrans, ad fossam se recepit, ubi comi-

Digitized by Google

tes ipsius alii in alios irruerunt. Cepit ergo Achshanwar quidquid Phiruzo fuit una cum ipsius liberis, opesque ejus exercitus ducibus distribuit, iisque qui Phiruzum comitati sunt, Quare (inquit) non dedistis Phiruzo consilium eumque admonuistis? Illi vero : Fecimus (inquit), at nobis auscultare noluit.

Præerat autem Sejestano vir quidam ex Azdashiri amicis, nomine Suchran, e Persiæ proceribus, apud quem erant et e ducibus ipsius amicis, nonnulli. Hic delata ad ipsum eorum quæ Phiruzo acciderant fama, statim una cum comitibus suis Hiyatelam versus profectus ad se Phiruzi copias colligit, adeo ut ad magnam potentiam cresceret. Cum ergo prope jam ab Achshanwar castris abesset, misit qui ipsi dicerent : Non ideo veni ego ut te bello lacessam, verum eum in finem ut illud quod de **125-127** Phiruzi facultatibus in manus tuas pervenit, reddas, et qui apud te sunt captivos dimittas, ut sit hoc inter nos pacis [conditio] nosque a te impetum nostrum avertamus; quod si volueris, illo a te accepto revertemur; sin nolueris, vereor ne te pœniteat. Annuens ergo Achshanwar Suchrano in eo quod petiit, captivos eorum dimisit, spoliaque reddita remisit, adeo ut inter ipsum atque illos componerentur res. Tum reversus est Suchran ad Al Madyen, observantibus Persis quidquid petiit, ipsique ideo gratias agentibus.

Mortuus est ergo Phiruz cum regnasset annos viginti septem. Contenderuntque inter se de regno filii ipsius Kobad et Balabes, donec Balabes victum Kobadum eo abdicaret, qui Chorasanum ergo petiit auxilium a Chakano Turcarum imperatore contra fratrem suum petitum. Regnavitque Balabes bene se in omnibus gerens, conditaque urbe ipsam Balasur appellavit. At cum quatuor annos regnasset fato functus est, idque anno imperii Zenonis Romanorum imperatoris decimo. Cum autem proficisceretur Kobad Chorasanum ipsum comitatus est Zormahar Suchrani filius; eo igitur cum pervenissent diversati sunt apud quemdam e ducibus ipsorum primoribus, quem negotium suum celarunt. Dixit autem Zormaharo Kobad : Quære **128** mihi aliquam melioris sortis mulierem. Feminæ enim desiderio teneor, metuo autem ne in ignobilem aliquam si incidam quæ pepererit nobis in ignominiam cedet. Fuit ergo domus in qua diversati sunt domino filia virgo, cujus matrem adiens Zormahar ipsam ut et patrem allocutus est, quibus cum placeret illud quod ab ipsis petiit, ipsi annuerunt. Pernoctavit ergo postea femina ista cum Kobado, atque ex eo gravida facta est. Quoties autem ad ipsam accedere vellet jussit eam relectam esse. Interrogante autem matre ipsius de statu Kobadi, cum illi indicaret vidisse se femoralia ipsius holoserica auro intertexta, cognovit mater ipsum e familia regia esse, ac læiata est. Accedens autem Kobad ad Chachanum : Ego (inquit) filius sum regis Persarum, at post

A obitum patris adversatus mihi frater regnum occupavit : ac pollicitus illi se opem ipsi laturum regnumque recuperaturum, quatuor annis apud illum substitit, quibus ipsum distulit. Postea exercitu forti ab illo instructus profectus Kobad donec Abrahasahrum perveniret, ac eodem loco [quo antea] diversatus de muliere ista sciscitatus est, quæ ad illum accessit una cum filio quem pepererat jam trienni ipsum manu tenens. Rogaatque Kobado : Quisnam est hic puer? Tuus (inquit) filius est. Certior **129-131** ergo a Zormaharo factus esse illam patris familiæ filiam, lætatus est, ipsamque una cum filio, cui nomen erat Babudacht secum assumpsit. Cum autem Al Madayen pervenisset, fratrem suum interiisse reperit, regnoque potitus

B est. Regnavit ergo Kobad Phiruzi filius annos quadraginta tres, idque anno imperii Zenonis Romanorum imperatoris decimo quarto. Regnum autem Suchrano filioque ipsius Zormaharo administrandum commisit, urbemque inter Abwaz et Persidem condidit, quam Kobad Chorab appellavit, quæ et Al Rajan est, in qua captivos Hamdanenses collocavit, urbem etiam prope AlMahat, quæ Harawan appellatur, nec non aliam in Azdshir Chorab, quæ Kobad Chorab audit; multasque præterea urbes vicosque condidit, amnesque effodit, arcusque et pontes exstruxit.

Obiit autem Zenon Romanorum imperator postquam annos septemdecim imperasset, idque anno

C regni Kobadis filii Phiruzi regis Persarum quinto, imperante post ipsum Romanis Anastasio annos viginti septem. Fuit hic Jacobita, Melchitarum doctrinæ adversus; natus in urbe Hama, quam ædificari ac muniri jussit, arce biennii spatio condita. Postquam vero decem jam annis imperasset, contigit hominibus in Oriente fames gravis, magnaque locustarum copia. Porro **132** Kobades Persarum rex [urbem] Amedum aggressus ipsam vastavit,' missoque Alexandriam exercitu magno quidquid extra urbem fuit incendit. Multaque et gravia prælia, pugnæque frequentes, inter Kobadis regis Persarum et Anastasii Romanorum imperatoris comites acciderunt. Fuit autem Alexandriæ præfectus ex parte Anastasii imperatoris Eustatius.

D Accidit etiam post illud in Alexandria et Ægypto fames gravis, adeo ut inedia morerentur homines, desolatæque essent Alexandria et Ægyptus præ peste et morte quæ homines invasit. Erat autem Alexandriæ Judæus quidam opulentus nomine Urbib (qui postea christianismum amplexus est), qui pauperibus mortuis involucra præstitit. Idem die Paschatis Dominico magnas distribuit eleemosynas in Ecclesia Arcadii [quo tempore] turba compressi mortui sunt viri trecenti. Porro anno imperii Anastasii Romanorum imperatoris sexto constitutus est Joannes monachus patriarcha Alexandrinus, qui Jacobita fuit : sedit annos novem, dein mortuus est. Anno imperii ejusdem decimo quinto factus est Joannes alter patriarcha

Digitized by Google

quiunt) Severi sententiam amplecti, sed concilium Chalcedonense propugna: [quod si feceris], nos omnes a partibus tuis stabimus. Quod ille ipsis pollicitus, contrarium ei quod ipsi mandaverat imperator fecit. Cujus rei certior factus imperator, e ducibus suis quemdam misit, qui Joannem patriarcham Hierosolymitanum, illud facere quod promiserat moneret, utque concilii Chalcedonensis mentionem facere desisteret, sin minus, cathedra abdicaret. Accedens ergo dux iste Joannem patriarcham prehensum in carcerem conjecit. Quem ibi adeuntes monachi ei suaserunt ut idem duci se facturum polliceretur, quod imperatori pollicitus fuerat, cum autem adesset omnes illos anathemate feriret quos anathematizaverant monachi. Quod cum fecisset, convenientes monachi, numero circiter decies mille inter quos Theodosius, Charitan, et Saba cœnobiorum præpositi, in Dioscorum, Eutychium, Severum et quicunque concilium Chalcedonense **144** non reciperent anathema dixerunt. Metuit autem imperatoris legatus a monachis. Aderat etiam una imperatoris cognatus, cui cum id grave esset, promisit ipse monachis reversurum imperatorem ab altera ista ad ipsorum sententiam et ad veritatem. Cum ergo Constantinopolim pervenisset imperatoris cognatus iste, quid factum esset ipsi nuntiavit. Cumque in animo haberet imperator etiam Joannem patriarcham Hierosolymitanum in exsilium mittere, congregati monachi et episcopi ad ipsum scripserunt, se Severi vel heterodoxi alicujus sententiam haudquaquam amplexuros, etiamsi sanguinem ipsorum funderet; rogantes etiam ipsum, ut a malo ipsis inferendo desisteret. Cum etiam audiisset Symmachus patriarcha Romanus quid fecisset Anastasius, scriptis ad ipsum litteris factum ejus vituperavit, ipsique anathema denuntiavit.

Mortuusque est Symmachus patriarcha cum annos quatuordecim sedisset. Post quem constitutus est ibidem patriarcha Hormisda, qui Severo patriarchæ Antiocheno et quotquot idem cum ipso assererent maledixit, idque anno imperii Anastasii Romanorum imperatoris vicesimo tertio. Sedit autem Hormisda patriarcha Romanus annos septem, dein mortuus est. Porro, fuit Severo discipulus nomine Jacobus, cui amictus erat e segminibus Albaradei seu dorsualium **145-147** quæ jumentis insterni solent consutis, unde cognomen Jacobi Albaradiensis accepit, cujus doctrina erat esse Christo naturam unam e duabus naturis [compositam,] substantiam e substantiis duabus, et voluntatem unam, secundum sententiam Severi, Dioscori et Eutychii maledictorum. Profectus hic versus Mesopotamiam, Gizam, Taçritum, Haranum et Armeniam fidem hominum corrupit, suamque illos doctrinam amplecti fecit. Inde qui Jacobi fidei consenserunt, idemque cum ipso asseruere Jacobitæ appellati sunt, ab ipsius homine Jacobo. Inquit Said Ebn Batrik medicus : Visum est mihi hoc loco Jacobitis respondere, et doctrinæ ipsorum falsitatem et absurditatem ostendere. Dicatur illis : Dicite nobis [quid sentiatis] de persona Verbi Dei, quæ fieri non potest, quin vel sumpserit quid de substantia humanitatis eique unita fuerit, vel non sumpserit. Si dixeritis nihil accepisse, falsum est personam quam Christo attribuitis compositam esse ex divinitate et humanitate. Quod si quid sumpserit, necesse est ut, quod sumptum fuerit ex Maria Virgine, sit substantia vel communis vel particularis ; si communis fuerit, inde sequetur esse substantiam divinam et substantias humanas, compositas, multas; quod impossibile est. Quod si substantia particularis quæ indicari potest, **148** tum sunt Christo substantiæ duæ, divina nempe et humana, at subsistentia una, et unicuique substantiæ natura sua : atque hæ duæ substantiæ, naturæ duæ, subsistentia una, et necesse erit ut dum unitæ fuerint duæ substantiæ, mutatæ fuerint : quod si a substantia sua mutatæ fuerint, fieri non potest quin ut vel mutata fuerit substantia divina in substantiam humanam, et facta sit homo ; vel substantia humana in divinam, factaque sit Deus ; aut ut utræque ab essentia sua in aliam mutatæ sint essentiam, ut ita ex iis facta sit substantia alia, et natura alia. Quod si ita se habuerit res, et conversa fuerit divinitas in humanitatem, tum natura Christi homo est, non Deus ; et necessario attribuetur pœna substantiæ divinitatis, et invadet ipsam corruptio ; hoc autem impossibilium absurdissimum est. Sin conversa fuerit substantia humanitatis in substantiam divinitatis, erit Christus Deus, non homo, et sequitur fuisse ipsum de novo ortum, et factum esse æternum, quod et inter impossibilia summe absurdum est. Quod si utræque simul a substantia sua mutatæ fuerint, et a natura ac essentia sua conversæ in substantiam aliam ac naturam aliam, jam Christus nec Deus erit, nec homo, ut orichalcum quod nec æs est nec plumbum, aut natura muli quæ nec asini nec equi natura **149-151** est. Quod si naturæ binæ a substantia sua post unionem conversæ non fuerint, nec ab essentia sua mutatæ, sed utraque in natura ac substantia sua stabilis permaneat cum subsistentia una, quæ est subsistentia Verbi, jam manifestum est ac certum Christum esse personam unam, duas [habentem naturas], duas voluntates, duasque actiones, cum unitate subsistentiæ unius, videlicet subsistentiæ Verbi quod est Filius æternus, atque hoc modo evertitur fides Jacobitarum [dicentium] esse Christum substantiam unam et naturam unam.

Dicetur etiam illis : Dicite nobis, hæc natura una quam Christo tribuitis, estne ea divina an humana ? aut divina simul et humana ? aut nec divina nec humana ? Si dixerint nec divinam esse nec humanam, jam ad infidelitatem delapsi Christum statuerunt nec Deum esse nec hominem, quod impossibile est : quod si divinam esse non humanam,

Digitized by Google

A mittens, Theodosium **152** patriarcham Constantinopolim accersitum jussit Jacobitarum sententiæ renuntiare, et ad veritatem redire; quod cum facere recusaret, in animo habuit ipsum morte mulctare, at eum ab ipso impetratum, uxor ipsius, nomine Theodora, dimisit; qui ergo Ægyptum reversus loco quodam dicto Masil et Lamidis, e provinciis Ægypti occidentalibus, delituit; doctrinæ, quam amplexus fuerat Jacobitarum adhærens: cumque ad ipsum congregarentur homines ejusque rei fama ad imperatorem pervenisset, mittens ille ipsum exsulare jussit præfecto Alexandriæ patriarcha cui nomen Paulus, qui Melchita fuit, cumque biennio sedisset irruentes in ipsum Jacobitæ morte ipsum affecerunt: in cujus locum substitutus est patriarcha, B nomine Dalmius, qui et Melchita fuit, seditque annos quinque, magnas molestias et mala passus a Jacobitis, qui et ipsum e medio tollere studuerunt; qui ergo fugiens, cum quinque annos in fuga perstitisset mortuus est. Delato ergo nuntio ad imperatorem Justinianum, Jacobitas Alexandriam et Ægyptum occupasse, et patriarchas quotquot ipsis præficerentur trucidare; ipse ira percitus ducem e suis quemdam patriarcham Alexandriæ constituit, adjunctoque ipsi exercitu numeroso, eo ipsum misit: nomen ipsi Apollinarius fuit. Dux ergo iste Alexandriam perveniens eam ingressus est, habitu militari **153-155** indutus, utpote ei ex parte imperatoris præfectus. Ad ecclesiam autem ubi venisset, exutis vestibus istis habitumque patriarchalem induens, C accedens sacra celebravit. Cœperunt ergo Alexandrini ex omni angulo ac parte ipsum saxis et lapidibus petere, adeo ut fere ab ipsis interficeretur. Statim ergo ab ipsis se subtrahens, post triduum obtendit perlatas esse ad se ab imperatore litteras quæ coram populo legendæ essent. Campana ergo pulsata populum monuit ut die Dominico in ecclesiam convenirent quo imperatoris litteras audirent. Cum ergo adesset dies Dominicus, non relictus est quispiam qui non accederet. De hoc autem inter Apollinarium patriarcham et comites suos convenerat, ut cum signum sibi ipsisque notum daret, gladio omnes in ecclesia præsentes ferirent. Ipse ergo ascenso suggesto, Heus (inquit) D Alexandriæ inquilini, si ad veritatem revertamini, et a sententia Jacobitica recedatis, [bene est,] sin minus, timeo vobis, ne mittat ad vos imperator qui sanguinem vestrum effundi permittat, uxores prostitui et liberos orphanos fieri. His dum illos alloqueretur, ipsi lapidibus eum petere, adeo ut vitæ suæ timeret: quare signum illud sociis suis dedit, qui gladio quotquot in ecclesia fuerant aggressi sunt: interfectique sunt intra et extra ecclesiam homines innumeri, adeo ut occisorum sanguis **156** usque ad militum genua pertingeret. Magna vero hominum multitudo ab ipsis fuga prolapsi sunt in vallem Habib ad monasterium Abu Makarii. Exinde palam obtinuit Melchitarum sententia, ipsique templa, quæ invaserant Jacobitæ, ceperunt atque occuparunt. Itaque composita est urbs.

Fuit autem hoc anno imperii Justiniani imperatoris decimo quinto. Atque ex isto tempore fuit Jacobitarum cathedra in monasterio Abu Makarii ad diem usque hodiernum. Jam a tempore quo interfectus est Proterius Alexandriæ patriarcha atque igne crematus, ad hoc quo Jacobitæ ab Apollinario occisi sunt et sententia orthodoxorum publice obtinuit, anni sunt triginta quinque, vel secundum aliud exemplar, anni octoginta quinque. Invaluerat siquidem in Alexandria totaque Ægypto Jacobitarum sententia; fuerantque patriarchæ Alexandrini Jacobitæ, ut et ex imperatoribus Romanis inter cæteros, Leo Parvus, Zeno, Anastasius, aliique quos in præcedentibus recensuimus. Porro anno imperii Justiniani vicesimo primo Samaritani in Palæstina impetu facto ecclesias omnes diruerunt, et in eas ignem injecerunt, Christianos etiam non paucos interfecerunt, gravibusque cruciatibus affecerunt, et episcopum Neopolitanum trucidarunt. Quo audito Justinianus imperator misso exercitu grandi magnam Samaritanorum multitudinem occidit. **157-159** Eo tempore rogavit Petrus patriarcha Hierosolymitanus Mar Sabam ut Constantinopolim profectus, ab imperatore peteret remitti de tributo quod penderent Palæstinæ incolæ aliquid, respectu ejus quam in ea fecerant Samaritani desolationem. Profectus est ergo Mar Saba Constantinopolim, quem lætus excepit imperator, cumque ab ipso litteras patriarchæ Hierosolymitani accepisset, rogavit, quidnam ipsi negotii esset. Cui Mar Saba: Peto (inquit) ut de tributo Palæstinæ remittas. Siquidem Samaritani ejus incolis interfectis ipsam vastarunt: jubeatque imperator exstrui ecclesias quas cremarunt Samaritani, nec non fabricari Hierosolymis pro peregrinis nosocomium; utque perficiatur Helenæ templum quod exstruere cœperat Elia patriarcha Hierosolymitanus. In quibus omnibus annuit ipsi imperator; nec non in cæteris quæcunque ab ipso peteret ac rogaret. Misitque eum in finem imperator una cum ipso legatum, multis instructum opibus, scripsitque ad Palæstinæ præfectum, ut Palæstinæ tributum legato traderet ad ea quæ ipsi in mandatis dederat imperator exstruenda. Jussit etiam imperator legatum ecclesiam Bethleemiticam quæ parva fuit diruere, aliamque amplam, magnam et pulchram fabricare; adeo ut non esset Hierosolymis templum ipsa pulchrius. Perveniens ergo legatus Hierosolyma, nosocomium **160** peregrinis condidit, et ecclesiam Helenæ perfecit, templaque quæ incenderant Samaritani instauravit, nec non monasteria quamplurima exstruxit, dirutaque ecclesia Bethleemitica eamdem eo quo jam se habet modo ædificavit. Cumque his omnibus absolutis ad imperatorem reversus esset, ille, Describe mihi (inquit) quomodo ecclesiam Bethleemiticam exstruxisti. Quam cum [illegible] descri-

Digitized by Google

psisset, haud probavi — imperator descriptionem istam, nec ullatenus ipsi placuit; quare valde ipsi iratus : Acceptos, inquit, nummos tibi ipsi congessisti, ædificium autem exstruxisti male compactum, et ecclesiam tenebrosam confecisti, nullatenus ex mente mea fabricatam, nec consilium meum secutus es. Capiteque ipsum plecti jussit. Struxit etiam Justinianus imperator Constantinopoli templum Sanctæ Sophiæ, fabrica admodum eleganti.

Porro mortuus est Mar Saba annos natus nonaginta quatuor. Cum autem audiissent monachi montis Sinæ de bona imperatoris Justiniani intentione, quamque condendis ecclesiis et monasteriis struendis delectaretur, ad ipsum profecti, conquesti sunt Arabes Ismaelitas ipsis damnum inferre, penum ipsorum devorando locaque diruendo, cellasque ingredientes quidquid ibi esset diripere, et in ecclesias irruentes Eucharistiam deglutire. Rogante ergo imperatore, quid vellent, **161-163** : Rogamus, inquiunt, o rex, ut nobis monasterium exstruas in quo muniamur. (Neque enim ante illud tempus ullum fuit in monte Sina cœnobium in quo convenirent monachi, sed in montibus ac vallibus circa rubum e quo Deus Mosen allocutus est, sparsim degerunt. Fuit tantum ipsis supra rubum turris magna, quæ et hodie superest, atque in ea templum Sanctæ Mariæ, ad quam monachi, accedente quopiam a quo timerent, confugientes, in eadem munire se solebant. Misit ergo imperator una cum ipsis legatum opibus multis instructum, scriptis etiam ad Ægypti præfectum litteris, ut eidem quantum vellet nummorum traderet, ac viros etiam suppeditaret, ipsique annonam ex Ægypto deferendam curaret ; legato in mandatis dato ut ecclesiam in Kalzem exstrueret, necnon monasterium Rayæ, utque in monte Sina monasterium ædificaret, idemque permuniret, adeo ut non alibi in toto mundo magis munitum reperiretur adeoque firmatum daret, ut non alicubi locus aliquis esset unde vel monasterio vel monachis damnum inferendum metueretur. Cum ergo Kalzemum pervenisset legatus iste condidit ibi ecclesiam S. Athanasii ; exstruxitque monasterium Rayæ tum ad montem Sinam profectus ibi rubum invenit in loco inter duos montes angusto, ibidemque turrim prope rubum exstructam, necnon **164** aquæ fontes prope eumdem scaturientes, at monachos per valles dispersos. In animo ergo habuit monasterium supra montem exstruere relicto rubi et turris loco. Quod tamen rursus aquæ gratia improbavit, ideo quod nulla esset supra montem aqua. Exstruxit ergo monasterium juxta rubum loco turris, turri in monasterio inclusa. Fuitque monasterium inter duos montes loco angusto, adeo ut si quis montis fastigium septentrionale conscendens lapidem jaceret, in medium decidens monasterium monachis noceret. Et monasterium quidem in loco isto angusto juxta rubum et monumenta

A illustria ac aquas ædificavit ; at templum in montis vertice supra locum in quo Moses legem accepit : nomen præfecto monasterii erat Doula. Reversus autem ad Justinianum imperatorem legatus narravit ipsi quasnam ecclesias et quæ monasteria exstruxerat ; descripsit etiam ipsi quo modo monasterium montis Sinæ ædificaverat. Cui imperator : Errasti, inquit, et monachis injuriam fecisti, quos in inimicorum manus tradidisti. Quare autem non in montis vertice monasterium exstruxisti ? Respondit legatus : Ipsum juxta rubum et prope aquas posui ; quod si in montis fastigio exstructum fuisset, caruissent monachi aqua, adeo ut si obsessis aliquando ipsis interclusa esset aqua, præ siti morerentur ; longius **165-167** insuper ab ipsis abB fuisset rubus. Dixit imperator : Æquandus ergo tibi cum terra fuit mons iste qui a septentrione monasterio imminet. Cui legatus : Si totas terræ Romanorum, Ægypti, et Syriæ opes impendissemus, haud possemus montem istum absolvere. Iratus ergo imperator caput ipsi amputari jussit. Deinde alium misit legatum, unaque cum ipso, e vernis Romanorum una cum liberis et uxoribus ipsorum centum viros, jubens etiam ut ex Ægypto alios centum una cum ipsorum uxoribus et liberis acciperet, quibus extra montem Sinam domos exstrueret in quibus ibi degerent, quo monasterium et monachos custodirent ; et victum ipsis suppeditandum curaret, ipsisque et monasterio ex Ægypto annonæ quantum sufficeret, deferendum. C Cum ergo ad montem Sinam pervenisset legatus extra monasterium Orientem versus multa exstruxit domicilia, eademque arce communivit, in quibus servos istos collocavit quo monasterium custodirent, idemque tuerentur ; qui locus ad hoc usque tempus Dir ol Abid, seu, monasterium servorum appellatur. Cum vero genitis liberis multiplicati, diu ibi substitissent, ac Mohammedanismus obtineret (quod sub Chalifa Abdil Malec Ebn Merwan accidit) alii in alios irruentes mutuis se cædibus sustulerunt, cæsis aliis, aliis fugientibus, aliis Mohammedanismum amplexis, quorum liberi ad **168** hunc usque diem in monasteriis, illam religionem profitentes Banu Salehi, appellantur, et pueri [seu D servi] monasterii audiunt ; suntque ex ipsis Lachmienses. Diruerunt autem monachi domicilia servorum postquam Mohammedis religionem amplexi sunt ne quis ea incoleret, quæ ergo et hodie desolata manent.

Porro anno imperii Justiniani secundo constitutus est Bonifacius patriarcha Romanus ; cumque duos annos sedisset mortuus est. Anno imperii ejusdem quarto constitutus est ibidem patriarcha Joannes, qui et duos annos sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem sexto, factus est ibidem patriarcha Agapetus, qui cum unum annum sedisset mortuus est. Anno ejusdem septimo constitutus est ibi patriarcha Sylverius ; annos quinque sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem decimo ter-

Digitized by Google

tio constitutus est ibidem patriarcha Vigilius; qui A octodecim annos sedit, dein mortuus est; cujus præfecturæ anno decimo quinto fuit concilium quintum. Anno imperii ejusdem (Justiniani scilicet,) decimo, constitutus est Epiphanius patriarcha Constantinopolitanus, qui Jacobita fuit: sedit annos sex, dein mortuus est. Scripsit autem Justinianus imperator epistolam magnam quæ jura multa et leges contineret. Anno imperii ejusdem decimo septimo factus est Eutychius patriarcha Constantinopolitanus; qui postquam duodecim annos sedisset in **169-171** exsilium missus est. Anno præfecturæ ejus undecimo fuit concilium quintum. Anno imperii Justiniani decimo quarto constitutus est Macarius patriarcha Hierosolymitanus; qui duos annos sedit, dein mortuus est. B Anno imperii ejusdem decimo septimo factus est Eutychius patriarcha Hierosolymitanus, qui duodecim annos sedit, dein mortuus est: cujus præfecturæ anno undecimo fuit concilium quintum. Anno imperii ejusdem decimo quinto factus est Domnus patriarcha Antiochenus, qui quatuordecim annos sedit, dein mortuus est. Ejus præfecturæ anno decimo tertio fuit concilium quintum. Porro tempore Justiniani imperatoris apparuit in cœlo stella magna quæ quatuordecim dies duravit: ac postea apparuit in cœlo hasta ignea quæ dies aliquot mansit. Fuit etiam tempore Justiniani Origenes episcopus Manbagensis qui metempsychosin asseruit, resurrectionem negans. Fuerunt etiam C Ibas episcopus Rohensis, Thaddæus episcopus Massisensis, et Theodoritus episcopus Ancyrensis, qui asseruerunt corpus Domini nostri Christi, phantasticum fuisse, nihil in se veri habens: quorum sententia audita, mittens imperator ipsos Constantinopolim accersivit, ipsis ac Eutychio patriarcha Constantinopolitano convenire jussis. Quibus **172** patriarcha, Si fuerit (inquit) corpus Christi phantasia, (uti autumatis vos,) erunt etiam actiones et sermo ipsius phantasia, ac proinde quodvis corpus quod alicui hominum tribuimus, aut factum, aut dictum, eodem modo se habebit. Dixit etiam episcopo Manbagensi: Surrexit Dominus noster Christus a mortuis, eodemque modo scimus die judicii homines resurrecturos. Dixit enim nobis D in Evangelio suo sancto: Veniet hora quando omnes qui sunt in sepulcris audientes vocem Filii Dei victuri sint. Quomodo ergo dicitis non futuram resurrectionem? Quare ipsos excommunicavit et anathemate devovit. Jussit etiam imperator indici ipsis concilium, in quo anathemate ferirentur. Scriptis ergo ad quatuor patriarchas litteris eos convenire jussit; videlicet ad Apollinarium patriarcham Alexandrinum, Domnum patriarcham Antiochenum, Eutychium patriarcham Hierosolymitanum, et Vigilium patriarcham Romanum; ut Constantinopolim accederent, qui istorum episcoporum anathematizationi adessent. Qui ergo accesserunt. Interfuit etiam huic concilio Eutychius patriarcha Constantinopolitanus. Non adfuit quidem patriarcha Hierosolymitanus, sed deputatos suos misit. Ita nec interfuit patriarcha Romanus, nec fuit ipsi deputatus; cum ipsis tamen consensit, eorumque sententiam amplexus est. **173-175** Fuitque numerus episcoporum qui in hoc concilio quinto convenerunt centum sexaginta quatuor, quo in episcopos istos et omnes qui idem cum ipsis assererent anathema dixerunt: (scilicet in Origenem episcopum, Manbagensem, Thaddæum episcopum Massisiensem, Ibam episcopum Rohensem et Theodoritum episcopum Ancyritanum: astruentes corpus Christi Domini nostri verum fuisse, non phantasticum; esseque ipsum Deum perfectum, et hominem perfectum, naturis duabus, voluntatibus duabus, duorum generum actionibus, at persona una agnitum. Confirmarunt etiam sententiam quatuor conciliorum præcedentium, esseque mundum hunc caducum, et resurrectionem necessario futuram, venturumque Dominum nostrum Christum cum gloria magna, et judicaturum vivos et mortuos quemadmodum affirmarunt trecenti octodecim [Patres] Dein honorati redierunt.

Jam a concilio quarto sexcentorum triginta eorum qui Chalcedoni convenerunt, ac anathema in Jacobitas denuntiarunt, ad concilium istud quintum centum sexaginta quatuor episcoporum, qui Constantinopoli convenerunt, anni sunt centum et tres; fuitque hoc anno imperii Justiniani imperatoris Romanorum vicesimo septimo. Quod ad Kobadem Phiruzi filium Persarum regem, ipsum aversati homines e medio tollere studuerunt, **176** nisi quod a vicario ipsius Soachero timerent. Non destiterunt ergo ipsum contra vicarium suum Soacherum dolo incitare donec ipsum interficeret; quem ubi interfecisset, aggressus ipsum quidam nomine Mazdek cum sociis suis, dixit ipsi: Constituit Deus [hominum] dimensa in terra ut tu ea æqualiter ipsis distribuas, ne sit cuipiam plus quam alteri; verum homines injuria inter se agunt, unoquoque se fratri suo præferente: nos ergo hac de re dispicientes, pauperibus [debita] a divitibus accipiemus, et ab iis quibus plus satis est [detracta] indigentibus reddemus; et si cui plus quam par est fuerit opum, mulierum, servorum, et supellectilis, illud ipsi eripiemus, quo ipsum et alios inter se pares faciamus, nec quis præ aliis ad rem aliquam jus habeat. Cœperunt igitur hominum domos, mulieres et opes invadere. Cumque invaluissent, Kobaden Phiruzi filium loco quodam includentes ubi nemini ipsum adire permissum, quemdam nomine Ramasph ipsius avunculum in locum ejus suffecerunt. Quo conspecto ipsos adortus Bazarmahr cum aliquot Persarum nobilibus, multis e Mazdeki comitibus interfectis, Kobaden Phiruzi filium loco regnoque suo restituit, ejecto Ramaspho. At non destiterunt qui superarant e Mazdekianis Kobaden pellicere, donec

Digitized by Google

Bazar Mahrum morte mulctasset. Inde commotum A est contra **177-179** ipsum regnum ipsius, et prodierunt qui rebellionem concitarent. Cum ergo videret quo pervenissent res suæ, pœnitentia ob Soacherem filiique ipsius cædem ductus est. Dein mortuus est Kobades, cum esset totum quo regnavit spatium, una cum annis quibus regnum occupavit Ramasph, annorum quadraginta trium. Successit ipsi filius ipsius Cesra Kobadis filius idem qui appellatus est etiam Anusherwan ; qui annos quadraginta septem et sex menses regnavit ; idque anno imperii Justiniani Romanorum imperatoris quarto. Cesra autem Mazdekianorum principibus regno suo pulsis, opes quas vi eripuerant, accipiens dominis reddidit ; et si cuipiam non superesset hæres [cui redderentur] eas apud se detinuit B ad reparandum quod corruptum, et ædificandum quod dirutum fuerat. Et si cui vi ablata fuerat domus, vel ager, re perspecta ea ipsi restituit ; ac si quis mulierem sibi vi ceperat, eamdem ipsi auferens dotem una, duplo dote ipsius majorem, sumpsit, nisi cum ei par esset, eamque ab ipso in uxorem obtineret : quod si ei maritus esset, marito dotis tantum, quantum, cum eam primo duceret acceperat, dedit ; eamque maritus, si ea ipsi opus esset, sibi habuit. Illud autem quod ipsum movit quominus supplicium iis qui nefaria commiserant inferret, fuit, quod populi **180** curam haberet, quem penitus perdere noluit. Jussit etiam numerari liberos patrumfamilias et nobilium qui, cum periissent qui eorum curam gerere deberent, ad inopiam C redacti sunt, et in ipsorum orphanos qui superessent et viduas [inquiri], ipsisque quod sufficeret suppeditari, nec non edoceri filios ipsorum artes quibus idonei essent, filias autem paribus suis e ditioribus nuptum dari. Jussit etiam inquiri in loca et prædia quorum Domini cum tenuioris sortis essent iis colendis non erant, ut effossis alveis et canalibus derivarentur ad ea fluvii, ipsorumque dominis suppeditari quod erogarent in agris serendis ac pecore curando, rationem etiam haberi vicorum qui desolati fuerant ; ac exstrui arces unde metus esse posset. Tum consiliarios, præfectos et judices electos in provinciis collocavit. In medium etiam prolatis Azdshiri libris qui ipsius instituta D quæ observare solebat continerent, ad ea observanda homines adegit, idque scripto provinciis significavit. Deinde postquam novem annos regnasset, annoque imperii Justiniani Romanorum imperatoris duodecimo, copias suas Antiochiam versus eduxit, ubi Justiniani exercitum obvium habens, prælio cum ipsis decertavit, urbemque cepit : jubensque depingi sibi urbem secundum mensuram suam ac domiciliorum numerum, **181-183** tam superius quam inferius, ipsiusque vias ac omnia quæ in ipsa essent, figuram istam ad deputatum suum in Al Madayen mittens, jussit eum urbem sibi ad eam prorsus formam et rationem condere, adeo ut nulla omnino inter eam et Antiochiam discrepantia esset quæ oculo percipi posset : qualis ubi exstructa esset ipsam Romiam appellavit, eoque Antiochiæ incolas transtulit, ad eam incolendam. Qui ubi ad ipsam pervenientes urbis portam ingressi essent, abierunt singulæ familiæ in ædes suis similes, ac si Antiochia egressi in eamdem reversi essent.

Porro anno imperii Justiniani Romanorum imper. tricesimo primo constitutus est Pelagius patriarcha Romanus, qui cum quatuor annos sedisset mortuus est. Anno imperii ejusdem tricesimo quinto constitutus est Joannes patriarcha Romanus, duodecim annos sedit, dein mortuus est. Anno imperii ipsius tricesimo constitutus est Anastasius magnus patriarcha Antiochenus, qui cum sex annos sedisset ab Antiochenis stupri accusatus est. Fuga ergo se ab illis subripiens vestes quibus sacra peragere solitus fuerat, sepelivit, ac dissimulato habitu Hierosolyma profectus est ; ubi in templo Resurrectionis candelapta factus, lucernas accendit ; eoque munere viginti quatuor annis functus est, Ecclesiæ isti **184** inserviens, lucernas in ipsa accendendo, nemine interim ipsum patriarchatu functum esse dignoscente : in locum autem ipsius substitutus est Gregorius patriarcha Antiochenus, qui viginti quatuor annos sedit, dein mortuus est. Anno autem imperii Justiniani vicesimo nono constitutus est Macarius secundus patriarcha Hierosolymitanus, qui quatuor annos sedit, dein mortuus est. Anno imperii ejusdem tricesimo tertio constitutus est ibidem patriarcha Joannes, qui decem annos sedit, dein mortuus est. Anno vero imperii sui vicesimo octavo certior factus Eutychium patriarcham Constantinopolitanum veritati contradicere ac Jacobitam factum esse, ipsum in exsilium ejecit, cujus in locum suffectus est ibi Joannes ut patriarchatus Constantinopolitani munere fungeretur, qui septem annos sedit dein mortuus est. Tum Eutychius patriarcha revocatus imperatorem aggressus est ope consiliariorum et ducum, qui ipsum rogarunt ut eum cathedræ restitueret, siquidem falsum fuisse quod de eo dictum fuerat. Cathedræ ergo ab imperatore restitutus est : quam cum quadriennio occupaverat mortuus est. Anno ejusdem tricesimo nono, constitutus est Joannes patriarcha Constantinopolitanus : annos tredecim sedit, dein mortuus est. Obiit autem Apollinarius **185-187** patriarcha Alexandrinus cum novemdecim annos munere illo functus fuerat, cujus præfecturæ anno decimo tertio celebratum est concilium quintum. Cui in patriarchatu Alexandrino successit Joannes, qui Manichæus fuit, annosque tres sedit dein mortuus est. Anno imperii ejusdem Justiniani tricesimo septimo constitutus est Petrus patriarcha ibidem, qui Jacobita fuit. Annos duos sedit, dein obiit. Fuit autem Justinianus imperator fide orthodoxus, boni amans, Jacobitarum doctrinæ infestus, sententiæ Melchitarum propugnator. Mortuus est post-

Digitized by Google

quam imperium annos triginta novem occupasset. A

Post ipsum Romanis imperavit Justinus Junior annos tredecim, idque anno regni Cesræ fil. Kobadis regis Persarum tricesimo septimo. Fuit etiam Justinus Junior fide orthodoxus, bonitate insignis, animo in Jacobitarum et Nestorianorum doctrinam infenso, in Melchitarum vero propenso. Anno imperii ipsius primo constitutus est Athanasius patriarcha Alexandrinus qui Manichæus fuit; quinque annos sedit, dein mortuus est. Anno imperii ejusdem sexto constitutus est ibidem patriarcha Joannes, orthodoxus; qui undecim annos sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem octavo factus est Benedictus patriarcha Romanus, qui cum quatuor annos sedisset, mortuus est. Anno ejusdem duodecimo factus est Pelagius patriarcha Romanus, B qui sex annos sedit, dein mortuus **188** est. Porro Cesra fil. Kobadis Persarum rex, qui Anusherwan appellatus est, copias suas versus Hiatelitas duxit, vindictam de ipsis ob avum suum Phiruzum sumpturus. Jam vero antehac cum Chakano affinitatem contraxerat. Scriptis ergo ad Chakanum litteris eumque adventus sui certiorem faciens, rogavit ut Hiatelitas aggrederetur, antequam ipse eo perveniret. Ad ipsos igitur perveniens regem ipsorum interfecit, traditaque Anusherwano Belcha cum ea Chorasani parte quæ et in ipsa et pone ipsam est; qui in Phargana castra ponens filiam Chakani Maximi in uxorem duxit. Cum autem Chorasano reversus esset, accedens ad ipsum Saif filius Dyyazar Hamyarita, Yamanensium princeps, auxilium C ab ipso contra Æthiopes petiit; quorum cum ducem e suis quemdam cum exercitu e Dilamo misisset, illi Yamano capto ibi substiterunt. Semper autem quocunque exercitus suos mitteret Anusherwan prosperitatem et victoriam consecutus est, adeo ut in optimum statum subditorum suorum res redigeret. Cumque ad vitæ jam terminum pervenisset, rerum cura filio suo Hormozo legata, diem obiit. Fuit autem regni Anusherwani spatium annorum quadraginta septem et sex mensium. Regnavit post ipsum filius ipsius Hormoz fil. Anusherwani, annos undecim et sex menses; idque anno imperii Justini Romanorum imperatoris duodecimo.

189-191 Tum mortuo Justino Juniore Romanorum imperatore, post ipsum Romanis imperavit D Tiberius annos quatuor; idque anno regni Hormozi filii Anusherwani Persarum regis tertio: Anno imperii Tiberii Romanorum imperatoris primo constitutus est Cyriakus patriarcha Constantinopolitanus, qui annos sexdecim sedit, dein mortuus est. Anno imperii ejusdem secundo factus est Anus patriarcha Hierosolymitanus; qui cum octo annos sedisset, mortuus est. Porro obiit Tiberius Romanorum imperator, imperavitque post ipsum Mauricius Romanis annos viginti, idque anno regni Hormozi filii Anusherwani regis Persarum septimo.

Fuit tempore Mauricii imperatoris Romanorum monachus quidam nomine Marun, qui asseruit Domino nostro Christo duas esse naturas et voluntatem unam, operationem et personam unam, fidemque hominum corrupit. Maxima autem eorum qui doctrinam ipsius amplexi et se discipulos illi præbentes eamdem professi sunt, pars erant incolæ urbis Hamah et Kennesrin et Awasem, cum Romanorum nonnullis; appellatique sunt ipsius assectæ, qui idem cum ipso assererent, Maronitæ, nomine ab ipsius nomine Marone deducto. Mortuoque ipso incolæ [urbis] Hamah monasterium ibi exstructum Dir Marun [monasterium Maronis] appellarunt, ejusque fidem professi sunt. Anno imperii Mauricii quinto, contigit Antiochiæ **192** terræ motus ingens quo diruta est maxima urbis pars, pereuntibus incolis. Anno ejusdem decimo nono fuit etiam terræ motus gravis in regione Romanorum et Syria Damascena circiter horam diei tertiam, quo corruerunt in Syria et Romanorum ditione urbes multæ, perieruntque homines non pauci. Anno imperii ejusdem septimo constitutus est Isaacus patriarcha Hierosolymitanus, qui octo annos sedit, dein mortuus est. Eodem anno mortuus est Gregorius patriarcha Antiochenus. Profecti ergo Antiocheni Hierosolyma virum petierunt quem sibi patriarcham præficerent. Dixit igitur ipsis Isaacus patriarcha Hierosolymitanus: Commendo vobis senem istum *Candelapten* qui ecclesiæ Resurrectionis inservit. Quem ergo probantes cum accepissent, ut ipsum Antiochiam deducerent, dixit ipse illis: Mene cognoscitis? Respondentibus illis, Non: dixit: Sum ego Anastasius qui patriarcha vester fui, at cum me stupri accusaretis a vobis fuga me subtrahens ex eo tempore ecclesiæ Resurrectionis servus fui: vestes autem meas loco tali in Antiochia sepelivi. Antiochiam ergo ab ipsis deductus, duxit ipsos ad locum in quo vestes suas sepelierat, quibus extractis ipsum cathedræ restituerunt; cumque novem annos ipsis præfuisset, diem obiit. Anno autem imperii Mauricii decimo septimo constitutus est Anastasius alter patriarcha Antiochenus qui sex **193-195** annos sedit, dein mortuus est. Post ejus mortem absque patriarcha mansit cathedra Antiochena annos viginti duos. Anno imperii ejusdem Mauricii decimo quinto constitutus est Zacharia patriarcha Hierosolymitanus; qui septem annos sedit donec captivus factus est. Anno imperii ejusdem quinto constitutus est Gregorius patriarcha Romanus qui tredecim annos sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem decimo octavo factus est Sabinianus patriarcha Romanus, qui cum annum unum sedisset mortuus est. Anno ejusdem decimo nono constitutus est Bonifacius patriarcha Romanus, qui sex annos sedit, dein mortuus est. Anno imperii ejusdem decimo quarto constitutus est Thomas patriarcha Constantinopolitanus; qui quatuordecim annos sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem secundo constitutus est Eulogius patriarcha Ale-

Digitized by Google

fem equites monasterium circumdederunt, ad quos ascendens Nabda, Dicit vobis (inquit) Cesra, Sumus nos in manibus vestris **204** quod si placeat vobis nobis permittere ut reliquam hujus diei partem hic transigamus, facite : illis hoc concedentibus, adveniente nocte rursum ascendens atque ips's appropinquans, Dicit (inquit) vobis Cesra : Magnas vobis gratias ago, quod si visum vobis fuerit et tenebrarum nocturnarum moram nobis concedere usque ad auroram, tum egressi ad vos una profecturi sumus : quod etiam concedentibus ipsis, non destitit Nabda eodem modo cum illis agere donec sciret Cesram ipsiusque comites multum in itinere promovisse, et ad terram aliquam longinquam pertigisse. Tum vero Bahrami milites quomodo cum ipsis res haberet certiores fecit. Qui ergo ipsum vinctum ad Bahramum deferentes, quid ipsis contigisset narrarunt. Ipse vero valde illum miratus in carcere detineri jussit apud generum quemdam suum nomine Bahram Ebn Siachusi ; ille vero pertrahere cœpit Bahramum prædictum ad obsequium Cesræ, ab amicitia vero Suniri abstrahere, dicens ipsi : Suaserim ego tibi ut per insidias Sunirum e medio tollas, quo pacto magnam apud Cesram gratiam initurus es : nec destitit hac de re nuntium post nuntium mittere donec cor ipsius flexisset, adeo ut Sunirum interficere conaretur ; quod cum percepisset Sunirus occidi ipsum jussit. Fugit autem Nabda adeo ut ipsum assequi non posset. Cum vero accessisset **205-207** Cesra ad Mauricium imperatorem, ille ipsum excepit, misitque cum ipso exercitum ingentem qui auxilium ipsi ferret. Profectus est ergo Cesra una cum copiis quas cum ipso miserat Mauricius per viam Armeniæ usque dum in Aderbijan castra ponerent, obviam etiam veniente ipsi Bahramo Sunir donec ipsi eo in loco occurreret. Ubi prælio inter ipsos gravi commisso, in fugam conversus Sunir usque ad Turcas perrexit. Non destitit autem Cesra per insidias agere donec ibi interficiendum curasset.

Regnum ergo occupavit Cesra filius Hormozi, qui Aperwiz cognominatus est, annos triginta novem, idque anno imperii Mauricii, Romanorum imperatoris, septimo. Stabilito autem jam penes Cesram regno, remisit ille Mauricio imperatori copias suas, eas donis et muneribus, e præstantissimis eorum quæ a tali in tales conferri solent, instructas dimitti jubens. Scripsit insuper ad Mauricium imperatorem filiam ipsius, nomine Mariam, ab ipso in uxorem petens : cui rescripsit Mauricius : Non licet mihi filiam meam tibi in uxorem dare, nisi religionem Christianam amplectaris : cui annuens Cesra Christianismum amplexus est, culpantibus ipsum comitibus, consiliariis, ac ducibus suis, et dicentibus : Hoc et nobis tibique una in opprobrium cedet ; nec ita fecit ante te quispiam e Persarum regibus ab Azdashiro hoc usque tempus : **208** ne autem te ad hæc

A impellat hujus mulieris ducendæ amor, ut deseras illud quod professi sunt patres tui, cum præterea nec sit religio Christiana ea quam ut amplectaris probare possumus : cum Christiani fœdifragi sint, nec verbo ipsorum fides adhiberi possit. Ille vero ubi Christianus factus est, scriptis litteris ad Mauricium ipsum ejus rei certiorem fecit, qui ergo filiam suam ad ipsum misit cum auri et argenti copia quæ dici non potest, unaque cum supellectilis et famulorum ac ancillarum comitatu qualem a tali ad talem mitti deceret. Aperwiz Cesra autem illos qui patrem suum interfecerant prehendens, ipsos e medio sustulit. Interfecit Nabdam et Nostamum avunculos suos, tum et subditos suos tyrannice regere maleque tractare incepit ; congessitque opum

B plus quam patrum ipsius quispiam congesserat, sumptibusque pepercit, depositis nobilibus, ac principibus ad ignominiam redactis. Porro quod ad Mauricium Romanorum imperatorem, fuit ipsi famulus, quem amavit et ad dignitatem erexit, nomine Theodorus, aliquando tamen ipsi iratus graviter percussit, unde in illum iram animo concepit. Fuit eidem [imperatori] inter duces ipsius quidam nomine Phocas, cui iratus fuit. Dixit ergo Phocas puero Theodoro, postquam magnam ipsi pecuniæ summam dedisset : Arte aliqua utaris qua Mauricium interficere possis. **209-211** Puer ergo, præ ira quam in ipsum corde retinuerat, noctu ingressus ipsum interfecit. Imperium autem occupavit Pho-

C cas.

Imperavit ergo Phocas Romanis octo annos, idque anno regni Cesræ Persarum regis decimo quinto. In Mauricii etiam liberos cum manus injiciens Phocas eos trucidaret, nutrix ipsorum unum eorum prehensum abscondens, filium ejus vice occidendum tradidit. Puer iste cum adolevisset, monachus factus in monte Sina, mortuus est. At Cesra, Hormozi filius, audito Mauricium cum omnibus ipsius filiis interfectum esse, convocatis comitibus suis dixit ipsis : Necesse mihi est ut sanguinem soceri mei requiram, ipsumque ulciscar (instigante ad hoc ipsum conjuge ipsius Maria, Mauricii filia). Cui responderunt consiliarii ipsius : Nos certe tibi diximus Christianis nec pactum

D esse nec fidem, nec fœdus : tu vero nobis aurem præbere noluisti : quod si ulla ipsis fœderis cura vel fides fuisset, regem suum non occidissent. Jam vero regi illud indicabimus, quod si fecerit, corda ipsis inflectet, fundamentum concutiet, et religionem ipsorum ad nihilum rediget ; quod hoc est ; ut cum sit ipsis domus Hierosolymis quam magni faciunt, mittens ipsam diruas, utpote qua diruta infirmabuntur ipsorum vires, et in contemptum redigetur imperium. **212** Misit ergo e ducibus suis quemdam nomine Chorawazaihum Hierosolyma, qui ipsa vastaret : alium etiam in Ægyptum et Alexandriam qui Romanos ibi conquisitos interficeret. Ipse Cesra Constantinopolim profectus eam quatuordecim annis obsidet. Jam vero Cho-

Digitized by Google

raw zaibus Damascum profectus ipsam vastavit ac incolarum bona diripuit : deinde cum Hierosolyma tenderet congregati sunt ad ipsum Judæi (quotquot in Tiberiade, monte Galilææ, Nazaretha, partibusque adjacentibus erant), ac Hierosolyma profecti Persis in templis diruendis Christianisque trucidandis opem tulerunt. Hierosolyma igitur ubi pervenisset, primo omnium ecclesiam Gesmaniticam diruit, nec non Ecclesiam Helenæ, quarum utraque in hunc usque diem desolata manet. Diruit etiam ecclesias Constantini, Cranii, et Sepulcri ; in Cranium et Sepulcrum injecto igne, maximam etiam urbis partem diruit, Judæis una cum Persis Christianos innumeros occidentibus : sunt illi occisi qui Hierosolymis jacent in loco Hamela appellato. Persæ autem postquam incendissent, vastassent et occidissent, reversi Zachariam patriarcham Hierosolymitanum una cum aliis multis captivum abduxerunt. Lignum etiam crucis, quod loco illo reliquerat Helena imperatrix, abstulerunt (fuit autem pali crucis pars) ; quod et una cum **213-215** captivis deportatum est in Persiam. Dono igitur dari sibi a Cesra petens Maria, Mauricii filia, lignum crucis et Zachariam patriarcham, multosque ex iis qui captivi abducti sunt, ipsos ad se domum suam recepit, ubi manserunt. Mortuusque est Zacharias, patriarcha in captivitate. Postquam autem captivus abductus est Zacharias cathedra Hierosolymitana absque patriarcha mansit annos quindecim.

Porro anno imperii Phocæ quarto factus est Sergius patriarcha Constantinopolitanus, qui Maronita fuit. Sedit annos viginti duos. Anno imperii ejusdem secundo constitutus est Theodorus patriarcha Alexandrinus; qui cum duos annos sedisset, mortuus est. Anno imperii ejusdem quarto constitutus est Joannes Misericors patriarcha Alexandrinus; annos decem sedit, dein mortuus est. Cognominatus est autem Misericors ideo quod (ut narratur), cum genere Cypriota esset, viderit in insomnio, annos tum natus quindecim, mulierem quæ pulchritudine solem referret, astantem. Quæ (inquit) latus mihi pupugit ; quam cum expergefactus intuerer, dixi : Tu, quænam es? et quomodo ausa es ad me hoc tempore accedere? fuit autem ipsi in capite corona oleagina, Dixitque : Sum ego regis filia, quod si me tibi amicam feceris ad regem te introducam; neque enim quisquam ad ipsum viam æque monstrare potest ac ego ; **216** ideo scilicet quia ego ipsum in terram traxi ; per me enim veniens incarnatus est, ac homines liberavit. Tum a me discessit. Ego vero, Re vera (inquam) est hæc Misericordia. Statimque surgens ecclesiam petii ; quo dum tenderem, ecce in via occurrit mihi peregrinus quidam nudus : fuit autem frigus vehemens, tempusque hibernum ; quare amiculum quo indutus eram exuens ipsi dedi ; tum mecum animo dixi : Jam sciam utrum verum fuerit hoc quod vidi visum, an a diabolo fuerit. Nondum au- A tem ad ecclesiam pertigeram cum assecutus me quidam, cui vestes candore niveo erant, mihi centum aureos traderet (in aliquo exemplari dicitur, mille), dicens : His aureis acceptis, quomodo tibi libuerit utere. Cumque conversus essem ut eos ipsi redderem, neminem vidi. Dixi ergo : Revera non est hoc falsum. Joannes autem Misericors quodcunque possedit in eleemosynam erogare solitus est, adeo ut vestes, quibus indutus erat, exuens pauperibus distribueret, imo et aliquando vestes sacras in quibus sacra celebraret, præ summa qua erat misericordia ipsis daret ; appellatusque est Joannes Misericors.

Porro anno imperii Phocæ sexto constitutus est Theodorus patriarcha Romanus ; qui tres annos sedit, dein mortuus est. Cum autem vastassent B Persæ ecclesias Hierosolymitanas, iisque **217-218** igne succensis rediissent, monachus quidam, qui in monasterio Duwakesi (quod idem est monasterium Theodosii) fuit, nomine Modestus, ejusdemque præfectus, reversis illis, Ramlam, Tiberiadem, Tyrum, et Damascum profectus Christianos et aliquid donantes opem ipsi ferrent quo ecclesias Hierosolymitanas quas diruerant Persæ instauraret, rogavit : quibus donantibus magnaque opum vi collecta Hierosolyma reversus, ecclesias Resurrectionis, Sepulcri, Cranii et Sancti Constantini exstruxit, ea quæ jam exstat fabrica. Cumque audiisset Joannes Misericors Alexandriæ patriarcha Modestum ecclesias a Persis dirutas instaurare, misit ipsi C jumenta mille, saccos frumenti mille, leguminum mille, muriæ amphoras mille, vini mille, ferri libras mille, cum operariis mille. Charawazaih autem, ubi Hierosolyma vastasset, Ægyptum et Alexandriam petiit. Joannes ergo Misericors audita Persas Alexandriam tendere, præ metu una cum patricio, qui Alexandriæ præfuit, nomine Niceta, Cyprum fugit. Cumque Cyprum pervenissent, rogavit ipsum Nicetas ut una secum Constantinopolim ad Phocam imperatorem profectus ipsum salutaret, rogaretque [Deum] ut obsidione qua a Persis urgebatur ipsum liberaret. Dum autem in mari navigarent, vidit Joannes Misericors in insomnio astantem sibi **220** servum dicere : Rex cœlestis tibi propior est quam rex terrestris. Joan- D nes ergo experrectus dixit Nicetæ : Redeas mecum in Cyprum, ego enim moriturus sum. Cumque reversi essent Cyprum diem obiit, postquam cathedram decem annis occupasset ; sepultusque est in vico quodam Cypri dicto Asatancta. Post mortem autem Joannis Misericordis mansit Alexandria sine patriarcha, annos septem. Ubi vero obsedisset Cesra Constantinopolim, vacua mansit Syria exercitu Romanorum. Fuerunt autem Tyri quatuor Judæorum millia. Hi ad Judæos qui Hierosolymis, Cypri, Damasci, et in monte Galilææ et Tiberiade erant, scripserunt, ut omnes nocte Paschatis Christianorum congregati, Christianos qui Tyri essent occiderent, deinde Hierosolyma profecti omnes qui ibi essent e medio tollerent, urbemque occuparent.

Digitized by Google

Hoc autem cum patricio qui Tyri substitit, urbisque illius incolis innotuisset, ipsi Judæos qui ibi erant captos, et catenis ferreis vinctos in carcerem conjecerunt, clausisque urbis portis machinas bellicas et ballistas juxta ipsas collocarunt. Cum ergo advenisset nox Paschatis Christianorum, Judæi ex omnibus regionibus, congregati sunt Tyrum, prout ad ipsos scripserant Judæi atque ipsis inter se convenerat: fueruntque numero ultra vicies **221-223** sexies mille viros, quos strenue ab arcis fastigio oppugnarunt [Tyrii]. Diruerunt autem Judæi omnes ecclesias quæ extra Tyri arcem erant, at quotiescunque ecclesiam aliquam diruerent, Tyri incolæ e Judæis qui apud ipsos vincti erant centum viris prehensis et in arcis summitate positis capita absciderunt, eaque extra projecerunt; atque hoc modo bis mille viros capite truncarunt. Deinde Judæi orto inter ipsos clamore, in fugam dati sunt, quos egressi Tyri incolæ terga dantes insecuti sunt, magnamque eorum stragem ediderunt: reliqui ad regiones quique suas confusi fugerunt. Porro in urbe Salonica Juvenis fuit nomine Heraclius*, cum quibusdam urbis illius patriciis. Patricii autem sumptas naves hordeoque, tritico, et leguminibus impletas per Heraclium Constantinopolim miserunt ipsis in subsidium et alimentum, cum obsidione in angustias redacti essent. Cum ergo Constantinopolim appulisset Heraclius, gaudio ob ejus adventum affecti sunt homines, tritico isto, hordeo et leguminibus ab ipso allatis recreati. Fuit vero Heraclius juvenis fortitudinis eximiæ, prudens, consilii sagax, nequam; qui ergo consiliariis et ducibus dixit: Phocas imperator regiminis pessimi est, Romanisque universis infaustus; nam ex quo imperio præfectus est ad hoc usque **224** tempus octo annorum spatio obsidione cincti estis, regionesque Græcorum, Ægypti, et Syriæ pessime tractatæ. Persæ enim regiones et terras vestras universas occuparunt; consilium ergo meum est ut interfecto illo alium vobis præficiatis. Quibus annuentibus, adortus Heraclius Phocam, ipsum interfecit. Convenientibusque consiliariis et ducibus, ut e stirpe regia aliquem eligerent quem sibi præficerent: Non expedit, inquit, Heraclius, ut vobis imperatorem præficiatis nisi qui his præditus sit dotibus, scilicet ut sit eximie temperans, rerum ad religionem spectantium peritus, sagax, linguæ veracis, strenuus, eloquens, inter gubernandum clemens, insidiarum hostibus struendarum callens. Respondentibus illis: Quis nobis talem sistet? Paciscimini, inquit, mecum si talem vobis indicavero, vos ipsum vobis præfecturos; ac promittentibus illis, se id præstituros adeo ut ipsis fidem adhibere posset. Ego, inquit, is sum. Quare ipsum sibi præfecerunt. Imperavit ergo Heraclius Romanis, idque anno regni Cesaræ filii Hormuzi Aperwizi, regis Persarum, vicesimo tertio.

225-227 *INITIUM HEIRÆ.*

Anno primo imperii Heraclii Romanorum A imperatoris, fuit fuga [Mohammedis, quem sibi prophetam sumpserunt Arabes, Medinam] mense Rabiæ prioris, in qua exsul substitit annos decem, quorum anno octavo suggestum exstruxit. Jam a Diocletiano ad Heiram [seu fugam Mohammedis] anni sunt trecenti triginta octo, a Domino Christo ad eamdem sexcenti quatuordecim. Ab Alexandro ad eamdem nongenti triginta tres. A captivitate Babylonica ad eamdem mille centum nonaginta sex. A Davide ad eamdem mille sexcenti septuaginta tres. Ab exitu Israelitarum ex Ægypto ad eamdem bis mille ducenti septuaginta novem. Ab Abrahamo ad eamdem bis mille septingenti octoginta sex. A Phalego ad eamdem ter mille trecenti viginti septem. A diluvio ad eamdem ter mille octingenti B quinquaginta octo. Ab Adamo ad eamdem sexies mille centum et quatuordecim. Heraclius autem postquam imperio Constantinopolitano præfectus est sex annos obsidionem gravem passus est. In angustias ergo præ obsidione redacti Constantinopolitani, cum maxima ipsorum pars fame periisset, in animo habuerunt urbem Cesræ aperire. Quod cum scivisset Heraclius, metueretque ne urbem apertam Cesræ traderent, ipse ad Cesram mittens dixit ipsi: **228** Quodcunque mihi imposueris faciendum, ego ad illud præstandum me tibi obstringam, modo a me discesseris. Cui rescribens Cesra: Si vis (inquit) ut a te discedam, afferas mihi in redemptionis pretium pro te, et regione tua mille C auri talenta, argenti totidem, puellas virgines mille, equos mille, vestes holosericas mille; atque hoc tibi tributum sit quotannis pendendum; hujus autem anni tributum statim mihi afferas, idque subito sine mora, quo a te discedam. Rescripsit Heraclius: Regi clementi in eo quod petiit annuo, at non est inpræsentiarum penes me totum quod in redemptionis pretium a me petiit; cum rex clemens me ab omnibus ditionibus meis cohibuerit. Quod si rex clemens mihi in regiones meas potestatem concesserit, ut egressus opes colligam, totum quod a me petiit ipsi afferam postquam sex menses me exspectaverit; mihique securitatem præstiterit quo ditiones meas peragrans opes colligam, sententiæ ipsius obsequentem habebit. D Annuit ergo Cesra votis ipsius. Tum Heraclius convocatis consiliariis ac ducibus suis, Ego, inquit, Cesræ me submisi quo ipsum ac comites ipsius securos redderem, jam vero in Persarum regionem profecturus sum. Confido autem in Domino nostro Jesu Christo, ipsum mihi in Persas auxilium præbiturum, nosque a Cesræ **229-231** ac comitum ipsius negotio immunes præstiturum. Quod si moras trahens ad vos intra sex menses reversus non fuero, blanditiis Cesram demulcete, ac spem ei facite, et annum usque integrum ipsum deferte. Tum si ego ad vos rediero [bene]; sin minus, quid vobis visum fuerit facite: fratrem autem meum Constantinum vicarium meum apud vos statuo, vosque his quæ vobis dixi acquiescite. Ipsi ergo, acceptum

Digitized by Google

illud habentes, successum ipsi felicem comprecati A sunt.

Heraclius ergo selectis e ducum exercitus Constantinopolitani fortissimis ac præstantissimis, ultra quinquies mille viros, quos secum assumeret, paratisque navibus quibus tam homines quam equos veheret Constantinopoli Trapezuntium profectus, ibi substitit. Collectisque copiis ac datis mandatis opem a rege Chozarorum petiit, pactus illi solium cui insideret cum consessui palatii interesset; nec non a rege Al Anjaz, collato illi diademate quo quoties ad consessum eumdem accederet ornaretur; et a rege Al Sanariæ, cui et pacto solium concessit quo in eodem consessu sederet; unde ex eo tempore appellatus est rex Al Sanariæ, rex Solii [dominus]. Atque ita comparatus profectus B est in regionem montanam Asphahanum usque et Mord et Saporis urbem, quamcunque ingrederetur urbem datis mandatis, et collectis copiis. **232** Ubicunque autem in via obvium haberet Persam aliquem virum, feminam, vel puerum, colla ipsis præcidit. Urbis vero Saporis incolæ visis Heraclii copiis, cum metu magno perterriti essent, se munientes ad portas machinas et ballistas statuerunt: quos aliquot diebus bello lacessivit Heraclius, dein pugna adortus non ante destitit quam urbem cepisset, omnibus qui in ipsa fuerant, tam viris quam feminis puerisque, internecione deletis, qu'n et gravidarum uteris dissectis extractos inde embryones saxis illiserunt. Quo conspecto: Ego C (inquit Heraclius) sum de quo vaticinatus est David propheta ubi, psalmo CXXXVI, dicit: *Beatus qui parvulos tuos accipiens petræ ipsos alliserit.* Deinde igne urbi injecto magnaque captivorum multitudine abducta, una cum pecuniis gemmisque innumeris totam Persiæ regionem devastavit. Deinde via sua reversus per regiones Halwan, et Sharuz, et A Madayen, ingressus est Miyapharekin, et [trajecto] Tigri in Armeniam transiit usque ad fluvium Arsenas. Secum autem inter captivos habuit filium Cesræ nomine Kobadem (qui et Sirawaih appellatus est), natum Maria filia imperatoris Mauricii, cujus causa gesta sunt hæc bella. Cum ergo Miyapharekin pervenisset, accersito Kobade Cesræ filio, caput ipsi et barbam rasit; deinde traditis ei D quas ferret, litteris, ad **233-235** patrem suum Cesram misit, asino clitellis instrato impositum, una cum turma, cui in mandatis dederat ipsum ad patrem suum deducere. Epistolæ autem quam scripsit hoc exemplar est: A servo Christi Heraclio opem [a Deo] consecuto ad Cesram contemptibilem, perplexum, ope destitutum. His præmissis: Collegi ego tibi in redemptionis mei et ditionum mearum pretium quod potui, sunt autem Persarum capita, quibus [datis] quod tibi promisi persolvam. Statim ergo ubi litteras meas perlegeris, antequam eas e manu tua deposueris mittas qui ea ad te proferant. Vale. Ubi igitur ad patrem suum Cesram pervenisset Kobades, cumque, capite et barba rasis, asinoque clitellis instrato vectum conspexisset. Quid, inquit, nuntii affers? Cui ille, Vastavit, inquit, Heraclius omnes Persiæ urbes, viris, feminis puerisque trucidatis, urbem vero regiam dirutam incendit, omnibus qui in ea fuerunt interfectis, opumque et gemmarum quantum haud poterit quis recensere reportavit. Hæc autem ipsius epistola est. Cum ergo Heraclii *epistolam* perlegisset Cesra magna tristitia affecti sunt tum ipse tum ipsius comites, multisque familias et liberos suos lacrymis defleverunt. Cesra ergo convocatis consiliariis et ducibus suis, Quid (inquit) sentitis, siquidem interfecti **236** sunt conjuges et liberi nostri, et vastata domicilia et habitacula nostra? Responderunt illi duces et consiliarii ipsius: Nihil proderit nobis hic sedere, verum abeuntes eam inquiramus viam quam tenet Heraclius quo ipsi obviam eamus. Cesra igitur missa Constantinopolis obsidione profectus est ad Heraclium quærendum. Dum autem in via pergeret, narratum illi est Heraclium Tigrim jam transisse, ac necessario ipsi fluvium Arsanam vadandum esse. Accelerantes igitur, inquiunt, vada ante ipsum occupemus, quo minus illi transire liceat. Speramus enim Deum nobis in ipsum victoriam concessurum quo captivos ipsi eripiamus, et omnia quæ secum duxit capiamus; siquidem viros Persarum perdidit, feminasque communes fecit. Perveniens ergo Cesra ad fluvium Arsanam ad vadum castrametatus est, Heraclium præstolans. Cum vero Heraclius ab Arsana fluvio unius tantum diei itinere jam abesset, nuntiatum ipsi est Cesram ad vadum sedentem ipsum exspectare: ille ergo, relicto exercitu suo, quæque secum habuit, impedimentis, assumptisque comitum suorum nonnullis stramen secum et jumentorum fimum accepit, quæ, cum adverso flumine unius diei itinere ascendisset, in fluvium conjecit. Aqua ergo stramen et fimum secum delata juxta Cesram et **237-239** ipsius socios transvexit, quibus in fluvio conspectis, illi, Heraclium alibi superius fluvium trajecisse rati, relicto vado profecti sunt ad locum ubi transiret Heraclius quærendum. Deinde Heraclio ad suos reverso nuntiatum est Cesram ipsiusque comites relicto vado loca superiora petiisse. Ipse ergo cum sociis suis pergens fluvium trajecit, profectusque est donec Trapezuntium perveniret. Dein conscensis navibus Constantinopolim adiit, cujus incolæ ipsi cum gaudio et exsultatione occurrerunt, ac septem dies edendo, bibendo, et lætitiæ insumpserunt. Nuntiatum autem est Cesræ Heraclium ad vadum reversum trajecisse, stramen autem et fimum in fluvium dolo ac fraude ab ipso injectum fuisse. Ille ergo ad urbem suam profectus ipsam desolatam invenit, ut nec in ea puer esset, nec qui vocaret, nec qui responderet.

Atque ex eo tempore infirmari Persarum regnum, idque anno imperii Heraclii septimo, eodemque Heiræ septimo. Anno imperii Heraclii secundo constitutus est Yusatius [Bonifacius] patriarcha Ro-

Digitized by Google

manus, qui annos quinque sedit, dein mortuus est anno nono imperii ejusdem, qui et Heiræ nonus, Constantinopoli egressus Heraclius Hierosolyma tendebat, quo videret quid in ipsa devastassent Persæ. Ubi autem Hemsum pervenisset noluerunt ejus incolæ ipsum recipere, **240** dicentes ipsi: Maronita tu es ac religioni nostræ adversus. Illis ergo relictis ad monasterium Maronis abiit, in quo qui erant monachi egressi obviam ipsi profecti sunt. Fuit autem Heraclius Maronita, multasque ipsis opes contulit, agris etiam donato monasterio adeo ut prospere se haberent res eorum. Inde Damascum profectus est. Fuit autem Damasci vir quidam nomine Mansur Serjuni filius, tributis exigendis nomine Mauricii imperatoris præfectus, a quo cum pecunias peteret Heraclius toto annorum quo obsessi erant Constantinopoli Romani spatio [debitas,] atque ille Damasci tributum se ad Cesram detulisse responderet, graviter in eum inquisivit verberibus et incarceratione, donec ab ipso centies mille aureos extorqueret; dein ipsi præfecturam istam confirmavit: quam ob causam Mansurus iram pectore suo in Heraclium fovit. Inde profectus Heraclius Hierosolyma petiit. Cumque Tiberiadem pervenisset, egressi ad ipsum Judæi Tiberiadis incolæ, nec non regionis Galilææ montanæ et Nazarethi omniumque istius partis oppidorum, ipsi cum muneribus occurrerunt, fausta comprecantes, rogantesque ut securitatem ipsis concederet; quam concessit, fœdusque cum ipsis litteris obsignavit. Ubi autem Hierosolyma pervenisset obviam ipsi facti sunt [monasterii] **241-243** Al Sik monachi, urbisque Hierosolymitanæ incolæ, comitante ipsos Modesto, cum thuribulis et suffitu. Cum vero urbem ingressus ea quæ diruerant ac succenderant Persæ vidisset, magna affectus est tristitia. Dein cum ea conspexerat Modestus, videlicet templum Resurrectionis, Cranii, et Mar Constantini, rursum, gaudio affectus Modesto ob ea quæ fecerat gratias egit. Narrarunt autem ipsi monachi et Hierosolymorum incolæ Judæos qui circa Hierosolyma degerent, una cum iis qui Galilææ montana incolerent, quo tempore venerunt Persæ, ipsis se adjunxisse, opemque tulisse, ipsosque Christianos cæde magis quam Persæ persecutos, et ecclesias vastasse, iisque flammas injecisse, ostensis ipsi cæsis qui in Mamela conjecti fuerant. Certiorem etiam ipsum fecerunt eorum quæ Judæi Tyri perpetraverant, quod ad cædem Christianorum, et ecclesiarum demolitionem. Quibus Heraclius: Quid ergo, inquit, vultis? Responderunt: Ut gratum nobis faciens omnes qui circa Hierosolyma et in monte Galilææ sunt Judæos e medio tollas, cum certi non simus quin advenïente gente aliqua nobis inimica illi rursus contra nos auxilium ipsis ferant, ut jam Persis tulerunt. Respondit Heraclius: Quomodo interfici ipsos permittam, cum jam securitatem ipsis concesserim, eoque fine pactum litteris consignaverim? **244** vos autem scitis quid fœdifrago debitum sit. Quod

A si pactum et juramentum violaverim cedet hoc mihi in opprobrium, famamque mihi malam conciliabit; nec certus sum si alii cuipiam præter Judæos pactum scripto confirmaverim, illud ipsum a me accepturum. Si ergo hoc non præstitero, mendax, fallax et minime fide dignus, apud omnes passim homines habebor, ultra peccatum magnum et scelus cujus reus ero apud Dominum nostrum Christum, cum populum cui fidem feceram, eamque pacto litteris consignato (confirmaveram interfecerim.) Cui illi: Novit Dominus Christus cædem ipsorum tibi peccatorum expiationem conciliaturum, et iniquitatum tuarum remissionem, excusatum etiam te habebunt homines, quod quo tempore ipsis securitatem concessisti, non noveris,

B nec perspectum habueris, quam Christianorum stragem ediderant, quas ecclesias diruerant cum tibi obviam egressi muneribus te exceperint; quod dolo ab ipsis factum, et ad culpam quam commiserant abolendam. Jam vero cædes eorum, sacrificium erit a te Deo oblatum: nos autem peccatum hoc a te [in nos] transferemus, tibique ipsum expiabimus, rogantes Dominum nostrum Jesum Christum ne ipsum tibi imputet, ac septimanam qua ova et caseus comeduntur, illam [nempe] quæ jejunium magnum præcedit, statuemus jejunium **245-247** purum quod jejunio magno accenseatur, quo in tui gratiam jejunemus, ovorum et casei esu omisso quandiu durabit religio Christiana.

C Melchitæ enim hebdomada ista ab esu carnis abstinebant, ova et caseum et pisces in ipsa comedentes, uti e Typico sancti Mar Sabæ liquet. Dixerunt autem illi: Nos ea tui gratia jejunabimus, omnis rei pinguis esum omittentes, atque hoc canone, excommunicatione, et anathemate sancimus, ne unquam mutetur, de eodem in omnes regiones litteras mittentes, ut in propitiationem [cedat] ei quod a te impetravimus. Annuens ergo hac in re ipsis Heraclius, e Judæis qui circa Hierosolyma et montem Galilææ erant, quos prehendere potuit, innumeros occidit. Ex ipsis enim alii latuerunt, alii fuga se in deserta, montes et valles et Ægyptum subduxerunt. Primam ergo jejunii septimanam, in qua Melchitæ a carnis tantum esu abstinent, jeju-

D nium absolutum statuerunt, in qua imperatoris Heraclii gratia jejunarent, quo remitteretur ipsi fœderis sui violatio et Judæorum cædes, ab ovorum, casei et piscium esu in eadem abstinentes, eaque de re in omnes regiones litteras scripserunt: ac Ægypti Cophtitæ in hunc usque diem jejunium illud observant. Syriæ vero Damascenæ incolæ, et Græci Melchitæ post mortem Heraclii iterum hebdomada ista ova, caseum, et pisces comederunt. **248** In eadem etiam jejunant diebus Mercurii et Veneris usque ad Nonam, dein ovis, caseo, et piscibus, vescentes, secundum canonem a sancto Nicephoro patriarcha Constantinopolitano, martyre et confessore, positum; quemadmodum ostensum est in typico Ecclesiæ, videlicet orthodoxos ista septi-

Digitized by Google

...busque inter se dissentientibus, octo
...no autem præfectus est anno chalifatus
... primo : idque anno imperii Heraclii
... imperatoris undecimo.
...rus chalifatum obtinens Arabes defi-
...llo oppugnavit donec ad Islamismum
...ur. Dein Chaledum Ebn Walid magno
... exercitu Eracum misit, qui cum in Me-
... castra posuisset, progressos ad ipsum
...llius primores in fidem recepit, **257**-
...m cum illis pactus summa nummorum se-
...illies, qui primum erant vectigal quod
...olutum est, ac primi nummi qui ex ea
... ad Abubecrum pervenerunt. Dein scripsit
...s Yamanum, Al Tayif, Meccam, aliasque
...ribus, opem ab ipsis petens ad Romanos
...dos. Cumque ad ipsum pervenissent, Oma-
...ol Asi, Sharjabilum Ebn Hasnab Abao-
...Ebnol Iarahi, Yazidum Ebn Abi Sofyan,
...structos misit, imperatore constituto
...Ebnol Asi, jussitque in Syriam per viam
...dere, in mandatis dans ne vel senem ætate
...m, vel infantem minorennem, vel mulie-
...mpiam occiderent, vel arborem frugife-
...cciderent, vel locum cultum vastarent, vel
... succenderent aut succiderent, vel ovem,
... aut hædum jugularent. Illi ergo profecti
...ec castra ponerent in pago Tadun dicto,
...agis Gazæ est, qua Hejazum respicit; ubi
... delatum est nuntium Heraclii exercitus
...Gazah congregatos fuisse. Heraclius enim
...oris Damasci fuit. Scripsit ergo Omar
...i ad Abu Becrum opem ab ipso petitum,
...e certiorem fecit, in unum convenisse He-
...opias. Abu Becrus igitur ad Chaledum Ebn
...cripsit, ut ipse cum copiis suis ad Oma-
...nol Asi proficisceretur, quo subsidio ipsi
...Profectus **260** ergo Chaled Ebn Walid a
...er viam deserti ad Omarum Ebnol Asi
.... Copiæ autem Heraclii se Gazæ munive-
...m ergo Gazam accessissent misit Patri-
...ercitui Heraclii præfectus, ad Muslemino-
...rcitum, rogans ut ad ipsum ducem e suis
...m mitterent quo internuntio uteretur.
...itur Chalid Omaro Ebnol Asi : Adeas tu
...Profectus igitur Omarus aperta ipsi Gazæ
...gressus est, quem Patricius, ubi ad ipsum
...sset, salutavit, dein dixit ipsi : Quid est
...s in regionem nostram adduxit, et quid
... vultis? Respondit Omar Ebnol Asi : Jussit
...ninus noster vos oppugnare, nisi vel reli-
... nostram amplectamini quo vobis sit quod
...t contra vos quod contra nos, sitisque fra-
...tri, ut nec liceat nobis vobis damnum in-
...ut contrarios esse, vel si hoc nolitis, tri-
...de quo inter nos et vos convenerit, nobis
...is in perpetuum quandiu superstites utri-
...rimus, pendatis; quo oppugnemus vestri
...mnes qui vos aggressi fuerint, aut vobis

A adversos se præbuerint in re aliqua quæ vel terras vestras, vel sanguines, vel opes, vel liberos spectet, [malumque] illud a vobis repellamus, quandiu confœderati nobis fueritis, idque pacto a nobis confirmatum habueritis. Quod si abnueritis, non est inter nos **261-263** et vos [...]ter; quam gladio res dijudicanda, donec vel omnes ad unum moriamur, aut quod volumus a vobis consequamur. Patricius ergo ubi Omari Ebnol Asi verba audivisset, et quantillam ipsius rationem haberet, dixit comitibus suis : Suspicor hunc populi illius imperatorem esse, ipsisque in mandatis dedit, ut ubi ad portam urbis exiturus perveniret, collum ipsi præciderent. Fuit autem cum Omaro puer, nomine Wardan, qui linguam Romaicam callebat, cum natione Græcus esset. Narrans ergo Omaro Wardanus quid audierat; Dolo, inquit, utere quo egrediaris. Dicente igitur patricio Omaro Ebnol Asi :
B Estne inter socios tuos qui tibi par sit aliquis? Respondit Omar : Sum ego e comitibus meis lingua maxime rudis, et consilio minime pollens, siquidem ipse non alius sum quam legatus, qui quid illi mihi dixerunt ad te pertulerim : sunt autem decem viri me præstantiores, qui exercitum regunt, ac voluerunt quidem ipsa una mecum ad te accedere, nisi quod me miserint, ut quid dicturus sis audiam : quod si tibi visum fuerit ut ipsos adducam, quo eorum verba audias, sciasque me verum tibi dixisse, hoc fecero. Cui patricius : Facias, inquit. Secum enim mente cogitavit dixitque patricius : Satius est mihi ut plures quam ut unum
C interficiam. Misit ergo ad illos quos jusserat interficere **264** Omarum, ne ipsum morte ullove malo afficerent, sperans accessuros decem ipsius comites quo ipsos e medio tolleret. Omar ergo porta egressus sociis suis quomodo se res haberet narrans : Ego (inquit) nunquam ad talem revertar. Tum, Deus maximus est, exclamavit, ac prodeuntibus Romanis prælium inter ipsos commissum est, in quo versis in fugam Romanis magnam eorum stragem edidit, quorum vestigia insecuti Moslemini ipsos Palæstina et Ordonno Hierosolyma et Cæsaream fugarunt; in quibus cum se munivissent homines illos reliquerunt, in partes Bathniæ tendentes, eaque de re litteras ad Abu Becrum scri-
D pserunt : at cum ad ipsum adveniret nuntius, ipse vita excesserat, Omaro Ebnil Chetabi successore constituto, Abu Becrus siquidem ægrotans testamento Omarum Ebnil Chetabi designavit. Scriptum autem erat testamentum manu Othmani Ebn Affani. Obiit Abu Becr die penultimo mensis Iomadæ posterioris, anni Heiræ decimi tertii : oravit pro ipso Omar Ebnol Chetabi; sepultus est in iisdem ædibus quibus Mohammed. Fuit chalifatus ipsius annorum duorum, mensium trium, dierum viginti duorum. Eo quo mortuus est die annorum fuit sexaginta trium. Fuit autem Abu Becrus procerus, candidus, candore tamen ad flavedinem vergente, macilentus, mystacibus raris, facie macra

Digitized by Google

265-267 oculis subsidentibus, barbam suam hinna et cetamo tingere solitus, raro tegumentum sibi astrictum retinens. Consiliarius ipsius erat Abu Kahafæ Alsuidus janitoris munere ipsi fungebatur servus ipsius Sadid.

Chalifatus Omari Ebnil Chetabi.

Chalifatum obtinuit Omar (Ebno-l Chetabi, Ebn Nofail, Ebn Abdil azis, Ebn Riyah, Ebn Ada, Ebn Caab, cui mater fuit Cathima filia Hashami Ebni-l Mogayaræ, Ebn Abdillahi, Ebn Omari, Ebn Machzum) die Martis eodem quo mortuus est Abu Beer, idque anno imperii Heraclii imperatoris Romanorum decimo tertio, initio chalifatus ejus constitutus est Georgius patriarcha Alexandrinus; qui quatuor annos sedit, dein audito Mosleminos devictis Romanis Palæstinam occupasse eosdemque Ægyptum tendere, mari se committens Alexandria Palæstinam fugit, mansitque post ipsum cathedra Alexandrina absque patriarcha Melchita annos nonaginta septem. Post ipsius vero fugam constitutus est Cyrus patriarcha Alexandrinus, qui Maronita fuit, ejusdem cum Heraclio religionis. Fuit autem Alexandriæ monachus quidam nomine Sophronius qui Cyri patriarchæ doctrinam improbavit. Asseruit Cyrus esse Domino nostro Christo naturas duas, voluntatem unam, operationem unam, personam unam, quæ est Maroni sententia. **268** Accedens ergo Sophronius ad Cyrum patriarcham, cum ipso disputatione habita, Si, inquit, ita res haberet quomodo tu asseris, essetque Christo voluntas una, operatio una, necessario esset ipsi natura una, non duæ naturæ, quod asserunt Jacobitæ. At nos ei duas voluntates, duasque operationes, prout sunt ipsi duæ naturæ, attribuimus, cum impossibile sit, ut sit voluntas una duas habenti naturas. Si unicam haberet voluntatem, certe et unicam haberet naturam. Cum ergo duas habeat naturas, duas etiam habet voluntates. Cui Cyrus: Tam Theodorus [al. Horius] inquit, patriarcha Rom. quam Sergius Constantinopolitanus in hanc sententiam conspirarunt. Profectus ergo Sophronius Constantinopolim, occurrenti ibi ipsi Sergio patriarchæ narravit quid inter se ac Cyrum patriarcham Alexandrinum intercessisset. Quod miratus est Sergius patriarcha Constantinopolitanus: at cum post biduum ad ipsum a Cyro delata essent munera, mutata sententia sua, adversus Sophronio factus in Cyri sententiam abiit. Theodorus etiam patriarcha Romanus perverse sentiens, ipsis assensum præbuit, asserens naturam solam Christi duplicem esse. Quod improbans Sophronius: Haud ita, inquit, res est. Siquidem quælibet res, [in ipso] duplex est nisi quod ad personam pertinet. Dein dixerunt: Nec duas voluntates dicimus, nec voluntatem unam: mansitque sententia Ecclesiæ annis circiter **269-271** quadraginta sex indecisa. Dein Sophronius Constantinopoli Hierosolyma perveniens, obviam ipsi factis monachis urbisque Hierosolymitanæ incolis,

A narravit ipsis quid sibi contigisset ejusque historiam exposuit. Cumque non esset Hierosolymis patriarcha, muneri patriarchali præfectus est Sophronius ob fidei suæ sinceritatem: scripsitque de fide libellum quem in omnes regiones misit, acceptumque habuerunt [totius] mundi incolæ, ibique anno chalifatus Omari Ebnil Chetabi secundo. Anno chalifatus ejusdem quinto constitutus est Macedonius patriarcha Antiochenus in urbe Constantinopolitana, qui Maronita fuit. Constantinopoli sex annos substitit, dein e vivis excessit, antequam Antiochiam vel ingressus esset vel vidisset.

Anno chalifatus Omari Ebnil Chetabi sexto, imperii vero Heraclii decimo octavo, constitutus est
B Syrus patriarcha Constantinopolitanus, qui et Maronita fuit. Annos octo sedit (vel secundum aliud exemplar, duos), verum a Martina uxore Heraclii, quæ orthodoxa fuit, in exsilium pulsus est, quæ et loco ejus Paulum patriarcham Constantinopoli præfecit: hic etiam Maronita fuit, annos sex sedit, dein mortuus est. Post ejus obitum restituit Heraclius Syrum, qui a conjuge ipsius relegatus fuerat, cathedræ, quam septem annos occupavit, dein mortuus est. Obsidione autem cinxerant Moslemini Damascum. Cumque chalifatui præfectus esset Omar Ebno'l Chetab scriptis litteris, **272** quibus Omarum Ebnol Asi præfectura abdicavit, eam Chaledo Ebnil Walidi commisit. Heraclius autem Ro-
C manorum imperator, qui Damasco Hemsum recesserat, ubi Mosleminos captis Palæstina et Ordonno Bathniam profectos esse audivisset, Hemso Antiochiam descendens, mandata edixit, et congregatis Most Arabibus e tribu Gasan, Iedan, Calb, Lachano reliquisque qui sub arbitrio ipsius erant Arabibus, ducem ipsis præposuit e suis quemdam nomine Mahanum, eosque Damascum misit, scriptis ad Mansurum præfectum suum litteris quo datis pecuniis viros (istos) sibi retineret. Cum autem Mahan et quæ cum ipso essent copiæ, Damascum pervenissent, dixit ipsis Mansur: Haud opus est imperatori ingenti hoc exercitu; Arabes enim gens sunt bellicosa, et si qui contra ipsos prodierint pugna ipsos lacessitum, exercitibus eorum stragem
D illaturi sunt; huic autem exercitui multis opus est pecuniis; ac Damasci non sunt quas ipsis erogemus (quod ad ipsos differendos, ac, dolo malo ab ipso factum autumant nonnulli, quo homines, audientes non esse Damasci quas ipsis elargiretur pecunias, dissiparentur, ac Damascus Mosleminis traderetur.) Cui Mahan, Trade nobis (inquit) quæ penes te sunt pecunias, nos autem ad imperatorem scribentes certiorem eum faciemus non esse Damasci nummos, ut si ipsi **273-275** viris opus fuerit, aliquam pecunias acquirendi rationem excogitet, easque ad illos quocunque tandem modo mittat. Cum autem audivisset Mahan, Arabes Tiberiade egressos Damascum tendere, collectis copiis suis Damasco profectus bidui iter emensus est, dein

Digitized by Google

castrametatus est ad vadum quoddam magnum Wadil' Ramad dictum, loco cui nomen Aljaulan; ac vulgo Yakusah, fuitque vadum inter ipsum et Arabes instar fossæ. Ibi igitur diebus aliquot substiterunt, Arabibus ipsis ex adverso positis. At post dies aliquot Mansurus præfectus, Damasco egressus, Mahani exercitum petiit, pecunias secum afferens quas ibi collegerat, ut militibus easdem distribueret. Noctu autem ad exercitum pervenit, multis ipsum e Damasci incolis comitantibus qui lucernas gestarent, cumque ad exercitum propius accessissent, tympana pulsarent, et buccinis clangerent, ac clamorem ederent. Quod etiam a Mansuro mala fraude factum. Romani autem visis pone se lucernis, auditoque tympanorum et tubarum strepitu, suspicati Arabes a tergo ipsos aggressuros ac circumdaturos, in fugam conversi omnes in torrentem istum, scilicet Wadil Remad, qui torrens est valde magnus, incidentes, perierunt; paucis admodum ex ipsis evadentibus, quorum aliqui in loca diversa fuga se proripuerunt; alii Damascum reversi sunt; alii Hierosolyma, alii Cæsaream Palæstinæ **276** fugerunt. Qui autem Damascum abierunt e Romanis, timentes ne a Mosleminis obsidione cingerentur, cibis atque opsoniis, et id genus aliis quæcunque potuerunt intro receptis, ad portas ballistas et machinas statuerunt, quibus milites præfecerunt; dein ad Heraclium imperatorem scribentes opem ab ipso petierunt, ipsumque certiorem fecerunt quid ipsis fecerat Mansurus, ac quibus erga ipsos insidiis usus virorum stragem edidisset. Mahan vero ad Heraclium imperatorem redire veritus, ne ab ipso interficeretur, fuga se in montem Sina recipiens, vitam monasticam amplexus est, ascito sibi nomine Anastasio. Estque ipse auctor sermonis quo Psalmum e Davidicis sextum interpretatus est. Ubi autem Damascum pervenissent Moslemini, castra posuit Chaled Ebnol' Walid, ad portam Orientalem, Abu Obaida Ebnol Jarahi, ad portam Jabiæ; Amrus Ebnol Asi, ad portam Thomæ; Yazid Ebn Abi Sofyan, ad portam parvam, usque ad portam Cisan. Urbem ergo obsidione cinxerunt sex mensibus, unico excepto die, prodeuntibus quotidie Græcis e portis, pugnaque eos lacessentibus. Qua de re cum per litteras Omarum Ebnol Chetabi certiorem fecissent, ille rescriptis litteris Chaledum Ebnal Walid imperio abdicavit, rebus Abu Obaidam Ebn Jarrahi præficiens.

Cum vero obsidione arctarentur Damasceni, profectus Mansur Damasci **277-279** præfectus ad portam orientalem, Chaledum Ebn Walid rogavit, ut sibi suisque, et qui cum ipso essent, nec non Damasci incolis, exceptis Romanis, securitatem concederet, qui ipsi Damasci portas aperiret. Cui in eo quod petiit annuens Chaled, litteras securitatis ipsi perscripsit, quarum hoc est exemplar: Libellus iste [datus] est a Chaledo Ebn Walid, urbis Damasci incolis; [Notum sit] me vobis secu-

A ritatem præstitisse quod ad vitas vestras, domosque, ac opes, et ecclesias vestras, ne diruantur, vel inhabitentur, sed pacifice vobis concedantur. Quam cum Mansuro chartam tradidisset ipse Chaledo portam orientalem adaperuit, qui ergo urbem ingressus socios suos inclamans, Gladios (inquit) vestros recondite. Ingressi autem Chaledi Ebn Waledi milites urbem, Deum [optimum maximum [voce alta] celebrarunt. Milites igitur Græci qui ad portas constituti fuerant, cum, audita celebratione ista, nossent Mansurum aperta porta Arabes in urbem intromisisse, desertis portis fugerunt. Ingressus est ergo Abu Obaidah Ebnol Iarahi urbem gladio stricto ad portam Iabiæ; Iazid Ebn Abi

B Sofyan, gladio etiam stricto, porta parva; Omar Ebnol Asi, gladio stricto, porta Thomæ: ubi tempus acri pugna dimicavit, cæsa ex utroque exercitu ad portam Thomæ magna hominum **280** multitudine, nec desierunt Mohammedani cædere, et captivos facere. Occurrerunt autem Chaled Ebnol' Walid, Abu Obaidah, Ebnol Jarahi, Yazid Ebn Abi Sofyan, et Amrus Ebnol' Asi, [loco dicto] Al Ziyanain. Fuitque in manu Mansuri libellus expansus. Narravit ergo illis Chaled Ebnol Walid, quam [Damascenis] securitatem concessisset. Diceuteque Yazido Ebn Abi Sofyan: Hoc securitatis [pactum] ratum non habemus; responderunt Abu Obaidah et Omar Ebnol' Asi: Nos ipsum ratum habemus, comitibus suis exclamantes: Gladios

C recondite; Yazadus vero sociis suis: Ne recondatis. Dixit Amrus Ebnol Asi: Consentiamus deditione captam esse urbem; quod cum omnibus placeret, dixit illis Mansur: Hoc mihi statim testatum facite: libelloque ergo inscriptum est: Testati sunt, Abu Obaidah Ebnol Iarahi, Yazid Ebn Abi Sofyan, Amrus Ebnol Asi, et Sarjabil Ebn Hajanæ: accepitque Mansur libellum. Militum autem Græcorum quotquot evaserunt, ad Heraclium imperatorem, Antiochiam accesserunt. Heraclius autem imperator audito captam esse Damascum: Vale (inquit) o Syria, id est, Vale, Damasce Syriæ, Constantinopolim usque profectus est, idque anno chalifatus Omari Ebnil Chetabi tertio; Mansurum autem Damasci præfectum ob mala ipsius facta,

D quodque Græcis in causa fuit ut occiderentur, et **281-283** Mohammedanis contra ipsos opem tulisset, anathemate percusserunt omnes patriarchæ et episcopi per universum terrarum orbem. Post dies autem septem pervenit ad Omarum Ebnil Chetabi nuntius, certiorem ipsum faciens captam esse Damascum. Scripsit ergo Omar Ebnol Chetabi ad Amrum Ebnol Asi, ut exercitum suum Palæstinam abduceret; scripsitque Yazidum Ebn Abi Sofyan Damasco præfici; Serjabilum filium Hasanæ, Oroddano [regioni Jordanis]; Abu Obaidæ Ebnol Iarahi, Hamso.

Profectus est ergo Amrus Ebnol Asi, Palæstinam; Sarjabil. Oroddanum; Abu Obaidæ Ebnol Iarahi,

Digitized by Google

Baalbeccum [cujus incolæ] ipsi dixerunt: Nos easdem conditiones, quas Damascenis pacti estis, sine contradictione amplectimur; quare securitatem ipsis scripto concessit. Tum Hamsum profectus est, cujus etiam incolæ dixerunt: Et nos easdem quibus cum Damascenis pacem fecistis, conditiones amplectimur: quibus etiam [libellum] securitatis scribens urbem ingressus est. Urbis etiam Halebi incolis libellum securitatis scripsit; omnesque passim urbes ut se deditione acciperet petierunt. Deinde, cum ad Mohammedanos pervenisset [nuntius] de Omari Ebnil Chetab adventu, Abu Obaidæ Ebno'l Iarahi comitibus suis Aiyad Ebn Ganam præfecit; Yazid Ebn Abi Sofyan suis Mawian Ebn Abi Sofyan: Amrus Ebnol Asi suis filium suum Abdollahum: ipsi **284** Omaro Ebnil Chetabi, obviam euntes: tum omnes Hierosolyma profecti obsidione urbem cinxerunt. Prodiit ergo ad Omarum Ebnil Chetabi Sophronius patriarcha Hierosolymitanus, cui securitatem concessit Omar, ipsique libellum scripsit, cujus hoc exemplar est: In nomine Dei misericordis, miseratoris. Ab Omaro Ebnil Chetabi, urbis Æliæ incolis. Securos fore ipsos quod ad vitas suas, et liberos, opes, et ecclesias suas; illas scilicet nec dirutum iri, nec habitatum: testesque adhibuit. Aperta ergo ipsi porta urbem ingressus Omar cum comitibus suis, sedit in penetrali [templi] Resurrectionis. Cumque adesset tempus precationis, dixit Sophronio patriarchæ: Orare cupio. Cui patriarcha: O imperator fidelium, eo quo es loco ora. Dixit Omar: Nolo hic orare. Educto ergo ad templum Constantini tegetem projecit in templi medio; at Omar, Nec hic, inquit, orare volo. Egressusque ad gradus qui sunt ad portam ecclesiæ sancti Constantini qua Orientem respicit, ibi solus super gradus oravit: dein considens dixit Sophronio patriarchæ: Nostin', o patriarcha, quare intra templum non oraverim? Respondit ille: Haud equidem novi, o imperator fidelium. Dixit illi Omar: Si intra templum orassem, periisset tibi illud, ac e manibus tuis exiret, Mohammedanis post discessum meum tibi illud eripientibus; ac jam **285-287** dicturi sunt: Hic oravit Omar. Verum affer mihi chartam, quo tibi syngrapham scribam. Scripsit ergo Omar syngrapham [qua jussit] ne oraret Mohammedanorum aliquis super gradus, nisi singulatim; neve ibi ad preces convenirent; neque super ipsis ad preces præconis voce convocarentur: hac de re conscriptam syngrapham patriarchæ tradidit. Tum et illi dixit Omar: Est quod mihi a te fœderis jure debeatur; locum ergo mihi concede in quo templum exstruam. Cui patriarcha: Ego, inquit, locum imperatori fidelium concedam in quo templum exstruat (cui exstruendo Græcorum imperatores impares fuerunt, videlicet petram in qua Deus Jacobum allocutus est, quam appellavit Jacobus Por- A tam cœli; Israelitæ autem Sanctum sanctorum. Estque ipsa in terræ medio, fuitque sacrarium Israelitis; qui magna ipsam in veneratione habent, atque ubicunque fuerint, inter orandum facies suas ad ipsam conversas), hac conditione ut mihi syngrapham scribas, ne intra Hierosolyma exstruatur præter illud adoratorium [Mohammedicum]. Scripsit ergo Omar Ebnol Chetabi hac de re syngrapham quam ipsi tradidit. Siquidem cum Romani religionem Christianam amplexi essent, ædificaretque Helena Constantini mater, Hierosolymis ecclesias; fuerunt Petræ locus ipsique adjacentia vastata, ideoque **288** relicta. Petræ autem pulverem injecerant adeo ut super ipsam grande esset sterquilinium, ideoque ipsam neglectui habuerunt B Romani, neque ipsi eum quem solebant Israelitæ honorem detulerunt, neque supra ipsam ecclesiam struxerunt, eo quod dictum sit a Domino nostro Christo in Evangelio sancto: *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta* [6]; nec non, *Non relinquetur hic lapis super lapidem qui non diruatur ac vastetur* [7]. Hanc ob causam reliquerunt Christiani ipsam desertam, nulla super ipsam exstructa ecclesia. Sophronius ergo patriarcha Omarum Ebnol Chetabi manu prehensum ad sterquilinium deduxit. Omar autem vestis suæ ora prehensa ipsam pulvere implevit, quem in vallem Gehennæ projecit. Mohammedani ergo conspicientes Omarum Ebnol Chetabi gremio suo pulverem gestasse, ipsi seposita mora C omnes gremiis etiam suis, vestibus, clypeis, corbibus, atque urceis asportarunt, donec mundato ac purgato loco appareret petra. Tum dicentibus nonnullis: Ædificemus templum ita ut petram ad Keblah statuamus; dixit Omar: Nequaquam, verum ita templum struemus ut petram ad partem ipsius posteriorem collocemus. Struxit ergo Omar templum cujus in parte posteriore petram statuit. Deinde Bethlehem ad eam visendam profectus, cum adesset orationis tempus, intra ecclesiam **289-291** oravit ad arcum australem. Erat autem arcus totus opere tessellato variegatus. Scripsitque Omar patriarchæ syngrapham ne orarent loco isto Mohammedani nisi singuli, alius post alium, neve ad orandum ibi coirent, neque ad preces præconis D voce convocarentur; neque mutaretur in eo quidquam. At tempore hoc nostro contra ierunt Mahommedani Omari Ebnol Chetabi scripto. Nam et sublato opere variegato ab arcu, quidquid ipsis visum fuit ibidem scripserunt, et ad preces coierunt, hominibus præconis voce convocatis. Idemque fecerunt etiam in gradibus qui juxta portam ecclesiæ Constantini fuerant, super quos oravit Omar, sibique sumentes dimidium vestibuli ecclesiæ in ipso oratorium exstruxerunt, quod oratorium Omari vocitarunt.

Porro mortuus est Sophronius patriarcha Hierosolymitanus, postquam munere illo quatuor annis

[6] Matth. XXIII, 38. [7] Matth. XXIV, 2.

Digitized by Google

functus esset. Post mortem autem ipsius ex quo A decessit manserunt Hierosolyma absque patriarcha annos viginti novem. Jussit autem Omar Ebnol Asi paratis copiis Ægyptum proficisci; præcepitque ei ut si cum ad ipsum pervenirent litteræ ipsius in ditione Syriæ esset, subsisteret nec ulterius pergeret; sin ad ipsum perferrentur postquam Ægypti fines ingressus esset, progrederetur. Tum reversus est Omar Ebnol Chetabi ab Hierosolymis Medinam. Abu **292** Obaidah autem Ebnol Iarahi Hamsum; dein Hamso Kenasrinum profectus est. Scripsitque ad ipsum Kenasrini patricius, sibi unius anni inducias petens, quo ad Heraclium imperatorem accederent homines, utque qui ibi manerent in fœdus et pactum reciperentur. Cui cum annuisset Abu Obaidah, rogavit patricius Abu Obaidam ut colum- B nam statueret inter Græcos et Mohammedanos erectam, quam neque transire Mohammedanis ad Græcos liceret, nec Græcis ad Mohammedanos, qua in columna effigiem Heraclii imperatoris [throno] regio insidentis pinxerant. Quod et acceptum habuit Abu Obaidæ. Dum autem equis conscensis e Mohammedanis quidam equitandi arte se exercerent, ecce Abu Handali Ebn Amri pleno impetu equo suo vectus, manu hastam tenens columnam istam atque effigiem transiit, ferrumque quod ad inferiorem hastæ suæ partem esset, oculo effigiei, haud data opera, infigens ipsi oculum confodit. Patricius ergo Kenasrini accedens dixit Abi Obaidæ: Fraudem nobis fecistis, o turba Moslemorum, violata pace, atque induciis quæ inter nos C erant solutis. Dicente Abu Obaidah: Et quisnam ipsum violavit? Respondit Patricius: Ille qui regis nostri oculum confixit. Dixit Abu Obaidah: Quid ergo vultis? Responderunt: Non aliter placabimur quam si regis vestri oculus eruatur. Dixit Abu Obaidah: Statuam meam ponite loco istius; deinde **293-295** quid vobis libuerit ac visum fuerit facite. Responderunt: Non alia nobis imago placebit quam regis vestri maximi, in quo annuente ipsis Abu Obaida cum fecissent Græci statuam Omari Ebnil Chetabi accedens ex ipsis quidam hasta oculum ipsi confixit. Tum Patricius: Nunc, inquit, juste nobiscum egistis. Anno igitur exacto pacem et fœdus observarunt. Cepit autem Aiyad D Ebe Ganam, Mesopotamiam, Rakkam et Roham, securitate ipsis et pace pacta. Almogirah autem Aderbijanum gladio expugnavit. Primus autem fuit Almogirah qui Omarum Ebnil' Chetabi, Amirol Mumenin, seu imperatorem fidelium appellavit. Homines siquidem mortuo Mahummede Abu Becrum, Chalifam, seu vicarium nuntii Dei vocitabant. Cumque ad ipsum scriberent ipsius præfecti scribere solebant: Vicario nuntii Dei, a N. etc. Cum ergo imperium obtinuisset Omar Ebnol' Chetabi, ipsum vicarium vicarii nuntii Dei insigniverunt: et cum ad ipsum litteras darent, scribebant præfecti ipsius: Vicario vicarii nuntii Dei a N. etc. At cum Al Magiram Ebn Shaabæ Basoræ præfecisset, ita ille ipsi scripsit: Servo Dei, Omaro Ebn Chetabi, fidelium imperatori; quod ægre [primo] tulit Omar Ebnol Chetabi, neque agnovit. Dein dixit: Ego sum servus Dei, ego Omar Ebnol Chetabi, ego fidelium imperator; verum dixit Al Mogirah Ebn Shaabæ. Appellatus est **296** ergo Omar Ebnol Chetabi Amirol Mumenin, seu imperator fidelium: atque ex eo tempore insigniti sunt chalifæ titulo, Amirol Mumenin.

Yazdejird autem Persarum rex auditu certior factus de adventu Saadi Ebn Abi Wakkasi, familiam suam ac thesauros in Sinam deportari jussit; copiis numero paucis, ac facultatibus modicis retentis; præfectoque Al Madayeno Chorado Al Uzdi fratre Rostami, Rostamum misit oppugnatum Saadum Ebn Abi Wakkasi. Ille ergo Kadesiæ sedem figens ibi permansit, donec occideretur. Quod ubi Yazdejirdo nuntiatum esset, videretque quam erga ipsum obliqui essent populus atque exercitus sui, quamque immorigeri, ac periisse exercitus sui primarios, atque inter ipsos discordiam esse, pro certo habuit retro ire regnum suum. Quare in Persiam profectus inde Meran versus per viam Sejestani perrexit, donec ibi interficeretur; neque unquam bellorum et dissensionum expers fuit usque dum occideretur. Regnavit autem annos viginti. Omar autem Chetabi filius ubi Medinam pervenisset, scriptis litteris Omarum Ebnol Asi Palæstinæ præfectura abdicavit, jussum collectis copiis Ægyptum tendere. Moawiam vero Ebn Abi Sofyan Askelano, Cæsareæ, et Palæstinæ præfecit, qui Cæsaream et Askelanum gladio cepit, idque anno chalifatus Omari Ebnil Chetabi septimo. Tum accedenti Othmano Ebnil Aphano ad Omarum **297-299** Ebnil Chetabi, cum dixisset Omar, scriptis ad Amrum Ebnol Asi litteris ipsum Palæstina et Cæsarea abdicatum, Ægyptum adire jussi, Moawia Ebn Abi Sofyan Palæstinæ et Cæsareæ præfecto. Othmanus, Nosti (inquit), o imperator fidelium, Omarum audacem esse, ac præcipitem, imperiique amantem, metuo ergo ne profectus sine iis quibus confidere possit, vel sine copiis, Moslemios perditioni exponat, opportunitatem sperans, quæ nesciat, pro ipso an contra ipsum faciat. Pœnituit ergo Omarum Ebnol Chetabi, quod ad Amrum Ebnol Asi scripsisset, ejus quod dixerat Othmanus metuens. Rursum ergo ad ipsum scribens: Si pervenerint (inquit) ad te litteræ istæ antequam Ægypti ditionem ingressus fueris, eo unde profectus es, redeas; quod si ingressus fueris, perge qua cœpisti. Assecutis autem litteris Amrum, cum Raphachi esset, metuens ille ne si acceptas eas aperiret inveniret in ipsis [mandatum] redeundi, litteras a nuntio accipere renuens, ipsumque repellens, eo quo erat statu perrexit, donec in vico quodam inter Raphacum et Arishum castra poneret. De quo cum interrogans responsum tulisset: Est hic e ditione Ægypti; accersito nuntio litteras ab ipso acceptas, una cum iis qui secum aderant Mosleminis, perle-

Digitized by Google

git, dixitque iis : An non nostis vicum hunc e ditione Ægypti esse? et respondentibus : Imo, Imperator (inquit) fidelium jussit, præcepitque **300** ut si assequerentur me litteræ ipsius nondum terram Ægyptiacam ingressum, reverterer; quod si eam jam ingressum, pergerem : pergite ergo cum benedictione Dei et auxilio ipsius. Ferunt alii Amrum, cum in Palæstina esset, Ægyptum cum comitibus suis profectum esse non impetrata venia, scripsisseque ad ipsum Omarum Ebnol Chetabi cum adhuc citra Arishum esset; ipsum vero litteras apud se retentas non legisse donec Arishum perveniret; ac tum eas legisse; in quibus scriptum fuit : Ab Omaro Ebnol Chetabi ad Amrum Ebnol Asi. His præmissis : Profectus es tu Ægyptum cum iis qui tecum sunt : in qua magna est e Romanorum copiis multitudo, cum tecum homines sint numero pauci. Si ergo nondum Ægyptum attigeris, fac redeas. Dixisse ergo Omarum : Quænam est hæc terra? Cumque responderent : Ægyptus : profectum perrexisse. Alii autem Amrum cum exercitu suo juxta Cæsaream fuisse, una cum cæteris quæ ibi essent copiis ipsam obsidione cingentes; atque Omarum Ebnol Chetabi, qui Jabiæ tum fuit, clam ad ipsum litteras misisse. Ipsum ergo Ægyptum contendisse, eove jubente comites ipsius profectos esse instar eorum qui a loco ad locum propinquum proficiscuntur, dein noctu iter fecisse. Cumque jam longius profecti essent, ægre tulisse præfectos exercitus illud quod fecisset, se ab ipso **301-303** deceptos videntes. Eoque cognito ad Omarum Ebnol Chetabi ipsum detulisse. Qui ad ipsum scripsit Amro Ebnol Asi, his præmissis : Decepisti eos qui tecum sunt; si ergo pervenerint ad te litteræ nostræ, antequam Ægyptum ingressus fueris, revertere : sin postquam eam ingressus fueris ad te perlatæ fuerint, pergas, sciasque me opem tibi laturum.

Profectus ergo Pharmam usque, mensem tibi substitit, donec ipsam obsidione cinctam caperet. Dein Mesrum profectus, ubi Romani arce se muniverant, quam etiam vallo undique cinxerant, in quod clavos ferreos conjecerant; arcem istam septem mensibus obsidentes, graviter ipsos oppugnarunt. At cum differretur ejus expugnatio, scriptis litteris ab Omaro opem petiit, qui et ipsi in auxilium quater mille viros misit, et quibus erant AlZobair Ebnol Arami, Abadah Ebnol Sameti, et Mosallema Ebn Mokalladi; fueruntque Amro antea quatuor virorum millia, adeo ut jam octies mille evaserint. Præfectus autem vectigali Ægypti, nomine Heraclii imperatoris, fuit Almokaukas, qui et Jacobita fuit, Græcos odio habens, nisi quod sententiam suam Jacobiticam palam facere ipsi visum non esset, ne ab ipsis occideretur. Quin et Ægypti redditus detinuerat ex quo obsedit Cesra Constantinopolim, adeo ut timeret in Heraclii imperatoris manus incidere ne ipsum morte multaret. Dolo **304** igitur erga Romanos usus,

A dixit ipsis : Pervenit ad Arabes auxilium, cumque haud simus iis oppugnandis, securi esse non possumus, ne arcem capientes nos trucident; quocirca obstructis arcis portis, pugna ipsos lacessamus; atque ex arce in insulam egressi ibi subsistamus, fluvio nos munientes. Egressi ergo Græci una cum Mokaukaso et cœtu primorum Cophtitarum ex porta australi, comitante hominum turba qui cum Arabibus pugnarent, conscensis navibus in insulam venerunt eo loco ubi est hodie Exclusorium, pontemque resciderunt : eo autem tempore fuit quo auctior fluit Nilus. Tum Mokaukas ad Amrum Ebnol Asi, ac ipsius comites mittens : Vos (inquit) gens estis qui regionem nostram ingressi, pugna nos ursistis diuque in terra nostra substitistis. Jam autem

B cinxit vos Nilus iste, factique estis protinus captivi. Mittite ergo ad nos nomine vestro aliquem a quo quid dicatis audiamus; forsan eo recident inter nos et vos res quo utrique velimus; atque isti inter nos certamini finis imponetur. Cum ergo ad Amrum Ebnol Asi pervenissent Mokaukasi nuntii, misit ille cum ipsis Abadah Ebnol Sameti, (erat autem Abadah Niger) qui ubi ad Mokaukasum ingressus esset, illo prope sibi sedere jusso : Quid est, inquit, quod a nobis vultis? indica nobis. Cui Abadah : Non est (inquit) inter nos ac **305-307** vos nisi e tribus rebus una, quarum utram mavis elige; ita enim mihi in mandatis dedit dux, atque idem ipse ab imperatore fidelium mandatum accepit; nempe, ut vel religionem nostram isla-

C miticam amplectamini, atque ita fratres nobis evadatis, idemque pro vobis et pro nobis, idem contra vos ac contra nos faciat; [hoc pacto] a pugna vobis inferenda desistemus, neque damnum vobis inferri, vel ut quis in vos incursum faciat permittemus. Quod si abnuatis, tributum nobis, quod nobis visum fuerit, quotannis pendatis perpetuum, quamdiu utrique superfuturi sumus, atque hoc pacto vos ab omnibus qui vos aggressi fuerint, vel qui quod in aliquam regionis vestræ partem, vel vitas vel facultates vestras damnum intulerit, defendemus, atque hoc vobis præstituri sumus, cum in fœdus a nobis recepti fueritis, atque ad idem pacto vobis obstricti erimus. Si hoc abnuatis, non

D superest inter nos et vos præter gladii judicium, donec vel ad unum omnes moriamur, vel illud quod volumus consequamur. Cui Almokaukas : Ut religionem vestram amplectamur, hoc res est quæ fieri nequit. Quod ad fœdus autem, illud quod ad me et comites meos Cophtitas, acceptum habeo : abnuerunt autem Græci fœderi ineundo assensum præbere, dicentes: Nunquam hoc faciemus. Hoc autem fecit Al Mokaukas fraude ac dolo, ut ita Græcos ex arce educeret : **308** dein pacem amplexus est, quo opes quas occupaverat sibi salvas retineret. Reversus ergo Abadah Ebnol Sameti Amro indicavit quid factum esset. Dein Mohammedani certo jam scientes paucos tantum in arce superesse, ipsam pugna aggressi ea parte qua nunc est Sukol

Digitized by Google

Hamam [forum Balnei] machinis ac ballistis petierunt. Tum AlZabair scala lateri arcis admota, ea quæ forum istud respicit parte, ascendit, non animadvertentibus ipsis donec occupato arcis fastigio exclamaret : Allah Acbar, seu, Deus maximus est : cum scalam certatim scandentibus hominibus, Græci a pugna desistentes, conscensis navigiis in insulam ad socios suos se receperunt : atque ita Mahommedani, arce capta, cædere, vincire, diripere. Græci igitur, viso quid fecerat AlMokaukas eumque, ipsis fraude ex arce abductis, eamdem Mahommedanis tradidisse, ex parte ipsius metuentes navigia conscenderunt, atque in Ceram ol Shoraik [Shoraiki vinea] se in exercitus modum composuerunt. AlMokaukas autem cum Amrum de fœdere inter ipsos pangendo adiisset, de hoc inter ipsos convenit, ut omnibus Mesrumum a superiori ejus parte usque ad inferiorem incolentibus, imponerentur duo aurei a singulis pendendi tam nobilibus quam plebeiis, videlicet quotquot ad ætatem pervenissent; at nec a senio confectis, nec pueris minorennibus qui annos pubertatis non attigissent, **309-311** nec a mulieribus postularetur quidquam. Numerum etiam inierunt eorum e Coptitis præsertim, qui tributo pendendo obnoxii essent; fueruntque qui numerati sunt, homines sexies millies mille, quorum census duodecies millies aureorum millia; binos autem aureos istis imposuit, pro illis immunitatem ipsis pollicitus fide firma.

Tum ad Amrum Ebnol Asi accedens AlMokaukas : Nihil (inquit) mihi est cum Græcis, neque eadem mihi cum illis religio, neque communis sententia. Verum metu ne ab ipsis morte multarer, religionem et meam de ipsorum opinione sententiam celavi, ac clam habui. Peto autem a te ut tria mihi postulata concedas. Quænam (inquit Amrus) sunt ista? Respondit : Ne me a Coptitis separes; sed me in eorum numero habeas, idemque mihi quod illis imponas, siquidem cum ipsis assero, atque illis in iis, quæ ad me spectant, fidem habeo. Porro Coptitæ fœdus quod cum ipsis iniisti ac pepigisti observaturi sunt. Secundum, ut si posthac a te petierint Græci, ut cum illis pacem facias, ne illud facias donec ipsos disperdideris, et in servitutem redegeris : siquidem hoc digni sunt. Tertium, ut si moriar, jubeas ipsos me in ecclesia Abi Joannis Alexandriæ sepelire. Atque hæc concessit ei Amrus hoc pacto, ut in se susciperent pontes duos reficiendos, ac diversoria ipsis et hospitia, et fora ac pontes ubique **312** inter Phastatum et Alexandriam pararent : quod et fecerunt, prodeuntibus Coptitarum primoribus ad viam illis parandam; pontesque, ac fora et diversoria ipsis curanda : quin et auxilium ipsis tulerunt Coptitæ quacunque in re voluerunt ad Græcos oppugnandos. Profectus est ergo cum suis Amrus donec Græcis universis in Ceramo Shoraih occurreret; ubi per triduum pugna decertarunt; post

A quod in fugam versi recesserunt Græci : dein Salstano obviam facti novemdecim diebus dimicarunt, deinde et ad Ceryaun sibi invicem occurrentes gravi prælio conflixerunt, unde in fugam conversi Græci Alexandriam se receperunt, atque in ipsa se muniverunt. Unde leoninos animos sumentes Arabes, Alexandrinos pugna lacessiverunt, atque acri certamine ipsos aggressi sunt. Græci autem quotidie e portis egressi dimicarunt, adeo ut ex utroque exercitu magna occideret multitudo. Die autem quodam acriter adeo certatum est, ut Arabes aperta arce Alexandrina intra ipsam gravi cum ipsis pugna conflixerint; dein in ipsos irruentes Græci, cæteris pulsis, Amrum Ebnol Asi, Muslemah Ebnol Mochalledi et Wardanum Amri servum, B cum alio quodam, captivos ceperunt, nescientes interim quinam essent. Quibus Patricius : Jam, inquit, in manibus nostris captivi estis; indicate nobis quid est quod a nobis velitis. Cui Amrus : **313-315** Hoc, vel, ut religionem nostram amplectamini, vel nobis tributum pendatis; alias nunquam vos oppugnare desistemus, donec vel nos e medio tollatis, vel ipsi penitus tollamini. Dixit ergo e Græcis quidam Patricio : Suspicor hunc populi imperatorem esse, collum ergo ipsi præcidas; Amro scilicet Ebnol Asi. Wardanus autem, quid diceret animadverso, cum græce calleret, ipsi vi attracto colaphum inflixit, dicens : Quid tibi ut hæc loquaris inter principes, cum non sit in exercitu qui te inferior sit, vel minor; alium C loqui sine; tu præ vilitate tua te cohibe. Dixit ergo apud se Patricius : Si esset ille imperator ipsorum, fieri non posset ut hic ipsum hoc modo traheret, ac colaphis cæderet. Dixit Muslemah Ebn Mochalledi : In animo habuit imperator noster a vobis oppugnandis recedere, atque hunc in finem scripsit ad ipsum imperatorem fidelium, Omar Ebnol Chetabi; idque quod statuerat decem e suis duces ad vos mittere, e præcipuis scilicet eorum qui consilio pollerent, quo inter vos et ipsos conveniret de re aliqua, quæ utrisque grata esset, adeoque a vobis reverteremur. Si ergo hoc vobis arrideat, dimittite nos quo ad imperatorem nostrum accedentes certiorem ipsum faciamus quanta nos D cum humanitate tractaveritis, mittatque ad vos decem duces, atque ita composito inter nos et vos negotio, **316** eo modo qui utrisque gratus sit, a vobis recedamus. Ratus Patricius verum esse quod dixerat, dimisit ipsos, sperans accessuros duces decem quos occidere posset, atque ita Arabes in potestatem suam redigere : abire ergo ipsos permisit. Illi vero ubi egressi essent, dixit Moslemah Amro Ebnil Asi : Heus Amre! liberavit te Wardani colaphus. Dein Deum maximum celebrarunt.

Norunt ergo Romani Amrum fuisse qui captivus fuerat : pœnituitque illos quod ipsum dimisissent. Tum accedentibus ipsis ac Romanos clamore evocantibus gravi certamine pugnatum est : Romani

Digitized by Google

autem in fugam conversi, alii ad mare se recipientes navigia conscenderunt, alii per terram abierunt, ac ingressi sunt Moslemini Alexandriam, postquam in ipsius obsidione menses quatuordecim insumpsissent. Captaque jam urbe atque fuga dilapsis qui e Romanis fugerant, profectus est Amrus Ebnol Asi eos qui per terram fugerant quæsitum. Illi autem ex ipsis qui per mare fugerant Alexandriam reversi, Mosleminos qui in ea reperti sunt occiderunt. Cumque, eo audito reversus esset Amrus acri ipsum pugna juxta arcem exceperunt; qua ab ipso capta rursum ad naves confugerunt Romani. Scripsit ergo Amrus Ebnol Asi ad Omarum Ebnil Chetabi : Urbem cepi in qua quid sit non describam, nisi quod in ipsa repererim palatia quater mille; balnea quater mille; Judæorum qui tributum solvunt quadraginta **317-319** millia, circos regios quadringentos, olitores qui olera vendunt duodecies mille. Ipsam vero vi cepi, nullo inito pacto. Certiorem etiam ipsum fecit, poscere Mosleminos ipsam sibi dividendam. Cui rescribens Omar Ebnol' Chetabi, consilium ipsius improbavit, jussitque ne ipsam illis [spoliandam] permitteret aut divideret, verum vectigal ipsius in ipsa Mosleminis relinqueret, quo subsidio ipsis in oppugnandis hostibus esset. Eam ergo quo erat statu confirmavit Amrus, numeratisque incolis tributum ipsis imposuit. Porro Ægyptus universa in fœdus recepta fuit, tributo binorum aureorum a singulis pendendo; neque cuipiam amplius pro capite suo solvendum imponebatur (nisi ubi adjiceretur aliquid, eique imponeretur ratione terrarum et frugum quas haberet), exceptis Alexandriæ incolis : illi enim vectigal ac tributum ad arbitrium ejus qui ipsis præficiebatur pendebant. Capta est siquidem Alexandria vi, sine promisso aut pactis conventis, nullo cum ipsis inito fœdere aut sponsione. Capta autem est die Veneris mensis Moharram novilunio, anno Heiræ vicesimo, nec non imperii Heraclii vicesimo, qui chalifatus Omari Ebnol Chetabi octavus fuit. Porro misit Amrus Ebnol Asi, Bokbam Ebn Naphei Zawilam usque, atque ita quidquid inter Barkam et Zawilam est penes Moslemios fuit, ac tunc temporis
320 non ingrediebatur Barkam qui tributum exigeret, verum tempore præstituto tributum mittebant. Occupavit autem homines calamitas magna Medinæ præ annonæ caritate. Scripsit ergo Omar Ebnol Chetabi ad Amrum Ebnol Asi certiorem ipsum faciens quanta premerentur homines angustia ac annonæ caritate. Misitque Amrus camelos tritico onustos, quorum primi Medinam pertigerunt, dum ultimi adhuc in Ægypto essent, serie continua. Scripsit ergo Omar Ebnol Chetabi ad Amrum Ebnol Asi ut fodiendum curaret alveum qui Kolzamum pertingeret, quo facilius apportaretur frumentum. Fodit ergo Amrus flumen illud quod sub ponte est, quod *Flumen imperatoris* fidelium appellatur : per quod naves triticum, hordeum et legu-
A mina Phustato Kolzamum deferebant, quæ dein per mare Salsum Medinam deferebantur. Cepit etiam Amrus Ebnol Asi Tripolim occidentalem anno Heiræ vicesimo secundo, nec non imperii Heraclii vicesimo secundo, chalifatus Omari Ebnol Chetabi decimo. Exstruxitque Amrus Phustati templum magnum. Porro interfectus est Omar Ebnol Chetabi Medinæ, interficiente ipsum Abu Luluæ servo Mogiræ Ebn Shaabæ. Obiit die Dil Hojjæ vicesimo septimo, anno Heiræ vicesimo tertio, nec non imperii Heraclii vicesimo tertio cum annorum esset sexaginta trium, tempore **321-323** orationis matutinæ. Jam autem in consilium vocandos [de successore eligendo] statuerat sex Moham comites, Othmanum Ebn Affan, Alim Ebn Abi
B Talebi, Talbum AlZobair Ebnol Aram, Abdorrahman Ebn Orfi, AlZahari et Saadum Ebn Abil Wakkas. Oravit pro eo Sahib AlRumi : sepultus est eadem domo in qua sepultus fuerat Mahommed. Chalifatus ipsius annorum erat decem, [et novem mensium. Novies chalifatus sui tempore peregre religionis ergo peregrinatus est. Fuscus erat, scæva, calvus, caput et barbam hinna tingens : spiculatorum ipsi præfectus fuit Abdallah Ebn Abbasi, janitor Barka servus ipsius.

Chalifatus Othmani Ebn Affani.

In chalifatum suffectus est Othman Ebn Affani Ebn Abil Asi, Ebn Ommiæ, Ebn Abdishemsi. Mater ipsi fuit Ommaiab filia Cubaræ, Ebn Rabiæ, tribus post Omari obitum diebus finiente Dil Hojja. Fui-
C que [initium] chalifatus ejus novilunium mensis Moharram anni Heiræ vicesimo quarto, idque anno imperii Heraclii imperatoris Romanorum vicesimo quarto. Chalifatum obtinuit annis duodecim. Anno chalifatus ejus tertio constitutus est Iaribus patriarcha Antiochenus, qui Maronita fuit. Constantinopoli autem [ei muneri] præfectus est, **324** ubi quinque annos substitit, neque Antiochiam pervenit. Mortuus autem est Constantinopoli, ibique sepultus. Anno chalifatus ejusdem decimo factus est Macarius patriarcha Antiochenus, qui et Maronita fuit. Hic etiam Constantinopoli creatus, cum ibi octo annos permansisset, neque Antiochiam accessisset, mortuus est, ibique sepultus. Anno chali-
D fatus ejusdem nono constitutus est Petrus patriarcha Constantinopolitanus, qui et Maronita fuit : annos sex sedit, dein mortuus est. Anno chalifatus ejusdem quarto creatus est Petrus patriarcha Alexandrinus; Maronita fuit; cum annos novem sedisset, mortuus est. Anno ejusdem octavo mortuus est Honorius patriarcha Romanus, qui etiam Maronis doctrinam amplexus fuit, atque per ipsum divisa est Ecclesiæ sententia. Post ipsius obitum electus est quidam nomine Severinus, qui Romæ patriarcha constitutus, ubi sex menses sedisset, mortuus est. Post quem electus est vir præstans, nomine Joannes, ad quem cum delata esset istius dubii causa, imperante tunc temporis Constantinopoli Heraclio cum fratre suo Constantino, scripsit ipse

Digitized by Google

ad illos epistolam in qua dubii istius causam [exposuit,] apologiam edens pro prædecessore suo Honorio patriarcha Romano. Epistolæ autem initium ita se habuit : A Joanne papa, patriarcha Romano, ad Heraclium et Constantinum fratres imperatores **325-327** quibus concredita est Ecclesia Christi Dei veri, cujus lux in tenebris splenduit; qui nos a potestate tenebrarum luce sua mira liberavit, luce vera cui nullæ admistæ sunt tenebræ; qui sanguine crucis suæ pacem fecit inter cœlum et terram; qui Ecclesiæ faciem semper intuetur. Ille est qui vobis hanc gratiam fecit, o imperatores, ut opiniones optimas ac nobilissimas in Ecclesia profiteremini, fidemque perfectissimam ac ipsi proximam amplecteremini. Accidit hic res quæ necessario narranda est, ut ipsam intelligant qui æquitatem colunt, atque in ipsam inquirunt, quo veritas superior evadat; cum ad me pervenerit quænam sint apud Occidentis etiam incolas discrepantiæ et dubia, atque ad me perlatum sit illud una cum fratris nostri Pyrrhi patriarchæ Constantinopolitani, aliorumque litteris. Necesse est ergo ut explicetur res ista, quo tota dignoscatur. Initium ipsius sic se habet, quod ante annos circiter octodecim dicatur Cyrus patriarcha Alexandrinus Maronis sententiam amplexus : videlicet, Domino Christo esse naturas duas, voluntatem unam, atque operationem unam. Quod cum audivisset Sophronius qui patriarcha Hierosolymitanus fuit, cum ipso disputans argumentis ipsum vicit. Tum Sophronius ad Sergium patriarcham Constantinopolitanum profectus, cum ipsum idem cum Cyro docere reperiret, atque dicere, Honorium etiam patriarcham Romanum idem affirmare **328** a Constantinopoli Hierosolyma reversus est. Cumque patriarcha esset (eum siquidem, propter orthodoxiam ipsius acceptum, Hierosolymis patriarcham præfecerunt, urbis ejus incolæ), librum de fide scripsit, quem totius mundi incolæ acceptum habuerunt. Hoc cum scivisset Honorius patriarcha Romanus, nec non Sergium patriarcham Constantinopolitanum falso dixisse ipsum Maronitam esse, librum scripsit in quo asserit, Dominum nostrum Christum, qui est princeps vitæ, natum esse sine peccato. Siquidem Verbum per quod fuerunt omnia, cum e cœlo descenderet, assumpsisse de Maria virgine corpus, ac natura nobis simile factum esse, nequaquam autem voluntate peccati. Dicere enim Paulum, accepisse ipsum similitudinem nostrum peccatorum; nempe corpus sine peccato cum anima rationali, intellectuali, atque ita unam voluntatem ipsi visum esse assumere, quæ humanitati ipsius esset, non sicut nos scimus nobis esse duas voluntates contrarias, quarum voluntatum altera plantata sit in intellectu, altera in corpore, sintque inter se contrariæ; quod universo generi humano contingit, cum sub peccato sit, nec sit quispiam a peccato rebellionis immunis : at corpori Domini nostri Christi non fuisse voluntates duas contrarias neque contradixisse voluntatem intellectus ipsius voluntati **329-331** corporis, neque fuisse peccatum illi qui venit, ut tolleret peccatum mundi (absit! fieri non potest). Neque fuisse Domino nostro Christo peccatum vel unum, neque in ipsius nativitate, neque temperamento. Verum dicimus (inquit) ac confitemur voluntatem unam qua dirigeretur ipsius humanitas sancta : non autem asserimus voluntates duas contrarias, quæ intellectui ipsius et corpori fuerint. Hoc scripsit Honorius patriarcha Romanus ad Sergium patriarcham Constantinopolitanum. Nos siquidem confitemur duas voluntates contrarias, intellectus et corporis : quod transferentes nonnulli ad sententias suas falsas, putarunt Honorium patriarcham Romanum asseruisse voluntatem unam in Domini nostri Christi divinitate et humanitate : quod qui autumant, rogarem ego, in qua natura dicunt unam esse Christo Deo voluntatem? Si in divinitate tantum, tum non est in humanitate ipsius voluntas, ac proinde non est homo perfectus. Sin dixerint in humanitate Christi esse hanc voluntatem, dicimus ipsis : Quomodo erit Deus perfectus? Quodsi, duabus naturis esse voluntatem unam; hoc est quod fieri non potest. Verum confitemur incarnationem Christi unius, ideoque nec negamus duas voluntates quæ sunt duabus naturis, ne proprietates ipsarum corrumpamus. Verum dicimus utrique duarum naturarum **332** Christi in incarnatione personæ unius, esse voluntatem; at non esse duas personas, quemadmodum [asserit] Nestorius maledictus. Qui autem asserunt duas esse naturas et voluntatem unam divinitati Christi et humanitati ipsius, nec non operationem unam, errant illi instar Maronis maledicti : et qui aiunt, unam naturam, voluntatem unam et operationem unam, peccant instar Eutychii et Dioscori et Severi hæreticorum : atque hæc est sententia Jacobitarum. Verum doctrina sana et veritas manifesta illa est quam protulerunt doctores, videlicet : Esse Domino nostro Christo duas naturas, duas voluntates, operationes duas et personam unam : cum impossibile sit ut sit duabus naturis voluntas una : quod si unam haberet voluntatem, unam etiam haberet naturam; cum autem duas habeat naturas, duas etiam habet voluntates. Rogamus ergo vos ut jubeatis comburi chartam quæ calumnias in Leonem patriarcham Romanum continet, nec non in concilium Chalcedonense, ne legatur et ab intellectu minus valentibus probetur, fidemque ipsorum corrumpat : rogamusque Dominum nostrum Christum ut vos cum misericordia, clementia, atque auxilio respiciat, subdatque imperio vestro gentes potentia ipsius insuperabili. Epistolam hanc cum absolvisset Joannes patriarcha Romanus, ipsam misit per virum præstantem, nomine Barsicam, Ecclesiæ Romanæ archidiaconum, qui ad Heraclium **333-335** et Constantinum impera

Digitized by Google

autem in fugam conversi, alii ad mare se recipientes navigia conscenderunt, alii per terram abierunt, ac ingressi sunt Moslemini Alexandriam, postquam in ipsius obsidione menses quatuordecim insumpsissent. Captaque jam urbe atque fuga dilapsis qui e Romanis fugerant, profectus est Amrus Ebnol Asi eos qui per terram fugerant quæsitum. Illi autem ex ipsis qui per mare fugerant Alexandriam reversi, Mosleminos qui in ea reperti sunt occiderunt. Cumque, eo audito reversus esset Amrus acri ipsum pugna juxta arcem exceperunt; qua ab ipso capta rursum ad naves confugerunt Romani. Scripsit ergo Amrus Ebnol Asi ad Omarum Ebnil Chetabi: Urbem cepi in qua quid sit non describam, nisi quod in ipsa repererim palatia quater mille; balnea quater mille; Judæorum qui tributum solvunt quadraginta **317-319** millia, circos regios quadringentos, olitores qui olera vendunt duodecies mille. Ipsam vero vi cepi, nullo inito pacto. Certiorem etiam ipsum fecit, poscere Mosleminos ipsam sibi dividendam. Cui rescribens Omar Ebnol' Chetabi, consilium ipsius improbavit, jussitque ne ipsam illis [spoliandam] permitteret aut divideret, verum vectigal ipsius in ipsa Mosleminis relinqueret, quo subsidio ipsis in oppugnandis hostibus esset. Eam ergo quo erat statu confirmavit Amrus, numeratisque incolis tributum ipsis imposuit. Porro Ægyptus universa in fœdus recepta fuit, tributo binorum aureorum a singulis pendendo; neque cuipiam amplius pro capite suo solvendum imponebatur (nisi ubi adjiceretur aliquid, eique imponeretur ratione terrarum et frugum quas haberet), exceptis Alexandriæ incolis: illi enim vectigal ac tributum ad arbitrium ejus qui ipsis præficiebatur pendebant. Capta est siquidem Alexandria vi, sine promisso aut pactis conventis, nullo cum ipsis inito fœdere aut sponsione. Capta autem est die Veneris mensis Moharram novilunio, anno Heiræ vicesimo, nec non imperii Heraclii vicesimo, qui chalifatus Omari Ebnol Chetabi octavus fuit. Porro misit Amrus Ebnol Asi, Bokbam Ebn Naphei Zawilam usque, atque ita quidquid inter Barkam et Zawilam est penes Moslemios fuit, ac tunc temporis **320** non ingrediebatur Barkam qui tributum exigeret, verum tempore præstituto tributum mittebant. Occupavit autem homines calamitas magna Medinæ præ annonæ caritate. Scripsit ergo Omar Ebnol Chetabi ad Amrum Ebnol Asi certiorem ipsum faciens quanta premerentur homines angustia ac annonæ caritate. Misitque Amrus camelos tritico onustos, quorum primi Medinam pertigerunt, dum ultimi adhuc in Ægypto essent, serie continua. Scripsit ergo Omar Ebnol Chetabi ad Amrum Ebnol Asi ut fodiendum curaret alveum qui Kolzamum pertingeret, quo facilius apportaretur frumentum. Fodit ergo Amrus flumen illud quod sub ponte est, quod *Flumen imperatoris* fidelium appellatur · per quod naves triticum, hordeum et legu-

A mina Phustato Kolzamum deferebant, quæ dein per mare Salsum Medinam deferebantur. Cepit etiam Amrus Ebnol Asi Tripolim occidentalem anno Heiræ vicesimo secundo, nec non imperii Heraclii vicesimo secundo, chalifatus Omari Ebnol Chetabi decimo. Exstruxitque Amrus Phustati templum magnum. Porro interfectus est Omar Ebnol Chetabi Medinæ, interficiente ipsum Abu Lulux servo Mogiræ Ebn Shaabæ. Obiit die Dil Hojjæ vicesimo septimo, anno Heiræ vicesimo tertio, nec non imperii Heraclii vicesimo tertio cum annorum esset sexaginta trium, tempore **321-323** orationis matutinæ. Jam autem in consilium vocandos [de successore eligendo] statuerat sex Mohami comites, Othmanum Ebn Affan, Alim Ebn Abi B Talebi, Talbum AlZobair Ebnol Aram, Abdorrahman Ebn Orfi, AlZahari et Saadum Ebn Abil Wakkas. Oravit pro eo Sahib AlRumi: sepultus est eadem domo in qua sepultus fuerat Mahommed. Chalifatus ipsius annorum erat decem, [et novem mensium. Novies chalifatus sui tempore peregre religionis ergo peregrinatus est. Fuscus erat, scæva, calvus, caput et barbam hinna tingens: spiculatorum ipsi præfectus fuit Abdallah Ebn Abbasi, janitor Barka servus ipsius.

Chalifatus Othmani Ebn Affani.

In chalifatum suffectus est Othman Ebn Affani Ebn Abil Asi, Ebn Ommiæ, Ebn Abdishemsi. Mater ipsi fuit Ommaiah filia Cubaræ, Ebn Rabiæ, tribus post Omari obitum diebus finiente Dil Hojja. Fuit- C que [initium] chalifatus ejus novilunium mensis Moharram anni Heiræ vicesimo quarto, idque anno imperii Heraclii imperatoris Romanorum vicesimo quarto. Chalifatum obtinuit annis duodecim. Anno chalifatus ejus tertio constitutus est Iaribus patriarcha Antiochenus, qui Maronita fuit. Constantinopoli autem [ei muneri] præfectus est, **324** ubi quinque annos substitit, neque Antiochiam pervenit. Mortuus autem est Constantinopoli, ibique sepultus. Anno chalifatus ejusdem decimo factus est Macarius patriarcha Antiochenus, qui et Maronita fuit. Hic etiam Constantinopoli creatus, cum ibi octo annos permansisset, neque Antiochiam accessisset, mortuus est, ibique sepultus. Anno chali- D fatus ejusdem nono constitutus est Petrus patriarcha Constantinopolitanus, qui et Maronita fuit: annos sex sedit, dein mortuus est. Anno chalifatus ejusdem quarto creatus est Petrus patriarcha Alexandrinus; Maronita fuit; cum annos novem sedisset, mortuus est. Anno ejusdem octavo mortuus est Honorius patriarcha Romanus, qui etiam Maronis doctrinam amplexus fuit, atque per ipsum divisa est Ecclesiæ sententia. Post ipsius obitum electus est quidam nomine Severinus, qui Romæ patriarcha constitutus, ubi sex menses sedisset, mortuus est. Post quem electus est vir præstans, nomine Joannes, ad quem cum delata esset istius dubii causa, imperante tunc temporis Constantinopoli Heraclio cum fratre suo Constantino, scripsit ipse

Digitized by Google

ad illos epistolam in qua dubii istius causam [exposuit,] apologiam edens pro prædecessore suo Honorio patriarcha Romano. Epistolæ autem initium ita se habuit: A Joanne papa, patriarcha Romano, ad Heraclium et Constantinum fratres imperatores **325-327** quibus concredita est Ecclesia Christi Dei veri, cujus lux in tenebris splendnit; qui nos a potestate tenebrarum luce sua mira liberavit, luce vera cui nullæ admistæ sunt tenebræ; qui sanguine crucis suæ pacem fecit inter cœlum et terram; qui Ecclesiæ faciem semper intuetur. Ille est qui vobis hanc gratiam fecit, o imperatores, ut opiniones optimas ac nobilissimas in Ecclesia profiteremini, fidemque perfectissimam ac ipsi proximam amplecteremini.

A

B

Accidit hic res quæ necessario narranda est, ut ipsam intelligant qui æquitatem colunt, atque in ipsam inquirunt, quo veritas superior evadat; cum ad me pervenerit quænam sint apud Occidentis etiam incolas discrepantiæ et dubia, atque ad me perlatum sit illud una cum fratris nostri Pyrrhi patriarchæ Constantinopolitani, aliorumque litteris. Necesse est ergo ut explicetur res ista, quo tota dignoscatur. Initium ipsius sic se habet, quod ante annos circiter octodecim dicatur Cyrus patriarcha Alexandrinus Maronis sententiam amplexus: videlicet, Domino Christo esse naturas duas, voluntatem unam, atque operationem unam. Quod cum audivisset Sophronius

C

qui patriarcha Hierosolymitanus fuit, cum ipso disputans argumentis ipsum vicit. Tum Sophronius ad Sergium patriarcham Constantinopolitanum profectus, cum ipsum idem cum Cyro docere reperiret, atque dicere, Honorium etiam patriarcham Romanum idem affirmare **328** a Constantinopoli Hierosolyma reversus est. Cumque patriarcha esset (eum siquidem, propter orthodoxiam ipsius acceptum, Hierosolymis patriarcham præfecerunt, urbis ejus incolæ), librum de fide scripsit, quem totius mundi incolæ acceptum habuerunt. Hoc cum scivisset Honorius patriarcha Romanus, nec non Sergium patriarcham Constantinopolitanum falso dixisse ipsum Maronitam esse, librum scripsit in quo asserit, Dominum nostrum

D

Christum, qui est princeps vitæ, natum esse sine peccato. Siquidem Verbum per quod fuerunt omnia, cum e cœlo descenderet, assumpsisse de Maria virgine corpus, ac natura nobis simile factum esse, nequaquam autem voluntate peccati. Dicere enim Paulum, accepisse ipsum similitudinem nostrum peccatorum; nempe corpus sine peccato cum anima rationali, intellectuali, atque ita unam voluntatem ipsi visum esse assumere, quæ humanitati ipsius esset, non sicut nos scimus nobis esse duas voluntates contrarias, quarum voluntatum altera plantata sit in intellectu, altera in corpore, sintque inter se contrariæ; quod universo generi humano contingit, cum sub peccato sit, nec sit quispiam a peccato rebellionis immunis: at corpori Domini nostri Christi non fuisse voluntates duas contrarias neque contradixisse voluntatem intellectus ipsius voluntati **329-331** corporis, neque fuisse peccatum illi qui venit, ut tolleret peccatum mundi (absit! fieri non potest). Neque fuisse Domino nostro Christo peccatum vel unum, neque in ipsius nativitate, neque temperamento. Verum dicimus (inquit) ac confitemur voluntatem unam qua dirigeretur ipsius humanitas sancta: non autem asserimus voluntates duas contrarias, quæ intellectui ipsius et corpori fuerint. Hoc scripsit Honorius patriarcha Romanus ad Sergium patriarcham Constantinopolitanum. Nos siquidem confitemur duas voluntates contrarias, intellectus et corporis: quod transferentes nonnulli ad sententias suas falsas, putarunt Honorium patriarcham Romanum asseruisse voluntatem unam in Domini nostri Christi divinitate et humanitate: quod qui autumant, rogarem ego, in qua natura dicunt unam esse Christo Deo voluntatem? Si in divinitate tantum, tum non est in humanitate ipsius voluntas, ac proinde non est homo perfectus. Sin dixerint in humanitate Christi esse hanc voluntatem, dicimus ipsis: Quomodo erit Deus perfectus? Quodsi, duabus naturis esse voluntatem unam; hoc est quod fieri non potest. Verum confitemur incarnationem Christi unius, ideoque nec negamus duas voluntates quæ sunt duabus naturis, ne proprietates ipsarum corrumpamus. Verum dicimus utrique duarum naturarum **332** Christi in incarnatione personæ unius, esse voluntatem; at non esse duas personas, quemadmodum [asserit] Nestorius maledictus. Qui autem asserunt duas esse naturas et voluntatem unam divinitati Christi et humanitati ipsius, nec non operationem unam, errant illi instar Maronis maledicti: et qui aiunt, unam naturam, voluntatem unam et operationem unam, peccant instar Eutychii et Dioscori et Severi hæreticorum: atque hæc est sententia Jacobitarum. Verum doctrina sana et veritas manifesta illa est quam protulerunt doctores, videlicet: Esse Domino nostro Christo duas naturas, duas voluntates, operationes duas et personam unam: cum impossibile sit ut sit duabus naturis voluntas una: quod si unam haberet voluntatem, unam etiam haberet naturam; cum autem duas habeat naturas, duas etiam habet voluntates. Rogamus ergo vos ut jubeatis comburi chartam quæ calumnias in Leonem patriarcham Romanum continet, nec non in concilium Chalcedonense, ne legatur et ab intellectu minus valentibus probetur, fidemque ipsorum corrumpat: rogamusque Dominum nostrum Christum ut vos cum misericordia, clementia, atque auxilio respiciat, subdatque imperio vestro gentes potentia ipsius insuperabili. Epistolam hanc cum absolvisset Joannes patriarcha Romanus, ipsam misit per virum præstantem, nomine Barsicam, Ecclesiæ Romanæ archidiaconum, qui ad Heraclium **333 335** et Constantinum impera-

Digitized by Google

tores perfereus, invenit Constantinum diem obiisse, nec non Heraclium a consiliariis, qui in ipsum impetum fecerant, occisum; quod scilicet ipsum pro inauspicato haberent, cum Ægyptus et Syria ipsis ereptæ essent, quodque Maronita esset; ipsosque imperio præfecisse fratris ejus Constantini demortui filium, quem et de nomine patris sui Constantinum appellarunt.

Fuit autem Constantinus iste imperator pius, cui cum Barsika nuntius epistolam quæ a Joanne patriarcha Romano ad imperatorem missa fuit tradidisset, ipse acceptam perlegit, ac patriarchæ intellectum miratus, rescribi jussit responsum, ad hunc modum: Accepimus, sancte excellens, mandatum tuum. Nos autem confitemur ac credimus naturas duas, voluntates duas, atque operationes duas Domino Christo esse, ac personam unam, et qui his contradixerit anathematizamus. Credimus etiam illud quod asseruerunt episcopi sexcenti triginta qui in urbe Chalcedonensi convenerunt, et anathemate devovemus illos qui illud anathemate devovent. Atque illud quod de charta comburenda, in qua calumniæ essent in Leonem patriarcham Romanum sanctum, et in concilium Chalcedonense, ratum habuimus, et ipsam igni tradidimus. Nos autem doctrinam tuam, quæ doctrina vera est, firmiter retinemus: rogamusque ut nobis pacem preceris, atque **336** ab omnibus malis incolumes servemur. Barsika igitur, acceptis imperatoris Constantini litteris, cum iis profectus est ad Joannem patriarcham Romanum, ad cujus litteras responsum continebant. At cum Romam appelleret invenit Joannem patriarcham mortuum esse. Post quem sedit vir quidam egregius nomine Theodorus, ad quem accedens Barsika, certiorem eum fecit quid ipsi dixisset imperator, quamque orthodoxus esset, unaque ipsi litteras tradidit imperatoris Constantini ad epistolam Joannis, quam ad imperatores scripserat, responsorias: quas acceptas legit Theodorus patriarcha, et orthodoxiam ipsius miratus responsum ad ipsas hoc modo scripsit: Ad Constantinum imperatorem fidei sinceræ [professorem] unicum: a Theodoro patriarcha Romano. Gratificatus est nobis Dominus Deus omnipotens, qui Ecclesiam suam moderamine misericordiæ suæ respicit in pietate tua, deditque nobis locum te alloquendi cum gaudio et hilaritate, quo gratiam hanc palam faciamus. Vos siquidem potestatem vestram accepistis vice apostolorum sanctorum ut fidem orthodoxam propugnetis, et religionem veram manifestetis: non ut Heraclius, qui ob infidelitatem suam quodque veritatem deseruerit, dignus non est qui rex appelletur; nec ut Sergius, Honorius, Paulus, et Petrus patriarchæ Constantinopolitani, **337-339** qui veritati contradixerunt, atque anathemate digni sunt, quique de Ecclesiæ gradu dejiciantur ob sententiarum suarum falsitatem, eosque quos in hominum [animas] injecerunt scrupulos. Tu autem, præstantissime rex, A scias fidem veram orthodoxam fructum esse paradisi, tibique incumbere ut ipsam tuearis ac propugnes, eamque hominibus notam facias. Christum autem Dominum precamur ut tibi in hoc pro bonitate sua auxilium ferat. Epistolam hanc obsignatam misit Theodorus patriarcha ad Constantinum imperatorem, ad litteras quas ad Joannem patriarcham Romanum miserat, responsum. Quæ ubi ad Constantinum pervenit dolore affectus est ob Joannis mortem, apertis autem litteris mire placuit ipsi bonitas responsi quod ipsi reddiderat Theodorus patriarcha vice Joannis, qui ante ipsum decesserat; jussitque scribi responsum. At cum Romam perveniret nuntius imperatoris, Theodorum etiam mortuum invenit, post quem Romæ B præfectus est Martinus.

Porro tempore Othmani Ebn Affani misit Constantinus imperator servum quemdam nomine Manuelem eunuchum, cum exercitu ingenti per mare, qui Alexandriam cepit. Fuitque eo tempore in Ægypto Amrus Ebnol Asi. Contra ipsum ergo profectus Amrus una cum Mesri incolis Copititis aliisque, comitante **340** etiam Amokaukaso qui ipsos opibus, hospitio, et viatico instruxit, pugna ipsos gravi excepit ad portam Alexandriæ; quæ et per dies aliquot continuata est; dein in fugam conversus est Manuel eunuchus cum omnibus qui cum ipso fuerant Romanis, qui conscensis navibus Constantinopolim reversi sunt. Diebus etiam Othmani C Ebn Affani captæ sunt Africa, Armenia et Chorasan. Præfuit Damasco, nomine Othmanis, Moawias Ebn Aby Sofyan. Moawias iste cum Cypri incolis fœdus pepigit anno Heiræ vicesimo octavo, idque anno chalifatus Othmani quarto, tributo aureorum septies mille ducentorum quotannis ab ipsis in perpetuum Mosleminis pendendo, ac tanto etiam Romanorum imperatori. Porro collegit Othman Alkoranum, longa longis, brevia brevibus componens: atque hoc libris septem fecit, abolitis cæteris anno Heiræ tricesimo secundo. Dein discordantibus cum ipso hominibus interfectus est Othman Ebn Affani. Interfecerunt ipsum Mahommed Ebn Abi Becri Ammar Ebn Yaseri, et Canana Ebn Bashari, die Dil Hajjæ octavo (vel secundum aliud exem- D plar, decimo octavo); anno Heiræ tricesimo quinto, annos tum natum octoginta duos; per triduum insepultus mansit. Fuit [staturæ] quadratæ, facie pulchra, fuscus, barba ampla quam plicabat, dentes auro constringebat. Plurimum cum eo potuit **341-343** Merwan Ebn Hacem; sepultus est Medinæ loco dicto Iasar Caucab [pons stellæ]: Satellitum princeps ipsi fuit Abdallah Ebn Phahd Adawensis. Janitor, Hamdanus ipsius servus.

Chalifatus Alis Ebn Abi Talebi.

Chalifatum post Othmanum obtinuit Ali Ebn Ab Talebi, (Ebn Abdil Motallabi, Ebn Hashemi, Ebni Abdil Manaphi; cui mater Phatemah filia Asadi, Ebn Hashemi, Ebn Abdil Manaphi) mense Dil Hajjæ anni Heiræ tricesimi quinti, idque anno im-

Digitized by Google

perii Constantini filii Constantini quarto. Profecto eo Basram fuit prælium Cameli ; deinde cum Cufam petens in Syriam tenderet, commissum est prælium Choruziense in Nabrawan. Dein Cufam rediit, ubi ipsum interfecit Abdorrahman Ebn Melhami Almazadiensis, decem ante finitum mensem Ramadanum diebus, anno Heiræ quadragesimo. Erat cum occideretur annorum sexaginta trium. Oravit pro ipso filius ipsius Hasan. Fuit chalifatus ipsius annorum quatuor et decem mensium. Fuscus fuit, ventre prominente, barba promissa adeo ut totum ipsi pectus operiret. Canitiem suam non mutabat. Sepultus est in Garriyan, vel secundum nonnullos in Thawiah. Controversum enim est de loco sepulturæ ipsius. Satellitum ipsi præfectus **344** fuit Maaka Ebn Kisi Al Zabajensis. Janitor, Kanbar servus ipsius.

Chalifatus Moawiæ Abi Sofyan.

Profectus Moawias Ebn Abi Sofyan Damasco Erakum, ibi præstitis juramentis chalifa renuntiatus est ; nomen ipsi fuit Sachr Ebn Harbi Ebn Ommiæ Ebn Abdi Shemsi ; mater ipsius Henda filia Atbæ Ebn Rabiæ, Ebn Abd Shamsi. Inauguratus est mense Rabiæ prioris, anno Heiræ quadragesimo primo, qui fuit imperii Constantini filii Constantini imperatoris Romanorum decimus ; præfuit annos novemdecim et quinque menses. Anno Chalifatus ejus secundo constitutus est Georgius patriarcha Constantinopolitanus : qui annos decem sedit, dein mortuus est. Ejus præfecturæ anno secundo fuit concilium sextum, fuitque tum Romæ patriarcha Martinus. Occidentis autem præfectus nomine Constantini imperatoris erat quidam nomine Constans, qui cum Maronita esset, Martinum patriarcham Romanum jussit eamdem profiteri sententiam; cumque nollet, ipsum ad urbem quamdam longinquam relegavit. Erat autem tunc temporis monachus quidam sanctus nomine Maximus, cui duo erant discipuli. Hic ad Constantem præfectum accedens ipsum ob sententiæ suæ et cultus pravitatem, **345-347** heterodoxiam atque gravem infidelitatem redarguit. Jussit ergo Constans Maximo manus ac pedes amputari, linguamque extrahi, atque ipsum in locum longinquum ablegavit. Jussit etiam discipulorum ipsius alterum prehendi, idemque ipsi fieri : alter flagris cæsus est : dein utrumque in locum ab altero longe remotum expulit. Cumque Martino patriarchæ, ac Maximo discipulisque ipsius duobus hoc fecisset Constans, Romæ patriarcham constituit virum quemdam eximium nomine Diyanum. Cum autem certior factus esset Constantinus imperator fidelis de obitu Theodori patriarchæ Romani, quidque fecisset Constans Martino patriarchæ Maximoque monacho et ipsius discipulis, constitutumque esse Diyanum patriarcham Romanum, ægre hæc tulit, scripsitque ad ipsum litteras cum diplomate, rogans ut e præstantissimis, qui ad altare ipsius [communicarent] episcopis ad ipsum mitteret, fidem ipsi faciens ne timeret quidquam, verum [esse hoc] quo sciret Constantinus causam prætextus

A istius sententiæ quæ Ecclesiæ contraria esset, et quid initium ipsi dederat ; ut in concilio Patrum sanctorum anathema diceretur in illum qui eo dignus esset. Perveniens autem legatus imperatoris Romam, Diyanum obiisse reperit. Et patriarcham post ipsum Romæ constitutum esse Agabium : cui cum litteras tradidisset, **348** ille quotquot aderant episcopos convocavit, qui numero erant centum viginti quatuor, cum tribus diaconis, ex iis qui ad altare ipsius communicarent, eosque una cum legatis imperatoris misit. Cum ergo Constantinopolim pervenissent episcopi, ad Constantinum imperatorem ingressi, ipsi salutem ac benedictionem comprecati sunt. Constantinus autem imperator episcopos centum sexaginta octo convocavit, ita ut

B jam numero essent ducenti nonaginta duo, at rejectis tribus diaconis, qui ab Agabio patriarcha Romano missi fuerant, manserunt episcopi ducenti octoginta novem : atque ita in diptycho recensentur. Bonitate ergo auxilii divini, ac mansuetudinis Constantini imperatoris fidelis præstantia, peractum est hoc negotium quo in unius voluntatis assertores statutum est, quos anathemate percusserunt : fuitque hujus concilii sexti præses Georgius patriarcha Constantinopolitanus, et Theophanes patriarcha Antiochenus : utpote qui in ipso hoc concilio patriarcha renuntiatus est, cum Macarius, qui ante ipsum fuit, in eo anathemate percussus est. Alexandriæ autem et Hierosolymis patriarcha tunc

C temporis non fuit, utraque sede vacante. Anathema ergo dixerunt in Macarium, Macedonium et Chazjum patriarchas Antiochenos, Stephanumque Macarii discipulum ; nec non Cyrrum, et Petrum patriarchas Alexandrinos, **349-351** et Honorium patriarcham Romanum, Theodorumque Paulum, et Petrum patriarchas Constantinopolitanos : quinetiam in Theodorum, Parani episcopum, et Hochronium qui Simon Magus cognominatus est.

Fuit hic siquidem sacerdos Syrus heterodoxus, qui autumavit Christum ipsi in somno apparentem indicasse, istorum qui unam voluntatem assererent veram esse sententiam. Constantinopolim ergo accedens postquam contra heterodoxos statutum esset decretum, hæc narrans conatus est

D tueri sententiam Monothelitarum ; quare ipsum anathemate devoverunt una cum sociis ipsius et sententiam ejus falsam rejecerunt, appellaruntque ipsum hominem Simonem Magum. Cumque jam anathemate Monothelitas feriendi finem fecissent, consederunt, ut fidei Symbolum rectum, orthodoxum, sincerum, inculpatum ipsi componerent ; dixeruntque : Credimus unam e [personis] Trinitatis esse Filium unicum qui est Verbum antiquum, æternum, Patri æqualis, Deus in persona una et hypostasi una ; qui agnoscitur perfectus esse quod ad humanitatem suam, et perfectus quod ad divinitatem, in ea substantia quæ est Dominus noster Jesus Christus, duas habens naturas perfectas, duas operationes, et duas voluntates in persona una.

Digitized by Google

idemque professi sunt cum concilio Chalcedonensi, videlicet Deum Filium ultimis temporibus assumpsisse ex Virgine, Domina **352** Maria sancta corpus humanum cum anima rationali, intellectiva: idque ex misericordia Dei in homines propitii: neque hoc pacto contigisse ipsi confusionem, nec corruptionem, nec separationem, nec divisionem; sed esse ipsum unum facientem, quæ hominem facere decet, in natura ipsius, et quæ Deum facere decet in natura ipsius, qui est Filius unicus, Verbum sempiternum, incorporatum, quod revera factum est caro, sicut dicit Evangelium sanctum: ita interim ut non recedat a gloria sua æterna, neque ipsam mutet, verum sit cum duabus operationibus, duabus voluntatibus, et duabus naturis, Deus et homo, quibus perficitur sermo verus: et utramque naturam operari cum communione alterius, duabus voluntatibus minime inter se contrariis, aut pugnantibus, altera aliud amplectente; verum manere voluntatem humanam in voluntate divina omnipotente. Quod nisi Verbum Dei, cum descenderet, assumpsisset hominem undique perfectum, fuisset salus nostra imago et phantasia. Quomodo autem conveniret beneficentiam præstanti, qui est medicus sapiens, revera sanitatem dans (secundum illud quod dicit Malachias propheta: Orietur Sol justitiæ, cujus nomen timebunt, qui sanabit ipsos, gestabitque ipsos alis suis), illud assumere in quo creaturæ antiquitus **353-355** noxa fuit, ut esset peccatum primum in homine penes arbitrium, voluntatem, et potestatem suam? Ac quomodo non esset hoc necessarium? Cum docuerit nos Dominus, qui est in sinu Patris, Filius qui solus est liber, non servus, verum seipsum servum fecit propter salutem nostram, dederitque nobis victoriam in illos qui loquentes dicant Adamum necessario peccasse; ac fuisse peccatum absque voluntate ipsius, neque fuisse in natura ipsius potestatem liberam, qua a lapsu cavere posset. Quo ipsorum dicto crimen et defectum impingunt Creatori, qui longe supra hæc est, atque Adamum in peccando excusant. Jam vero vi sententiæ eorum præcipue qui hoc asserunt, omniumque qui iis assensum præbent, necessario competit peccatum toti hominum generi. Nos autem dicimus in potestate Adami fuisse ut Creatoris mandatum servaret, nec non ut consilium mulieris rejiceret; verum non ita voluisse, sed cibum ex arbore et e manu mulieris accepisse, quemadmodum et mulier consilium serpentis secuta est, non necessitate naturæ, sed imbecillitate intellectus: fuitque hoc prima voluntate creaturarum videlicet Adami et Evæ, unde acceperunt plagam dolorificam, atque unde etiam medelam. Siquidem Dominus noster Jesus Christus morbos nostros et dolores nostros suscepit, sicut dixit Isaias propheta: Aspeximus eum nec **356** fuit ipsi species, nec pulchritudo, fuitque contemptibilis, cujus nulla habita est ratio. Ipse est qui portavit morbos no-

A stros, et dolores nostros suscepit; cujus vulnere omnes sanati sumus. Fuit enim ut ovis quæ ducta est ad mactationem, et ut agnus qui coram tondente ipsum tacebat, ita nec os aperuit. In humiliatione ipsius sublatum est judicium ejus. Jam vero intelligant filii Ecclesiæ Dei pie [ipsum] colentes, Jesu Christo Domino et Deo nostro esse duas naturas perfectas, duas voluntates et duas operationes revera, personam autem unam. Hoc est testimonium et fides concilii sexti sancti. Confirmarunt etiam quod confirmaverunt quinque concilia sancta priora; et anathemate devoverunt qui illud anathematizaret, et rejecerunt qui ipsum rejiceret. Quinetiam fidem Sophronii patriarchæ Hierosolymitani in medium prolatam receperunt et confirma-

B runt. Peracta sunt autem hæc negotia auxiliante Deo, et præsente Constantino imperatore fideli, cui bene precati reversi sunt ad loca sua; idque imperii Constantini anno decimo tertio, chalifatus Moawiæ Ebn Abi Sofyani quarto. A concilio autem quinto episcoporum centum sexaginta quatuor, qui Constantinopoli convenerunt tempore Justiniani imperatoris Romanorum, ad sextum hoc ducentorum octoginta novem episcoporum, qui ibidem convenerunt tempore **357-359** Constantini imperatoris, centum sunt anni. Cumque peractum fuerit hoc negotium, tempore Agabii patriarchæ Romani sancti, mentionem fecerunt Damasci et Ægypti incolæ nominis Agabii patriarchæ Romani in diptycho, ab eo ad hoc usque tempus.

C Mortuus est autem Constantinus imperator fidelis postquam sexdecim annos regno potitus esset; regnavitque post ipsum in Romanos filius ipsius Justinianus annos duodecim: idque anno chalifatus Moawiæ Ebn Aby Sofyan octavo.

Accedentes autem quidam ad Justinianum imperatorem Romanum dixerunt: Sunt e Constantinopolitanis quidam qui concilium sextum, quod fuit tempore patris tui Constantini, vituperent, ad falsum (confirmandum) convenisse eos asserentes. Mittens ergo Justinianus imperator episcopos centum triginta convocavit, qui concilii sexti sententiam confirmarunt, et diris eos devoverunt, qui ipsi maledicerent, vel contradicerent; nec non

D sententiam quinque conciliorum priorum confirmarunt, et in eos qui ea anathematizarent, anathema dixerunt, dein reversi sunt.

Porro anno chalifatus Moawiæ septimo constitutus est Joannes patriarcha Hierosolymitanus, qui annos quadraginta sedit, dein mortuus est. Manserat autem sedes Hierosolymitana post mortem Sophronii usque dum sufficeretur Joannes sine patriarcha **360** annos viginti novem. Mortuus est etiam Georgius patriarcha Constantinopolitanus, cum annos decem eo munere functus esset. Anno chalifatus Moawiæ duodecimo creatus est Thomas patriarcha Constantinopolitanus, qui annos decem sedit (vel juxta aliud exemplar, viginti), dein mortuus est. Anno chalifatus ejusdem

Digitized by Google

vicesimo tertio addidit Molsemah Ebn Mochalled A Ansartensis structuræ templi quod est Phustati Mesri, post Amrum Ebnol Asi, turrim, cui nomen suum inscripsit. Porro imperante Moawiah capta est Rhodos e terra Romanorum. Sub eodem chalifa eclipsin passus est sol, adeo ut apparerent stellæ, anno Heiræ quinquagesimo. Mortuus est autem Moawiah Ebn Abi Sofyan mense Rajeb anni Heiræ sexagesimi, octogenarius. Fuit autem obesus, clunibus magnis, statura brevis, voce elata, oculis exstantibus, pectore lato, barba prolixa, quam succo AlNil tingebat. Sepultus est Damasci. Satellitum præfectus ipsi fuit Yazid Ebnol Horri Al Abasiensis. Dein Kais Ebn Hamzah Hamadanensis. Tum Dahak Ebn Kais Pharensis. Janitor, B Riyahus servus ipsius.

Chalifatus Yazidi Ebn Moawiæ.

Præstitis ipsi juramentis inauguratus est Yazid Ebn Moawiæ Ebn Abi Sofyani cui mater fuit Misua, filia **361-363** Yahdaki Calbensis; mense Rajeb anni Heiræ sexagesimi. Porro interfectus est Hosain, filius Alis Ebn Abi Talebi Carbalæ e ditione Eraki, die decimo Moharra anni Hejræ sexagesimi primi, annos habens sexagiuta tres, caputque ipsius Damascum delatum circa urbem gestatum est. Occiso autem Hosaino Ebn Ali Ebn Abi Talebi, prodiens Abdallah Ebnol Zobair Ebnol Awami Meccæ, imperium sibi vindicavit. Mater ipsi fuit Asma filia Abi Becri justi. Hic cum litem suam excitasset, mortuus est Yazid Moawiæ filius, cum præ- C fuisset annos tres et menses 8. Post ipsum [imperio] substituitur filius ipsius Moawias Ebn Yazid Ebn Moawiæ quadraginta dies. Fuit ipsi satellitum præfectus, Hamid, Ebn Charbat Ebn Yahdac Calbiensis; dein Amer Ebn Abdollahi Hamadanensis. Janitor, Safwan libertus ipsius.

Chalifatus Merwani Ebnil Hacemi.

Inauguratus est Merwan Ebnol Hacemi Ebn Abil' Asi, Ebn Ommaiæ, Ebn Abd-Shemsi, cui mater erat Amenah filia Alkemæ, Ebn Safwan Alcattani, mense Rajeb anni sexagesimi quarti: Abdollah autem Ebn Zobair Meccæ se continebat; neque permissum erat Damasci aut Palæstinæ incolis peregrinationes obire, impediente ipsos Merwano, Ebno'l Hacemi, propter Abdollahum Ebnol' Zobair. D Commissumque **364** est prælium Marj [prati] Rahet cum Dadako Ebn Kais Pharensi. Mortuusque est Merwan Ebnol Hacemi, mense Rabiæ prioris anni sexagesimi quinti, cum fuisset præfectura ipsius novem mensium. Obiit annos natus sexaginta unum. Fuit autem procerus, rufus, oculis glaucis. Sepultus est Damasci. Satellitio ejus præfuit Yaya Ebn Kais Asanensis. Janitor ipsi fuit Abusahel Niger, libertus matris ipsius.

Chalifatus Abdil Maleci Ebn Merwan.

Inauguratus est Abdil Maleci Ebn Merwan Ebnol-Acemi, Ebn Abil' Asi, cui mater Ayesshah filia Moawiæ, Ebn Mogiræ Ebn Abil Asi, Ebn Ommaiæ Ebn Abd Shemsi, anno sexagesimo quinto. Mittens hic Hierosolyma templum auxit donec petram in ipsum inferret hominesque Hierosolyma peregrinari jussit, Meccham vero adire vetuit propter Abdollaum Ebn Zobair. Idem Abdol Malech Ebn Marwan convocatis Damasci Christianis petiit ab ipsis Ecclesiam Sancti Johannis, quod juxta templum magnum erat. Qui cum Chaledi Ebnil Walidi scriptum attulissent, multum illis pecuniæ obtulit, quo similem sibi ecclesiam quacunque Damasci parte vellent, exstruerent: cumque hoc nollent, dimisit ipsos. Porro mortuus est Thomas patriarcha **365-367** Antiochenus, cum munus illud viginti annos obiisset. Anno ergo chalifatus ipsius primo, constitutus est Georgius patriarcha Antiochenus, qui annos viginti quatuor sedit, dein mortuus est. Eodem anno creatus est Joannes patriarcha Constantinopolitanus, qui cum annos triginta quinque sedisset, mortuus est. Et mortuus est Justinianus imperator Romanus: post quem regnavit Leo tres annos, dein mortuus est; post quem imperavit Tiberius Romanis septem annos, idque anno chalifatus Abdil Malech filii Merwani decimo tertio. Misit autem Abdol Malech Hejajium Ebn Yuseph, Meccham, oppugnatum Abdollahum Ebn Zobair in templo Mecchano, in quod saxa projiciens Hejajius ipsius fastigium dejecit. Metuens ergo Abdollah ne in ipsum corrueret ædes, egressus est. Dixitque ipsi mater ipsius: Fili mi, si veritatem propugnas, veritas in manu tua erit, prodi ergo ad ipsos: siquidem occisus fueris, martyr eris, cum veritatis gratia interfectus sis. Cui ille: Mater, non timeo ego cædem, ægre autem fero ut ignominiæ exponar. Respondit illa: Fili mi, ovis ubi jugulata fuerit non timet excoriationem. Fertur etiam mater ipsi musci libram bibendam dedisse. Tum ad Hejajium prodiens pugnavit donec interficeretur, crucique Mecchæ affixus est. Olfaciebantque homines e corpore ipsius musci odorem diebus multis.

Occisus est autem **368** Abdollah Ebn Zobair mense Iomada priori, anni Hejræ septuagesimi tertii, in chalifatu Abdil' Malec Ebn Merwan. Porro eclipsin passus est sol adeo ut apparerent stellæ die lunæ, ultimo Iomadæ prioris, anni Heiræ septuagesimi quarti. Fuit autem in Ægypto Abdol Aziz Ebn Merwan frater Abdil Maleci, qui templum magnum quod Phustati fuit dirutum [de novo] exstruxit. Apparere autem in ipso cœperat lepra, quare urbem Holwan ipsi elegerunt medici: in qua ergo loca consessus ædificavit, nec non piscinam grandem quæ ibidem est, atque ad ipsam, aquam e fontibus qui in monte, Al Mokattam appellato, sunt, derivavit per fornices, quos usque ad piscinam exstruxit: super quibus et solium vitreum fecit. Erogavitque Holwani aureos millies millenos: plantavitque in ea dactylos: singulis autem diebus Jovis inde Phustatum equitans, ibi reliquum diei istius cum nocte insumpsit, dein oratione diei Veneris peracta revertebatur Holwanam. Struxit etiam

Digitized by Google

ibidem columnam qua mensuratur aquæ Nili Ægyptiaci incrementum. Fuerunt autem ipsi duo cubicularii Christiani Melchitæ, quibus petentibus ut sibi exstruendæ ecclesiæ copiam faceret, illud concessit. Struxerunt ergo ecclesiam Sancti Joannis, Holwani; quæ ecclesia parva est, atque appellata fuit ecclesia Duorum Cubiculariorum. Statuit idem ut Ægypti **369-371** tributum [diversis] vicibus penderetur, singulis scilicet diebus Veneris pars, metu ne lite aliqua suboriente regi pecuniis opus esset; neque ita facere destitit donec interficeretur Abdollah Ebnol Zobair, et absolutum esset Abdil Maleco Ebn Merwani imperium. Profectus autem Abdol Aziz Alexandriam anno septuagesimo quarto, viros regionis istius primarios prehensos in vicos et villas distribuit; unicuique villæ, secundum rationem ædium ac vinearum, ac generum frugum, certam pecuniæ summam imponens. Pontem etiam exstruxit qui supra rivum Amiril Mumenin [imperatoris fidelium] extenditur. Fuitque illi in animo ponte qui Phustati est inutili reddito illum Holwani figere. Portus etiam abolitos eo transferre, nec non fora et mercatores, quo Phustatum nihili redderet; quod tamen perficere non potuit. Scriba ipsi fuit Jacobita quidam nomine Athanasius, cui roganti ut ipsum ecclesiam exstruere in Kasril Shamaa [arce candelæ] permitteret, annuit. Exstruxit ergo ecclesiam Sancti Georgii, nec non ecclesiam Abukiri quæ intra arcem est, juxta Ashabol Rabiat [al. Rebat]. Fertur ecclesia Abukiri, reliquiis ecclesiæ Sancti Georgii exstructa. Obiit autem eo tempore Abdol Aziz Phustati, atque in ea sepultus est die lunæ mensis Iamadæ prioris duodecimo, anni octogesimi sexti, annos natus viginti duos. Obiit autem Abdollah Ebn Merwan, **372** mensis Shawali decimo, anni Heiræ octogesimo sexto, annos natus sexaginta duos. Chalifatus ipsius annorum fuit viginti. Fuscus fuit, staturæ quadratæ, barba prolixa, ventre prominenti. Sepultus est Damasci. Satellitum ipsi præfectus fuit Yazid Ebn Abi Jalsæ Sacsacencis : dein Abdolol Ebn Yazid Hacemencis. Janitor, Abul Rogairaga servus ipsius.

Chalifatus Al Walid Ebn Abdil Malec.

Juramentis illi præstitis inauguratus est Al Walid Ebn Abdil Malec Ebn Merwan ; cui mater fuit Waladah filia Abbasi Ebn Harbæ, Ebn Hareth Abasita, eo tempore quo decessit Abdolol Malec Ebn Merwani : imperavitque annos novem et menses novem. Mittens hic Hierosolyma templum Hierosolymitanum exstruxit, atque opere albario ornavit, petra in medio templi collocata, quam etiam ædificio cinxit, quod marmore incrustavit; quin et testudinem, quæ Christianis erat in ecclesia quam Baal Beci habuerunt et ex ære conflata, ac deaurata erat, dirutam petræ superimposuit; ad petram peregrinationes ab hominibus institui jussit. Mittens etiam ad Korram Ebn Shebali, Abbasidam, qui tunc temporis ipsius nomine Ægypto præfuit, templum A magnum totum diruit, atque **373-375** illud quod jam ibi est exstruxit aut ornavit ; columnarumque quæ in consessu Kaisi sunt capita deauravit; neque est in templo columna aliqua capite deaurato nisi in loco isto. Transtulit etiam suggestum dum templum dirueret, in [locum dictum] Kaisariatol 'Asal, ibique orabant homines, ibique diebus Veneris conveniebant, donec fabricam suam perfecisset : manet autem testudo in Kaisaria in hunc usque diem. Voluit etiam Walid templum quod Damasci est exstruere ; Christianis ergo accersitis dixit : In animo nobis est templo nostro addere ecclesiam hanc, Sancti Joannis scilicet (erat autem ecclesia valde pulchra, cui in tota ditione Damascena par alia non fuit), vobis autem pecuniam dabimus qua etiam B ipsi similem ubicunque velitis ædificare possitis : vel, si velitis, pretium ejus vobis numerabimus : obtulitque ipsis quadragies mille aureos. Illi autem abnuentes dixerunt : Nobis pactum est ; ac Chaledi Ebn Walidi libellum in medium protulerunt. Quamobrem iratus Walid ipse surgens trabem manu sua rescidit, nec non laterem, unaque cum ipso [ecclesiæ] diruendæ operam dederunt : itaque a parte orientali templum et adytum totum auxit [parte] ecclesiæ ipsorum, eo quo se habet modo. Anno chalifatus ipsius tertio constitutus est Theodorus patriarcha Hierosolymitanus ; annos **376** triginta quinque sedit, dein mortuus est. Eo tempore imperavit Romanis Justinianus, qui cum sex C annos regnasset, mortuus est. Obiitque Walid Ebn Abdil Malec mense Iomada posteriori anni nonagesimi sexti Heiræ, annos natus quadraginta tres. Corporis [statura] perfecta fuit, barba grandi, cui cani admisti erant : sepultus est Damasci. Satellitum ipsi præfectus fuit Caab Ebn Hazen Abasensis. Janitor, Saad libertus ipsius.

Chalifatus Solimani Ebn Abdil Malech.

Inauguratus Soliman Ebn Abdil Malech Ebn Merwan, cui mater Waladah filia Al Abasi Ebn Bahræ Abasensis mense Iomada posteriore anni Heiræ nonagesimi sexti. Fuitque imperium ipsius annorum duorum et sex mensium. Ejus tempore fuit Philippus imperator Romanorum, qui Maronita fuit. Annos duos cum dimidio imperavit. In D Ægypto vectigali, nomine Solimani Ebn Abdil Maleci, præfectus fuit Asamah Ebn Zaid Tannuchiensis. Hic ad Solimanum scribens, certiorem ipsum fecit columnam mensurandæ aquæ quam Holwani erexerat Abdol. Aziz Ebn Merwan nulli usui inservire; ad quem ergo rescribens jussit ipsum columnam exstruere in insula quæ inter fluvium Fustati et fluvium Allizæ interjacet. Exstruxit ergo Asamah anno nonagesimo septimo columnam quæ ad introitum **377-379** Jizi est, qua hodie metiuntur, vocaturque Alkadim [antiqua]. Anno chalifatus Solimani tertio constitutus est Stephanus patriarcha Antiochenus, qui annos triginta septem sedit, dein mortuus est. Obiit autem Soliman Ebn Adil Malec mense Safar anni Heiræ nonagesimi noni, annos natus triginta novem :

Digitized by Google

plexa est Nubia; et quotiescunque moreretur in aliqua Ægypti urbe episcopus, alium ipsis constituebat Jacobitarum patriarcha. Adeoque facta est Ægyptus tam superior quam inferior Jacobitica, excepta ecclesia Michaelis, quæ in Kasril Shamai [Arce candelæ] fuit. Illam scilicet retinuerunt Melchitæ, atque in ea orabant. Cumque moreretur ipsis episcopus, ad **388** Tyri metropolitam mittebant qui ipsis episcopum ordinaret. Neque ita se habere desiit Melchitarum in Ægypto et Alexandria status usque ad Kozmam patriarcham. Porro anno chalifatus Heshami decimo septimo constitutus est Elias patriarcha Hierosolymitanus, ubi annos triginta quatuor sedit, dein mortuus est. Obiit autem Heshamus mense Rabia posteriori anni Hejræ centesimi vicesimi quinti, cum annorum esset quinquaginta trium: sepultus est Rosafæ in ditione Al Rakkæ. Rufus fuit, strabus, facie deformi, indolis pravæ, avarus, opum corrasor. Satellitum ipsius præfectus fuit Caab Ebn Hamed. Janitor, Galeb, libertus ipsius. Qui maxima apud ipsum gratia pollebat Said Ebnol Walid Al Abrash, Calbensis. Scriba, Salem Ebn Abdil Aziz.

Chalifatus Alwalidi Ebn Yazidi.

Inauguratus est Al Walid Ebn Yazidi, Ebn abdil-Malec, Ebn Merwan, cui mater Ommol' Hajaji, filia Mohammedis Ebn Yusef, Ebnol' Hacemi, Ebn Abi Okail, Thakafensis. Fuit hic stolidus, fatuus, lusui deditus: imperavit annum et tres menses, dein convenientes homines qui facta ejus improbarent ipsum interfecerunt Jomada posteriori, anni centesimi vicesimi sexti; projectusque est in Bohaira regione Damascena; **389-391** annorum fuit quadraginta. Accidit ergo in Syria contentio et motus. Facie erat pulchra, lingua eloquenti, statura perfecta. Satellitum ipsi præfectus fuit Abdorrahman Ebn Homaidi, Calbensis. Janitor, Katrus libertus ipsius.

Chalifatus Yazidi Ebnol' Walidi.

Inauguratus est Yazid Ebnol' Walid Alnakes, qui est Yazid Ebnol Walid Ebn Abdil Malec, Ebn Merwan; cui mater Persa fuit, videlicet Shahkud, filia Phiruzi Cesræ regis Persarum, filii Yazdejerdi, filii Shariar; cui avia fuit filia Mauricii imperatoris Romanorum: atque ita dicere solebat: Sum ego filius Cesræ et filius Merwani, mihique avus Mauricius, et avus Sasan. Præfectus imperio fuit, mense Rajeb, imperavitque menses quinque, dein mortuus est fine mensis Dulkaadæ anni Hejræ centesimi vicesimi sexti, annos habens triginta; sepultus est Damasci. Satellitum ipsi præfectus fuit Yazid Ebnol' Sammadjy chmensis: Janitor Salam libertus ipsius.

Chalifatus Merwani Ebn Mohammed [cognominati Al Jaadi].

Mortuo Yazido Alnakes, juramento fidelitatis præstito [chalifam renuntiarunt] homines in **392** Syria Abrahimum filium Al Walidi Ebn Abdil Maleci; at cum quatuor menses imperasset, imperio exuerunt. Venitque Merwan Ebn Mohammed, Ebnol Hacemi Ebn Armenihi (cui mater erat Arina, quæ uxor fuerat Mosabi Ebnil Zobair, at postquam ille interficeretur Mohammedi Ebn Merwani, Ebnil Hacemi). Merwanus iste cum in Syriam venisset juramentum fidelitatis ipsi præstiterunt e Damascenis quidam, contradicente Solimano Ebn Heshami, Ebn Abdil Malec, aliisque Ommaidarum. Tum congregatis contra ipsum Syriæ incolis, et plerisque eorum qui ab Hashemidarum partibus starent in Chorasano, fugerunt ipsius copiæ, cæsique sunt exercitus ejus, interficientibus Chorasanis incolis magnam e Syriæ Damascenæ et Eraki incolis multitudinem, quorum et opes diripuerunt, mulieresque ac liberos captivos duxerunt. Imperavit Merwan annos quinque: bellis interim, oppugnantibus undique ipsum regionum [diversarum] incolis, vexatus. Deinde, cum ab Al Zab Musilam fugeret, inde in Mesopotamiam, deinde per Syriam transiens, donec in Ægyptum perveniret, missi post ipsum Saldum usque Hashemidarum exercitus ipsum quæsitum assecuti sunt eum in vico quodam Ashmuri, cui nomen Busir Kurindes, ubi occisus est, cum annorum esset sexaginta novem. Cædis ipsius cura commissa fuit Amero Ebn Ismael Salmensis. **393-395** Cognominatus autem est Merwan Al Jaadi, quia in ipsum resque ipsius potestatem præcipue habuit Al Jaad Ebn Darhami. Satellitio ipsius præfuit Al Cauthar Ebn Al Aswad, Anawensis. Janitor ejus fuit, Saklab libertus.

Chalifæ Abbasidæ.

Chalifatus Abil' Abbas AlSaffahi. Fuitque juramentum fidelitatis præstitum Abil' Abbaso (qui est Abdollah Ebn Mohammed, Ebn Ali, Ebn Abdollahi, Ebnol Abbasi, Ebn Abdil Motallabi, cui mater Radiah filia Abdollahi, Ebn Obaidollahi, Ebnil Abbasi, Ebn Abdil Maddeni, Ebnil Daiani, Harethensis), Cusæ die Mercurii, undecimo mensis Rabiæ posterioris anni Hejræ centesimi tricesimi secundi. Hic equo ad templum vectus die Veneris ad homines, pedibus stans sermonem habuit, cum Ommaidæ sedentes orationes suas habere solerent. Misit hic exercitus contra Yazidum Ebn Omar Ebn Abi Horairæ Wasetum: misit etiam patruum suum Abdollahum Ebn Ali contra Merwanem Ebn Mohammed, quem in fugam dedit, donec ipsum Mesopotamia et Syria expelleret. Tum Salehum Ebn Ali misit, qui eumdem in Ægyptum insecutus est, primæ ejus aciei præfecto Abu Auno, donec ipsum interfecisset. Romani autem cum mortuo imperatore Leone multi **396** illos male tractarent, ac turbatæ essent ipsius imperii res, virum quemdam e Marashi incolis nomine Artabatum sibi præfecerunt, cujus imperium turbis plenum fuit tempore Abil Abbasi et Mansoris. Condidit autem Abul Abbas in Anbaro urbem quam Hashemiam appellavit. Fuit chalifatus ipsius annorum quatuor, et novem mensium: mortuus est in Anbaro, die Dominico, mensis Dil Hujjæ duodecimo, anni Hejræ centesimi tricesimi sexti, sepultus in

Digitized by Google

urbe Hashemia. Fuit Abul Abbas procerus, facie A pulchra, statura perfecta. Satellitum ipsi præfectus fuit Abdol Iabbar Ebn Abdor-Rahmani, Azdensis: Janitor, Ebn Gaffan libertus ipsius.

Chalifatus Iaafari Almansuri.

Confecerat Abul Abbas testamentum in quo hæredem constituerat fratrem suum Abi Iaafar, Abdollahum Ebn Mohammed, Ebn Ali, Ebn Abdollahi, Ebnol Abbasi (cujus mater concubina fuit, nomine Salamah filia Bashari, quæque Basoræ nata fuit), eodemque patruo suo Isæ Ebn Ali, Ebn Abdollahi Ebnol Abbasi tradito; Ubi (inquit) mortuus fuero, homines fidem juramento obstringere facias illi cujus in hoc testamento mentio facta est. Ubi ergo e vivis excesserat Abul Abbasi, fidem dare fecit Isa Ebn Ali Hashemidas, qui Anbari B erant, ducesque **397-399** Abi Iaafaro Abdollaho Ebn Mohammedi. Iaafar autem tunc temporis peregrinationem religionis ergo instituerat, comitante ipsum Abu Moslemino. Litteris ergo scriptis hujus rei certiorem ipsum fecerunt, cujus ubi notitia ad ipsum pervenit, juramentum ipsi præstiterunt Abu Moslem, cæterique, qui cum ipso erant duces. Anbarum ergo tendit. Fuit autem Abdollah Ebn Ali, Ebn Abdollahi, Ebnol Abbasi in Mesopotamia [ibique] sibi imperium vendicavit; ad quem mittens Abu Iaafar Abu Moslemum, ipsum profligavit. Reversusque est AlMansur Cufam. Tum Bagdadum urbem condidit, quam Medinatol' Salam [id est urbem pacis] appellavit. Vocata est C autem urbs Bagdad ideo quod in ea esset monachus quidam nomine Bagdad; cui claustrum erat in terræ amplæ ac pulchræ medio, qui locus cum Abi Iaafaro placeret, ipso delineato, in eo urbem condidit, quæ Bagdad appellata est nomine monachi; quasi dicat: Exstruxit Abu Iaafar urbem in loco Bagdadi monachi. Anno chalifatus Abi Iaafari AlMansuri primo, constitutus est Prophylactus patriarcha Antiochenus, qui annos octodecim sedit, dein mortuus est. Ejusdem anno vicesimo constitutus est Theodorus patriarcha Antiochenus, qui annos viginti tres sedit, dein mortuus est. Anno chalifatus ejusdem quarto constitutus est Balatianus patriarcha Alexandrinus, **400** qui et medicus fuit: D annos quadraginta sex sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem primo constitutus est Theodorus patriarcha Constantinopolitanus; qui annos viginti sex sedit, dein obiit. Non autem mihi scire contigit nomina patriarcharum Constantinopolitanorum a tempore quo mortuus est Theodorus ad hoc usque quo hunc librum composui, ut nec patriarcharum Romanorum, a tempore Agabii patriarchæ Romani; nec quid de ipsis narretur. Anno chalifatus ejusdem AlMansuri vicesimo constitutus est Georgius patriarcha Hierosolymitanus; qui annos triginta sex sedit, dein mortuus est. Mortuus est etiam Artabatus Romanorum imperator, post quem iisdem imperavit Constantinus filius Leonis. Porro peregrinationem instituit AlMansur anno Hejræ centesimo quinquagesimo octavo, obiitque Mecchæ mensis Dil Hajjæ nono, annos natus sexaginta octo, cum chalifatu functus esset annos viginti duos. Oravit pro ipso filius ipsius Salehus; sepultusque est Mechæ juxta puteum Maimonis. Fuit Abu Iaafar AlMansur procerus, fuscus, raris mystacibus, barbæ parte anteriori prolixa. Satellitio ipsius præfuerunt Abdol Iabbar Ebn Abdir'rahman, Azdensis, Ebn Caab, Ebn Musa, Tamimensis et AlMosaiyeb AlZahari, Dabbensis. Janitor ejus fuit Abul Chatib Marzuc libertus ipsius et, post ipsum AlRabius libertus ipsius.

401-403 *Chalifatus AlMohdii.*

Mortuo Mecchæ Almansuro fidem obstrinxerunt Saleb Ebnol Mansur; et Isa Ebn Musa, AlMohdio Ebn Mohammed, Ebn Abdollah, Ebn Mohammed, Ebn Ali, Ebn Abdollahi, Ebnol Abbasi; cui mater erat Omno Musa, filia AlMansuri, Ebn Abdollah[1], Ebn Sahwi Hamyarensis, Ebn AlRoaini. Peregrinationis ergo [ritus] hominibus perfecit Saleb Ebn AlMansuri: vel referentibus quibusdam, Mohammed, Ebn Yahya, Ebn Mohammed, Ebn Ali, Ebn Abdollahi, Ebnol Abbasi: et ad AlMohdii obsequium invitavit. Nuntium autem ad AlMohdium, qui Bagdadi tunc erat, pertulit Monarah AlMansuri servus. Præstita ergo sunt illi juramenta Bagdadi, ultimo DilHajjæ, anno centesimo quinquagesimo octavo. Porro mortuus est Constantinus Leonis filius Romanorum imperator, succedente ipsi in imperio filio ipsius Leone, filio Constantini, filii Leonis. Fuit autem AlMehdii chalifatus annorum decem cum mense et sexdecim diebus. Obiit mense Moharram anni Hejræ centesimi sexagesimi noni, cum annorum esset triginta novem, idque in vico dicto AlRud e terra Masabdan, ubi et sepultus est. Fuit idem facie, corpore, et statura pulchris, in oculo dextro albuginem **404** habens. Satellitibus ipsius præfectus fuit Nas Ebn Nosair, Ebn Malec, Chozaensis; eoque mortuo Hamzah Ebn Malec, Ebn Abdollahi, Ebn Malec. Janitor ipsius AlRabius libertus ipsius: dein AlHosaia Ebn Rashed libertus ipsius.

Chalifatus Musæ AlHadi.

Mortuo AlMohdio in AlRud regionis Mosabdan oppido, suffectus est Musa Ebnol Mohdi, cui mater concubina, nomine Alchizaram, filia Atæ natus Jorfæ e regione Yaman. Fuit autem Musa AlHadii in regione Jurjan bello Madar Hormozo domino Tabarestani inferendo occupatus. Juramentum ergo fidelitatis erga fratrem suum ab iis qui aderant Hashemidis, ducibusque suis exegit Harun Mohdii filius, misso Salmatol Wasiph Mohdii liberto, qui veredis præfectus erat, quo nuntium ad Musam perferret, reversusque est Harun Ebnol Mohdi cum ducibus Bagdadum, donec adveniret Musa AlHadi. Fuit chalifatus ipsius mensium quatuordecim. Obiit autem Musa AlHadi extra Bagdadum loco quem Isabad vocant; ibidemque sepultus, cum annorum esset viginti quinque: pulcher fuit, eques, corpore

Digitized by Google

valens. Satellitibus ipsius præfectus fuit Abdollah Ebn Hazem, Ebn Hozaimah, Tamimensis : deinde ipso abdicato Abdollah Ebn Malec, Chozaensis.
405-407 Janitor ipsius Al Rabius; tum eo mortuo munere illo functus est AlFadlus Ebnol Rabii.

Chalifatus Haruni AlRashidi.

Tum præstito juramento fidelitatis evectus est AlRashid, AlMohdii filius, cui mater fuit AlChaizaran, ad chalifatum eadem nocte qua obiit Musa AlHadi, nempe die Veneris decimo quarto mensis Rabii prioris, anno centesimo septuagesimo, qua etiam nocte natus est ipsi filius AlMamun. Hic rerum gerendarum curam commisit Yahyæ Ebn Chaled, ebn Bormac : novies in chalifatu suo peregrinationem obiit : octies Romanorum ditiones bello aggressus est. Tum in Bormacidas iram concepit mense Sasar anni Hejræ centesimi octogesimi septimi. Fuit chalifatus ipsius annorum viginti trium cum duobus mensibus et diebus sexdecim. Porro mortuus est Leo Constantini filius Romanorum imperator, succedente ipsi in imperio Nicephoro Stiraki filio, qui cum inducias ab AlRashido peteret, ipse cum eo ad triennium inducias fecit. Ægypto, nomine AlRashidi, præfuit Musa Ebn Isa Hashemida; qui templi magni, quod Mesri est, partem posteriorem ædificiis auxit, eo quo nunc se habet modo. AlRashid autem cum Musam Ebn Isæ loco abdicasset
408 Abdollahum Ebnol Mohdii præfecit. Porro dono dedit Abdollahus AlRashindo puellam ex Yamanensibus, qui inferiorem terræ Ægyptiacæ partem [incolunt], quam, cum forma excellens et formosa esset, valde amavit AlRashid, eadem cum morbo gravi laboraret, nec prodesset ipsi ulla medendi ratio quam adhibuerunt medici, AlRashido dixerunt : Ad Abdollahum deputatum Ægypti tuum mittas, quo ad te aliquem e medicis Ægyptiacis mittat : talis siquidem huic puellæ medendæ magis idoneus erit quam medici Erakenses. Misit ergo AlRashid ad Abdollahum Ebn AlMohdi, ut medicorum Ægyptiacorum peritissimum exquirens eum ad ipsum mitteret, atque insuper, quomodo se haberet atque affecta esset puella, ipsi indicavit. Accersens ergo Abdollahus Balatianum patriarcham Alexandriæ, Melchitam, qui rei medicæ peritus fuit, quomodo se haberet puella, qualique morbo affecta, ipsi indicavit et ad AlRasidum misit. Qui ergo secum tortas Ægyptiacas duras et muriam assumens, ubi Bagdadum pervenisset, ad puellam ingressus ipsi tortam rusticam, et muriam comedendam dedit. Unde ad temperamentum suum primum rediit, recedente ab ipsa morbo : quare ab eo tempore ex Ægypto ad penarium regium portari solent tortæ asperæ et muria. AlRashid autem Balatianum patriarcham multis nummis donavit. Scriptis etiam
409-411 litteris mandatoriis [quibus] omnes ecclesias in regione Jacobitarum quas [Melchitis] ablatas possederant, reddi [jussit]. Reversus ergo Bala-

A tianus in Ægyptum ecclesias repetit : mortuusque est cum munere patriarchali functus esset annis quadraginta sex. Constitutus est post ipsum patriarcha Alexandrinus Eustatius, idque anno chalifatus AlRashidi decimo sexto. Fuerat autem Eustatius iste linarius, qui cum in domo in qua linum contundere solebant, thesaurum invenisset, monachatum in monasterio AlKosairi amplexus est, factusque monasterii præfectus in eo ecclesiam duorum Apostolorum exstruxit; episcopo etiam cubiculum fabricavit, ac postea Alexandriæ patriarcha constitutus est; ubi cum quatuor annos sedisset, mortuus est. Successitque ipsi in eodem patriarchatu Christophorus : idque anno chalifatus AlRashidi vicesimo. Deinde paralysi correptus est
B Christophorus patriarcha, adeo ut hominum manibus gestaretur; quare quidam nomine Petrus episcopus constitutus, cathedræ patriarchali insidens ipsius vice episcopos ordinavit. Sedit autem Christophorus annos triginta duos, dein mortuus est. Porro anno chalifatus AlRashidi octavo constitutus est Theodoritus patriarcha Antiochenus, qui annos septemdecim sedit, dein mortuus est. Chalifatum etiam tenente AlRashindo eclipsim passus est 412 sol post preces pomeridianas, adeo ut apparerent stellæ; quare Deum cujus nomen gloriosum est, inclamarunt homines, eique supplicarunt. Quinetiam contra AlRashidum in Chorasano prodiens Rapheus Ebn Lithi eam occu-
C pavit : quamobrem cum Chosaranum tenderet AlRashid, Georjani morbo correptus, Tusum se recepit, AlMamune cum exercitu magno Merawum misso. Obiitque AlRashid mense Jomada posteriori anni centesimi nonagesimi tertii, annos habens quadraginta sex. Sepultus est Tusi in urbe AlTiran. Juramentum autem fidelitatis præstiterunt qui aderant ex ipsius filiis, domesticis ac ducibus, Mohammedi Ebn Zobaidæ filio ipsius, reversusque est AlPhadlus Ebnol Rabii cum hominibus Bagdadum. Fuit AlRashid statura perfecta, facie venusta, barba nigra, coma spissiori, quam, cum peregrinaretur, radebat. Satellitibus ipsius præfuit AlKajem Ebn Nasri, Ebn Maleci, tum Hamzah Ebn Hazemi, Ebn Chaidillahi, Ebn Maleci; deinde Ha-
D phedh Ebn Omari Ebnol Shojairi. Janitor ipsius fuit Bashar Ebn Maimum, Ebn Mohammed, Ebn Chaled, Ebn Barmaci. Tum rediit AlPhadl Ebnol Rabii ad Janitoris munus.

413-415 *Chalifatus Mohammedis AlAmini.*

Perlatum est nuntium mortis AlRashidi Bagdadum die Mercurii, qui duodecimus fuit ante finitum mensem Jomadæ posteriorem. Cum convenisset ergo populus, filius ejus Mohammed ascenso suggesto illud publicavit. Ipsumque eodem die chalifam salutarunt homines. Orta est autem inter ipsum et AlMamunem dissensio. Mater Mohammedis AlAmini nomine erat Ommo Jaafar, filia Abi Jaafar AlMansoris. Misit ergo Mohammed AlAmin in Chorasani regionem Alim Ebnlsæ,

Digitized by Google

Ebn Mahan, bellum AlMamuni illatum; Mamu vero Marwa misit Tdhaherum Ebnol Hosain Ebn Saab AlRusjensem, qui Ali Ebn Isæ cæso, Mohammedis AlAmini copias in fugam vertit; Bagdadumque profectus adjungentibus se ei Hazimah Ebn Ayoni et Homaido Ebn Abdil' Hamid Tusensi. Salutatusque est AlMamun chalifa Chorasani anno centesimo nonagesimo sexto, ac pertingente dissensione Bagdadum usque occisus est ibi Mohammed AlAmin die Sabbati, quinto ante finitum mensem AlMoharram anno centesimo nonagesimo octavo. Fuit chalifatus ipsius usque ad cædem ipsius annorum quatuor cum octo mensibus ac sex diebus. Annos tunc natus fuit viginti octo. Porro mortuus **416** est Nicephorus Estabraki filius Romanorum imperator, imperante post ipsum Romanis Estabrako Nicephori, filii Estabraki, filio. Anno chalifatus Mohammedis AlAmini tertio constitutus est Thomas (cui cognomen Tamrikus) patriarcha Hierosolymitanus; ubi annos decem sedit. Fuit Mohammed AlAmin facie pulchra, corpore integro, colore candido, pinguis, corpore robusto, digitis elegantibus. Sepultum est corpus ipsius Bagdadi, caput autem Chorosanum perlatum. Satellitibus ipsius præfuit Ali Ebn Isæ, Ebn Mahan. Janitor ipsius, AlFadlus Ebnol Rabiæ; maxima apud ipsum gratia pollebat AlFadlus Ebnol Rabiæ.

Chalifatus AlMamunis.

Præstitis juramentis chalifa renuntiatus est AlMamun in Chorasan (estque ipse Abdollah, Ebn Harun AlRashidi, Ebn Mohammed AlMohdi, Ebn Abdollah, Ebn Harun, Ebnol Mansur, cui mater fuit Marajel AlBadegisensis) anno centesimo nonagesimo sexto. Interfectus est autem Mohammed Afi-Amin, frater AlMamunis Bagdadi sub fine mensis Almoharram, anno centesimo nonagesimo octavo occupante Tdhahero Ebnol Hosain urbis partem orientalem, Hozaima occidentalem, atque Homaido Ebn AbdilHamid Tusensi quatuor ab eadem parasangis sedente. **417-419** Præfectusque est AlHosain Ebn Sabl Erako, in cujus potestatem venerunt Eraki ditiones unaque aliæ. Fuerunt autem regiones omnes dissidiis plenæ, cum in singulis essent qui sibi imperium vendicarent tam ex Ali prognatis quam aliis. Discedens autem AlMamun e Chorasano Bagdadum pervenit, mense Saphar anni ducentesimi quarti, satellitibus suis præfecto Tdhahero Ebnol Hosain, hominesque ad unum omnes securos esse jussit. Superavit etiam Abrahimum Ebnol Mohdi, qui Ebn Shaklah audiit, qui imperium sibi vindicaverat, atque imperator fidelium appellatus fuerat. In cæteras etiam regiones cum copias mitteret, subjugatæ sunt ditiones omnes, eoque audito manus dederunt quotquot sibi potestatem arripuerant, et seditionibus finis impositus est. Dixit Abu Isaac Abrahim Ebn ol Mohdi, qui Ebn Shaclah appellatus est. Non desierunt epistolæ inter homines hac forma inscribi, Ab N. Ebn N. ad N. Ebn N. aut ab Abi N. ad Abi N. aut ad Abi N. ab Abi N. aut ad Abi N. ab N. Ebn N., sine ulla in titulis comprecatione, usque ad cædem Mohammedis AlAmini; meminitque cursorum Bagdadi præfectum litteras ad ipsum a Dil' Riyasataini [duos principatus habente] AlPhadlo curasse sic inscriptas: Abi Isaaco quem conservet Deus excelsus ab Abi Abbaso. Quarum (inquit Abu Isaac) **420** ubi inscriptionem viderem, ipsas ad patruum meum Solimanum misi, quo ipsi ut novum quid ostenderem, cumque ad ipsum pervenissent litteræ meæ, attulit mihi janitor ipsius alias a Dil-Riyasatain ad ipsum missas, eodemque modo quo quas ad me dederat inscriptas. Atque ex eo tempore in inscriptionibus litterarum suarum comprecationes adhibere consueverunt. Porro in Ægypto fuit Mohammed Ebnol Sarii, Ebnol Hacemi, qui rebellis factus, seque ab AlMamunis obsequio subducens, Ægyptum occupavit, quam et ante ipsum occupaverat pater ipsius AlSarius: misit ergo AlMamun, Obaidallahum Ebn Tdhaheri in Ægyptum; qui eo perveniens Ebnol Sarium salutavit, utpote qui eo tempore quo Ægyptum ingressus est Obaidallah, præfectus fuerat. Hic ergo Ægyptum ingressus collectas opes Bagdadum ad AlMamunem abduxit. Idemque, copia per litteras ab AlMamune scriptas ipsi concessa, templum commune quod Mesri est, [palatio] Paril' Ramli toto auxit, excepta, quam reliquit, monetariorum domo. Porro vacillavit Hierosolymis ecclesiæ Resurrectionis testudo, adeo ut parum abesset quin decideret. Accidit autem in Palæstina atque Hierosolymis fames gravis, cum locustarum multitudine, adeo ut fame perirent homines, fugerentque Moslemini Hierosolymis præ annonæ caritate, neque eorum ibidem aliqui superessent **421-423** paucis admodum exceptis. Thomas ergo patriarcha (qui Tamrik audit) opportunitatem hanc, qua Moslemnis vacua esset urbs, lucratus, Cyprum mittens cædi curavit cedrorum et abietum quinquaginta truncos, eosque Hierosolyma adduci. Fuitque vir quidam ex Buræ in Ægypto incolis nomine Bocam opibus abundans, Hic ad Thomam patriarcham Hierosolymitanum magnam pecuniæ vim mittens, qua testudinem instauraret, jussit a nemine mortalium quidquam accipere: quod si pluribus adhuc pecuniis opus haberet, se ad ipsum esse missurum. Thomas ergo patriarcha testudinem paulatim diruens, lignis istis intromissis superstruxit. Vidit autem in insomnio, e columna quadam ex iis quibus sustentabatur testudo [templi] Resurrectionis prodeuntes quadraginta viros qui testudinem sustinerent, ne caderet, [e] columna scilicet quæ domui supposita est: experrectus ergo dixit: Sunt quadraginta illi qui testudinem sustinent, quadraginta martyres: quadraginta ergo tigna in testudinem immisit, quorum unumquodque sinu compleeteretur homo ad numerum quadraginta martyrum. Estque columna ista quæ sita est e regione pulpiti secus altare ad latus australe, juxta quam,

Digitized by Google

quoties fuerit festum quadraginta martyrum, festum iis celebrant. Cumque jam perfecisset Thomas patriarcha instaurationem **424** testudinis [immissis] tignis, eamque et superius et inferius incrustasset, ædificavit supra testudinem istam e lignis et aliam, eo inter ipsas relicto spatio quo incedere quis possit.

Cum ergo ex Ægypto reverteretur Obaid Allah Ebn Tdhaher Bagdadum tendens, querelam ad ipsum detulerunt Moslemini, Christianos transgressos, illud quod non liceret ipsis fecisse, testudinem ecclesiæ Resurrectionis diruentes; eamque cum parva esset, augentes, adeo ut quam antea fuerat major evaderet et testudinem Petræ altitudine superaret. Obaidallah ergo accersitum Thomam patriarcham, aliosque cum eo multos, in carcerem conjecit, hanc in rem inquisiturus, ut si verum comperiretur illud cujus insimulati sunt, flagris ipsos cæderet. Ad quos ergo carcere inclusos noctu accedens senex quidam Mohammedita, Thomæ patriarchæ sic dixit: Ego edocturus sum te argumentum, quo et tu et comites tui evasuri estis, auxiliante Deo, nec non et testudo; eo pacto, si mihi spondeas daturum te mihi mille aureos, mihique et liberis meis liberorumque liberis, donec deficiant, in perpetuum exhibitum iri demensum ex hujus testudinis reditibus, quemadmodum sacerdotibus et diaconis. Promisit ergo ipsi Thomas patriarcha omnia quæ petiit, idemque scripto suo ipsi testatus est. Dixit igitur illi: Ubi te accersiverint ac testimonia contra te protulerint, **425-427** sic dicas: Servet Deus imperatorem, certe reparatione opus habuit locus quidam in testudine, egoque eum instauravi, ita ut nihil interim diruerim, nihil addiderim. Illi autem qui testimonium perhibent contra me testantur testudinem minorem fuisse quam nunc est, meque ei addidisse; interroget ergo ipsos imperator, quanta fuerit testudinis parvæ quam, uti autumant, dirui, crassities quantaque hujus quam exstruxi atque ampliorem feci, quo sciat imperator quantum sit inter utramque a me additum. Neque enim unquam hoc scire possunt. Die ergo crastino accersitis Thoma patriarcha et comitibus ipsius, aderant etiam Moslemii, qui testati sunt auctam fuisse testudinem, contra quos eo usus est argumento Thomas. Dixit igitur ipsis Obaidollah Ebn Tdhaheri: Verum est quod prætendit, quod et nos ipsi confirmabimus. Indicate mihi quanta erat testudinis antequam diruta fuit, crassities? quantaque hoc tempore? Respondentibus ipsis: Nos hoc explorabimus, dissolutus est consessus, profectusque est Obaidallah Ebn Tdhaher Damascum: Thomas autem patriarcha, et comites ipsius Hierosolymam reversi sunt gaudio affecti. Dedit ergo Thomas patriarcha (seni isti Mohammedano mille aureos; nec desierunt exhiberi ipsi demensa et post ipsum liberis ipsius, nec non liberorum liberis, donec haud superesset ex ipsis **428**

A quispiam una excepta filia, quam demenso isto privavit Elias Ebn Mansur patriarcha Hierosolymitanus. Mortuo autem Thoma patriarcha, præfectus est post ipsum discipulus ipsius, nomine Basilah, Hierosolymis patriarcha: idque anno chalifatus AlMamunis septimo; cathedram autem occupavit Basilah annos viginti quinque, dein obiit. Anno primo chalifatus AlMamunis constitutus Iob patriarcha Antiochenus, qui annos triginta unum sedit.

Reversus autem Obaidollah Ebn Tdhaheri Bagdadum, ad Almamunem, quomodo se haberent res in Ægypto, quidque ibi egisset quo eam in ordinem redigeret, ipsi indicavit. Post hæc tumultuati sunt Al Bimaidæ, ut Cophtitice dicuntur, cujus interpretatio est Progenies quadragenorum, siquidem
B Romani cum Ægypto discederent occupante eam religione Mohammedica, relicti sunt ex ipsis viri quadraginta, qui liberis ibi genitis multiplicati sunt; atque in inferiore terræ Ægyptiacæ parte progenie aucti, appellati sunt Bimai, id est Quadraginta virorum progenies. Hi igitur rebelles facti vectigal et tributum pendere noluerunt. Quod cum Al Mamuni nuntiatum esset, misit ille Almotasemum copiis instructum in Ægyptum, quem pugna exceperunt Al Bimaidæ, ut et ipse illos; quos et magna ipsorum strage edita in fugam dedit feminasque ipsorum, et liberos Bagdadum captivos abduxit, quo **429-431** reversus est postquam Ægyptum in ordinem redegerat. Tum et ipse Al Mamun comi-
C tante Al Motasemo in Ægyptum profectus est, eamque ingressus die Veneris, mensis Al Maharram nono, anno Hejræ ducentesimo decimo septimo, ac primo mensis Saphar ad Al Bimaidas profectus est; dein ab ipsis reversus Metsram et Phustatum ingressus est die Sabbati, mensis Saphar decimo quarto, atque ex Ægypto discessit mense Al Rabia priori ejusdem anni. Cum autem in Ægyptum venisset Al Mamun, turrim sibi exstruxit in monte Al Mokattam, in qua sedit, appellataque est Kobbatol Hawa [turris desiderii]. Aderant autem Al Mamuni cubicularii duo Christiani, qui cum longe abessent ecclesiæ quæ in palatio erant, copiam ab Al Mamune impetrarunt ecclesiam in qua orare poterant, ædificandi, quæ a Kobbatil Hawa prope
D abesset: quod illo ipsis concedente, exstruxerunt ecclesiam Sanctæ Mariæ, quæ juxta pontem est, atque hodie appellatur Ecclesia Romanorum, cum antea vocaretur Ecclesia duorum cubiculariorum. Fertur ipsos eam exstruxisse reliquiis ædificii Kobbatil Hawa. Exstruxit etiam Al Mamun in Said regione Ægyptiaca columnam, quo dignoscatur Nili incrementum, loco qui Shurat appellatur in vico Babanudah dicto. Instauravit idem mensuram in Achmim. Ad Al Mamunem **432** autem accedens, Bocamus Christianus e Buræ incolis, ille qui nummos misit ad instaurandam ecclesiam Resurrectionis, ab illo petiit ut Buræ præficeretur (dives autem admodum fuit), cui Al Mamun, Religionem (inquit) Mohammedicam amplectere, erisque mihi servus,

Digitized by Google

ac te præficiam; respondet Bocamus, Imperatori fidelium servorum Mohammedanorum myrias est, annon erit unus servus Christianus? Ridens ergo Al Mamun ipsi præfecturam Buræ et locorum adjacentium commisit.

Condidit ergo Buræ multas ecclesias pulchras. Juxta januam autem ædium ipsius erat templum [Mohammedicum] commune. Dixit ergo Buræ incolis Mohammedanis: Ædificabo vobis templum commune aliud, si templum hoc, quod juxta januam domus meæ est, dirueritis. Cui Moslemini: Exstrue templum aliud, nos [interim] hoc in templo orabimus, at cum templum illud absolveris, in eo orabimus, atque hoc diruemus. Exstruxit ergo templum magnum, pulchrum; quod cum absolvisset, dixit: Solvite mihi quod promisistis, ac templum quod ad januam meam est, diruite: cui illi: Haud permissum est nobis religione nostra, ut templum in quo oravimus, ad preces convocavimus, et convenimus, diruamus, nequaquam hoc permittit religio nostra: eo ergo quo se habuit statu relictum est **433-435** templum; atque ita Buræ duo fuerunt templa in quibus convenirent, quorum in hoc una die Veneris, in illo altera orabant. Bocamus vero, cum esset dies Veneris, vestibus nigris indutus, gladioque ac balteo cinctus equo vehebatur, comitibus suis stipatus, cumque ad templum venisset ibi sustinebat, ingrediente deputato ipsius, qui Mohammedanus fuit, ut cum populo oraret, et chalifæ nomine memorato concionem haberet; ac tum ad ipsum egrediente. Neque desierunt Christiani vestes nigras induere, ac equis vehi, usque ad tempus Al Motawacceli. Reversusque est Al Mamun Bagdadum. Constantinus autem, Nicephorum Estabraki filium superatum cum in potestatem suam redegisset, Romanis imperavit. Porro Al Mamun, tres in hostes expeditiones suscepit, quarum ultima fuit anno ducentesimo decimo octavo, et cum Albadandunam pervenisset, ibi ægrotavit, diemque obiit. Gestatus est ergo ac in urbe Tarso sepultus. Chalifatus ejus ex quo in Chorasan chalifa salutatus est annorum fuit viginti duorum: obiit annos natus quadraginta octo, mense Rajeb, anno ducentesimo decimo octavo. Candidus erat admista flavedine, facie venusta, barba promissa ac multum canescente. Satellitibus ipsius præfectus fuit Zobair Ebn Masaiyeb Dobbensis. Deinde Tdhaher Ebnol Hosain; in eos etiam potestatem habuit
436 Isaac Ebn Abrahim. Janitor ipsius fuit cum in Chorasano esset, Al Hosain Ebn Abi Said, tum Ali Ebn Abi Salehi Saheb Al Mosailæ. Plurimum apud eum potuit, initio chalifatus ipsius, Dul Riyasatain Al Phadlus Ebn Sahali. Tum post eum multi, e quibus, Al Hosain Ebn Sahali, Omar Ebn Saidi, et Ahmed Ebn Abi Chaledi.

Chalifatus Al Motasemi.

Chalifa renuntiatus est Al Motasem, qui idem est Abu Isaac Mohammed Ebn Haruni 'lRashidi (cui mater concubina nomine Maredah), Tarsi, pro-

A pendentibus e ducibus Al Mamunis nonnullis ad hoc ut Al Abbasum Al Mamunis filium ad chalifatum proveherent. At cum ad obsequium illius se fide data obstrinxerat Al Abbas, idem etiam præstiterunt reliqui duces; perlataque est inauguratio Bagdadum, ubi fidem ei pollicitus est Abu Isaac Abrahim Ebnol Hosain, Ebn Mosaabi qui tunc temporis Bagdadi fuit, nec non quicunque Bagdadi erant Hashemidæ ac duces. Ad obsequium etiam ejus se obstrinxit Abdollah Ebn Tdhaheri in Chorasano, eumque Al Motasemum appellavit. Pervenit autem Al Motasem Bagdadum initio mensis Ramadani, anno ducentesimo decimo octavo, a qua non discessit usque ad annum ducentesimum **437-439** tricesimum secundum. Tum Sarmanraiam profectus eam muro cinxit, ibique cum exercitibus suis sedem fixit; misso Aphshino Condarao Ebn Causi contra Tabacum Iormensem: cujus urbe expugnata ipsum vinctum cum sociis suis abduxit. Fuit expugnatio ista mense Ramadano anni ducentesimi vicesimi secundi. Misit etiam Ajifum Ebn Anbasæ contra Al Zottos, qui in Al Batayeh [paludibus inter Waset et Basram] fuerunt, quos captivos secum abduxit. Al Maziad etiam vi occupavit Tabarestanum. Misit ergo Abdollahum Ebn Tdhaheri cum patruo suo Al Hasen Ebnol Hosain, qui ipsum compedibus vinctum ad Al Motasemum adduxit. Intravit etiam Al Motasem Romanorum regiones ipsas expugnatum, secumque abduxit Iobum Antiochiæ patriarcham, et obsidione cinxit urbem Ancyram; ubi Iobus patriarcha Romanos lingua Romana allocutus: Obedite, inquit, regi, ipsique tributum pendite. Melius hoc est quam ut occidamini, et captivi fiatis. Romani ergo conviciis ipsum ac lapidibus petierunt. Al Motasem autem captam urbem Ancyram incendit. Tum Amuriam profectus, ipsam etiam mensis spatio (vel secundum aliud exemplar, pluribus mensibus) obsedit. Iobus autem patriarcha quotidie ad arcem solus accedens Romanos lingua Romana allocutus, metum illis incutere ac rogare, ut tributum Al Motasemo **440** darent quo ab ipsis recederet; at illi et convicia et lapides in ipsum jacere. Neque ita facere destiterunt, donec Al Motasem capta Amuria multos in ipsa trucidaret; idque mense Radamano anno ducentesimo vicesimo tertio. Reversusque est Al Motasem postquam Amuriam cepisset; atque inter redeundum mortuus est Al Abbas Al Mamunis filius. Iram etiam in Al Aphshin concepit anno ducentesimo vicesimo quinto. Porro mortuus est Constantinus Romanorum imperator, quibus post ipsum imperavit Theophilus. Anno chalifatus Al Motasemi quarto constitutus est Sophronius patriarcha Alexandrinus, qui annos tredecim sedit; philosophus fuit ac sapiens. Anno chalifatus ejusdem septimo constitutus est Joannes patriarcha Hierosolymitanus; contra quem insurgentes Hierosolymitani de ipso omnia mala dixerunt: quare ab ipsis metuens, scriptoque ipsis

Digitized by Google

ubera pertingeret, eique tubulo plumbeo tenui ac gracili immisso, locum luto ac calce ne appareret obduxisse, cumque adesset festum sanctæ Mariæ, foramini isti lac infundere solitum, cujus guttula e mamma imaginis destillaret : quare peregrinationes ad ecclesiam istam instituentibus hominibus, multum pecuniæ lucratus est hac de causa æditus. Mittens ergo Theophilus imperator imagine ista diruta locum refecit, jussitque nullas omnino in ecclesiis imagines retineri. Æditum autem ecclesiæ istius capite truncavit et ex ecclesiis imagines sustulit, dicens, imagines instar idolorum esse; et qui imaginem coluerit, perinde esse ac si idola coleret. Hinc ortum est inter Romanos dissidium in iis quæ ad imagines spectant, adeo ut alii alios infidelitatis damnarent, dicentibus aliis : Qui imaginem coluerit infidelitatis reus est; aliis : Qui eas non coluerit, infidelis est. Quod cum audisset Sophronius patriarcha Alexandrinus, orationem longam scripsit in qua imaginum cultum defendit, hoc in ea argumento usus, dicens : Deus, cujus fama gloriosa, et nomen sanctum, Mosi præcepit ut in tabernaculo temporis imagines Cherubinorum aureas formaret, quas intra sanctuarium statueret, deinde, quod **452** Salomo Davidis filius cum templum exstrueret, in ipso imagines Cherubinorum aureas reposuerit. Dicens insuper : Cum perlatæ fuerint a rege litteræ ad præfectum ipsius aliquem sigillo regio signatæ, dictumque fuerit id scienti : Est hoc sigillum regis : hæ ipsius litteræ : annon assurgens stabit donec litteras manu acceptas osculatus fuerit, easdemque capiti et oculis suis admoverit? neque interim ideo assurgit aut litteras osculatur, quod chartam veneretur, aut ceram chartæ obductam, aut atramentum intra chartam, aut quod litteris assurgat easque veneretur. Non, per vitam meam, ob rerum istarum aliquam, verum inde hoc est quod regem veneretur, ejusque nomen, cum ipsius sint litteræ istæ. Hac igitur ex parte decet nos imaginem istam deosculari ac venerari, non quod ita eam osculamur ac idola coli soleant, verum hoc fit quod veneratione atque honore prosequimur nomen martyris istius, cujus imago coloribus istis depingitur. Atque hanc epistolam ad regem Theophilum misit, qua accepta lætatus est ille, atque ab eo quo imagines prosecutus erat odio conversus est. Fuit etiam Abu Korræ inter eos qui imaginum cultum defenderunt, eaque de re librum scripsit, quem appellavit : Sermones de cultu imaginum. Obiit autem Sophronius patriarcha Alexandrinus hydropisi affectus (ob quam **453-455** cum lac mandragoræ bibisset, nihil ei profuit), anno ducentesimo tricesimo tertio, constituto post ipsum patriarcha Alexandrino Michaele, qui annos viginti quatuor sedit. Fuit ille e filiis Bacami, Burensis. Porro fuit chalifatus AlMotawacceli annorum quatuordecim, novem mensium, et novem dierum. Anno chalifatus ejus decimo consti-

A tutus est Salmun Zaikuni filius patriarcha Hierosolymitanus, ubi annos quinque sedit, dein mortuus est. Interfectus est autem AlIMotawaccel in palatio suo in urbe quam condiderat, Allaafaria appellata. Fuit cædes ipsius die Martis mensis Shawali tertio, anno ducentesimo quadragesimo septimo, cum annorum esset quadraginta quatuor : sepultusque est Iaafariæ. Fuit fuscus, colore ad flavedinem vergente, facie venusta, mystacibus raris, oculis grandioribus. Satellitum ipsius præfectus fuit Isaac Ebn Abrahim; eoque mortuo accedens Mohammed Ebn Abdollahi, Ebn Tdhaher, e Chorasano, iisdem præfectus est. Janitor ipsius Wasif Turca; ac post ipsum Said Ebn Saleh; nec
B non Bagaus Turca. Janitor ordinarius Jacob Ebn Abrahim : deinde Kausarah, et Atab Ebn Atab. Plurimum apud eum poterat AlPhatah Ebn Chakan, et Obaid Allah Ebn Yahyæ Ebn Chakan secretarius.

456 *Chalifatus AlMontaseri Billahi.*

Inauguratus est AlMontasar Billahi Mohammed Ebnol Motawacceli (cui mater fuit concubina, nomine Habashiah) eodem die quo occisus est AlMotawaccel : quinto postquam chalifa renuntiatus est die e Iaafaria se Sarramanraiam contulit, diruitque Iaafariam et Allausakum deseruit. Fratres etiam suos Abu Abdollahum AlMotaz Billahi, et Abrahimum AlMoayad billahi hæreditatis jure exuit, ea de re litteris passim in provincias missis. Fuit
C chalifatus ipsius unius, anni, sex mensium, et trium dierum. Obiit annos natus viginti octo. Sepultusque est Sarramanraiæ; sepulcrum ejus opere albario ornavit mater ipsius, quo non antea cuipiam chalifarum sepulcrum obductum fuit. Fuit AlMontaser staturæ quadratæ, corpore decoro, fuscus, pinguis. Satellitum ipsius præfectus fuit Mohammed Ebn Abdollah Ebn Tdhaher. Janitor Abu Naser Turca nec non Ahmed Ebn Chasab.

Chalifatus AlMostaini.

Convenientes Turcarum duces ad eligendum quem chalifam renuntiarent, abnuerunt ex AlMotawacceli filiis cuipiam obsequium pacisci. Cecidit **457-459** ergo electio ipsorum in Ahmedem Ebn Mohammedis AlMotasami, cui mater concubina
D fuit nomine Machareck; quem chalifam fide ipsi data constitutum, Almostain billahi nominarunt. Tum orto in exercitu dissidio, atque inter libertos tumultu, fugit Almostain in navicula, comitantibus ipsum Wasipho et Bagoa Turcis, Bagdadum. Servi autem et exercitus, qui Sarramanraiæ fuerunt, Abu Abdallah Ebnol'Motazzi Ebnol Motawacceli, cui mater fuit concubina nomine Kabihab, throno collocantes chalifam salutarunt, initio mensis Moharram anni ducentesimi quinquagesimi. Fuitque contentio et bellum inter Almostaini et Almotazzi asseclas. Res autem bellicas Almotazzi nomine administrabat Abu Ahmed Ebnol Motawaccel, neque cessarunt bella exercere usque ad initium mensis AlMoharram anni ducentesimi

Digitized by Google

quinquagesimi secundi : tum enim loco se abdicante Almostaino, facta est pax, scriptis testante AlMostaino se hoc sponte facere, et securitatis libellum illi scribente AlMotazzo adhibitis testibus. Deinde Wasetum Eraki urbem descendit. Fuit chalifatus ipsius, donec se ipsum imperio abdicavit, annorum trium cum octo mensibus. Primo chalifatus ipsius anno constitutus est Theodorus (qui AlMoklati audit) patriarcha Hierosolymitanus, qui annos novemdecim sedit, dein mortuus est. Fuit autem Almostainus pinguis, **460** corpore venusto, barba nigra; satellitum ipsius præfectus fuit Mohammed Ebn Abdollæ, Ebn Tdhaheri. Janitores ipsius, Wasif et Boga, Turcæ.

Chalifatus AlMotazzi.

Omnes qui Sarramantaiæ fuerunt tam Turcæ quam alii, AlMotazzam chalifam fide data inaugurarunt, mense AlMoharram anni ducentesimi quinquagesimi primi, cum esset AlMostain Bagdadi, ac provinciæ turbatæ, majori hominum parte Al Mostaino adhærentibus. At cum se imperio abdicaverat Al Mostain initio mensis AlMoharram, anni ducentesimi quinquagesimi secundi, hoc audito homines obsecuti sunt. AlMotazzus autem cum successionis jus Abrahimo Al Moayad billahi restituisset, eodem rursus ipsum exuit, qui deinde mortuus est : quod cum ægre ferret Abu Ahmed fratri suo accidisse, ipsum Basoram relegavit AlMotazzus : interfecti sunt etiam Wasiphus et Boga. Mortuusque est Mohammed Ebn Abdollahi, Ebn Tdhaheri satellitum præfectus. Al Mostainum autem Waseto accersitum, cum salutasset Said Ebn Saleh janitor, ipsum interfecit. Porro mortuus est Theophilus Michaelis filii Theophili filius Romanorum imperator, succedente ipsi in imperio filio ipsius Michaele Theophili, filii Michaelis filio. Fuit autem dux quidam **461-463** nomine Basilius quem accersitum omnibus ducibus ac comitibus suis præfecerat. Die autem quodam, cum se oblectandi gratia prodiisset Michael imperator in insulam quamdam, quæ e regione Constantinopoli sita est in mari quod Pontus appellatur, irruens in ipsum Basilius dux, intra ecclesiam quæ in insula est, interfecit, nec non et eos qui in insula erant, et imperium in potestatem suam redegit, cum non esset ipse e stirpe regia, utpote qui genere Siciliota fuit. Cumque ipsi dictum esset : Quid est quod imperatorem occidere fas tibi duxisti? respondit : Michael cum mulierem deperiret, me eam ducere jussit, ad ipsam tamen non accedere; ut nomine mihi esset mulier ista, ille vero cum ipsa cubaret; metu scilicet uxoris suæ, ne ipsa illud resciret, et quod non liceret ipsi aliam ultra uxorem suam ducere : quod cum fecissem, postea pœnitenia ductus, Deum timui : cæde ergo ipsum tollere fas duxi : retinuitque Basilius imperium in Romanos.

Chalifatus Al Motazzi et Almohtadi et pars chalifatus Almotamedi.

Præfecit AlMotazzus Bacbacum Turcam Ægypto,

A qui Ahmedem Ebn Tolun deputatum sibi constituens, ipsum in Ægyptum misit. Bacbacus vero **464** Ahmedi Ebn Toluni filiam suam in uxorem dederat. Ingressus est autem Ahmed Ebn Tolun Ægyptum mense Ramadano anno ducentesimo quinquagesimo quarto. Turbatæ sunt autem res inter AlMotazzum et libertos. Obiitque Almotazzus die Martis tertio ante finitum mensem Rajeb, anno ducentesimo quinquagesimo quinto. Fuit chalifatus ipsius post AlMostaini abdicationem annorum trium cum mensibus novem, diebus octo. Erat, cum moreretur, annorum viginti duorum. Sepultus est Sarra Manraiæ : sepulcrum ejus opere albario ornavit mater ipsius juxta sepulcrum AlMontasari. Fuit AlMontazzus candidus, facie pulchra, coma

B eleganti, corpore decoro, adeo ut haud ipsi par forma et pulchritudine reperiretur. Satellitibus ipsius præfectus fuit Mohammed Ebn Abdillahi, Ebn Tdhaheri : dein, eo mortuo, Obaidallah Ebn Abdillahi, Ebn Tdaheri : tum iisdem præpositus est Soliman Ebn Abdillahi Ebn Tdhaheri, qui [munus] illud obtinuit, quod deinde Obaidallahi Ebn Abdillahi, Ebn Tdhaheri redditum est. Janitores ipsius fuerunt VVasiph et Boga : deinde Salehus in locum patris sui suffectus est; et in locum Bogai, Bacbac Turca.

465-467 *Chalifatus Almohtadi.*

Inauguratus est Almohtadi, videlicet Mohammed Ebn Harun Alwathek billahi, Ebnol' Motasam bil-

C lahi, cui mater fuit concubina nomine Korb. Fuit inauguratio ipsius die Martis, tertio ante finitum mensem Rajeb, anno ducentesimo quinquagesimo quinto. Erat chalifatus ipsius anni unius. Trucidatus est cum annorum esset triginta novem : sepultus est Sarramanraiæ. Fuit statura media, facie pulchra, corpore eleganti, barba implexa et nigra. Satellitum ipsius præfectus fuit Obaidollahi Ebn Abdillahi. Janitor Saleh Ebn Wasiph; tum, occiso Salebo, Tacin Turca.

Chalifatus Almotammed billahi.

Inauguratus est Almotammed billahi (nempe, Ahmed Ebn Jaafari Almotawacceli, cui mater concubina fuit nomine Knyai), mense Rajeb, anno

D ducentesimo quinquagesimo sexto. Consiliarium suum constituit Abdollahum Ebn Yahyæ Ebn Chacan, qui Motawacceli consiliarius fuerat. Continuatis autem bellis et dissidiis turbatæ sunt regiones et provinciæ; et ubique terrarum multi sibi imperium vindicarunt, adeo ut totum chalifatus ipsius tempus dissidiis perpetuis et bellis continuis **468** plenum fuerit. Rerum gerendarum curam habuit Abu Ahmed Almowaffek billahi, Almotammedi frater. Almotammed vero homines filio suo Iaafaro, ut successori suo fidem dare adegit, ipsi nomen Almophawed Allallahi imponens; ac post eum Abu Ahmedi Ebnil Motawaccel fratri suo; quem Almowaffec billahi appellavit. Abu Ahmed autem ipse bella gerere, atque in provincias proficisci, seque curis ac laboribus exer-

Digitized by Google

cere, dum Almotammed voluptatibus et lusui indulgeret; contra quem rebellavit, Basoræ, Ali Ebn Mohammed, Ebn Ahmed, Ebn Ali, Ebn Yazid, Ebn Ali, Ebnol' Hosain, Ebn Ali, Ebn Abi Taleb, die lunæ, duobus ante finitum mensem Ramadan diebus; ac cæsis omnibus Basoræ incolis, opes ipsorum diripuit, mulieres et liberos captivos abduxit, mulieribus, pueris, et puellis et opibus Nabechi arbitrio permissis, ac vastata Basora, territoria et ditiones ejus occupavit. Contra quem Basoram profectus est Abu Ahmed Almowaffec; neque inter eos bella geri desierunt quatuordecim annis. Cæsus est autem Aliensis iste Basoræ ad fluvium Abi Sofyan, pone fluvium Abil Chasib, illum nempe juxta quem urbem suam, quam Almochtarah vocitavit, condiderat, die Mercurii prope vesperam, mensis Safar quarto, anno ducentesimo septuagesimo. Totum autem tempus ex quo, insurgente ipso, erectum est vexillum ipsius usque ad **469-471** diem quo occisus est, anni sunt quatuordecim, quatuor menses et sex dies. Quin et Ahmed Ebn Tolun Ægyptum et Damascum occupavit, capta etiam Antiochia, a quo detentus fuit Ahmed Almowaffec bellum contra Aliensem Basoræ gerendo. Anno chalifatus Almotammedi primo constitutus est Stephanus patriarcha Antiochenus, qui uno tantum die sedit, eodem et consecratus et mortuus, constituto post ipsum Taduso ibidem patriarcha, qui annos viginti sedit, dein mortuus est. Anno chalifatus ejusdem decimo constitutus est Elias, Mansuri (qui Mosleminis in capienda Damasco opem tulit, ideoque per totum mundum diris devotus est) filius, patriarcha Hierosolymitanus; ubi cum annos viginti novem sedisset, mortuus est. Porro obiit Michael Bicami filius, patriarcha Alexandrinus anno ducentesimo quinquagesimo sexto, atque in urbe Burah sepultus est. Constitutus est post ipsum Michael natione Romanus (vel secundum aliud exemplar Azzensis) patriarcha Alexandrinus, anno chalifatus Almotammedi tertio, qui est ducentesimus quinquagesimus octavus: annos triginta quatuor sedit, dein obiit, videlicet anno ducentesimo nonagesimo secundo, atque Alexandriæ sepultus.

Mortuus est etiam Basilius Romanorum imperator, succedente ipsi filio ipsius Leone, qui sapiens fuit et philosophus. Porro anno chalifatus Almotammedi octavo, natus est **472** Said Ebn Batrik, medicus, die Dominico, tertio ante finitum mensem Dil Hajjæ anno [Hejræ] ducentesimo sexagesimo tertio lunari. Ab Hejra igitur ad ipsius natalem anni sunt ducenti quinquaginta quatuor solares (iis autem in historia tempora computat). A Diocletiano vero ad ejusdem Saidi Ebn Batriki medici natalem anni quingenti sexaginta octo (vel secundum aliud exemplar quingenti nonaginta duo). A Domino nostro Jesu Christo ad eumdem natum octingenti sexaginta octo. Ab Alexandro mille centum octoginta novem. A captivitate Ba-

A bylonica mille quadringenti quinquaginta. A Davide mille nongenti viginti septem. Ab exitu Israelitarum ex Ægypto bis mille quingenti triginta tres. Ab Abrahamo ter mille quadraginta. A Phaleko ter mille quingenti octoginta unus. A diluvio quater mille centum duodecim. Ab Adamo sexies mille trecenti sexaginta octo. Cumque annos jam sexaginta natus esset, constitutus fuit patriarcha Alexandrinus, atque Anba Eutychius appellatus. Ahmed autem Ebn Tolun, capta Antiochia, in Ægyptum reversus est, ubi templum commune exstruxit illud quod piscinæ imminet, nec non Nosocomium. Canalem etiam fabricavit in quo fluit aqua a piscina quæ AlHabash [Abyssinarum] appellatur ad Amaaphe. Morbo autem correptus,
B quo mortuus est, videlicet alvi profluvio, jussit **473-475** Mosleminos tum Christianos et Judæos, monte qui Almokattam appellatur, conscenso, preces pro ipso fundere: quod et fecerunt, montem in classes suas distributi ascendentes, atque pro eo orantes. Mortuus est autem morbo isto die Dominico decimo ante finitum mensem Dilkaada anno ducentesimo septuagesimo. Sepultusque est in Almokattam.

Convenientes ergo duces, filio ipsius AlAbbaso, qui natu maximus fuit, occiso, sibi filium ipsius natu minorem Chamarawaihum Ebn Ahmed Ebn Tolun præfecerunt, annos habentem viginti. Hic cum in Syriam Damascenam copias duxisset, atque
C in occursum ipsi prodiisset Abu AlAbbas Ebnol Mowaffeki, commissum est inter ipsos prælium in AlT'awahain e ditione Palæstinæ, ubi in fugam versus Chamarawaihus Ebn Ahmed Ebn Tolun solus in Ægyptum reversus est, lassatis in via quinque jumentis, magna autem sociorum ejus strages edita est, potito Abul Abbaso omnibus quæ exercitui ejus fuerunt. Fuerunt autem Chamarawaiho milites in insidiis positi qui fugæ cæterorum nescii erant. Horum ubi signa apparuerunt iis conspectis Abul Abbas et ipsius comites, omnibus quæ consecuti fuerant relictis, in fugam se dederunt atque inter fugiendum multi ex iis cæsi: quare redeuntibus Chamarawaihi sociis collectæ sunt item copiæ atque in Ægyptum reversæ, cum
D Chamarawaiho substiterunt. Rediit **476** autem Abul Abbas Bagdadum fugiens, atque a patre suo Almowaffeko ob illud quod fecerat culpatus est. Fuere autem Chamarawaiho Damasci copiæ multæ. Porro anno chalifatus AlMotammedi decimo octavo, qui Hejræ ducentesimus septuagesimus fuit, accidit in Ægypto terræ motus ingens, adeo ut multæ corruerent ædes, et magna hominum multitudo periret. Eodem anno venit frumenti mensura [Macuc] nummo aureo, mortuique sunt homines fame præ annonæ caritate, adeo ut lini semen comederent, implerenturque Mesri plateæ mortuis, quos camelis avehebant, octo singulis camelis impositos, magnaque ipsis fovea effossa in ipsam eos conjicerent. Tum Chamorawaih audito Mohamme-

Digitized by Google

dem Ebn Diudad (qui idem Abalsaj dicitur) Damascum cum exercitu grandi pervenisse, copiis suis collectis obviam ipsi profectus est, commissumque est inter ipsos prælium grave loco dicto Bathnia, ditionis Damascenæ; atque in fugam datus Mohammed Ebnol Diudad, cæsis ipsius comitibus, quorum plerique securitatem petierunt perrexitque Chamarawaih donec ad Euphratem perveniret, ingressique sunt comites ipsius AlRaccam, in eadem ementes ac vendentes, adeo ut ab eo metueret Almowaffek. Reversus est autem Chomarawaihus in Ægyptum, imperium jam obtinens ab Euphrate usque ad regionem Nubiæ, in singulis **477-479** provinciis deputatum e comitibus suis aliquem constituens; idque anno ducentesimo septuagesimo sexto. Obiit autem Almowaffek mense Safar, anno ducentesimo septuagesimo octavo, vices eas supplente filio ipsius Abul Abbaso, qui et in chalifatu successor renuntiatus est, abdicato Jaafaro Ebnol Motammed ea dignitate. Rebus ergo gerendis præfectus est Abul Abbas Ebnol Mowaffek, atque appellatus AlMotadad. Obiitque AlMotammed Bagdadi die Dominico, undecimo ante finitum mensem Rajeb, anno ducentesimo septuagesimo nono. Fuit chalifatus ipsius annorum viginti trium et sex dierum. Annorum, cum moreretur, fuit quadraginta sex : portatusque Sarramanraiam, ibi sepultus est.

Chalifatus Al Motadedi.

Inauguratus est Al Motaded billahi Abul Abbas (qui idem Ahmed Ebn Abi Ahmed Al Mowaffek billaei Ebn Jaafar Almotawachel alallahi, cui mater concubina fuit nomine Darar) eodem die, quo obiit Al Motammed, undecimo ante finitum mensem Rajeb, ducentesimo septuagesimo nono, cessaruntque lites, ac pax in provinciis facta est, sublatis bellis, pacemque amplectente omni rebelle, et vili pretio expositæ sunt res venales. Misitque Al Motaded **480** ad Chamarawaihum Ebn Ahmed Ebn Tolun, filiam ipsius sibi in uxorem petens, quam ipsi concedens Chamarawaih ad ipsum eam deducendam curavit, multasque simul opes, servos et ancillas; atque ita pace inter ipsos facta in ordinem redactæ sunt res. Chamarawaihus autem ex Ægypto in Syriam profectus, Damasci sedem fixit, atque ibi extra urbem sub monasterio Marran, juxta fluvium Taurah, arcem condidit in qua habitavit. Interfectusque est Chamarawaihus, in hac quam Damasci condidit arce, die Dominico, tertio ante finitum mensem Dilkaada, anno ducentesimo octogesimo secundo : cædem ipsius procurarunt e famulorum ipsius præcipuis sex, quorum nomina Tdhaber, Sabur, Lula, Natif, Shafio pocillator, et Ganayem : quorum interfectorum capita Ægyptum portata sunt, corpora autem Damasci patibulo affixa. Chamarawaihus in arca Damasco in Ægyptum perlatus in monte Almokattam sepultus est. Turbata est autem Ægyptus ob Chamawaihum ejusque mortem. Præfectus est post ipsum Jaish Chamara-

A waihi filius, qui Damasco in Ægyptum reversus, cum ibi octo menses sedisset, turbatis inter ipsum ac duces rebus, ipsum adorti trucidarunt, præfectusque est ejus loco frater ipsius Harun Ebn Chamarawaihi, annos natus decem; idque mense Rajeb anno ducentesimo octogesimo tertio. Quin et litteras ad Harunem dedit **481-483** Al Motaded, quibus ipsi Ægypti præfecturam contulit. Rebus ipsis administrandis præfuit Abu Jaafar, Ebn Mohammed, Ebn Abæ, Turca. Porro mirum quid in Ægypto contigit die Jovis duobus ante finitum mensem Rabiam priorem diebus, qui Christianorum festum erat quod ob ascensum Domini nostri Christi in cœlos celebrant, anno ducentesimo octogesimo
B quarto. Flantibus ventis admodum vehementibus a vespera usque ad mediam noctem, circa mediam noctem factæ sunt tenebræ valde graves, adeo ut non posset quis digitum suum inter oculos positum cernere, tum concitati sunt venti graves prioribus vehementiores, quibus dejectæ sunt domus multæ; injecta est etiam hominum intra domus suas capitibus arena rubra, videruntque in quatuor cœli plagis columnas ignis flammantes, neque ita se habere desiit donec appropinquaret mane. Tum remittente paululum vento rubuit admodum cœlum instar flammæ ignis, cum vento frigido : quin et terra, montes, arbores, homines, nec non vestes ipsorum, et quidquid ubique cerneres, rubescere præ summa cœli rubedine, quæ
C duas horas duravit; deinde in flavedinem conversa est usque ad meridiem; dein evanescente flavedine nigrum evasit cœlum, toto die isto usque ad crastini meridiem, antequam dissolveretur nigredo, neque per sesquidiem apparuit sol, ex quo **484** concitati sunt venti, donec evanesceret nubes illa nigra. Rursum anno ducentesimo octogesimo octavo in Ægypto, ineunte die Mercurii mensis Dilkaadæ nono, factum est ut a media nocte usque ad auroram valde concitatæ sint stellæ [meteora] quas stellas cadentes vocant, adeo ut iis repleretur cœlum ad orientem, occidentem, austrum, et septentrionem dispersis, nec posset quis cœlum intueri præ stellis istis. Jam anno primo chalifatus Al Mo-
D tadedi constitutus est Simeon Zarnaki filius, patriarcha Antiochenus, qui annos duodecim sedit, dein mortuus est. Porro cum Leoni imperatori Romano mortua esset uxor nulla relicta prole, aliam ille uxorem ducere voluit; at prohibuit ipsum Nicolaus patriarcha Constantinopolitanus, dicens : Non est tibi licitum uxorem ducere; siquidem anagnostes es et precibus sacerdotum consecratus; quod si uxorem duxeris non licet tibi ad altare accedere. Cui Leo : Uxorem ducere cupio quo sit mihi filius qui post me regnum hæreditario possideat. At non permisit ipsi patriarcha conjugium. Scripsit ergo Leo imperator ad patriarcham Romanum, Michaelem patriarcham Alexandrinum, Eliam Mansuri filium patriarcham Hierosolymitanum, et Simeonem Zarnaki filium, Antiochenum,

Digitized by Google

rogans ut ad ipsum accederent, quo dispicerent, liceret necne ipsi uxorem ducere : at noluit eorum quispiam ad ipsum accedere, nisi quod singuli nomine suo **485-487** legatum mitterent. Ac legatis se adjungentes episcopi quidam Constantinopoli, de negotio imperatoris dispicientes, matrimonium ipsi licitum pronuntiarunt ; quare uxorem duxit, natusque est ipsi filius quem Constantinum appellavit. Cumque Nicolaum patriarcham cathedra abdicasset, constitutus est ipsius loco Anthimus patriarcha Constantinopolitanus. Obiit autem Almotaded Billahi die Dominico nono ante Rabiam posteriorem finitum, anno ducentesimo octogesimo nono. Fuit chalifatus ipsius annorum novem, cum mensibus novem, dierum duorum. Annos cum moreretur habuit quadraginta septem. Præcipuam in res ipsius potestatem habuere Badar libertus ipsius, et Ghaidallah Ebn Solimani, cujus in locum successit filius ipsius Al Kasem Ebn Obaidallahi. Fuit Almotaded pulcher, facie et corpore decorus, strenuus, opum tenax.

Chalifatus Al Moctafi billahi.

Inauguratus est Al Moctafi (qui idem est Abu Mohammed, Ebn Ahmet Almotaded,) Bagdadi eodem die quo obiit Almotaded. Erat tunc autem Almoctafi Raccæ, missæque sunt ad ipsum litteræ et epistolæ, ut Bagdadum accederet, quo cum pervenisset, sedem ibi fixit. Mater ejus nomine Bachtajaenah fuit, filia Alkasemi Ebn Obaidallahi **488** Ebn Solimani, Ebn Wahabi. Abbasum Ebhol Hasun Maderanensem scribam adscivit atque illi res in ordinem redactæ sunt. Anno Chalifatus Almoctafi secundo, qui est ducentesimus nonagesimus, pertigit Nilus Ægyptiacus cubitos tantum tredecim cum duobus digitis. Quare egressi sunt Moslemini, Christiani, et Judæi ad aquam precibus impetrandam, nec tamen crevit aqua ultra illud quod diximus ; deinde recessit. Anno tertio chalifatus Al Moctafi constitutus est Elias patriarcha Antiochenus ; qui scriptor fuit ; annos sedit viginti octo, dein mortuus est. Capta est urbs Seleucia e terra Romanorum mense Rabia posteriori, unde captivos in Ægyptum attulerunt mense Rajeb, anno ducentesimo nonagesimo. Anno chalifatus ejusdem secundo mortuus est Michael patriarcha Alexandrinus die Dominico, sexto ante finitum mensem Ramadan, anno ducentesimo nonagesimo ; patriarchatu functus triginti quatuor annis : vacavitque post ipsum cathedra Alexandrina patriarcha quatuor annos. Anno quinto chalifatus ejusdem constitutus est Christodulus Halebensis patriarcha Alexandrinus ; creatus est Hierosolymis die Sabbati magni, quinto mensis Nisan, Barmudæ septimo. Die autem Iomadæ posterioris decimo nono consecravit ipsum Elias filius Mansoris patriarcha Hierosolymitanus. Cumque Alexandriam venisset, dixerunt urbis illius incolæ : Nolumus hunc, nisi repetitis **489-491** precibus [quibus consecratur] patriarcha : quare preces patriarchales rursum adhibuerunt :

A idque mensis Ramadani quarto, anno ducentesimo nonagesimo quarto : sedit annos viginti sex, et sex menses, dein obiit : sepultusque est in ecclesia Michaelis, Phostati Ægyptiacæ. Anno chalifatus ejusdem sexto constitutus est Georgius, Daajani filius, patriarcha Hierosolymitanus, qui annos quatuor et sex menses sedit, dein mortuus est. Porro prodiit in Syria rebellis, nomine Ismael Karmatianus, cum Damasci esset nomine Chamarawaihi Ebn Ahmed, Ebn Toluni, Toguj Ebn Ioffi Pharganensis; qui ab Ismaele Karmatiano in fugam versus est post multa inter ipsos commissa prælia, cæsis e comitibus ejus multis. Scribens ergo Toguj ad Harunem Chamarawaihi filium ipsum rei certiorem fecit. Misit ergo ad ipsum Harun exercitum B magnum, in quo erant omnes Tolonensium nomine insignes ; commissumque est prælium inter exercitus ipsorum in vico Canacar dicto, ditionis Damascenæ, loco quem Al Ascapham vocant, mense Rajeb, anno ducentesimo octogesimo nono : et post frequentes inter ipsos pugnas interfectus est Karmatianus, cæsis ex utroque exercitu viginti circiter hominum millibus, quorum et utrique in fugam se dederunt ; petentibus qui ex Harumis copiis superstites fuerunt, Damascum et Tiberiadem; qui e Karmatiani, **492** Hamsum [Emissam], manseruntque Damasci ex Haruni copiis quidam cum BadroAljamami dicto. Fuit autem Karmatiano frater Al Najem appellatus; qui congregatis qui e fratris C sui exercitu reliqui erant, copias collegit, et in partes Emissæ prodiit. Al Moktaphi igitur audito Karmatianum Ægypti exercitus fugasse atque infirmasse, cæsis Ægyptiorum fortissimis quibusque, spem concepit capiendæ Ægypti, missoque Mohammed Ebn Soliman, cui præstantissimos ducum suorum cum exercitu magno adjunxit, prodiit ipse Baccam, ibique substitit. Mohammed autem Ebn Soliman ubi Emissam pervenisset Alnajemi Karmatiani copias fudit, captis e comitibus ipsius septingentis ; Karmatianus vero fugiens, loco Al Dalia appellato repertus est, quem cum comitibus septingentis ad Al Moctafium Al Rakkam misit Mohammed Ebn Soliman, cui Bagdadum perducto collum super tabulato præcidit Al Moctafius, ipsumque D patibulo affixit prius cruciatum : quin et comites ipsius septingentos morte affecit, quorum aliis colla super tabulato præcidit, ipsosque patibulo affixit; alios manibus pedibusque truncavit. Profecti sunt Almoctafii exercitus cum Mohammede Ebn Soliman Damascum, ubi in Mohammedis fidem se dedit Badrus Aljamami una cum iis quæ ipsi adfuerunt copiis : hinc profectus est Mohammed Palæstinam, quo in Ægyptum iret.

Harun Ebn Chamarawaihi igitur, audito copias atque exercitus **493-495** ipsum versus tendere, egressus in locum qui Al Abbasia dicitur, ea terræ Ægyptiacæ parte quæ Alhauph [audit,] ibi cum ducibus suis magnaque virorum multitudine substitit, Mohammedi Ebn Soliman occursurus, et cum

Digitized by Google

eo bello decreturus. Naves interim Almoctafi, A flexo in mari cursu, ex parte Tennisi ditiones Ægypti ejusque villas ingressæ sunt. Navibus præfectus fuit Damianus Græcus. Profecti ergo quidam e ducibus Harunis, Damiano in vico Tanubah dicto occurrerunt, ubi concurrentes, cum pugna certassent, terga dederunt duces Harunis. Shiban etiam Ebn Mohammed, Ebn Tolun, Harunis Ebn Chamarawaihi patruus, Harunem adortus ipsum interfecit die Dominico, mensis Safar decimo octavo, anno ducentesimo nonagesimo secundo, atque ipse ad dies aliquas rerum potitus est. Duces autem Harunis ad Mohammedem Ebn Soliman scribentes, immunitatem ab ipso petierunt; qua in re ipsis annuit, atque securos esse jussit. Ingressusque est B Mohammed Ebn Solyman Ægyptum, nemine impediente vel repellente, die Jovis, duobus ante finitum mensem Safar diebus, anno ducentesimo nonagesimo secundo. Quod videntes Shiban et fratres ipsius, postquam aciem ad eos pugna excipiendos instruxerat Mohammed Ebn Solyman, loco qui Al-Riyab dicitur, juxta urbis Mesri portam, petierunt et ipsi immunitatem sibi et facultatibus **496** suis; in qua cum ipsis annuisset, dispersæ sunt Shibani copiæ. Jussit autem Mohammed Ebn Solyman omnes quotquot ipsi aderant ex Harunis comitibus duces et scribas Bagdadum se conferre, quo ergo profecti sunt; ipse in Ægypto sex menses moratus est: collegitque a scribis et ducibus nummorum circiter millies mille aureos: tum Eracum abiit, C relicto in Ægypto, postquam ipse ibi sex menses insumpsisset, Isa Nusherensi; collegit etiam imperatori nummorum e provinciis millies mille aureos. Almoctafi autem Mohammedem Ebn Soliman prehensum in vincula conjecit, ob opes quas in Ægypto collegerat in rationem eum vocans. Prodiens autem in Syria quidam e ducibus Harunis, Mohammed Ebn Ali Al Chalij appellatus, ex iis qui in Syria cum Mohammede Ebn Soliman manserunt, collecta sibi turba hominum mista, in urbe Ramlah sedem fixit. Quod cum Isæ Nusherensi nuntiatum esset, ipse cum Al Hosaino Ebn Ahmed Maderaensi, cui cognomen Abu Zinua, et quæ in Ægypto essent copiis contra Mohammedem Ebn Ali Chalij D ipsum oppugnatum prodiit; at cum nuntiatum esset illis, magna ipsum multitudine instructum fuisse, reversi sunt, una cum ducum cœtu, Phostatum; inde in Al Jizam se recipientes, pontes duos succisos combusserunt, ne ipsos assequeretur Mohammed Ebn Ali Al Chalij. Cumque alias subinde alio **497-499** proficiscerentur, nunc in Alexandriam, tunc in Al Saidum, relicta fuit urbs Phostat sine imperatore, aliove quodam, custodiebantque e populo alii alios per quinque dies. Tum urbem Mesri ingressus est Mohammed Ebn Ali Chalij die Jovis decimo quarto ante finitum mensem Dil Kaadæ, anno ducentesimo nonagesimo secundo, ibique octo menses substitit, opes colligens; crevitque potentia ipsius. Tum adventantibus AlMoctafi copiis cum Phateco ipsius liberto, ducumque cœtu, obviam ipsis prodiit Mohammed Ebn Ali Ebn Al Chalij, dein cum comitibus suis Phostatum reversus est; cumque acri certamine dimicassent, in fugam versus Mohammed Ebn Ali Phostatum reversus latebras captavit. Phatec ergo, cum iis qui ipsi aderant præfectis, Phostatum ingressus est. Accedens autem vir apud quem delituit Mohammed Al Chalij, Isæ Nusherensi indicavit illum apud se esse. Qui ergo mittens, ipsum prehendit, idque mense Rajeb anno ducentesimo nonagesimo tertio, unaque cum comitibus, affinibus, ducibusque ac scribis suis, et qui ipsi auxilium tulerant, Eracum abduxit. Porro obiit Al Moctafi die Dominico mensis Dil Kaadæ decimo tertio, anno ducentesimo nonagesimo quinto. Fuit chalifatus ipsius annorum sex, novem mensium et bidui. Maxime apud ipsum in gratia fuerunt, resque ejus curabant, Al Abbas Ebnol Hasain consiliarius, et Phatec libertus ipsius.

500 *Chalifatus AlMoktaderi billahi.*

Inauguratus est AlMoktader billahi Jaafar Ebn Ahmed AlMotaded billahi, eodem die quo obiit frater ipsius Almoctafi, videlicet die Dominico, decimo tertio mensis Dilkadæ, anno ducentesimo nonagesimo quinto. Mater ipsius concubina fuit, nomine Shaab. Hic AlAbbasum, fratris sui consiliarium, eo quo fuit loco ac dignitate confirmavit, ipsumque rebus suis præposuit. Coierunt autem duces aliqui quo Abdollahum Ebnol Motazzi in imperio collocarent; unde Bagdadi dies aliquot ortum est bellum: cæsique sunt AlAbbas Ebn Hosain consiliarius et Phatec, mense Rabia posteriore, anno ducentesimo nonagesimo nono. Prehensus etiam est Abdollah Ebnol Motazzi et in vincula conjectus. Consiliarium autem constituit AlMoktadar, Alim Ebn Mohammed, Ebn Musa Ebnol Phorat. Porro prodiit in occidente vir quidam nomine Abdollah AlMohtaseb billahi, qui, fusis Ebnil Aglabi copiis, cæsisque ipsius comitibus, Occidentem occupavit. A quo fugiens Zayadatollahi Ebn Mohammed Ebn Abrahim, Ebnol Aglab, assumptis sibi domesticis ac necessariis suis, in Ægyptum se contulit, quam ingressus est mense Ramadan, anno ducentesimo nonagesimo sexto; tum ad Ramlam profectus, **501-503** ibi donec diem obiret se continuit. Abu Abdollah Almohtaseb vero, qui in occidente rebellavit, quemdam qui se Aliensem prædicavit, nomine Obaidallah assumptum in solio collocavit, fideque illi data [homines] ad ipsius obsequium invitavit. Ali Obaidallah vero Abu Abdollahum AlMohtaseb adortus ipsum interfecit, atque ipse occidentem occupavit, anno ducentesimo nonagesimo octavo. Porro AlMoktader, Ali Ebn Mohammed Ebnol Phorato iratus, mense DilHajjæ, anno ducentesimo nonagesimo nono, ipsum in carcerem conjecit, consiliario sibi constituto Mohammede Ebn Abdollahi, Ebn Yahyæ, Ebn Chakano, qui cognomentum habuit Dakka Sedraho [pulsans pectus, nempe

Digitized by Google

quod cum quis ab eo aliquid peteret pectus sibi pulsare soleret ac dicere: Imo, exhibito tibi honore. Anno chalifatus AlMoktaderi tertio constitutus est Leo patriarcha Hierosolymitanus, qui annos septemdecim sedit, dein mortuus est. Quin et conflagravit Alexandriæ ecclesia magna quæ Al-Kaisaria [Cæsaria] appellata est, templumque fuerat quod Cleopatra regina Saturno sacrum exstruxerat, die lunæ, tertio mensis Shawali, anno trecentesimo.

Eo anno mense Rabia posteriore misit Obaidallah quemdam e ducibus suis, nomine Habbasa, multis instructum copiis, qui Barkam cepit; terga illi dantibus Al Moktaderi, qui ibi erant copiis.
504 Tum Alexandriam profectum pugna ibi exceperunt Al Mokatderi exercitus, quibus in fugam versis Alexandriam cepit. Misit etiam e suis exercitum quemdam Al Phayumum et Al Bahnasam easque cepit. Cujus rei cum per litteras Obaidallahum certiorem fecessit, misit ipse ad eum filium suum Abulkasemum (in alio exemplari dicitur Abdorrahmanum, cum exercitu magno in suppetias Habbasæ). Fuit autem præfectus Ægypti Taccin Chaselensis, ad quem misit Al Moktader Al Kasem Ebn Sama, una cum ducibus aliquam multis, nec non Munasum eunuchum, et Hawaum, opem illi laturos. Hi in Allizab profecti populum ad auxilium convocarunt, quorum ad ipsos armis instructi convenerunt circiter centies mille. Quibus cum [Habbasah] cum copiis suis in occursum venisset, ipsi, acie instructa, pugna ipsum exceperunt, commissumque est inter ipsos prælium loco quodam insulæ quæ Ardol' Chamsin [terra quinquagenorum] audit. In fugam autem versus est Habbasa cæsis comitibus ipsius peditibus, quos insecutus est populus: at illi in populum denuo conversi quoscunque obvios habuerunt interfecere. Quod cum tempore vespertino contigisset, diremit eos nox. Cæsi autem sunt e populo circiter vicies mille; ex Habbasæ militibus decies mille: reversique sunt Obaidallahi socii noctu; populum **505-507** vero convocarunt præcones. Rediit ergo AbulKasem cum comitibus et copiis suis in occidentem. Porro Al Moktader Ali Ebn Mohammed Ebn Obaidallah, Ebn Yahyyæ, Ebn Chakano iratus, die Moharrami decimo anno trecentesimo, primo [vizierum] sibi adscivit Alim Ebnol Iarrahi, quo rursus abdicato, mense Dill Hajjæ anno trecentesimo tertio, Alim Ebn Mohammed, Ebnol Hosani, Ebnol Phorat, e carcere eductum vizierum constituit; deinde abdicatum rursum in carcerem conjecit, mense Iomada priori, anno trecentesimo quarto, in munus illud suffecto Hamed Ebnol Abbasi. Anno trecentesimo septimo, veniens ex occidente Abulkasem Obaidallahi filius cum centies mille viris Alexandriam cepit, unde metu consternati sunt Ægypti incolæ. Cepit etiam Al Phayumum et Al Bahnasam, et insulam Al Ahsmarin. Cujus rei fama cum ad Al Moktaderum pervenisset, misit ille Munesum eunuchum magno

A instructum exercitu. Castra igitur posuerunt exercitus in Al Iizab; tunc autem ab Obaidallaho centum naves bellicis usibus paratæ; quarum octoginta earum quas Al Homul [onerarias] vocant, viginti earum quas Ashareni: quæ ad Rashidi mœnia appulerunt. Cujus rei cum scriptis litteris Al Moktaderum certiorem fecisset Munes, misit ille Thamalum eunuchum cum navibus bellicis quinquaginta. Occurrens ergo ipsis Thamalus
508 naves eorum confractas incendit, plurimis ipsorum cæsis et submersis, multis etiam in fidem recipi se petentibus, eos autem qui in fidem recepti fuerant, in Ægyptum misit: quibus dixit populus: Quisquis fuerit e vobis Cethamensis, se a Siciliotis, Africanis et Tripolitanis segreget.
B Cum secessissent ergo Al Cetamenses, qui numero ultra quingentos erant, irruens in ipsos populus, illos loco qui Amakas dicitur, cæde turpissima ac fœdissima simul e medio sustulit. Mansit autem Munes eunuchus cum copiis suis in Al Iizab biennio, vallo exercitum munitum habens. AbulKasem autem Alexandriæ mansit, atque inde Al Phaymum profectus est. Scripsit ergo Munes eunuchus ad Thamalum eunuchum, ut cum navibus suis Alexandriam adiens (neque enim Alexandriæ erant e copiis AbulKasemi, præter trecentos circiter viros), ejus incolas asportaret, nec quemquam ibi habitare sineret. Alexandriam ergo naves suas adducens Thamalus, per præconem monuit, si maneret
C Alexandriæ post triduum quispiam, se illi caput amputaturum. Homines ergo relicta supellectile sua, et quæ possederunt omnibus, clausisque ostiis suis, egressi sunt Alexandria instar eorum qui se oblectandi gratia egrediuntur: abduxitque ipsos Thamalus navibus in insulam, quæ insula Abukir appellatur: submersi autem sunt ex ipsis in Nilo multi.
509-511 Perierunt etiam eorum fame et siti, in pagis et Phostati, ultra ducenta virorum puerorum et mulierum millia. Mansitque locus desolatus, nemine in ipso manente. Fecit autem hoc Thamalus, ne Al Phayumo rediens AbulKasem locum inveniret ubi hospitio exciperetur. Deinde Munes eunuchus collectis copiis, contra illum Al Phayumi manentem prodiens, ipsum in fugam vertit,
D cæsis ipsius comitibus, et direptis eorum opibus cæterisque quæ habebant omnibus.

Fugiens ergo AbulKasem cum amicis suis Kirawanum se contulit; idque mense Dil Hajjæ, anno trecentesimo octavo, post quod cum duos menses substitisset Munes eunuchus, Bagdadum petiit, relicto in Ægypto Heialo Ebn Badar. Alexandria autem, cum reversi essent quotquot superfuerunt ex ipsius incolis, ea iterum culta est. Porro Leo imperator morbo gravi correptus, cum moriturum se timeret, mittens, Nicolaum patriarcham, quem loco moverat, accersivit, ipsius gratiam ambiens, ac ipsum cathedræ restituit, semoto Anthimo patriarcha, quem ad monasterium quoddam Constantinopolitanum se recipere jussit; in quo cum

Digitized by Google

biennio mansisset, mortuus est. Superfuit autem A illi Leo imperator, morbo, quo affectus erat, laborans menses aliquot, dein obiit. Imperavitque post ipsum Romanis frater ipsius Alexander septem annos, dein **512** mortuus est, succedente ipsi Constantino Leonis filio, qui annos tunc natus erat viginti tres (vel secundum aliud exemplar tredecim). Cujus mater, nomine Augusta, imperium administrabat. Misit autem rex Bulgarorum ad Constantinum Romanorum imperatorem, sororem ipsius filio suo in uxorem poscens; in quo, cum, non annueret ipsi Constantinus, multa inter ipsos commissa sunt prælia. Cum ergo bella inter ipsos continuari videret Nicolaus patriarcha, metuens ne se mutuo perderent, ducem quemdam nomine Domitium, adscitum Constantino in imperio administrando adjunxit; filiamque Domitii acceptam, Constantino in uxorem dedit : factumque est ut tres, scilicet Constantinus, Domitius, et Christophorus Domitii filius, Romanorum imperatores salutarentur, ac simul imperium moderarentur. Domitioque filiam suam Bulgarorum regi in uxorem dante, cessarunt inter ipsos bella. Porro Almoctader viziero [consiliario] suo Hamedo Ebnol Abasi, iratus, ipsum morte multavit mense Rabia priore, anno trecentesimo decimo primo, et Alim Ebn Ahmed Ebnol Phorat e carcere eductum, vizierum constituit, nono ante finitum Rabiam posteriorem, anno trecentesimo undecimo, tertia jam vice. Moslemini autem Ramlæ tumultuati, duas Melchitarum ecclesias diruerunt, videlicet Sancti Kozmæ, et Sancti Cyriaci nec non ecclesiam **513-515** Askelanensem et Cæsariensem, idque mense Iomada posteriore, anno trecentesimo undecimo. Qua de re cum Christiani querelam ad Almoctaderum detulissent, jussit eos instaurare quod ipsis dirutum fuerat. Concitati etiam Moslemini Tennisi ecclesiam Melchitarum, quæ fuit extra arcem Tennisi, quæ appellatur ecclesia Buthaur, diruerunt, mense Rajeb : dein exstruentibus Christianis ibidem ecclesiam, cum eam prope absolvissent, denuo concitati Mosemini illud quod fabricaverant dirutum incenderunt, at rex Christianis opem tulit adeo ut ecclesiam suam exstruerent. Porro iratus Al-Moctaderus viziero suo Ali Ebn Al-Phorat, ipsum morte multavit, ut et filium ipsius Mohsenum, mense Rabia priori, anno trecentesimo duodecimo, in munus illud suffecto Abdillaho, mense Iomada posteriore, anno trecentesimo decimo quarto. Concitati etiam Moslemini Damasci ecclesiam Sanctæ Mariæ catholicam diruerunt (quæ ampla admodum, magna ac pulchra fuit, in quam erogata fuerant ducenta aureorum millia), direptis quæ in ea erant vasis cæterisque ornamentis ac velis. Spoliata sunt etiam monasteria, ac præcipue monasterium feminarum quæ juxta ecclesiam fuit. Dejeceruntque ecclesias Melchitarum multas : diruerunt etiam Nestorianorum ecclesiam ; idque medio mense Rajeb anno trecentesimo **516** duodecimo.

Porro fuit Ali Ebn Isæ Meechæ ad quem scripsit Abdollah vizierus ut in Ægyptum profectus in statum ejus inquireret. Ali ergo Ebu Isæ Ægyptum ingressus est initio mensis Rajeb : ubi prehensis monachis et episcopis, tributum ab ipsis exegit : nempe, ab omnibus tam monachis quam infirmis et pauperibus, nec non monasteriis omnibus quæ in inferiori parte regionis Said erant, atque ab episcopis et monachis qui in monasterio Mina. Monachorum ergo quidam Erakum profecti ab Al Moktadero opem petierunt, qui scripsit ipsis litteras [jubens] ne ab ipsis exigeretur tributum, atque eodem quo solerent pridem cursu fluerent res eorum. Semotoque a vizieri munere Abdollaho Ebn Mohammed, Ebn Chakan, idem delegavit Abi Abbaso Ahmedi B Ebn Abdollahi Ebn Ahmed Al-Chasib, anno trecentesimo decimo tertio.

Porro mortuus est Nicolaus patriarcha Constantinopolitanus, cum cathedram occupasset annos triginta tres, constituto post ipsum Stephano qui eunuchus fuit, qui cum tres annos sedisset mortuus est. Apparuit autem in Ægypto stella magna radiis diffusis, cursu veloci, et scintillis ipsam sequentibus, nec non flamma terribili, magno corpore, colore admodum rubente, a septentrione orientem versus tendens, hastas pene triginta longa, binas lata, instar serpentis; idque occidente sole die Mercurii **517-519** Rabiæ posterioris quinto, anno trecentesimo decimo tertio; C cum tres horas durasset exstincta est. Vizieri munere abdicato Abul Abbaso Ebnol Chasib, in idem suffectus est Ali Ebn Isæ, Ebnol Iarahi; quo deinde semoto vizierum sibi constituit [chalifa] Abu Ali Ebn Mohammed, Ebn Ali, die Jovis medio Rabii posterioris anno trecentesimo decimo sexto. Commoti autem sunt duces Bagdadi in Al Moktaderum, ut ipsum e medio tollerent, e quibus fuerunt Abul Hijah, Nazuk, aliique. Al Moktader ergo, metuens ne interficeretur, seipsum chalifatu abdicavit, die Sabbati medio Al Moharram, anno trecentesimo decimo septimo : cujus loco statuerunt fratrem ipsius Mohammed Ebn Ahmeh, qui diebus Sabbati et Dominico sedit. Die lunæ autem con- D gregati pedites, Al Mosaphii appellati, Narukum et Abul Hija interimentes Al Moktaderum chalifatui restituerunt, doposito Mohammede Ebn Ahmed, quem honoratum domum suam remiserunt. Porro acciderunt in Ægypto locustæ innumeræ, adeo ut præ multitudine impedirent radios solares ne ad terram pertingerent, quales haud alias unquam viderunt Ægypti incolæ : quæ et ipsorum vites, fructus, palmas et porra devorarunt, adeo ut perderentur horti et vineæ, idque mense Rabia priori, anno trecentesimo vicesimo septimo, vel (secundum aliud exemplar) trecentesimo **520** decimo septimo).

Porro in Al Yamamah, et Al Bahrain prodiit rebellis quidam nomine Soliman Ebnol Hasan, qui

Digitized by Google

et Abi Said Al Iannabi vulgo audit, qui Pasoram perveniens, eam captam devastavit, et magnam hominum stragem in ea edidit, atque inde Cusam profectus, ea etiam capta, incolas occidit, multosque inde captivos abduxit, et multas avexit opes. Dein pergens prope Bagdadum castra posuit loco qui TelArkuph audit; multaque inter ipsum et AlMoktaderi copias commissa sunt prælia : at cum non assequeretur quæ voluit, Cusam rediit, idque anno trecentesimo decimo tertio : quin et aquæ puteos, in via quæ Meccham ducit, obstructos atque impletos exsiccavit, adeo ut metu ipsius a peregrinationibus abstinerent Bagdadi et Chorasani incolæ, Ægypti interim et Syriæ incolis eas instituentibus. Cumque anno tricentesimo decimo septimo homines in peregrinationis [religiosæ ritibus observandis] essent, die Martis, DilHajjæ septimo, Meccham perveniens AlIannabi cum copiis suis, eamdemque ingressus, homines tum circa ædem, tum intra oratorium sacrum et in plateis, innumeros occidit, adeo ut cæsis impleretur puteus Zamzam, nec non valles, viæ, domus, et deserta : quod si qui fuga se cæde eriperent, et ipsos interfecerunt Arabes, opes ipsorum diripientes. Erant autem et qui Ioddum fugientes mari **521-523** se committerent. Cepit ergo AlIannabius opum et supellectilis majorem quam quæ recenseri possit copiam. Quidquid etiam intra ædem sacram esset auri atque argenti abstulit. Laminas etiam argenteas quæ in janua templi erant avulsas abstulit. Fuitque in angulo ædis exteriori lapis niger, quem magnopere venerati homines et benedictionem inde captantes deosculari solebant, quem etiam loco motum secum abduxit; septemque diebus Mecchæ, ei diripiendæ, insumpsit : dein patriam suam reversus est peregrinationibus abolitis. Porro obiit Elias patriarcha Antiochenus die Sabbati Iomadæ posterioris decimo tertio, anno trecentesimo decimo septimo [postquam] in cathedra sedisset annos viginti octo. Vizieri etiam munere privatus est Mohammed Ebn Ali, Ebn Moklah die Martis, ante finitum Iomada priorem undecimo, cum in illud adscitus esset Soliman Ebnol Hasan Ebn Mochalled die Jovis, decimo tertio ante finitum eumdem mensem, anno trecentesimo decimo octavo; qui et rursum eodem semotus est die Jovis ante finitum Rajeb, anno trecentesimo decimo septimo, viziero constituto Obaidallah Ebn Mohammed Cadanensi, die Sabbati, sexto ante eumdem mensem finitum anno trecentesimo decimo nono : quo deinde semoto suffectus est AlHasan Ebnol' Kasem **524** Ebn Obaid oddin Soliman, Ebn Wahad, die Sabbati, tertio ante finitum mensem Shawal, anno trecentesimo decimo nono, cognominatusque est Omaidol'dulah, Ebn Walii'ldulahi a quo deinde sublata dignitate ista, eam obtinuit Abul Fadl Ebn Iaafar, Ebnol' Forat, Ebn Chazaranah die Dominico, tertio ante finitum Rabiam posteriorem, anno trecentesimo vicesimo, qui a

A matre sua, cui nomen fuit Chaizaranah, denominatus est. Quod ad Romanos, mortuo Christophoro Domnii filio, monachatum amplexus est Domnius, solusque mansit Constantinus in imperii regimine. Mortuus est etiam Stephanus patriarcha Constantinopolitanus, postquam cathedram triennio occupaverat : constitutusque est ibidem patriarcha Atranphinus. Obiit etiam Christodulus patriarcha Alexandrinus die Mercurii, undecimo ante finitum Dil Kaada, anno trecentesimo vicesimo, qui est Tishrin secundi vicesimus quintus, anni Diocletiani sexcentesimi quadragesimi noni : sepultusque Phostati Ægyptiacæ, cum in cathedra sedisset annos viginti sex, et sex menses. Sepultus autem est in ecclesia Michaelis. Porro duces una cum Munaso eunucho

B Bagdadi in AlMoktaderum insurgentes, ipsum aggressi sunt, ad quos pugna excipiendos cum egressus esset, ipsum interfecerunt, caputque hastæ impositum circa urbem **525-527** gestarunt; idque die Mercurii, ante finitum mensem Shawa secundo, anno trecentesimo vicesimo. Fuit chalifatus ipsius annorum viginti quatuor, mensium undecim, et dierum quindecim : fuit vizierus ipsius Alphadlus Ebn Iaafar, Ebnol Phorat. Mortuus est Trikonis patriarcha Constantinopolitanus cum cathedram quinquennio occupasset, constituitque Domnius filium suum nomine Theophylactum, qui eunuchus fuit, patriarcham eum, juvenis esset annorum viginti duorum.

Chalifatus AlKaheri.

C Inauguratus est AlKaher billahi Mohammed Ebn Ahmed Al Motadedi, die Jovis, mensis Shawali penultimo, anno trecentesimo vicesimo. Hic vizierum sibi adscivit Mohammedem Ebn Moklah. Primo chalifatus ipsius anno constitutus est Said Ebn Batrik, medicus e Phostati Ægyptiacæ incolis, patriarcha Alexandrinus, appellatusque Anka Eutychius : idque die Jovis, mensis Amshir, qui est Shebat, anni Diocletiani sexcentesimi quadragesimi noni, octavo mensis Saphar, anno [Hejræ] lunari trecentesimo vicesimo primo.

528 *Chalifatus Al Radii.*

Inauguratus est Al Radi, qui idem est Abul Abbas Mohammed Ebnol Moktaderi, die Mercurii, Iomadæ

D prioris sexto, anno trecentesimo vicesimo secundo. Vizierum sibi adscivit Mohammedem Ebn Moklah. Anno chalifatus ejus primo constitutus est Anba Theodosius, qui idem est Stephanus, scriba, qui Bagdadi fuerat cum Munes eunucho Antiochiæ Syriæ patriarcha, mense Ramadan, anno trecentesimo vicesimo tertio. Fuit autem in Ægypto terræ motus ingens, tertio DilKaadæ ejusdem anni. Valde etiam agitatæ sunt stellæ cadentes. Porro Mohammed Ebn Teguj et ducum vulgarium aliquot Barkam fugientes, cum ibi copias collegissent Alexandriam reversi sunt, unde qui ibi fuerant ad rivum Rashidi fugerunt : ad quos Ebn Toguj cum AbilThbafaro fratre suo exercitum mittens ipsos in fugam vertit, cæsis aliis, aliis captis, idque anno trecente-

Digitized by Google

simo vicesimo quarto; reversique sunt homines A Alexandriam. Iratus Al Radi Mohammedi Ebn Ali viziero, in munus illud sufficit Abderrahman Ebn Isæ anno trecentesimo vicesimo quarto. Tumultum concitantes Moslemini in ecclesia Hierosolymitana die Hosannæ, ecclesiæ Constantini portas **530-531** australes incenderunt, nec non dimidium porticus, anno trecentesimo vicesimo quinto. Fuit tunc patriarcha Askelanensis quidam, cui bini erant filii, et totidem filiæ, nomine Christophorus: fuit autem incendium primo Paschatis, ipso patriarchatu fungente. Cranii etiam locum cum [templo] Resurrectionis vastarunt. Porro Al Radi, Ali Abderrahmano Ebn Isæ iratus ipsum loco movit, viziero sibi adscito Al Phadio Ebn Iaafar, anno trecentesimo vicesimo quinto. Factaque est inter Romanos et Moslemines pax omnibus grata, anno trecentesimo vicesimo sexto. Eodem anno Theophylactus patriarcha Constantinopolitanus nuntium misit ad patriarchas Alexandrinum et Antiochenum, rogans ut nominis sui in ipsorum precationibus et sacris peragendis mentio fieret. Siquidem desierat hoc fieri a tempore Ommiadarum. Qua in re ipsi annuerunt.

Huc usque pertingit historia Said Ebn Batrik medici, qui idem est Anba Eutychius, secta Melchita: qui urbis Alexandrinæ patriarcha constitutus est anno trecentesimo vicesimo primo Hejræ Moslemiticæ, annos tunc natus lunares sexaginta. Si igitur epocham hujus libri scire aveas, et ante quos annos compositus sit, computum tuum ab **532** *hac æra ordire, videlicet die quo constitutus est Said Ebn Batrik patriarcha; qui fuit octavus mensis Sefar, anni Hejræ Mohammedicæ trecentesimi vicesimi primi. Deus nobis] finem ad bonum dirigat.*

Soli Deo Gloria.

ANNO DOMINI CMLVI.

GEORGII MONACHI

HISTORIA BYZANTINA.

Vide *Patrologiæ Græcæ* tom. CIX, inter scriptores post Theophanem.

CHRONOLOGIÆ EUTYCHIANÆ PARAPEGMATA,

SIVE

EPOCHARUM, QUÆ AB AUCTORE SUBINDE MEMORANTUR, INSIGNIORUM INTERVALLA.

—

Tom. I.												Tom. II**.	
Pag. *	30	48	56	64	104	150	248	280	311	345	403	237	472
Anni sunt.	Ad diluvium.	Ad Phalecum.	Ad Babelem.	Ad Abrahamum.	Ad Exodum.	Ad Davidem regem.	Ad capt. Babyl.	Ad Alexandrum.	Ad Christum.	Ad excid. Hierosolym.	Ad Diocletian. imp.	Ad Hejram Moham.	Ad Eutych. natum.
Ab Adami condita.	2256	2787	2834	3328	3835	4441	4918	5181	5500	5570	5776	6114	6348
A Diluvio.		531	578	1072	1579	2185	2662	2925	3244	3314	3520	3858	4112
A Phaleco nato.			47	541	1048	1654	2131	2394	2713	2783	2989	3327	3561
A Babele, sive Turre condita.				494	1001	1607	2084	2347	2666	2736	2942	3280	3534
Ab Abrahamo nato					507	1113	1590	1853	2172	2242	2448	2786	3040
Ab exodo Israelitarum ex Ægypto.						606	1083	1346	1665	1735	1941	2279	2513
A Davide rege inaugurato.							477	740	1059	1129	1335	1673	1907
A capt. Babyl. per Bochtanasserem (sive Nabuchod.).								263	582	652	858	1196	1430
Ab Alexandro.									319	389	595	933	1187
A Christo nato.										70	276	614	848
Ab excidio Hierosolymitano per Titum.											206	544	778
A Diocletiano imperatore renuntiato.												338	592
Ab Hejra (sive Mohammedis ad Medinam fuga).													234

* Numeri paginas indicant editionis Oxoniensis, quas typis grandioribus expressas textui inseruimus.
** Qui apud nos incipit a columna 1031.

Digitized by Google

EPOCHA I,

Ab Adamo ad Diluvium, annorum 2256.

	Anni.	Collectio annorum.	Pag.
Adam genuit Seth anno ætatis suæ.	230	230	16
Seth genuit	205	435	19
Enos gen.	190	625	20
Cainan gen.	170	795	23
Mahlaliel gen.	165	960	23,24
Jared gen.	162	1122	24
Enoch gen.	165	1287	24
Methusalah gen.	187	1474	28
Lamec gen.	182	1656	28
Noah gen.	500	2156	31
Diluvium post (Noachi ann. 600.)			
Semi vero	100	2256	39

EPOCHA II,

A diluvio ad Phalecum, annorum 531.

Arphaxad nascitur post diluvium an.	2	2	44,77
Id. genuit.	135	137	47
Kainan gen.	130	267	47
Selah gen.	130	397	47
Eber gen.	134	531	47

EPOCHA III,

A Phaleco ad Abrahamum, annorum 511.

Phaleg gen.	130	130	56
Rehu gen.	132	262	56
Serug gen.	130	392	60
Nachor gen.	79	471	60
Thare gen.	70	541	63,64

EPOCHA IV,

Ab Abrahamo ad E·· dum, annorum 507.

Abraham gen. an. ætatis	100	100	71,72
Isaac	60	160	76
Jacob	87	247	83
Levi	40	287	83
Kahat	60	347	95
Amram	80	427	95
Moses vixit ante exodum	80	507	100

EPOCHA V,

Ab Exodo ad Davidem regem, annorum 606.

Moses vixit post exodum	40	40	108
Josua præfuit	31	71	108
Phineas	25	96	119
Servitus 1. sub Cushan	8	104	119
Othoniel Jud.	40	144	119
Servitus 2. sub Eklon	18	162	119
Ehud Jud.	55	217	120
Samaan	25	242	120
Servitus 3. sub Jabin	20	262	120
Debora Jud.	40	302	123
Servitus 4. sub Oreb et Zeb	7	309	123
Gideon	40	349	127
Abimelech	3	352	127
Joas	23	375	128
Jair	22	397	128
Servitus 5. sub Amoritis	18	415	128
Jephtah	6	421	132
Ephsan	7	428	132
Eblan	10	438	132
Abdon	8	446	133
Servitus 6.	40	486	133
Sampson	20	506	138
Anarchia annorum	40	546	140
Eli sacerdos	20	566	143
Samuel propheta	20	586	143
Saul rex	20	606	159

EPOCHA VI,

A Davide ad Captivitatem Babylonicam, annorum 477.

Reges Judæ.

Pag.		an.	mens.	Collectio an.	Collectio m.	Quoto anno regum Israel regnare ceperunt reges Judæ.
159	David,	40	6	40	6	
172	Salomon,	40	0	80	6	
183	Rehoboam,	16	0	96	6	3
188	Abias,	6	0	102	6	18
188	Asa,	41	0	143	6	74
192	Josaphat,	25	0	168	6	4
211	Joram,	8	0	176	6	5
216	Ahazias,	1	0	177	6	12
219	Athalia,	7	0	184	6	1
220	Joash,	40	0	224	6	7
224	Amasia,	29	0	253	6	2
227	Uzzia,	52	0	305	6	15
228	Jotham,	16	0	321	6	2
231	Achaz,	16	0	337	6	17
232	Hezekiah,	29	0	366	6	3
239	Manasses,	55	0	421	6	
240	Amnon,	2	0	423	6	
240	Josias,	31	0	454	6	
243	Joachaz,	0	3	454	9	
243	Eliakin,	11	0	465	9	
244	Jehonakim,	0	3	468	0	
247	Zedekiah,	11	0	477	0	

Reges Israelis.

Quoto anno regum Judæ regnare ceperunt reges Israel.		an.	mens.	Collectio an.	Collectio m.	Pag.
30	Jeroboam,	24	0	4	0	186
2	Nabat,	2	0	26	0	188
3	Baasha,	24	0	50	0	188
26	Ela,	2	0	52	0	191
27	Omri,	12	0	64	0	192
38	Ahab,	21	0	85	0	192
19	Ahaziah,	2	0	87	0	207
22	Joram,	12	0	99	0	208
1	Jehu,	28	0	127	0	219
23	Achaz,	17	0	144	0	223
30	Joash,	17	0	161	0	224
15	Jeroboam,	41	0	202	0	227
30	Zachariah,	0	6	202	6	227
19	Shallum,	0	1	202	7	227
30	Menachem,	20	0	222	7	228
50	Pekahia,	2	0	224	7	228
52	Pekah,	23	0	257	7	228
12	Hoshea,	9	0	261	7	232

Regni Israelis finis, et decem tribuum in captivitatem deductio per Salmanasser regem Musal et Mesopotamiæ.

Digitized by Google

EPOCHA VII,

A Captivitate Babylonica ad Alexandrum, annorum 263.

	Ann	Collect.	Pag.
Bochtanasser (qui et Nabuchodonosor), rex Babyloniæ, regnavit ante captivitatem annos 19; post captivitatem.	26	26	253, 255
Evil-Mardoch (Evilmerodach),	23	49	255
Beltazar,	3	52	255
Darius Medus, Asriri fil.,	1	53	256
Cyrus, Persa,	3	56	260
Achashavirosh,	12	68	260
Cyrus qui et Darius, anno ejus secundo templum Hierosolymæ recondi cœptum,	30	98	260, 263
Canysus (Cambyses),	9	107	263
Samardius, Magus (Smerdis),	1	108	263
Dara primus (Darius, Hystaspis fil.),	20	128	263
Artachshast (Artaxerxes) Longimanus,	24	152	263
Artachshast Magnus,	31	183	264
Saadianus (Sogdianus),	3	186	264
Dara II, Al-Naceth (Darius Nothus, qui et Ochus),	17	203	267
Artachshast, Darii II nepos,	22	225	267
Artachshast Achus (Ochus),	20	245	267
Arses qui et Nacet et Narses),	11	256	267
Darius (qui et Codomanus),	7	263	267

EPOCHA VIII,

Ab excessu Alexandri ad Christum natum, annorum 319.

Philippus (qui et Ptolomæus) Aridæus,	7	7	293
Ptolomæus Alexander, qui et Galeb-Or (Nicanor),	21	28	296
Ptolomæus Lagus,	29	57	299
Ptolomæus Philadelphus,	26	83	299
Ptolomæus Evergetes I,	25	108	299
Ptolomæus Philopator,	17	125	299
Ptolomæus Epiphanes,	24	149	299
Ptolomæus Philometor,	20	169	299
Ptolomæus Evergetes II,	23	192	299
Ptolomæus Soter I,	20	212	299
Ptolomæus Soter II,	15	227	299
Ptolomæus Alexander qui et Jasphis Philopator 12, vel	10	237	299
Ptolomæus Phosas dies 18; pro quibus putatur an.	1	238	300
Ptolomæus Dionysus,	29	267	300
Cleopatra,	22	289	300, 307
Inde ad Christum,	30	319	308, 311

EPOCHA IX,

A Christo ad Diocletianum, annorum 276.

	An.	m.	an.	m.	Pag.
Christus nascitur,					
Die 25 Canun primi,					308
29 Cahaci,					311
An. Augusti Cæsaris 42,					308
Herodis f. Antipatri 33.					
Imperavit Augustus,	56	6			
Adeoque post natum Christum,	14	6	14	6	315
Tiberius,	22	1	36	7	324
Caius,	4	3	40	10	324
Claudius,	14	0	54	10	328
Nero,	13	0	67	10	333
Galba,	0	7	68	5	339
Otho,	0	3	68	8	339
Vitellius,	0	8	69	4	340
Vespasianus,	9	7	78	11	344
Anno ejus 2, Hierosolyma capta post Christum natum an. 70,					345
Titus,	3	2	82	1	344
Domitianus,	15	0	97	1	344
Nerva (qui et Rarastius Cæsar),	1	5	98	6	348
Trajanus (qui et Adrianus Cæsar),	19	0	117	6	348
Ælius Adrianus Cæsar,	20	0	137	6	352
Anno ejus 8. Hierosolyma denuo destructa post primum sub Tito excidium annis 55.					353
Antoninus Pius,	22	0	159	6	354
M. Aurelius Antoninus, et (Verus),	19	0	178	6	360
Commodus,	12	0	190	6	365
Pertinax,	0	3	190	9	372
Julianus,	0	2	190	11	372
Severus,	17	0	207	11	372
Antonius (Antoninus) Caracalla,	6	0	213	11	376, 379
Marcianus (Macrinus),	1	2	215	1	379
Antoninus (Alagabalus),	3	9	218	10	379
Alexander (Mammææ),	13	0	231	10	383
Maximinus,	2	0	234	10	384
Pupienus, qui et Julianus (Pupienus et Balbinus),	0	3	235	1	387
Gordianus,	4	0	239	1	387
Philippus (Arabs),	7	0	246	1	390
Decius,	2	0	248	1	390
Galius et Julianus (Gallus et Volusianus),	2	0	250	1	393
Galitius, qui et Arelianus, i. e. Gallienus, et Valerianus,	15	0	265	1	398
Claudius,	1	0	266	1	398
Aurelius (i. e. Aurelianus),	5	0	271	1	399
Tacitus, et Kurianus (Florianus),	0	9	271	1	400
Maruaus (M. Aurelius Probus),	6	0	277	1	400
Carus, et filii Carius (Carinus) et Numerianus,	2	0	279	10	400
A Christo igitur ad Diocletianum,			279	1	
Numero rotundo,			280		
Excessus ultra hypothesin auctoris,	4	0			

EPOCHA X,

A Diocletiano ad Hejram, annorum 338.

	An.	m.	Collect.	Pag.
Diocletianus, et Maximianus Curius (Herculius),	21		21	403
Maxentius, et Maximianus Galerianus (Galerius), et Constans (Constantius Clorus),	9	*	30	407, 408
Constantinus,	32		62	427, 471
Constantinus (Constantius),	24		86	471, 480
Julianus,	2		88	480
Jovianus,	1		89	487
Valens aut Valentius (Valentinianus),	12		101	487
Valens,	3		104	491
Valentinianus et Gratianus,	3		107	492
Interregnum,	0	6	107	495
Theodosius Magnus,	17		124	502
Arcadius (et Honorius),	13		137	538, 548
Theodosius Junior,	42		179	548
				Tom. II.
Marcianus,	6		185	93
Leo Magnus,	16		201	103
Leo Parvus,	1		202	104
Zeno,	17		219	104, 131
Anastasius,	27		246	131
Justinus Thrax,	4		253	148*
Justinianus,	39		294	151*, 187
Justinus Junior,	13		307	187
Tiberius,	4		311	191
Mauritius,	20		331	191
Phocas,	8		339	211

* Excessus anni unius et sex mensium.

EPOCHA XI,

Ab Heraclio imp. ad auctoris natales, suppleta et continuata.

Imp. Rom.	Cœpit anno Æræ Christi vulgaris. An.			Regnavit. An.	m.	d.	Pag.
Heraclius,	610	Oct.	5	30	5	7	224
Constantinus,	641	Mar.	11	0	2	23	
Heracleonas,	641	Jun.	2	0	7	2	

Constans,	641	Dec.	31	26	6	10	
Constantinus (Eutyc. Constans),	668	Jul.	8	17	2	11	355, 359
Justinianus primum,	685	Sep.	17	10	0	0	359
Leontius (Eutyc. Leo),	695			3	0	0	367
Tiberius,	698			7	0	0	367
Justinianus iter.,	705			6	0	0	376
Philippicus (Eut. Philippus),	711			1	8	20	376
Anastasius,	713	Jun.	4	1	11	29	379
Theodosius,	715	Apr.	29	1	11	0	384
Leo Isaurus,	717	Mar.	25	24	2	25	384
Artabasdes (Eut. Artabatus),	741	Jun.	18	2	2	28	395
Constantinus,	743	Sep.	14	32	0	0	400
Leo Chazaræus,	775			5	12	0	403
Constantinus et Irene,	780	Sept.	8	16	11	22	
Irene sola,	797	Au.	26	5	2	6	
Nicephorus, fil. Stauracii,	802	Oct.	31	8	8	28	407
Stauracius, f. Nicephori (Eut. Stiracus et Estabracus),	811	Jul.	26	0	2	11	416
Michael Rangabe (Eut. Constantinus),	811	Oct.	3	1	8	29	435
Leo Armenus (Eut. Theophilus),	813	Jul.	11	7	5	27	440
Michael balbus,	820	Dec.	25	8	9	10	444
Theophilus, f. Michaelis,	829	Oct.	1	12	3	21	448
Michael, fil. Theophili,	842	Ja.	20	25*	3	3	460
Basilius Macedo,	867	Ap.	23	18	10	12	463
Leo Philosoph.,	886	Mar.	1	25	3	12	471
Alexander,	911	Jun.	11	0	12	2	511
Constantinus f. Leonis,	912	Jul.	7	47	4	5	512
Scil. cum Zoe matre,				7	2	19	
Cum Romano (Lecapeno) socero qui Eutychio est Domnius et Domitius) et Christophoro f. Romani,				25	2	25	
Solus,				14	10	26	

Regum Persarum successio juxta Eutychium.

Regum nomina.	Regni spatium. An.	m.	Dies.	A. imp. Rom. quibus dicuntur	Excessus.	Pag.
Ardashir (Ardashir. Artaxeres vel Artaxerxes), f. Baberi, filii Asani,	14	6	10	Commodi		367, 375
Sabur I (Sapores), fil. Ardashir,	30	1	12	Maximini Severi	2	375
Hormoz I (Hormisda), vocatus Al-Horri,	1	10	2	Maximini		384
Bahram I (Varanes), f. Hormozi,	3	3	3	Maximini	3	384
Bahram II (qui et Arareuches), fil. Bahrami,	17	0	3	Gordiani Gordiani Galieni	5	387
Bahram III, qui et Shahan-Shah, f. Bahrami,	0	4	3	Galieni		395
Narsa (Narses), f. Bahrami II.	9	0	3	Galieni		395
Hormoz II, fil. Narsæ,	7	5	14	Galieni Aureliani	5	396 399
Sabur II, fil. Hormozi cognomine Dul-Ectaf, coronatus antequam natus,	72	0	3	Aureliani		399 472
Ardshir (Artaxer.) II, f. Saporis,	4	0	1	Constantii		472
Sabur III, f. Saporis**,	50	4	5	Constantii Constantii	4	472
Bahram IV, f. Saporis,	11	0	10	Theodosii Theodosii	10	536
Yazdejerd I, dictus Al-Athim, f. Bahrami,	21	5 18 d.	4	Arcadii Et tom. II.		536 548 80
Bahram Jaur. V, fil. Yazdejerdis,	18	11	11	Theodosii minori 50*		85 85
Yazdejerdes II, fil. Bahrami,	21	0	30	Ejusdem 92, Marciani	6	100
Phiruz (Peroses vel Peroxes),	27	0	6	Marciani		100
Balabes (Valas. et Hobalus), f. Phiruzi,	4	0	10	Zenonis		127 127
Kobades f. Phiruzi connumeratis annis Rasmasphi (Zamasphis), avunculi,	45	0	14	Zenonis		134 179
Kesra (Chosroes), qui et Anusharwan (et Shariat), f. Kobadis,	47	6	4	Justiniani		179 188 193
Hormoz, fil. Anusherwani,	11	6	12	Justini		188
Kesra II, qui et Aperwiz (Perozes), fil. Hormozi,	39	0	7	Mauritii		207 232 301
Kobades II, qui et Shirawaih (Siroes), f. Kesræ,	0	8	7	Heraclii		232
Azdshir (Adeser), f. Shirawaihi,	0	5				232
Jorhan Cod. Cot. Jorhad, Cant. Jorman, regnum occupat 22 dies ***,	0	0				232
Kesra III, fil. Kobadis regnat 3 menses **,	0	0				233
Murla ms. Cant. Buram, Cott. Buran, (Borane),	1	6	8	Heraclii		233
Hoshnastadah (Al. Jashansedah), Kesræ Sobrinus,		2				
Arzmondacht Kesræ filia, ms. Cant. Armondocht. Cot. Aramandocht. (Al. Azurmi),	1	4	9	Heraclii		233
Pharacorad coshra ms. Cant. Phucra (Pharochzad fil. Kesræ) ***,	0	1				233
Yazdejerd III f. Kesræ II,	20	0	11	Heraclii		236, 236

* E quibus cum matre Theodora 14 primos.

